

Del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada.

R. 20.364



Libreria

PAVLI IOVII
NOVOCOMENSIS, EPISCOPI
NVCKERINI, HISTORIARVM
SVI TEMPORIS TOMVS
SECVNDVS.

CVM INDICE PLENISSIMO.



LVTETIAE
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA
M. VASCOSANI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.
M. D. LIIII.



2 400 40 **HUBER**
MADE IN SPAIN

Del Colegio de la Comp. de Jesus de Granada. *Libreria*
R. 20.364

PAVLI IOVII
NOVOCOMENSIS, EPISCOPI
NVCERINI, HISTORiarVM
SVI TEMPORIS TOMVS
SECVNDVS.

CVM INDICE PLENISSIMO.



LVTETIAE
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA
M. VASCOSANI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.
M. D. LIIII.

PRIVILEGII SENTENTIA.

Cautum est auctoritate Henrici II, Galliarum Regis, ne quis alius præter Vascofanum, hos Pauli Iouij Episcopi Nucerni Historiarum sui temporis Libros XXXV, ante Decennium in hoc Franciæ regno excudat, né ue alibi excusos in Gallias uenales adducat. Si quid aduersus ea factum erit, librorum publicatione, arbitrariæque multa in Sanctione æstimata, uindicabitur. Datum Lutetiæ Parisiorum VI CAL. IAN. M. D. LIII.

Ex mandato Regis, Iacobo Memmio Libellorum
supplicum in Regia magistro præfente.

Burdinus.

PAVLI IOVII NOVOCOMEN-
SIS EPISCOPI NVCERINI IN LIBROS

Historiarum sui temporis secundi uoluminis,

PRAEFATIO

Ad Cosmum Medicem Reipublicæ Florentina Ducem.


Publicanti mihi secundum Historiarum mearum uolumen Magnanime COSME, satis superque præclare quidem augusti nominis tui, cui hæc dicantur, auctoritatem, ab illustri patrocinio ualituræ reor, aduersus eos qui fortasse comiter aut conuiosè postulabunt & requirent, cur id totum luctuosissimæ tempestatis spatium, quod à morte Leonis X. ad Romanam cladem decucurrit, uel supina uel astuta prauaricatione præterierim. Quibus breuissima præfatione ita censeo respondendum, ut nec culpam diffitear, nec ueniam deprecer. Quandoquidem non ad alienæ uoluntatis arbitrium, sed sincero liberalique profusus animi iudicio, hoc grauissimum scribendæ historiæ munus susceperim: scilicet ut his qui adhuc uiuunt, & posteris demum peramæna exemplorum uarietate cum oblectatione prodessem: & in hac uita aliquam mihi æternitatis spem, hoc tanto atque utilissimo labore percipiendam arbitrarer: quam mihi obuenturam opto speroque, & singularem atque honestam uoluptatem allaturam confido, modo sine periculo queratur. Putabam siquidem, & insani & intemperantis ingenij fore, si libero ore loquutus nihil reticerem quod asserendæ ueritatis interesset, & cuncta huius seculi incommoda propalarem: propterea quod inde quorundam dignitatem inuidiosa nec iniqua suggillatione uehementer offendi posse prouidebã. Profecto mei instituti nunquam fuit uel encomia falsasque laudationes ad querendam gratiam conscripsisse, neque ex aduerso ad parandum odium Satyricæ acerbitatis stylum exercuisse: ut à quibusdam impudenter factum uidemus. Quoniam uiro philosopho, senique maxime turpe sit, & ineptum, sibi, uti oportet, in grani præcipue negotio, sapere nesciuisse. Itaque peritos medicos imitatus, carcinomata desperata curationis, quæ si attrectes & acri medicamine laceffas, in immensum furere, & pestifera edacique serpigine mortem afferre solent, natura relinquenda, neque his ullo pacto manum admouendam iudicauit. Quamobrem existimationi salutique meæ consulens, dira tempestatis materiam, tanquam abominabilis impiique operis, minime attingendam arbitratus sum: quando hæc aduersæ fortunæ accepta uulnera, insaniamque nostræ detrimenta, non modò non prodenda posteris, sed pro uirili occultanda esse uideantur: Ea siquidem quæ Italicum nomen dedecorent, neque memoria recoli sine dolore, neque sine uberrimis lachrymis scribi, nec sine flagitio pudorèque posteris enarrari queunt. Ceterum quod ad rem pertinet, historiæ studiosorum iusto desiderio magna ex parte satisfecisse iudicari possum: Nam si uitas illustrium Ducum, quas conscripsimus, curiosi diligenter euoluant, in Leone X. atque Hadriano VI. Pontificibus, Pompeioque Columna, & Daualo Piscario, Magno Consaluo, & Alfonso Atestino, totius huius funesti seculi historiæ texturam inuenient: sic ut ea faciliè quæ nos uel non scripsimus,

uel scripta nõ inconsultè supprimimus, suppleri & refarcire cumulatè possint: Quamquam & hæc, singulorum librorum Epitome, suo ordine ad prodendam rerum gestarum seriem, explicanda censuerim. Quòd si mihi quanquã pedibus capto, atque adeo grauius senescenti, Deus magnus fatalis horæ spatium extendat, perpetua proculdubio lucubratione enitar, ut totum id quod in clade urbis ereptum, uel à me postea contumaci quadam indignatione prætermisum fuit, non diu à bonis mortalibus desideretur: te præsertim auspice, omnis uirtutis amantißimo, qui ut hæc cõficerem atque ederem, generosa cohortatione perpulisti. Vale. Pisis, Calend. Maii. 1552.

EX LIBRO VII ELOGIORVM PAVLI IOVII
SVB EFFIGIE HENRICI GALLIAE REGIS.

Diu Diuæque omnes te sospitent magnanime Henrice, & paternæ uirtutis æmulum faxint, modò illius totû iniquæ fortis omen auertant. Ex aliis nãque Fortunã discas, quã non lóge semper ab inuicta uirtute tua abfuturam expecteris. Quandoquidem quæ optimo consilio prouideri queant, & Regnis tuis præsidio atque ornamento sint, initio statim Principatus statuẽda censueris. Primum enim omnium ærario, cuius opibus cuncta belli & pacis munia constant, ita cauisti, ut quæstorum impudentes prædas sustuleris, & totius prope uenatorij sumptus luxuriam moderata lege correxeris: ita ut agricolis in ipsa Regis uoluptate minime sit lugendû: & quod integri tui pudoris est, apud aulã licentiæ muliebris intèperiam castigaris: tanta uerecundiæ cura, ut matronæ omnes perillustri Reginae exemplo (hæc enim lectissimis pudicitia moribus gaudet) suum perspicuæ famæ decus respiciant, & solis nobilioris elegantia munditiis extra suspectas dubij pudoris illecebras, pudici nominis laudẽ tueantur. Iustitiam porrò tanta seueritate colendam instituis, ut nihil apud iudicũ collegia promercale, nihil apud equitũ ordines corruptum, & nihil denique in causa religionis deprauatum, uel piaculo suspectum, uel ulla ex parte supinè neglectum esse patiare. Nec mirum est si hos mores in te iuene ueneramur atque suspicimus, postquam (quod est grauissimi & saluberrimi iudicij tui munus) toti summæ arcani consilij præfeceris Carolum Lotharingia Cardinalẽ, singularis innocentia, pietatis atque prudentia hominem, à te propter fidem industriamque mirificam, in minore Fortuna delectum. Quod uerò instauratæ florētisque militiæ interest, ipsum Annæum Memorantium è uilla sua Centellia, ubi fœmineis delationibus ac artificijs pressus, importuno Reipublicæ tempore iacuerat, in aulam euocaueris: quòd nemo eo sobrij constantisque iudicij grauitate, aut perpetuo armorum usu, castrensiũque rerum notitia, tuendæ Gallia & proferendo imperio Dux potior atque præstantior exoptari possit. Itaque mactè tua iam bis cùm in Alpibus tum in Belgis spectata uirtute pernobilis Rex, perge ut cœpisti, & uirtutem & pietatẽ cole, ut Fortuna pudore uicta, fortibus ausis tuis arrideat.

PAVLI



PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXV.

C D famã usque adeo miserabili inexpectatõque euetu captæ Urbis, ac obsessi in arce sacrosancti Pontificis, uni omnium in Italia Florentinũ effusè lætari uidebatur. Quòd diu exoptatam repetendæ libertatis occasionẽ, sibi ex tuto oblatam perspicerent, quam dudũ enudatis in Medicos ueteribus odiis intèpestiue arripere tentauissent. Paulò enim antequam Borbonius Aretinas superaret alpes, & sese alienum ostenderet ab omni pacis cõditiõne, repulso scilicet Carolo Lanoio, qui per amplam de compositione mandata detulisset, Florentinæ iuuentutis globus paratissimis ad rebellandum animis arma ceperat, factõque impetu Prætorium occupat. Eius audendi facinoris princeps fuit Petrus Saluiatus multis propinquitatibus atque diuitiis potens. Huic nemo seniorum resistit, quum grauissimi ciuium, eius facti consilijque gnari essent: utpote **D** te qui dissimulando & conuiuendo, auidis, uerũ suspensis animis tantæ rei euentum expectare cernerentur. Erat in summo magistratu Vexillifer Aloysius Guicciardinus, multis quidem beneficiis Mediceo nomini obstrictus: sed apud eum hominem incertæ fidei, ab antiquo maiorũ suorum studio libertatis auidum, cuncta facile obliterat præfens occasio admittendi maturandique facinoris: ea tamen simulati animi specie, reprehendere detestarique iuuentutis audaciam cœperat, ut in re dubia atque ancipiti magistratus fidem syncerũque personæ munus tueretur: Quãdo nihil magis optare eum credi par esset, quàm ut pulsus Mediceis ciuitas sese assereret in libertatem. In ea uerborum contentione iuuetus quæ iã planè rebellat, curiaque potita extremũ decretum commutatæ Reipublicæ deposcebat: fremere atque euibrare gladios cœpit ad deterrẽdos Decuriones, è quibus Federicus Riccius seuerè obiurgas, grauius caput uulneratus est à Iacobo Alamãno præferoci iuene: ac ipse Vexillifer simulanter intentata sica penè uiolatus, Quum etiam in conspectu eius Ioannẽ Francischæum loci & honoris decus obsistẽdo tueri conantem, attractũ ad fenestrã à seditiosis, ipso præsertim Alamãno impellen-

te, in forū præcipitem dare niterentur. Iam in areā curiæ singularum regionū signiferi sublati vexillis de more contribules suos adduxerant, & patritij ordinis magna multitudo ad magistratus ascēderat. Nemo enim ferè fuit uel ex ipsis amicissimis Mediceo nomini ciuibus, qui non properanter ascēderet, atque pulcherrimi eius facti lætitia cōpleretur: sic, ut postea cōpertum est, omnes in unū conspirasse & defecisse existimari possent. Nā cōstabat signiferos regionū à Vexillifero pridie admonitos fuisse, ut parati instructique armis, quum res posceret exortique tumultus strepitū sentirent, ad curiā progredērētur. Antonius quoque Nerlius, sacerdos factiosus, in turrē curiæ extortis à ianitore clauibus ascēdit, ut ad sonitū campani æris populus ad arma uocaretur. His rebus Decuriones exterriti, postulante iuuetute adhortantibusque patritiis, decretum perscripserunt, pronunciandūque ad populū publico præconi dederunt. Eo Medicei adolescentes Hippolytus & Alexander Reipublicæ hostes declarati sunt, bonaque eorū fisco addicta, & liberati nonnulli ciues qui in custodia seruabantur, quòd hostilē animum in Mediceos quos appellarent tyrannos ostēdissent. In promulgando autē atrocissimi cōsiliij decreto, quod minime prætermittendū uidetur, Cosmus Saxetus podagricus nec insulsus Senator, uultu resupino & ferè oscitanti sublata uoce interpellans præconē interrogauit, an ipse etiā Papa Clemens, eadem qua gentiles eius exilij & capitis pœna dānaretur: & id quū altiore uoce probòque nutu præconis par & æquū esse subderetur, Vos ergo, inquit, uideritis ciues, qui nihil libera patria charius habere uultis, an uobis ab hac mox iniuria sacris interdicti, familiari pane uestro, satis piè uesci liceat: Quod falsè dictum uniuersæ concioni risum cōmouit, Quòd omnes adeo perfricata essent frontis, ut inuerecundā præconis uocē ineptissimè imitarentur. Ab hac tanta perfidiosaque decreti acerbitate, quū optimates qui aderant frèquentes, de ordinanda Republica disputarent, Franciscus Feltrius Vrbinas, Veneti dux exercitus, & Michaël Salassius Regulus, Federicusque Gōzaga, cognomento Bozzolus, Gallorū duces urbē intrarūt: quibus ad secundū lapidem dudū obuiam ierant honoris causa, Syluius Passerinus Cardinalis legatus, ipsique duo pariter Cardinales Innocētius Cibous & Nicolaus Ridulphus, à Leone auunculo in Senatū lecti. Cum his etiā aderat Hippolytus Medices adolescens, qui omnes in opinata ciuiū rebellionē perturbati, in urbē regredi maturarūt: primūque omnium Petrus Honofrius Mōtedoliū, Medicearū cohortium præfectus, in forū aduolat, omnique aditu regionum occupato, inuasit disiectisque populariū manipulis, prætorium expugnare parat. Ipsi quos diximus duces citatis equis superueniunt, certaturque missilibus ab obsessis atque obsidentibus: in magnūque metū atque periculū imperiti homines & ineptis instructi armis undique coniciuntur. Erat curia plena patritiis, atque ea iuuetute quæ primæ perfidiæ uocē sustulerat, decretūque arreptæ libertatis in Mediceos ad plebē promulgari iusserat. Quibus omnibus quū iusta ad defensionē arma deessent, neque ullus esset in curia cōmeatus,

A meatus, ex conscientia admissi sceleris, extrema supplicia metuebant. Nā Honofrius eo studio ferebatur, ut curiæ fores incēderet, & tormēta proferret quibus curia quateretur. Iā enim introductis in urbē maioribus copiis, pavidos seniorū imbelliūque ciuiū animos, præproperæ temeritatis & meritæ pœnæ metus inuaserat: tanta trepidatione, ut nonnulli inusitato egressu dilabi festinarēt, consiliūque inopes, & maturæ opis indigi, prorsusque ad unū semianimes, admirabilē cōmutati ingenij perturbationē, gestu incondito, & demissis pudendisue uerbis ostenderent: dolerētque planè singuli uicem suam, quòd nimis celeriter & incōsultè nequaquā animaduerso periculo nondū maturæ libertatis munus expectissent. In nullum quippe eo grauius aut periculosius salutis discrimē Rempub. incidisse ab ulla annalium memoria meminerāt uiri prudētes, præsentium & imminentiū rerum casus expēdere soliti: quū atrocissimā externarū gentiū colluuiē, incendia & clades passim afferentē, in ceruicibus esse inter Senas & Aretium: alterū porro sociale exercitum quē ut Borbonio obsisteret, à Mugellano Apennini latere, euastatis militari licentia amœnissimis prædiis, in urbem confluisse conspicerēt: Quandoquidē nihil hic potius omisso uero hoste qui ad excindendā Romā properabat, quā diripiendæ opulentissimæ urbis prædā spectare uideretur, ut præsentis rebellionis admissum facinus uindicaret. Sed tāta extitit in Syluiō legato, adolescentēque Hippolyto, & Mediceæ familiæ propinquis ciuibus clementia, tantūque in Feltrio cæterisque ducibus æquitatis & tranquillitatis studium, ut pro cōseruanda salute ciuitatis, seditiosis atque rebellibus, modò se dederent, integra fide parcendum censerent. Atque ita quū iam Medicei in non dubiam spem recuperandæ curiæ uenissent, ferētque armatorum concursus ad eorū domos defendendas, & in areā curulia tormenta peruenirēt, Federicus Bozzolus prodiit, pacatamque dextram ostendens, cessantibus utrinque telis, ad curiæ portā accessit: admissusque ad Decuriones, ita loquutus est: Nisi pro dignitate salutēque Italici nominis, principes Florentini, hæc arma gestarem regi Galliæ operā nauans, quē huic ciuitati ab antiqua Caroli Magni conditoris uestri memoria, multisque nec unquā ferè intermissis in Galliæ regibus officiis, amicissimū esse scio, huc utique nullo meo commodo impulsus ascendissem: quāquam ex benefactis officiosoque hoc munere suscepto, non inanem fortasse laudem expetendam rear, modò à uobis non omnino intēpestiuus orator existimer: si hāc libertatem quam honestè potius concupistis, quā auspiciatō tenere uideamini, uobis iam planè obsessis & circumuentis, non dubio exitio futurā ostendero, dederōque obiter consiliū, cum uobis qui curiā tenetis, tum uniuersæ ciuitati, omni ope quæ aliunde expectari possit, liquido certius atque præstantius. Acquissimas enim conditiones certæ pacis atque concordiæ uobis afferō: quas nō insani homines, sicuti uos hodie esse opto, minime repudient. Primum si quidē repentinūque illum ardorē, quo hoc facinus cœptū patratūque est, in animis uestris ita deferuisse crediderim: ad conspectū scilicet tot

armatarū cohortiū atque illustriū ducū qui uos circumfident, & propius F
 uim admouere parāt, ut ea quæ publicā salutem respiciunt, nequaquā æ-
 grè auribus uos arbitrer admissuros. Vos nāque omnes integra fide ad u-
 nū incolumes, saluāque urbē fore pollicemur. Quòd si rationis & ne-
 cessitatis quæ uos urget obliuiscimini, & amicissimè oblata repudiatis,
 proculdubio (quod abominari potius possim quàm auertere) hāc curiā uestro
 sanguine inundatā, patriāque uestrā intromisso nostro exercitu occu-
 patā, licentiæ atque auaritiæ militū concessam, priusquā Sol occidat, cū
 summa uxorū & liberorum uestrorū calamitate atque miseria sentietis.
 Ut hęc uerò præsentire & liberè proloqui audeā, multa me inducunt, & G
 uos uti spero, etiā præclarè admonent, sicuti huc ascendēs ab obuiis didi-
 ci. Primum omniū nihil hic pro negotij atque periculi magnitudine, uti
 oporteret, accuratè paratū uideo, quū arma, tela, tormēta, & præsidia de-
 nique omnia uobis desint: & (quod horresco referens) cuncta etiā uitæ a-
 limenta deficiāt. Harum rerū inopia profectò, uel si cunctis ciuibus egre-
 giè cōstans & ingēs animus super sit, indomitos certe spiritus celerrimè
 frāget, si superba atque exitiali cōtumacia, furto quodā arreptam liberta-
 tē, postquam fata obstāt, ferocibus tantū uerbis retinere conemini. Hinc H
 siquidē nihil uobis pro salute sperandū est, quum aduersa undique atq;
 aspera uobis immineant. Illinc uerò benignitate magni numinis pax
 certa, & publica omniū securitas cōparetur. Hęc clarissimi atque certif-
 simi uades repromittūt, ipse ante alios Feltrius imperator, duoque sum-
 mæ autoritatis Veneti Senatus legati, & nos denique regiarū copiarum
 duces, qui Barbaros Italiæ uastitatē & Clementi sacrorū Principi imma-
 ne suppliciū minitantes gloriosè persequi, quàm infami Etrusca præda dite-
 scere malimus. Nō me præterit uiri Florētini aliquanto audacius quæri
 quàm defendi libertatē, ab his præsertim hominibus, qui uitæ fortunarūq;
 suarū certam salutē dubiis belli casibus anteponunt, nec aliunde quàm ab in- I
 columi patria cuncta uitæ cōmoda atque ornamenta expectant. Proin-
 de uos hortor fortasse propensius quàm deceat uirū militarem, ut iuuentuti
 noxā totius hodierni impetus remittere uelitis, modò ipsa uehementem
 illū, quo nō dubiam gloriā appetisse uisa est, immodici ardoris studium
 remittat. Præclarè enim uideo iunioribus secus ac ætate prouectis, quàm o-
 diosum sit pacificatoris nomen: & quàm denique ingratum atque importu-
 nū militibus nostris, ac ipsis fortasse Mediceis, in ipso præsertim speratæ
 uictoriæ limine sit futurū: quando illi sua spe prædæ fraudentur, hi uerò
 quosdā fortasse uestri ordinis ulcisci tanquā ingratos atque æquo acer- K
 bius rebellantes, quàm in gratiam recipere malint. Vos itaque in uestigio &
 deliberare & decernere oportet, an beneficio nostro potius quàm occul-
 to aliquo munere Fortunæ, quæ iā uos deserit, uti uelitis. Nos certe si uo-
 bis hac in re Dij immortales mentem non eripient, decreta pacis religio-
 sa fide sanciemus, atq; armis si ita opus fuerit, pro dignitate nostri nomi-
 nis, salutēque uestra, obnixè tuebimur. Ad ea Vexillifer Guicciardinus
 ita perplexo titubātique sermone respondit, ut fidelis ac opportuni con-
 filij,

A filij, & usque adeo propēsæ uolūtatis erga ciuitatē. Federico gratias age-
 re potius, quàm quid esset in causa probaturus ostendere uideretur. Primores
 autē patritij, in queis eminebāt Franciscus Victorius & Nicolaus Capo-
 nius, uti probos ueteresq; senatores & rerū egregiè peritos decebat, per-
 oranti, ex ipsa arētī cōplexus, & pacati uultus significatione prorsus assen-
 tirēt, multoque maximā primorum ordinū partem, eius consilia quæ tā
 amicè quàm humaniter dedisset, dubio procul amplexurā confirmarēt: ad id
 fremente iuuentute, & his superbè atque indignatè succensente, tanquā
 parum fortibus, & iā pridē longo & præpingui seruitio assuetis: Quando
 B quidē aliena uirtute, alienoque periculo partā libertatē & ultro etiā in-
 culcatā admittere tuerique nescirēt. Multi quoque de salute potius so-
 liciti quàm de libertate quæ iam conclamata uidebatur anxie requirebāt, an
 ex tuto, rectēque publica omnium salus Pōtifici offensionū odia recon-
 dere solito, cōmitti posset. Quibus uocibus excitatis, Federicus, Ne time-
 te, inquit, uiri Florentini: hac in re siquidē ego unus me pro omnibus lo-
 cupletissimum uadē, & sponfore fore polliceor. An uerò nos Pontifex
 cui impiis circumuēto armis auxilium properè ferimus, uel impudēt
 uel ingratè decipiet: uel denique seipsum omnino fallat: qui non temere
 C Clementis nomē desumpserit. Cuncta enim uobis faciliè condonabit, ut
 augmētū pietatis munus impleat, & sacrosactæ existimationis iura tuea-
 tur. Itaque Federicus è curia ad suos reuersus, quum renunciaret quos a-
 nimos in obsessis ipsisque præsertim senioribus reperisset, nemo fuit qui
 non concordia studendum esse censeret: in id Syluio enixè proclinato,
 utpotè qui natura imbellis & degener, lentisque cōsiliis stultæ grauitatis
 nomē aucupās, nequaquā parato & efficaci ingenio, tātæ defectiois no-
 xā inconsulto Pontifice uindicandā arbitraretur: & uti uir sacratus ad
 pietatē perculsi animi timorem referens, à cruento consilio penitus ab-
 horreret, nec Feltrius & reliqui duces ulla omnino mora distineri uellēt,
 D quo minus festinatè Borboniū magnis cōfectis itineribus antecedentē
 persequerentur. Per hunc modū satagente cohortantēq; Frācisco Guic-
 ciardino, qui de Vexilliferi fratris propinquorumq; suorum salute solici-
 tus pacis conditiones dictauerat, prolatis tabulis, in proximam diui Mi-
 chaëlis Horreo tabernā concessit, faciliēque obtinuit ut his Feltrius Ve-
 netique legati, & cæteri duces subscriberent. Singularè enim his rerū dif-
 ficultatibus explicandis Guicciardinus autoritatē afferebat, utpotè qui
 Pontificiis copiis cū imperio præesset. Sūma cōditionū hęc fuit, Ut ob-
 E fessi in curia atque itē reliqui omnes, admissi sceleris ueniā ferrent. Qua
 in re Feltrius & legatus Syluius synceræ clementiæ fidē suam obligarēt,
 obliuionēque eius inconsultæ rebellionis ab ipso Clemente Pontifice
 accuratis precibus impetrarent: Florentini uerò ciues redirent ad officiū,
 pristinaque fidei obsequium Mediceo nomini præstarent: Atque iisdem
 suffragiis, inducto rescissoque recentis malignitatis decreto, nouum fi-
 delēque commutata probè uoluntate conficerent: excederēt extemplo
 curia, & Rempublicam magistratibus administrandam relinquerent.

Hæc mutuis assensibus trãfacta sunt sexto Calêdas Maias: sic ut eodê die F qui Veneri dicatus erat, intra paucissimas horas Clemês, & amissã, & receptẽ simul curiã, pacatãque ciuitatis nunciũ acciperet. Nec multo post Guicciardinus Vexillifer, cõtinuato cum octouiris decurionibus magistratu, Calêdis Maiis de more successori insignia tradidit, priuatũque abiit domum. Creatus nãque est in eius locũ Antonius Frãciscus Norius Medicearũ partium studiosus, cuius pater ex Pactiana cõiuratione cum Iuliano Medice in tẽplo fuerat interfectus. Tum uerò Feltrius priuati cõmodi uel turbulẽto eo tẽpore nihil oblitus, priusquã sese & copias ad iter expediret, à decurionibus impetrauit, ut inexpugnabile Castellũ sancti Lei, Vmbrico amissum bello, attributũmq; Florẽtinis, sibi redderetur. G Actum quoq; subinde est de renouãdo fœdere, in quo nuper Florentini ea lege fuerãt adscripti, ut nullũ certum munus bellici oneris ipsis imponeretur, nisi ex arbitrio Clemẽtis: Idcirco legati Veneti Aloysius Pisanus & Marcus Foscarus feuerẽ postulabãt, ut quid præstare cõferreque uellẽt in id bellum, disertẽ in tabulis exprimerent. Itaque ad stipulatibus octouiris, qui toti negotio belli & pacis cũ summa authoritate præfunt, practicique ab ipsis uocantur, Florentini separatim à Põtifice, ubicũque in Italia gerendum bellũ foret, sociis se daturos promiserunt cataphractos H equites ducentos & quinquaginta, leuis autẽ armaturã equites galeatos bis totidẽ, atque itẽ integram delectorũ peditum legionem, iurauerẽque inuicẽ se nunquam separatim à sociis in amicitia cum Cæsare ducibũsq; eius esse redituros. Huius inuendi fœderis eximie astutus suasor Feltrius fuit, ex æquo in gratia Veneti senatus, atque odiũ Clementis, uti postea apparuit. Nam ab hoc fœdere Florẽtini pacti cũ Gallo Venetõque libertatẽ sibi eorum auspiciis incolumẽ futurã, ita Pontificem offenderũt, ut is sua spe repetendã patriã deiectus, oblitũsque summã eius acceptã iniuriã, ad ipsũ Cæsarem inexpectata & penẽ incredibili exulcerati animi conuersione se contulerit, ut ipso Cæsare in Italiam euocato, ingratorum ciuiũ perfidiam uindicaret. I His confectis rebus Feltrius educto exercitu, sed nequaquã ea celeritate qua opus esse uideretur, in eo Romanã urbis discrimine Romã est profectus, attonita adhuc ciuitate, quum nemo esset, qui reputatione præteriti periculi nõ magnopere terreretur, & ex futuri & instantis sollicitudine, metuendũ esse non duceret: Quandoquidẽ necesse esset corũ animos perturbari, qui de belli euẽtu propter externorũ hostium uim singularẽ atque inuicta adhuc robora Germanorũ dubitare cogentur, & ex cõscientia admissi facinoris, clementiã K Pontificis parũ confiderẽt, & tum à Syluio legato, nõ ipsius modo curiã platea, sed cuncta regionũ cõpita, portãque urbis singulã, & ipsa Medicea domus firmissimis præfidiis tenerentur. Cãterum abeunte Feltrio, & cum omnibus copiis Romana uia iter habẽte, simulatos Florentinorum uultus intueri admirarique licuit, quũ undique aut gratulãdi, aut sui expurgandi causa ad Mediceas domos confluerẽt, non sine risu multorum qui eos dudũ ineptẽ loricatedos, instructosque tumultuariis & ueteribus telis

A telis minabundos, & furentes uidissent. Tunc uerò illi iidẽ homines cõposita fronte solitis inuoluti palliis, protectique capita pendulis & ciuilibus integumentis, quã ipsi Etrusci capuccia uocant, egregiẽ blandi & supplices spectabantur, utpote qui unius tantũ noctis interuallo sicut in scena histrionibus accidit, diuersas è uestigio personas induissent. Ea enim est natura populi Florentini, ut nullis uel ingentibus beneficiis pacari, nullis uel extremã benignitatis obsequiis eos obstringi posse cõstet. Veteris nanque potentia, quã in libera ciuitate singulis ciuibus dispensari dominatus erat instar, obliuisci nescit, neque eminentiam conspicuũ B cuiusquã, uel etiam moderatissimi ciuis pati potest. Tanta siquidẽ ambitione, tamque superbo liuore præditi sunt, ut quum quisque ad clauum gubernandã Reipublicã sedere, potiri quoquomodo communis patriã imperio, & publicas opes priuato cõmodo complecti cupiat, ea inexplibili cupiditate ardeant omnes, & prorsus insaniant, quòd neminem tanquã ex æquo ciuem, uel opibus, uel dignitate superiorem ferre uelint, & clariore quoque uirtutem, melioremque fortunã in aliena domo nisi ægris oculis conspiciant: Quando eadẽ ex pari merito sibi deberi iudicẽt: sic ut nequaquã mirari lubeat, si elati & peracris ingenij, notãque tenacitatis homines, plerunque decus in lucro præsentique pecunia, & immoderatis sapẽque etiã parum piis quãstibus reponãt: eo etiam maiore reliquarũ gentiũ admiratione, quòd domi nequaquã sumptuosam, ut plerãque aliã ciuitates, sed parca in uniuersum & bonẽ frugis disciplinam, exemplo ueterum Græcorum ex quibus orti sunt, institutam sequantur. Quanquam alioqui, uti sunt pecuniosi mercatores, supra cẽsum & totius industriã spẽ magnificis ædificiis laudẽ quãrant. Sed his uitii quã supra memorauimus, facile euenit, ut intestinis discordiis ferẽ continenter per trecentos annos grauissimẽ laborarint: tanta quidẽ rabie, ut modò patritios, modò populares alternante uictoria, è ciuitate in exiliũ expellerent: sæuis cãdibus integras sæpe familiãs delerent, & crudelibus incendiis in nobilissima tecta grassarentur. Nec in his malis, nunquam mitigata feritate, dispuderet à sordidissimo opifice iugum accipere: ultro Barbaros tyrannos qui liberis leges darent adsciscere, uti miserabili conditione experti sunt, ex ipsis Michaëlis Landi, Gualteriique Athenarum Reguli, & Caroli Andegauensis abominandis casibus. Per hunc modum ciuitatẽ magnis perturbatam iactatãque fluctibus, maiores Medicei per integrum ferẽ seculum saluberrimis legibus compositam, cum insigni uerã uirtutis gloria confirmarunt, & auxerunt: & ne quid ad summã felicitatem pulcherrimã urbis deesset, affuere salutari sydere ortus Leo Pontifex, & Clemens uel alioqui moribus dissimilis. Hi continuata imperij successione atrocissimorũ in se odiorũ coniurationũque memoriã, ex Christiana pietate, amorẽq; ipso uel ingratißimã patriã, pacatis animis deponere uoluerunt: ut in ciues suos uel nihil tale merentes, cũcta honorũ cõmoda, & totius certioris opulentia ornãmẽta, insatiabili studio, rediuuãq; semper liberalitate cõgererent: usque adeo iniqua & ferẽ

infana benignitate, ut multos ex aula, de fide uirtutéque benemeritos su-
 pinè prætermitterét: Quando nõ solum maiora minoráq; sacerdotia, ue-
 rum etiã urbíũ & prouinciarũ præfecturã, & munera legationũ, sacratis
 uiris cõmitti solita, unis omnino Florentinis mandarentur. Qui etiã ue-
 ctigalia, & totũ denique Põtificij dominatus patrimoníũ, ad certissimos
 quãstus inuasissent; eo quidẽ exitu ut nihil cuiquam etiã honestissimo
 ad sacri uel profani iuris prouentũ Etruscis cuncta abradentibus relin-
 queretur. Neque tamẽ his tantis beneficiis atque muneribus accumulatè
 cõgestis, quicquã ad promerẽdos ciuiũ animos profecere: quum Leonis
 malo publico immaturè defuncti, omnẽ memoriã ingratisimis men-
 tibus abiecissent, & tum Clementis uiui regnantisque, & diu etiã regna-
 turi maiestãtẽ impiè contemnerent: nulla quidẽ misericordia eius in usi-
 tata calamitatis, quã alienissimis etiã hominibus ueras piãsq; lachry-
 mas posset exprimere. Itaque Florẽtini (ut ad historiae seriem reuertamur)
 nunquã ingenio pacati, nunquã exuta malignitate pœnitentes, sed
 paratis animis, quos diuersis uultibus effingerent, renouare perfidiam,
 odiũque uetus exercere, id unũ expectabant ut alicunde rescirẽt quor-
 sum Cæsarianorũ impetus euaderet. Postquã uerò pridie Nonas Maias
 Urbẽ manu captã, Romanosq; omnes aut trucidatos aut acerbissimis
 tormentis excruciatos, ipsũque Clẽmentẽ in arce cum patribus circũ-
 uallari atque obsideri nunciatũ est, nullã sibi morã attulerunt, quin eos-
 dem animos redintegrata perfidia cõstanter erigerent. Breui nãque effe-
 ctũ est, ut frequentibus cõciliabulis per coronas in foro passim habitis,
 multi patritij, sed togati omnes Prætoriũ intrarent, cõmunicatisque con-
 siliis ad Mediceã domum contenderent, & legatũ amicissimis hortaren-
 tur uerbis, ut postquã Romã res essent perditã cogenti fortunã cedere
 probè & sapienter, & Rempub. ciuibus reddere uellet. Erat legatus graui
 mœrore saucius ex clade Urbis, ualdẽque prostratus, sed multo grauiore
 percussus metu, quũ à Nicõlao Caponio & nõnullis aliis, quos sibi ami-
 ciores putabat, acerbissimũ nunciũ accepisset: ita ut uirilil consilij inops,
 & de sua tantũ pecunia sollicitus & tenax esset, cuncta in præceps prolabi
 sineret, sibiq; maximè timendũ arbitraretur: Quod plerisq; nõ temerè ab
 agrestibus respõsis & moribus se inuisum putaret: quanquã Octauianus
 Medices incõcussa fide, & nõnulli fideli studio insignes, nequaquã despõ-
 dedos esse animos prædicarẽt, confirmandãque liberali stipendio militũ
 præsidia iudicarẽt. Sed reperiri expediriq; pecunia nõ poterat, quòd eã
 Frãcisus Niger proquãstor, malignè apud Laurentiũ Strozã deposuif-
 set, atque extẽplo Lucã profugisset, uir utiq; supra eã perfidiã multis im-
 pietatis & auaritiã sordibus coopertus. Eo frustra citato quãsitõq;, Me-
 diceis & Honofrio militaris præsidij præfecto animus cõcidit. Hic egre-
 giè pugnax & intrepidus, rẽ ad arma deducere cupiebat, pollicebatũque
 se notorũ sibi ciuiũ perfidiã, multa cẽde uindicaturũ. Verũ Syluius tãquã
 iactato nauigio, & naufragiũ adeũri persimilis, neq; cõsiliũ, neque pecu-
 niã expedire potuit, unisq; obiurgationibus insultãtis mulierculẽ domo
 atque

A atque urbe cum adolescentibus Mediceis exturbatus est. Hęc erat Cla-
 rice Medices iunioris Laurentij foror; Philippo Strozã nupta, quã tu-
 ta suo sexu, & propinquitatis nõmine, legatũ coram rusticanũ, adolescẽ-
 tes uero spuriõs, obitẽrque hæreditate Mediceẽ familiã indignos, cõtum-
 meliosis uerbis appellarat, & domo & patria protinus excedere increpi-
 ta mora iusserat: Quanquã generose ei ab Hippolyto respõderetur, quũ
 eam omnino insanã esse diceret, quã oblita sanguinis, potentiã princi-
 patus ad inimicissimos potius trãsferre, quã cõseruare in domo pro-
 pria in qua ipsa nata esset, maligne atq; peruersẽ properaret. Verum hæc
 B frustra dicebãtur quũ ad fœminã perãcri iracundia flagrantẽ etiã acces-
 sisset Nicolaus Ridulphus Cardinalis, miti quidem ingenio uir, sed non
 obscure appetens libertatis, qui cedendũ fortunã & saluti mature con-
 sulendũ esse differebat. Id in Clarice excitarat odium Clẽmens, qui neq;
 Petrum filiũ purpureo galero exornare uti promiserat uoluisset, uirũ-
 que ipsius Philippũ pro obside Cæsarianis Neapoli custodiendũ tradi-
 didisset. His uocibus peracerbĩsque minis una Syluius atque ipsi adolescẽ-
 tes excessere patria in non dubium exilium, quanquã decuriones ad le-
 niendã subitã atrocitatis inuidiã, abeũtes benigniore decreto profecuti
 C sint. Hoc erat ut adolescentibus Hippolyto atq; Alexandro maneret ius
 integrũ ciuitatis, ambobũsq; locus esset in Republica ad capiendos eos
 honores quos per ætatem adipisci possent, manerẽtq; eis incolumẽs to-
 tius Medicei patrimonij facultates: Eos autẽ Philippus Strozã ex sena-
 tusconsulto comes datus, Pisas deduceret, ut arx oblata tessera reciperetur.
 Cæterum Strozã ex arcanis mandatis, ut eos retraheret iuebatur:
 Quibus tamẽ propter affinitatẽ tanquã ab ætate tenera nihil tale meritis
 parcendũ putarit. Conatus autẽ est Danthes Castellio ex Strozã comi-
 taturũ directo & pene incẽso sclopetto Hippolytũ interimere. Verum
 D adolescentes subodorati uim sibi parari, cõcitatil equis, inexpectato Lu-
 cam prouolarũt. Lucenses ex decreto publico eos amicissime, & lautissime
 de more ciuitatis susceperunt, & Florentinis per publicas literas sibi
 eos dedi deposcentibus, integra fide se illos conseruatuos responderũt.
 Per hunc modũ Medicea domus impotenti fortunã, ciuiũq; perfidiã
 ultro cessit, quũ à reditu Ioannis Cardinalis eiecto Soderino quindecim
 annis patriã præfuisset. Exinde noui creati sunt magistratus, reuocata
 priore Soderini cõsuetudine, Noriõque se ante exactũ tempus abdicante
 magistratu, renũciatus est Vexillifer Nicolaus Caponius, ea cõditio-
 ne ut ipse & decuriones comitiale consiliũ popularis multitudinis indi-
 cerent, ut ex æquo cuncti ciues receptã libertatis fructu lætarentur, Se-
 cundẽ nãque & tertie classis turba insolenter postulabant, ut Reipubli-
 cã munera latius quã antea dispensarentur, ne populus suã studiosus
 libertatis, pro unõ tyranno plures simul ex nobilitate superbos impotẽ-
 tesque dominos esset perpeffurus, ita ut iam plane patritios pœniteret
 recuperatẽ libertatis, quam nequaquã suo ordini, sed indignis plebeis-
 que hominibus sua magna cũ inuidia, & tum demũ iusto cũ dolore pe-
 b

perisse dicerentur. Nec multo post Florentinis arcem Pisanam dedit Pac- F
cionus Pistoriensis custos, quum pecuniam in stipendium cohortis custodie
quae aliter in fide atque officio contineri non poterat, expetenti obstanti-
que Syluius Cardinalis submittere nolisset. Is subfederat Lucem cum ado-
lescentibus Mediceis, animoque deiecto atque eadem auaritia labe op-
presso, uerba pro auro, & inanem spem pro stipendio Paccionianis nun-
ciis dabat. Qua rei indignitate, atque offensione permotus custos, quem se
maligne deserui à Cardinale quereretur, nec quicquam proficeret, Anto-
nio Francisco Albicio arcem dedit, ea tamen integre fidei erga Mediceos
constantia, ut repudiatis praesentis pecuniae muneribus quae Albicius pro- G
tulerat, expers omnis praemij, ob idque inops, solo incorrupte fidei testi-
monio contentus, arce excederet. Eodem etiam cursu, sed non eadem fidelis ani-
mi probitate exemplum sequutus Galletus Barga accepto foedere pactio-
nis praemio Liburni arcem tradidit. Interea Franciscus & Henricus reges ex
ea direpte Urbis & capti Pontificis execrabili fama uehementissime com-
moti excitique ad querendum nouum decus arma parabant. Id namque ad
iuto liberatoque Pontifice, & uindictis eius iniuriis de Caesarianorum
militum immanitate longe honestissimum proponebatur, eoque iustius &
speciosius, quonia ad utriusque existimationem maxime pertineret, tueri H
armis factorum Principem suprema prope ac inexpiabili affectum calamita-
te, & quod Christianae aures uix ferrent, indignissima carceris contume-
lia cum Cardinalium fenatu usque adeo impie mulctatum. Videbatur enim
uterque eorum peculiari officio obstringi, quod Franciscus suum uetus
ex praclaris superiorum Galliae regum meritis partum Christianissimi
cognomen ferret, & Henricus ab illustri suo studio quem Iulium Secun-
dum Ludouici armis oppugnatum protegeret, Pontificiae libertatis de-
fensor ex senatusconsulto fuisset appellatus. Hos quoque duo legati op- I
portune aduersus Caesarem concitabant, Saluiatus Cardinalis in Gallia, &
Ubertus Gambara apud Britannos, qui utrobique accurate referendo
quanta immanitate in Romanos nihil tale meritos esset sauitum, qua-
toque ludibrio sacrati episcopi in cathenis ad hastam uenales fuissent cir-
cuncti, & quot demum honesti atque insones ex aula, aut tormentis ex-
cruciati, aut in uinculis desperato redemptionis pretio trucidati perii-
sent, piorum hominum animos inusitata crudelitatis cogitatione suspen-
debant: Quando etiam permultos ante aram maximam summe uenerabilis
templi frustra à diuis tutelariis salutem petentes, inundato cruore pau-
imento caedemque polluto cecidisse narraret. His sermonibus per coronas K
utriusque aulae disseminatis, uetera nouaque utriusque gentis odia, quae
uix dum in Caesarem deferuerant ex atrocitate tanti facinoris refricaban-
tur, tanto altius quod Heluetij cum Gallo & Britanno in idem studium
consensumque accesserant, quos Ennius Philonardus uetus apud eam
gentem Pontificis legatus crebris concionibus per singulos pagorum con-
uentus habitis, tamquam homines militares, nec tum uel agresti ingenio
de religione potestateque Pontificis male sentientes, diligenter admone-
bat,

A bat, ut quam Iulio Pontifici nuper circumuento & fere oppresso forte fe-
licemque operam praestitissent, eandem, & certe maiorem in liberando Clemete
aduersus impios nauare uellent. Debere ipsos probe meminisse in qua
egregia uirtutis & probitatis existimationem apud cunctas nationes ex
celeberrimi facti gloria peruenerint. Retulisse siquidem inde non opima
modo stipendia quibus honeste locupletes euasissent, uerum quod esset om-
ni auro praestantius, ad perpetuum gentis decus, illum cunctis publicis
anteferendum ornamentis pie uirtutis titulum, quo Romani pontificis de-
fensores, impiorumque principum domitores appellarentur. Itaque Lotre-
chius cum iusto exercitu, maioribus copiis subsequi iussis, in Alexandrinum
agrum descendit, magnaque uis Boscum oppidum adortus, deiecto inde Ludo-
uico Lodronio, qui Germanorum cohortibus praerat, oppidum cepit, ca-
strisque inde ad Alexandria positis, eadem felicitate, quod exiguo praesidio
teneretur, ea opportuna urbe potitus est. Lotrechio quoque impigre
procedenti accessere Venetorum copia cum iusto tormentorum apparatu,
coniunctisque uiribus ad oppugnandum Ticinum processerunt. Praefecerat
urbi Caesarianoque praesidio Antonius Leua, quem Mediolano sibi mini-
me excedendum nisi grauissima de causa statuisset, Ludouicum Balbianum
C uirum egregie forte, & Sfortiano nomini inimicissimum, & quod ei non
magnopere ualide cohortes adessent, quibus Gallicam uim sustineret, o-
pem submisso Hispanorum supplemento laturum promiserat. Caeterum Lo-
trechius animaduerso urbis situ, eductisque de his munitionibus, quas
Ticinenses periculosa in parte moenium oppugnaturis Gallis opposuis-
sent, incredibile Balbiano Ticinensibusque oppugnationis consilium susce-
pit. Couersis siquidem ad ipsam arcem omnibus tormentis quae ei ex Venetis
castris collata erant, tanta uis turre quadrata quater est adortus, ut ea cum
adiuncto arcis muro, qui ad portam ipsius arcis ad uiridaria educentem
D pertinet, ad aperta perforataque undique pene integra concideret, pro-
ruentibus una in eandem ruinam annexis his coenaculis amoenissimi pro-
spectus, quae Galeacius Vicecomes ante ducentos fere annos admirandis
sumptuosissimisque picturis exornarat: Cui aedificio propter incompara-
bilem structuram pulchritudinem omnino parcendum fuerit, nisi Lotrechius ad
famam celebre testimonium odij sui atque iracundiae Ticini relinquere uoluis-
set, quod ante sex annos ab ea parte urbis moenia iuxta arcem frustra op-
pugnans à defensoribus multa detrimenta è summa eadem turre transuer-
se oppositus accepisset. Oderat quoque Ticini urbis nomen deleti Gallici
E exercitus, & capti regis recentis abominabilisque memoria Gallis infaustum
& infame. Balbianus tantis ex improviso territus ruinis, auxilij atque om-
nis consilij inops, quem seruare urbem non posset, luctuosa Ticinensibus pa-
ctio se dedit, eductusque per ruinas ad Lotrechium, sese impetrata sa-
lute conseruauit. Tum uero Galli milites facto impetu per easdem ruinas
nullibi acriter reiecti, per arcem, quod nemo crediderat, in urbem irru-
perunt, miserabilemque in modum caeso magna ex parte praesidio & ci-
uibus captis uniuersam diripuerunt, usque adeo dira uictorum crudelitate,

ut nec templis, sacratarumque uirginum septis parceretur, quamquam Lotrechio summa cura esset tuendi sceminei pudoris. Primum qui audacter in arcem urbemque irruerit, Hostasium Rhauennate militem fuisse constat. Is à Lotrechio in premium nauatae operae, aeneam equestrem statuam quae Antonini Caesaris esse dicitur, impetrauit, quam ea antiquitus Rhauennatum fuisse, sed post Gothica tempora à Longobardis Rhauennam diripiētibus trophaei modo in signum uictoriae abducta Ticinum fuerit, & in foro constituta. Eo modo Hostasius decorum sibi fore existimans si uetus patriae spoliū recuperaret, & suae pietatis memoria eo in loco ubi ablatum olim fuerat, renouata dedicatione poneretur, in forum descendit, & permittente Lotrechio, cum manipularibus suis atque item fabris deiicere statuam sede sua, atque excindere columnam basi suppositam superbo molimine conabatur. Quo spectaculo (id enim longe miserimum Ticinenses iudicabant) usque adeo tumultuosus coplorantis & deplorantis populi concursus fuit, ut oblitus domesticae calamitatis furiose in forum decurreret, nullo modo passurus, ut patriae quae fortunarum omnium & publici decoris iacturam dudum fecerat, etiam nobilissimam & uetustissimam memoriae monumentum eriperetur. Res eodem erat perducta, ut cum armatis ab inermibus ex iurgio certadum foret. Verum Rhauennate imperatoris Lotrechij diploma proferente, omnis ea Ticinensium turba suo recenti more & cultus deformitate miserabilis, ad praetorium contendit, atque ibi unus patritij ordinis Franciscus Boticella proiectus ad pedes ita loquutus est: Patere magnanime uictor, ut uictis, & inauspicatae constantiae suae meritis fortasse poenas dantibus, in uictoria tua lugere liceat, & uirtutis tuae atque felicitatis odium, quod nobis miseris aequo acerbius uidetur, deprecari. Apud generosos namque uere clementiae laus nunquam sordescit, quum caetera ex bellicis operibus atque periculis quaesita uirtutum praemia, quod multis saepe comunicentur, celeriter euanescant. Vna profecto clementia mortales superis aequat, eiusque muneris memoria, nunquam apud conseruatos obsolescit. Miseri Ticinenses non suo opte quidem ingenio, aut publico decreto, sed peruersa paucorum & plane fatali factione impulsus à uetere studio Gallorum defecimus, scilicet ut obsessi primum obsidente rege uestro, & cuncta intus atrocissime uastantibus locis Hispanis atque Germanis, non deformato modo, sed corruentis patriae dirum spectaculum uideremus: Nec (quod meminisse dispudet) ex uictoria Caesarianorum qui cuncta domi & foris ciuili opulentiae ornamenta deleuerant, uel infauitae fidei, uel constantiae nostrae praemium tulimus, nisi ut ad hanc postremam aduersi belli calamitatem à te expugnati eadem perniciose Caesarianorum societate raperemur. Sed quod in fati fuit ab immiti fortuna iam plane transactum est, nec à te id in integrum restitui potest, scilicet ut expugnati captique, & bonis omnibus expoliati grauissime multaremur, nec nobis quicquam uel publicae uel priuatae substantiae superest, quo militaris auaritia exaturari queat, nisi unum publici decoris ornamentum equestris statua ueteris atque

eximia

A eximia pulchritudinis quae in foro, uestibuloque templi maximi à peregrinis uirisque, elegantibus cum admiratione spectatur. Hanc gregarius miles Rhauennas praedae nomine sibi concessam, demoliri, auerereque nauigio per Padum insolenter parat. Id ne pati uelis ciuitas suppliciter rogat clementissime Imperator, ut pro tua pietate magnitudineque animi, si cuti dudum tua insigni feueritate pudicitiam in matronis uirginibusque nostris inuiolatam conseruasti, hoc inanis, sed uetustae tamen gloriae ornamentum, infelici patriae nostrae conserues, ut perpetuum sit cum uictoriae tuae, tum clementiae erga uictos monumentum. Manabant cunctis Ticinensibus lachrymae, quando eius statuę iacturam instar summe calamitatis atque miseriae supra direptae patriae aduersam sortem existimarent. Lotrechius ad misericordiam uersus, Rhauennate ex aduerso promissum muralis coronae praemium ex diplomate repetentem blandis uerbis admonuit, ut praemium potius nauatae fortiter operae ex sua liberalitate oblatum accipere uellet, quam tanta acerbissime direptae ciuitatis miseria letari, arderetque demum inuidia aliquando ei & Rhauennatibus nocitura. Itaque uel indignabundus miles pro aenea statua pecuniam à quaestoribus accepit, quantum satis est pro murali corona ex auro puro fabricanda, quae in fide uirtutis suae cum elogio, Rhauennate in templo poneretur. Ticino capto diuersae apud Lotrechium sententiae dicebantur. Sfortiani ante alios legati cunctantem atque perplexum maxime urgebant, in quibus erat Franciscus Somalius inter Insubres nobilitate atque opibus potens, Gallicaeque peritus linguae, quod regis in castris aliquandiu militasset. Is recenti uictoria, & Mediolano, Antonioque Leue uim & terrorem admouendum differebat, quod Mediolanenses aduersissima essent uoluntate in Antonio & Hispanos, à quibus saeuissimam instar tyrannidis extrema rerum incommoda pertulissent. Attenuatas namque esse Antonij cohortes Hispanorum uario discessu, quos ipse in praesidiis apud Comum, Leucum, & Tricium distribuisset, & flos ueteranorum Romana in praeda detineretur, nec ipse immiti podagra iactatus, & signatae egens pecuniae, tantum animi habiturus uideretur, ut tot aduentantium hostium uim, & grauissimis iniuriis exarcebat populi tumultum, uno praesertim tempore sustinere posset. Id probabat Pisanus Venetorum legatus, cum aequo iure foederis Francisco Sfortiae fauens, tum Reipublicae suae commodo integram uictoriae securum finem spectans. Extrudendos siquidem Mediolano Caesarianos, & finibus Venetis cauendum putabat: Quonia potentissimi Caesaris uicinitas Veneto nomini maxime grauis atque suspecta foret, ex recenti scilicet memoria Bergomi, Brixiae, Veronaeque eruptarum urbium. Antonius quoque Franciscus Albicius Florentinorum legatus, Veneto & Sfortiano praclare assentiebatur, uel ob id praesertim quod Mediolanum tanquam perennem praesentis pecuniae thesaurum, aliquando Caesarianis adimendum diceret. Ex aduerso duo cardinales Cibous atque Ridolphus, qui clade Urbis elapsi ad Lotrechium uictorem peruenerant, & cum his Gregorius Casalius Henrici Britanniae re-

b iij

gis legatus, uehementissimis precibus postulabat, ut liberandę urbis Romę F
eripiendique inde Pontificis, potius quàm oppugnandi Leuę negotiũ
fufcipret. Decorũ scilicet ipfi factũq; facile futurũ, quãdo nulla grauior
re de causa transcēdiffet alpes, q̃ ut tam glorioso quàm necessario duor
rum regũ decreto expedita pietate satisfaceret. Vbi enim ad Urbẽ expli
catis uexillis iter intenderet, ualitura esse arma pro religione fufcepta,
eãque passim fore auctiora firmiorãque, excitis undiq; uolũtariis, post
quã latrones nõ Cęsarıs milites, & incendiarios euerforẽsq; sacrosanctę
Urbis persequeretur. Liberato nãque Pontifice pristinã eius dignitatis
atque potētĩe existimatiõẽ ad fœderatos esse rediturã, unde ulcisci ac G
ceptas clades, & reliquo metu atq; fœuitia hostium uictor Italiã summa
cum laude liberaret. Cæterũ Lotrechij animum diuersis distractũ sentē
tiis, unus senatoriã dignitatis uir Insuber, astuta & prope maligna ora
tione perpulit, ut omnẽ inuadēdi Antonij Leuę curam in aliud tempus
differret. Quo cõsilio nõ cursus modo paratę uictorię interruptus est,
sed expedita cõficiēdi belli spes omnis intercidit. Is erat Ambrosius Flo
rētius ex uetere factionis studio Sfortiano nomini infensus, utpote qui
semper superioribus temporibus Gallis adhæsisset. Itaq; secreto Lotre
chium aggressus, Noli inquit, Imperator existimare eandẽ esse fufcepti H
belli causam, & potiundę uictorię rationem. Nam (quod me non fallit)
tibi omnino obeundũ est id peculiare munus, quod iussu regis, & ex au
thoritate fœderatorũ uirtuti tuę iniunctũ est. Id enim unum quærũt, &
expostulãt, ut felicitate tui cursus uti uelis, liberarẽq; Pontificẽ carcere
contendas: cuius rei causa nouũ fœdus est ictum, & resumpta sunt ar
ma, prosperęque transcensã alpes, atque hæc etiam duę ualidę urbes
expugnata: scilicet ut immanium hostium ferocia frangeretur, parare
rũque aditus ad opem capto Pontifici, ruentiq; Romanę urbi oppor
tune ferendam: quę propriam regis nostri gloriam respiciunt, & sociis I
publicę salutis authoribus honestissimum afferunt decus. Nec diffiteor
ad subleuandam sociorum nostrorum existimationem plurimũ in
teresse si Mediolano potiamur. Sed uidendum est, ne hoc sit Gallicis ra
tionibus alienum. Nam neq; Antonianas uires eleuare hoc loco lubet,
neque nostras attollere, ut eunãta nobis cessura facile credã. Certe hoc
unũ prouideo cunãtos laboris atque periculi nostri fructus, alieno pror
sus commodo inep̃tẽ cessuros, non utique ut fœderi minus syncere fer
uendum putem, uerum ut hoc ipsum Mediolanẽse imperium (uti an
tiqua iura postulant) aliquando ad regem rediturum recorderẽ. Si cunã K
ctemur, expugnãdãque ualidissimã urbi diutius hæreamus, eludet for
tasse nos fortuna, atque illa quam petimus occasio liberandi Pontificis
euolabit. Quod si hostem in ruinis atque luxuria opulentissimã urbis
sepultum, senescentęque ferocia ad uini & Veneris uoluptates desidẽm
aggrediare, implebis officium prudentis piũque imperatoris, occupan
dãque Neapolis ex cursu exploratę uictorię facultatẽ arripies, & quod
bene ominari fas est, deletis immanium latronum legionibus, quas iam
pestilentia

A pestilentia fœde absumi uulgatis morbis audimus, undique uictor, Ita
lici imperij cõpos fies. Ab hac persuasione Lotrechius non ineptas con
siliis causas apud legatos ostendens, traiecto Pado Parmã se demisit: at
que inde modicis itineribus Bononiam profectus, amplissima ea in ur
be & copiosissima hyemare constituit: quod sibi multo maxima uirium
mole bellum gesturo, noua copiarum supplementa è Gallis expectanda
pradicaret. Verũ quibusdam sociorum, eum proculdubio paratę di
missãque uictorię prouentũ, Francisco Sfortiã inuidisse apparebat: at
que ideo cunãtantiũ & segnius, quàm plerique flagitarẽt Romanis re
bus opem ferre uidebatur. Nec deerant qui nõ obscure existimarent ip
sum probe regiis iussibus obsequentem, ostentare bellum è lóginquo &
multo armorum apparatu perstrepere, quàm Cęsarianos aggredi atque
laceffere malle: scilicet ne Cęsar grauiore iniuria atque periculo exagi
tatus animum in ipso rerum discrimine, aduersus metum facile peruica
cem, à spe pacis atque concordiã longius abduceret: Quoniam ea esset
ingenij Cęsarıs uis atque natura, ut placari precibus, & ratione fleãti, q̃
ui & armis ad id quod sponte nollet, cogi posse cõstaret. Id unum siqui
dem Rex Frãnciscus ex arcano eo belli motu petebat, ut Cęsar multis re
rum adductus difficultatibus ab se regio adolefcẽtes obsides datos, ob
lato auro redimi pateretur. Sed postquam ea spes recipendorum obsi
dum frustra tentata in irritum cessit, ab omnibus ad eãdem belli cogi
tationes recursum est. His rebus cognitis Cęsar siue tactus religione, si
ue permotus infamia, aut graui rerum suarum periculo adductus, Pon
tificem custodia, & tot ærumnis liberare cõstituit, Franciscũque An
gelium cucullatum Franciscani ordinis principem, pietatis & probita
tis nomine expiandis criminibus sibi delectum, cum Verreio cubiculario
ab Hispania Romã misit: deditque ei literas super ea re ducibus per
ferendas: quibus significabat Philiberto Aurantio, Vgonique Mõcata,
atque item Ferdinando Alarconi, sibi æquum piũque uideri Pontifi
cem dimittere, atque eum cum omni honore uerborũ in pristinã asfere
re libertatẽ: Subindẽq; sacrosanctã eius dignitatem obnixe defendi col
lique oportere, modo alicunde pecunia pararetur, qua militibus merita
stipendia persoluerent: ut quum tempus posceret, Germanorum legio
nes urbe Roma aduersus hostes educerentur. Sedulo autẽ cauerent cer
tis obsidibus, ne Pontifex, si forte iniuriã nondum oblitus, hostilem ani
mum indueret, ipsis non magno opere nocere posset. Erant hæc Pontifici
E in aliena potestate constituto longe grauissima, quũ nulla omnino tũta
ratio cogendã representandãque pecunię reperiretur: Quod infirmis
sima fide esset Pontifex apud creditores, uti captiuus & manceps factus,
neq; ulla in eo nisi dubia & anceps uigeret authoritas, sic ut de promif
sis firmiter cauere non facile posset, quando syngraphę nummaria, ad
dictorũque uestigaliũ tabulã, & obligationum contractus omnes ac
assenfũ stipulationes legitimo robore ex certa cõmunis iuris formula
carere dicerẽtur. In hac uero negotij difficultate uni omnium Germani
b iij

indomita feritate, nequaquam euerſæ ciuitatis ſpoliis exaturati, quum F
 promiſſæ pecuniæ æquas publicanorum pactiones ſuſpectarent, ſuper-
 bèque reiicerent, truculentiffime cunctis qui aderāt in arce, Pontificiq;
 in primis, atque ſenatuī, niſi mature pecuniā expedirent, teterrima ſup-
 plicia comminabantur. Res autem eō deducta eſt, ut clemēs longe cha-
 riſſimos atque honeſtiſſimos ex familiaribus qui ſecum erant, repræſen-
 tandæ pecuniæ obſides, frementibus depoſcentibúſque Germanis, tra-
 dere ſit coactus. Hi fuere Ioannes Maria Mótanus archiepiſcopus Sipó-
 tinus, & Honofrius Bartholinus Piſanus Archiepiſcopus: epiſcopi uero
 Antonius Puccius Piſtorienſis, & Ioannes Matthæus Gibertus Veronē-
 ſis. His acceſſere, uti pecunioſi nobileſque, & arcta propinquitate Pon-
 tifici coniuncti Iacobus Saluiatus Ioannis Cardinalis pater, & Laurenti-
 tius Ridulphus, Nicolai Cardinalis frater Germanus. Horū ſacratīs ma-
 nibus illico minaces Barbari catenas iniecerunt, & tanta truculentia ad
 exprimendum aurum terruerunt, ut in campo Floræ ad erectas dicatáſ-
 que latronum ſuſpēdiis furcas, damnatorum more catenati perduce-
 rentur, parato ibidem ad lege agendum carnifice, ſi paulò aſperior con-
 cionis fremitus annuiſſet. Per hunc modū miſerè pallentes, & extremo
 ſupplicij metu perſuſi, térque in concionem producti, præclara ope ma-
 gni numinis ſeruati ſunt, quum ſpes auri, uel in efferatis diuturna im-
 manitate animis, miſericordiam exprimeret. Siquidē paulo poſt in car-
 cere, cuſtodibus ex inſtitutæ cœnæ crapula, multoque Falerno conſopi-
 tis, catenas exuerunt, & per uaporarium foci tubum in ſumma Riaria
 domus teſta extracti funibus euaserunt: Tanta felicitate ut pedibus e-
 greſſi urbem, ad urbinatis caſtra, quæ tum erant in Vmbriæ finibus con-
 fugerent: ubi non diu miſeri tanquam illudente fortuna, in aliud prope
 diſcrimen incidere, quum eos Laurentius Martellius Florentinis præpo-
 ſitus copiis comprehendendos ueſana temeritate cenſuiſſet. Sed huius I
 impij peruerſique hominis amentiam Feltrius & Bozzolus ſeueriſſimis
 uerbis retuderunt. Horum obſidum inexpectata atque admirabilis fuga
 Pontifici deſtinatam libertatem proculdubio maturauit. Nam Pótifex
 ſemper ad noua parandæ libertatis conſilia ſolertiſſime cōuerſus, pro-
 poſitis uenalibus ſenatoriis aliquot galeris, qui conſenſu militum non
 obſcura licitatione amicitiffimis Cæſarianarū partium ad eum honorem
 aſpirantibus præſenti pecunia uenderentur: breui tantam uim ſignati
 auri, uel infami collatione coactam collegerit, & militibus numerarit:
 ut quum aduerſi rumores de ſecundis Lotrechij ſucceſſibus ſenſim in-
 crebreſcerent, milites in uniuerſum Hiſpani Germanique, nequaquam K
 ægerrime pacarentur, & ſeſe ducum imperiis & dicto audientes futuros
 dicerent. Pontifex quoque ad declarandum fidelis amicique animi ſtu-
 dium quinque ſenatores quos Cæſariani delegerāt, obſides dederat, Pi-
 ſanum ſcilicet Venetum, eius Aloyſij qui in ſocialibus Feltrij caſtris le-
 gati munere fungebatur filium, & Triuultium Mediolanenſem Gallicę
 factioni ſemper addictum, Gaddiúmque item Florentinum pecunioſi
 publicani

A publicani fratré. Hi Neapolim perducti, in arcęq; noua cuſtoditi ſunt:
 Pompeius uero Colúna pro reliquis duobus qui fuere Franciottus Vr-
 ſinus, & Paulus Cæſius uadem ſe præbuit, & ſecum poſtea eos ad Subla-
 queanū peramcœnæ ſalubritatis ſeceſſum humaniter perduxit. Nec mul-
 to poſt in componenda tranſactione liberandi Pontificis ſtrenue ſata-
 gentibus Pompeio Columna, & Hieronymo Moronio (hoſ enim certis
 liberalibúſque promiſſis reconciliatos, & piis emollitos precibus, ita in
 partes traduxerat, ut Cæſaris decreto, quod Angelius cucullatus addu-
 xerat mirifice fauerēt) res appoſite conſecta eſt, eóq; facilius quòd Vgo
 B Moncata, & Verreius incerti & ſæpe tráſuerſi conſilij homines Neapo-
 lim cōceſſiſſent, & Aurantius apud Galeriam uicum hyemaret: utpote
 qui ſuoſte ingenio captúque mutabili, & ſemper ſuſpicioſe perplexo,
 nouas difficultates negotio allaturus eſſe crederetur. Itaque poſt ſepti-
 mum carceris menſem Pontifex Cæſarianorum Alarconíſque præfer-
 tim iudicio dimittédus, decreto uixdum præſcripto, quum ſe exiturum
 poſtriduo dixiſſet, intempeſta nocte euasit, nihil prohibentibus portæ
 cuſtodibus, quum petafatus & penulatus, ſubductaque & uelata barba,
 ſe diſpenſatoris miniſtrum ignobili eo habitu mentiretur. Diſpenſator
 C enim ſe præparandis alimentis exituro Pontifici ad ſingulas Caſſiæ uiæ
 manſiones præcurſurum dixerat. Euasit autem urbe occulta porta, quæ
 eſt in Vaticanī uiridarij extremo ad turrem rotúdam angulo, cuius cla-
 uem ab olitore paulò antea Pontifex impetrarat: atque eo modo eluſis
 cuſtodibus Hiſpanico militari equo uectus, quem ei dederat Aloyſius
 Gonzaga cognomine Rodomontes, cuius fratrem adoleſcētem nomi-
 ne Pyrrhum Pótifex in hiſ arumnis propenſiſſime legerat in ſenatum,
 ad iter ſeſe extendit, ſubtérque Cęſianum uicum, & Baccaniam ſyluam,
 Capranicæ paulum moratus, ad Orbitum oppidū naturali circumam-
 D bientis uallis faxea orbita permunitum contendit: admirante moram,
 & ſemidecepto Alarcone, qui ut Pontificem ad quotidiana ſacra è cubi-
 culo prodeuntem ſalutaret, in multam diem expectarat, non ſemel in-
 crepita apud cubicularios ſurgendi tarditate, quum Pótifex, uel obdor-
 miſcens excitandus ad iter uideretur, quod ægre uti longum & lutulen-
 tum, hiſ brumalibus præfertim diebus obeundum foret. Cæterum nihil
 ſe commouere milites, quanquam nonnulli de animo fidéque Pontifi-
 cis male ſuſpicarentur, qui ex repentino diſceſſu quosdam duces, mili-
 túmque primores, ipſum honoris cauſa comitari paratos, antecaptis in-
 E tempeſtæ noctis tenebris, parū pudenter eluſiſſet. A T Florentini ubi
 certius didicere Clementem cuſtodia emiſſum, Orbiti tutiſſimo Tuſcię
 oppido conſtititſe, atque eum frequenti hominum curſu qui undique
 gratularū coibāt, itémque multis principum & ciuitatum legationibus
 coli, rediuiuáq; authoritate quotidie ſupplicibus libellis ſubſcribendo,
 ſenatum habendo, & ſacerdotia conferendo, integri & probe coaleſcē-
 tis Pontificatus munia obire, metu atque inuidia creſcētibus, in omnes
 partes legatos mittere, & certa armorum præſidia noua libertati tuédæ

parare cœperunt. Sedebat tum ad clauum Reipublicæ idem Nicolaus F
Caponius, quem pulsus Mediceis Frâncisco Norio suffectum docuimus.
Is uti erat multarum rerum experiēs, optimusque ciuis, & patriæ liber-
tatis amantissimus, in unum pro salute publica consilium incumbēbat,
ut proceres ciuitatis ex uetere studio Mediceæ familiæ addictos comple-
cteretur, à popularium iniuriis defenderet, in partemq; Reipublicæ cō-
municatis honoribus susciperet. Sic enim inueteratę factionis obliuisci
posse iudicabat, atque honestissimo & tutissimo consensu cæteris ciui-
bus coniungi, ut iustum & bene sanum noui status robur, in affecta &
ægre coalescēte Republica pararetur, quo parto nihil intus ex omnium G
ordinum concordia, uel foris hostile esset metuendum. Eo siquidē tem-
pore inualescebat antiqua factio mediocriū atque infimorum ciuium,
nata ad conturbandam Reipublicæ tranquillitatem. Hæc nanque tur-
ba tam superbe quàm temere, uti superioribus seculis, recentibusq; So-
derini temporibus consueuerant: nullum bonum ciuē esse putabat, nisi
qui Mediceum nomen maxime & acerbissime odisset, quod à Mediceis
diu se in administrāda Republica prætermittos atque neglectos memi-
nissent, ac simul honores omnes ciuitatis, unis optimatibus & nobilita-
ti, iniqua ratione tributos quererentur. Ab hoc improbo, & uti mox ap H
paruit pestilēti minorum ciuium ordine, quassata primo est noua liber-
tas quam fata pepererant, & demum uniuersæ ciuitatis misere diffiden-
tis opes attritæ, conuulsęq; sunt. His popularibus importunisque ciui-
bus signiferum sese præbuerat Balthasar Carduccius uetusta potius q̄
nobili ortus familia, qui Patauij ius ciuile profitēdo claruerat, odiūmq;
sibi Pontificis acre parauerat, quum tanquam exul deplorando statum
feruentis patriæ, Patauij & Venetiis Mediceos appellans tyrannos, eo-
rum famam contumeliose lacerare cōsueuisset. Is fortunarum egens, &
parum Florentiæ cognitus, inani immodicōque iudicio ad summū V I
Vexilliferatus honorem, unde clarescere & ditari posset, insolenter aspira-
bat: uixque liuido animo ferebat magistratū ex publico decreto in tres
annos Caponio designatum, qua in sede honoris æquo diutius regnare
Caponium, nonnullos etiā patritios agris animis pati intelligebat. Erāt
hi Thomas Soderinus quem fraterni Vexilliferatus memoria grata pop-
ularibus mirifice commendabat, & Alfonsus Strozza, ex uetere perpetu-
atque simultate pertinaci studio, Mediceo nomini semper aduersus.
Ambo autem eadem ambitione ita erant occupati captique, ut nō im-
probare Caponium tanquam ex professo ab omni Mediceę domus do- K
minatu abhorrentem, sed eius locum exoptare occulta dignitatis obtre-
ctatione crederentur, quę popularium suffragiis facile adipisci confide-
rent: Propterea Balthasari Carduccio ex turbidi atque præcipitis ingenij
uecordia res nouas molienti, atque item concitanti iuuentutem, astute
adulabantur. Itaque Carduccius maledicentiæ suę frena exoluens, intē-
peranter & criminose Clementis dignitatem, & totius optimatium ordi-
nis decus proscindebat, secus ac cuperet ipse Caponius, qui eum ordi-
nem

A nem stabiendæ libertatis causa, nequaquam contumeliis exagitandū,
sed assiscēdum ultro in curiā, & syncera ciuiliq; honorum communi-
catione complectendum arbitrabatur, ut obliterari sensim posset uete-
rum beneficiorum memoria, quæ adhuc apud non ingratos ciuū ani-
mos uigeret. Dixerat enim palam in coronis Carduccius rabido furio-
sōque persimilis se nunquam stabilis Reipublicæ decus uisurum, nisi in
multo cruore amicorum Mediceæ familiæ manus & pedes ablueret, &
tyrannorum domum decreto publico dirui, & radicitus excindi cōspi-
ceret. Erat siquidem amenti propè ingenio truculētus, proptereaque ei
B obuenerat moribus eius aptum Scimitarę cognomentum, quę uox in-
curui atque terribilis barbarici gladij genus significat: unde turbida at-
que insolens iuuentus in foro spatiantis latera stipare consueffet, ut eo
authore concessionem gestandorum armorū, & custodiendæ curiæ mu-
nus, uti euenit, impetraret. Postulante nanque & acerrime contendente
Carduccio id impetratum est: Quanquam decuriones nihil necesse esse
responderent, ut armati curiam custodirent, quādo nulla uis uel intus,
uel foris à quoquam extimescenda uideretur. Ea uero efflagitātium iu-
uenum procacitas fuit, ut uel nolēs Caponius decreto assentire cogere-
C tur, eoque properantius, quod seditiosos quosdam absque periculo di-
gnitatis, oratione coherceri posse desperaret. Per hūc modum impetra-
tis armis iuuentus per se audax & effrenis, ab ea licentia æquo feruidior,
atque insolentior aduersus optimates effecta est. In uestibulo nāque, ip-
sōque atrio curiæ, prætoriæ cohortis more stationem delecti coniurati-
que iuuenes habere cœperunt, tanta animorum ferocia, ut obsidere de-
curiones potius, & magistratuum dicta factaque maligne obseruare, q̄
curiæ limen tueri censerentur. Suspectus enim quibusdam popularibus
Caponius euaserat, quod studiosius quàm oporteret, propinquos uete-
D resque amicos Mediceæ familiæ complecteretur, quos ipsi maxime o-
dissent, & trucidare percuperent: scilicet ut Caponio authore non popu-
laris quidem status uti omnes expeterēt in ciuitate, sed optimatium ari-
stocratia conderetur. Proinde quidam è plebeio ordine antea insolenter
Caponio dixerat, tam improbe quàm false, quum Medicei pellerentur:
• Tu, inquit, Caponi, nequaquam sana & opportuna libertati cōsilia agi-
• tas: nam tabernæ uinariæ frondis signum, non prioris dolij uinum mu-
• rare contendis, quod nunquam à te fieri patiemur: quasi diceret sublatis
Mediceis, ipsum quidem tyrannidis nomen tolli, sed ueteres eius mini-
E stros & fautores, nimiq; Caponi & optimatium studio cōseruari: qui de-
mum multorum instar tyrannorū uti antea consueffent, populo super-
be atque auare dominarentur. Sed uir ciuili prudētia insignis, modo pu-
blicæ saluti prospiceret, hosce aduersos de se rumores facile contemne-
bat: dabatque assidue operam, ut Pontifex atque propinqui eius, nullis
uerborum contumeliis afficerentur: & quibusdam tenuibus officiis, quę
libertati cœptę nihil officerent, iusta Pontificis in rebelles iracūdia mol-
liretur. Dixerat enim sæpe Clemens, quum tanto obrutus infortunio, &

diuturna feréque lethali correptus febre decumberet, ut nos lectulo familiariter affidentes audiuius: se totas perpeſſæ calamitatis, & torquētis morbi pœnas, tot peccatis ſuis ac erroribus debitas, etiam ſi Deus ſibi miſeræ uitæ finem adduceret, æquo animo lætaturum: neque aliud ab ingratibus Florentinis poſtulatuum, quàm ut in propinquos ueteresque amicos familiæ Mediceæ graſſari deſinerent, hiſque aditus ciuili æquitate ad honores præberetur: redderentque item ſibi Catharinam neptem, quam ad Veſtales uirgines depoſuiſſent: paternarum quoque poſſeſſionũ fruſtibus potiſſime liceret: Quando totius patrimoniũ uectigal ciuiliſ oneris ærario publico eſſet ſoluturus. Quantũ uero ad Pontificiam G maieſtatẽ pertineret, hoc obnixè petebat, ut nullas niſi ex Pontificia auctoritate ſacerdotiſ decumas imponerent. Hæc erant ſuprema languētis, nec adhuc plane reſtituti Pontificis decreta, plena pietatis & æquitatis: quibus per mercatores idoneoſque homines Florentiæ ſignificatis Caponius indulgendum exiſtimabat, utpote qui prudentiſſimi uiri uim, & iam tum reuiuifcēte eius dignitate, minime exagitandam, ſed ſpatio & leui obtemperantia, hiſ præfertim in rebus quæ publico uoto nihil officerent, leniendam cēſeret, hac in re certiffimus uates futurus: Quando quidem ſæpe, & etiam ante magiſtratum prædicaret libertatẽ apud pro- H teruos cito periturã, niſi Reſpublica moderatiſ cõſiliis regeretur: Quoniam hiſ omnibus imperiti rerum plerique ciues, aut importunis diſticti odiis, arrogantius quàm deceret, tumultuoſe miſcerentur. Nec in hoc ſalubriſ ſententiæ inſtituto Caponius inuidiam facile ſuſtinebat, quum iuuenes qui ceptis armis inſoleſcebant, à Scimitarra malo publico cõcitati, eum nonnunquam Venetum ducem, ſolis optimatium utentem ſuffragiis, ad conſtandam inuidiam per iocum appellarent, & ciues qui parũ populares uideri poſſent, toruis atque minacibus oculis intuerentur: uſque adeo arrogãter, ut Iacobus Alamannus præcipitiſ audaciæ iu- I uenis, in Leonardum Ginorium honeſtum ciuem, quod modeſtiam in iuuentute requirere uideretur, in ipſo curiæ limine ferrum diſtingeret: quo in loco lege lata, neſas eſſet arma aduerſus quenquã nudare, aut tumultuari. Id factum quum ſummi magiſtratus maieſtatẽ læſiſſe cēſeretur, nec ille amens, & exitiali ſuperbia tumens curiæ area excedere uellet decuriones ad ſeueritatẽ perpulit, apud quos Scimitarra ex ciuiliſ iuriſ lenitate tutari reum conatus fruſtra perorarat. Atque eo modo Alamannus captus, in ſuperiore curiæ tabulato capitali ſupplicio affectus eſt. Meminerãt enim illum eundem eſſe Alamannum, qui Paulo antea K curia à ſeditioſis occupata, Federicum Riccium è numero decurionum in conſpectu Guicciardini dictatoriſ, neſaria temeritate uulnerarat. Ab hac feſtinata Alamanni damnatione, quum caput eius è ſumma curiæ corona populo deciſum oſtenderetur, audacia nõ mediocriter apud iuuentutẽ refrixit, & Carducciſ uis temere exardẽs grauiter imminuta eſt. Paucis enim ante diebus, ita excreuerat, cum huius concionantiſ, tum furentium iuuenum licentia, ut globo factõ aſcenderent ad ſummum magiſtratum,

A magiſtratum, & uexillum depoſcerent, quo uti bono patriæ oporteret, ordinati uterentur. Ea uero expoſtulatõ ſuperba, atque intẽpeſtiua patribus uiſa eſt, quum ſeniores id negandum cēſerent, & Caponius fœderata iuuenum arma uereretur, quod in unius turbulenti ſigniferi manu foret, ſublato uexillo populũ ad arma uocare, atque aggredi quodcunque uel crudele facinus, & ciuitatem inſeſſino tumultu perturbare. Quum uero aliquandiu diuerſis ſententiis eſſet decertatũ, hunc ea contentio habuit exitum, ut decuriones quod negare ex tũto non poterant. moderata atque ſeuera conditione concederẽt: lata ſcilicet ſalutari lege B qua cautũ eſt, ut id datum uexillum intra curiam ad columnã porticus defixum ſiſteretur, capitalẽque eſſet hiſ qui iniuſſu ſummi magiſtratus reuelliffent, & extra curiæ limen extuliſſent. Eo temperamẽto Caponius inſolẽtem turbam opportune paciffa & publicæ ſaluti cauiffẽ uiſus eſt. Armata ſiquidem iuuentus, quæ ſuo pre cõſilio effrenique libidine furere, graſſarique cœperat, niſi ſeueris edictis ac imperiis cõtineri nõ poſſe cēſebatur. Nam paulõ antea iuuenũ globus tumultuoſe in templũ Deiparæ Virginis Nunciatæ irrumpẽs, ut ſtadium ſuum erga libertatẽ, & ingens in Mediceos odium oſtenderet, ſtatuas Leonis & Clementis lanceis tranſſodiendo, neſaria atque uaniſſima temeritate deiecerãt, unũſque ante alios futiſ & ſuperbus ciuiſ Oricellariuſ cognomento Cardinalis Clementinæ ſtatuaſ faciẽ ingentiſ alabarda icũ deſormarat: & Chiurliuſ Macciauelluſ dextrum Leonis ſtatua� oculum ſpiculo perforerat: Quas inanes iniuriſ ſtultæ animorũ truculentiaſ indices, Caponiuſ ita grauiter fuerat deſtutus, ut id facinuſ ſceleſte inuidioſeq; editum, pœna uindicãdum eſſe diceret, niſi patriorũ iuuenum amplior numeruſ, quæ infami ſacrilegio manuſ admouerat, à perſcribendo decreto eum abſteruiſſet. Eodem quoque ueſano impetu cõcitata iuuentus, è ſcutiſ Mediceæ familiæ puniceas pilas paſſim deleuerat, uſque adeo D prouecta licentia, ut Laurentianũ ingreſſa templum è ſepulchro magni Coſmi, titulum quo pater patriæ decreto publico fuerat appellatuſ ſcapelluſ abraderet. In id quoque, cõſiliuſ nõ multo poſt callidiſ ſeniorum & optimatiũ artibus frenadaſ iuuentuti remedium periculofum certe, ſed euentu ciuitati ſalutare, repertũ eſt, ſcilicet ut in uniuerſum ciuitati capiendorũ armorum iura traderentur, & deſcriptiſ à militari ætate ad quinquageſimũ annum cunctiſ ciuibuſ, cohortes ſub uexilliſ inſtituerentur, quæ diuiſæ per quatuor tribuſ, collegiorum ſigniferiſ præſtõ eſſent. Erant hi ſigniferi numero ſexdecim, quum urbuſ diuiſa in quatuor regioneſ, quæ ſingulaſ quaternos haberẽt ſigniferos, peculiaribuſ uexillorum inſignibuſ, elegantiſ diuerſarũ imaginũ uarietate figuratiſ diſtingueretur. Per hunc modum Caponiuſ cõmunicatione armorũ, quæ nõ obſcurẽ feruidaſ uiolentãq; iuuentutiſ animoſ cõpeſceret, popularẽſque modeſtiaſ ciuiliſ admoneret, ciuitatem in officio continebat. Pari quoque prudentia turbulentoſ ciueſ legationiſ nomine ablegauit, Carducciũ ſcilicet in Galliam, nihil unquam pro ſano cogitantem, & Galeottum

Iunium apud Alphonsum Atestinum, qui & ipse iurifconsultus indomi-
 ta feritatis & pertinaciæ ciuis inter populares habebatur. Eadem quo-
 que de causa Franciscus Portinarius elegatibus literis instructus, & Bar-
 tholomæus Gualterottus, quanquam ingenij inefficacis iureconsultus,
 quod æquo acrius factioni popularium fauerent, hic Venetias, ille in
 Britanniam missi sunt. Cæterum ordinatim centuriatæ cohortes maxi-
 me letum urbi spectaculum præbuerunt, quum inter duo augustiora
 urbis templa erectis altaribus traducerentur, iurarētque singuli se pa-
 triæ libertatem contempto omni periculo defensores: neque his usuros
 armis, nisi aduersus hostem Reipublicæ seruitutem afferentem. Hoc sa-
 cramento usque adeo deuotis animis circiter quatuor milia hominum
 confociata sunt, ut fideli concordia diligentique armorum exercitatio-
 ne coalescentes, magno usui patriæ fuerint, magnoque terrori non ho-
 stibus modò qui obsessuri erant urbem, forent: sed externo ascititioque
 militum præsidio, quod mercede ad tutelam urbis conduxissent, ne mi-
 litari licentia cõposita, & tranquillæ urbis disciplina turbaretur, quum
 armati uindices præsto essent, qui paulo insolentioris facti contumeliã
 ulcisci possent. INTER eas quoque Lotrechij moras Veneti intenti-
 ore cura meliorēque spe copias undique conducebant, quod post elap-
 sum carcere Pontificē, Cæsarianos cadauerosa in urbe, & magis ac ma-
 gis pestilenti, multis utique absumptis, multisque profundo luxu dif-
 fluentibus facile superari posse crederent: & quas in Apulia & Salenti-
 nis urbes antea possedissent, debellatis Cæsarianis ex fœdere se receptu-
 ros arbitrarentur. Florentini quoque eandem quam cum Gallis & Ve-
 netis ante cladem Urbis (uti memorauimus) societatem inierant, secuti,
 ante omnia Herculē Alfonsi Ferrariensis principis filiū, copiis suis cum
 summo imperij stipendiūque honore præfecerāt. Is tum nuptias cum Re-
 nata Ludouici regis filia Ferrariæ celebrarat, ex qua affinitate & ipse Al-
 fonsus pater, commutato studio in eundem belli consensum ueniebat.
 Videbatur autem id fœdus tot principū arma confociantiū, non æquis-
 simo tantum, sed longe etiam honestissimo iure percussum, quod salutē
 libertatēque Põtificis ab initio respexisse censeretur. Verū hos omnes
 Cæsarianorū arrogantia cum summa impietate coniuncta uehementer
 angebat & inflamabat, quum se dira uastatione & crudelibus flāmis no-
 bilissimas Italiae urbes deleturos minarentur. Erat enim edita in uulgus
 fama eos conuersis signis, post absumptā & dirutam Urbem, pari trucu-
 lentia ad euertendā Florentiam ascensuros, facile inuitante inexplebi-
 les Barbaros, & nulli unquā certi ducis imperio parentes, opulentissime
 urbis prædā, incitantibus maxime eos duobus è cõsilio Neapolitano se-
 natoribus Ludouico Montalto Siculo, & Antonio Venafrano, quibus
 uti impiis sacri imperij decus maxime erat odiosum: scilicet ut effrenē,
 atque omnibus facinoribus contaminatā militum sociorum colluuiem,
 longe à Neapolitanis mœnibus auerterent. Quibus adductos rumori-
 bus Florentinos, de renouando atque arctius cõfirmando fœdere, con-
 filia

A filia maturasse constat: nimis (uti postea compertum est) celeri atque
 ipsis demum exitiosa festinatione, quum Gallia regis, & reliquorum
 principum prælata societate, Cæsaris amicitiam importune contempse-
 rint. Ingentibus tamen sententiis de eo fœdere ineundo Florentiæ cer-
 ratum est: quum ciuitas in diuersa studia, promptis maximēque facun-
 dis ad differendū ciuium ingenis scinderetur. Mouebant ciuitatem, ut
 Gallorum potius quàm Cæsaris fortunam sequeretur, amplissimæ Frã-
 cisci Regis opes: grauis & excellens Veneti senatus autoritas: mirum-
 que locupletissimi Britannia regis studium, & Lotrechij præsentis res
 B secūdæ: Nam & tum Genua, peropportune eiectis Adurniis qui Cæsari
 fauebant, in partes traducta fuerat: Antonique Leuæ pertenuis in
 sustinendo bello uires, & auxiliorum spes infirmæ uiderentur. Quæ res
 Florentinorum animos per se in Gallicum nomen procliues, ita impel-
 lebant, ut magna pars populi priuatis addicta lucris, quæ satis opima ex
 negotiatione Lugdunensis mercatura prouenirent, Gallici fœderis de-
 creto paratis suffragiis assentiretur. In tabulis autē diserte perscriptum
 est, ut descensuro ad liberandam urbem Romam, inuadendamque Nea-
 polim Lotrechio, Etrusca iuuentutis legionem adiungerent. Ex aduer-
 C so ipse Lotrechius regiis uiribus, & copiis Florētinae ciuitatis libertatem
 conseruandam ab omni iniuria, defendendamque susciperet. Atque ita
 à Gallo rege missus est Florētiam Claudius Velleius legatus, & à Venetis
 Antonius Surianus, qui fœderatę ciuitatis consiliis adessent. Nō proba-
 rant id fœdus Caponius ipse dictator, & optimatum atque prudentium
 penē totus ordo: utpote qui ei parti cui Põtifex adhæsisset, omnino ad-
 hærendum censerent, & cum Pontifice honesta conditione quæ incolu-
 mem liberæ ciuitatis statum cõseruaret, pacisci oportere disereret. Pro-
 uidebāt enim usu rerum periti, Clementē indomito spiritu ad pristinū
 D patriæ dominatū aspirantem, facile obliuisci posse recentis acceptę cla-
 dis, tāquam non suæ, sed publicę omnium calamitatis, & Cæsari renouata
 amicitia rursus coniungi, ut illatam à rebellibus ciuibus peculiarē con-
 tumeliam uindicaret, ipsiusque Cæsaris felicibus armis in patriam reduce-
 retur: Quādo quidē ipse suspirans & gemens, existimationis suę iniuriã
 à Gallis uel intempestiue, uel improbe dissimulatā quereretur: ipso præ-
 fertim nouo fœdere, quo se illi Florētinis aduersus eorum hostes opem
 luros pepigissent: cuius nondum maturi, sed certe non multo post
 futuri rerum euentus, uerissimus uates Caponius extitit, quum multo-
 E rum imperitorum numerata suffragia aduersus paucos rectissime sen-
 tientes, uti plerunque fit, maxime ualuisse. His rebus cognitis Clemēs
 seipso amarior factus grauius angebatur, quanquam ad eum Vicotius
 Turenus à Francisco rege missus, ea quæ iam transacta essent, eleuare,
 mollirēque, & subtilius interpretari contenderet: sic tamen lenire of-
 fensum non poterat, quin ille noui consilij curam coquere putaretur:
 suspensio nãque animo ex rerum successu, in complexum Cæsaris se da-
 re, fortunamque eius sequi statuebat. Memini me eum familiariter, sicuti

solebat, his de rebus mecum cōtracta fronte sermones ferentem in hęc F
 » uerba prorupisse: Quid mihi Ioui, uel incolumi Pontificatus dignitate,
 » uel hac restituta sanitate uitāque opus est, si ab ingratis ciuibus patria
 » pulso & exuli perpetuo deplorāda sit maiorum meorum uetus ampli-
 » tudo, totūmq; familię decus & fortuna principatus? Hęc enim omnia
 » infami ignauia amisisse atque euertisse proculdubio existimabor, nisi
 » eadem uirtute qua illa longo tempore parta cōseruatāque fuere, & mi-
 » hi & profugis adolescentibus recuperentur: referāsque in annales tuos
 » iustis uotis meis non semper fortunam illuisse. At Lotrechius tota fere
 » hyeme Bononię absumpta communicatis cum Veneto, Florentinóque G
 » senatu cōsiliis, & cōstitutis itineribus per Aemyliam atque Flaminiam
 » in Picenum duxit. Iam enim quas expectabat copię Heluetiorū & Ger-
 » manorum, atque item Vasconum, alęque postremę equitū aduenerāt,
 » & Pisanus cum Veneto exercitu antecedens, conducto Valerio Vrsino
 » ad Truentum amnem properabat. Valerius clade Romana elapsus, Fir-
 » mum peruenerat, ubi prępotentes habebat propinquos Brancadorę fa-
 » ctionis, cum Guerrieria familia de principatu contendentes, cuius prin-
 » ceptus erat Federicus Cęsarianę factionis. Is Firmanorum castella inua-
 » debat, nec Cariato antistiti Pontificis nōmine Piceni pręfecto parebat. H
 » Quibus de causis Cariatus Valerium sibi adiungit, & per eum qui alam
 » ueteranorum equitum cōflauerat, Guerrierium interficit. Valerius quo-
 » que quosdā Cęsarianos in Camertium iugis adortus, Orpheo Aufidio
 » duce cęso, profligarat, opulentāque exuerat pręda. Nam Sarra Colūna
 » ab urbe Camerinum profectus, Varanię familię regulos, uetere atq; le-
 » gitimo dominatu depulerat, direpta urbe, & Catharina Ciboā quę Ioā-
 » nis Marię uxor fuerat, omnibus ornamentis perfidiose spoliata, & ad
 » Ridulphum Varanium spurium, cui ipse sororem denupisset, domina-
 » tum ciuitatis detulerat. Ex ea Aufidiana pręda Valerius cōempris undi-
 » que equis, insignem alam auctam uiris fortibus exornarat: Qua fretus,
 » cohortante Pisano ad Aternū amnē contendit, nullóque negotio, cite-
 » riore nauigio atque ulteriore turre potitus, tumultuariū pontē effecit,
 » ad id operam insigni studio nauantibus quibusdam Venetis nautis, qui
 » forte ad fauces amnis erant in statione, & subducta nauigia multāmque
 » materiā ad efficiendū sternendūmq; pontem conuexerunt. Hoc nuncio
 » Pisanus uehementer exhilaratus est: utpote qui neq; amnis ripam defen-
 » soribus uacuam, neq; profluentē submersi olim magni Sfortię misera-
 » bili interitu nobilitatū, facile transiri posse existimarat. Itaq; promotis K
 » copiis Valerius eadē celeritatis felicitate Sulmonēses & Pręcutini, Peli-
 » gninūq; nominis gētes, in potestatē sine uulnere rededit: Quod Cęsaria-
 » ni duces eius regionis oppida nullo militari pręsidio muniuissent: rati
 » Lotrechium non illac facturū iter, sed per Flaminiam ad urbem Romā
 » recta perrecturum. Non uidetur hoc loco prętermittendum, quid Ve-
 » netis cohortibus pręeunte eorum equitatu à Sulmone iter habentibus
 » acciderit. Eas siquidem ingenti niuosóque uentorum turbine exorta
 » atrox

- A atrox tēpestas miserabili ac inopinato cladis genere penē totas oppres-
 » sit. Nondum enim plane exacta hyeme, ut in algidis & montanis euenit
 » locis, serius in uer nouum annus aperitur, & culmina montium præalte
 » diu insident & occupant niues. Inter duas Appennini arctas fauces im-
 » minentium utrinque altissimorum montium, aduersis iugis, non mul-
 » tum lata, uerum plana uallis extenditur, spatio quadraginta fere stadio-
 » rum. Hunc locum incolę Peligni quinque milium planum appellant.
 » Hęc autē est eius angusti itineris natura, ut exorti uenti quum ingruāt,
 » contrario in sese, & rapidissimo impetu conuoluantur: sublatas niues ē
 » B iugis deiiciant, & in gyros per aera uertant, quibus media in ualle iter
 » habentes, intercluso spiritu repente suffocent & perimāt: Propterea ex-
 » plorare oportet inconstantis cęli serenitatem, quę subitis sæpe momē-
 » tis fallax, uiatores decipit: Quoniam abditi introrsus specus, cōceptum
 » naturali terrę habitu spiritum, ex illis inflectentium inter se montium
 » anfractibus uiolenter expuant, certo semper exitio deprehensorum, nisi
 » intento cursu celerrime faucibus elabantur. Periēre in eo turbine trecē-
 » ti fere pedites, repertique sunt rigentibus membris enecti, dormiētibus
 » plane similes, quum repentinę procellę tempestas decessisset. Cognito
 » C Valerij, Pisanūq; progressu, qui Aterni amnis transitu potiti essent, pon-
 » tēmq; in eo nullo prohibente construxissent, Lotrechius qui adhuc erat
 » circa Firmum, incertus an trāsueris itineribus in Campaniā signa uer-
 » teret, celeritatem sibi adhibuit, & Venetas consecutus copias, tormen-
 » tis Aternum amnem antē parato ponte transfuectis in Apuliam pene-
 » trauit. Petrus quoque Pisaurius apud Lotrechium legatus, & Camillus
 » Vrsinus cum reliqua parte exercitus Veneti, sese Pisano & Gallis cōiun-
 » xerunt. Constabāt Venetę copię mille ferme leuis armaturę equitibus,
 » in queis erāt Epirotici & Gręci generis pileati, peltatique circiter quin-
 » D genti, Andrea Cibranio duce. Reliqui Italico more galeati, thoracatiq;
 » erant, inter quos armis splendidior, & Thracibus equis ualidior, Valerij
 » ala censebatur. His adiunctę erant aliquot cataphractorū turmę, ipsaq;
 » pręsertim Alfonso Ferrarięsis principis ala, Francisco Cantelmo nobili
 » duce ad Lotrechium iure fœderis missa. Peditatus autem cōstabat Germa-
 » nicis cohortibus octo, mercede cōductis, quibus pręerat Petrus Auoga-
 » rius nobilis Brixianus: Reliquę cohortes erant ex delectu Italico, apud
 » quas Gabriel Ripa ueteranus summam obtinebat authoritatem. Eodē
 » quoq; tēpore Gallicis sese castris adiunxit Petrus Nauarrus qui cōmea-
 » tibus cauens, & locorum noticia adductus cum Vasconibus suis, & Cā-
 » tabris, per Sabinorum & Aquilanorum fines, Fucinūque lacum, Cā-
 » pistrano oppido ex itinere expugnato, iter confecerat. Luceriāmque
 » peruenerat. Atque ita Lotrechius positus ad Sanctum Seuerum castris,
 » nusquam conspecto hoste, copias recensuit, quę & specie, & numero,
 » roboréque firmissimarum gentium, triginta fere millium numerū
 » implebant. Valdemontius Lothoringię reguli frater, qui superioribus
 » annis ea spe Neapolim penetrarat, & Salernum manu ceperat, ut regno
 » c iij

quod antiquitus Andegauensium regum fuisset (horum enim ipse legitima stirpis erat hæres) adiudicante Clemete potiretur, legiones duas Germanorum ductabat. Præerat Heluætiæ legioni Tendanus Comes, Balthardi Sabaudij filius, quibus addebatur subsidiariæ sclopettariorum Italicæ cohortes. Equitatus autem Gallicus peramplus erat & illustris, cui Gherlindanus Britannus ab Henrico rege missus, peculiarem alam adiunxerat: Hac procedentis Lotrechij fama permoti Aurantius & Vastius operam dabant, ut Germanos & Hispanos heredes prædæ reliquias, & de constituenda in Vrbe colonia cogitantes educerent. Exuisse enim usque adeo ueterem ferociam, turpique otio emarcuisse uidebantur, ut nisi ægre multaque comminatione seueri imperij, signa sequi uelle crederentur. Sed illatus ab infenso ualidoque hoste metus, & salutis & decoris cura, uel segnes animos ad iter erexit. Atque ita uacua relicta urbe Latina uia profecti, ex itinere Vastius Vallemotonium Latij oppidum, quod Baptista è Comitum familia nobilis adolescens, neque portas aperiret, neque comitum præberet, tormentis expugnauit, cruenta irruptione direpto oppido, quod in ingressu, nonnulli uiri fortes, & in his Beltrandus Ruffius nobilis Parmensis, & Gallindus Hispanus cohortis præfectus, Vastioque familiaris cecidissent. Exinde per Hernica oppida in Campaniam iere, ad lauamque deflectentes, per Sidicinos, Exerninos, atque Alifanos fines, & per Serram demum quam uocant Capreolam, ex qua facilis est ab Appennino in Apuliam descensus, Troiam peruenere. Hæc urbs ex ueterum Harporum ruinis, cuius agri pars nomē adhuc retinet, ædificata dicitur: magnamque habet celebritatem, quod edito in colle posita, subiectæ Apuliæ campos, Garganumque montem, & Adriatici maris litora prospectet. Lotrechius ubi hostes ad Troiam constituisse didicit, Luceriam ad Nauarrum est profectus, sequentique nocte Valerium, quod firmis & expeditis turmis uteretur, & ipse alacri ingenio nauandæ operæ esset auidus, Troiana uia exploratum misit, ut aliquo excepto, de hostium consiliis numeroque, ac eorum sede, & castrorum ordine certius cognosceret. Inter Luceriam & Troiam medio ferme itinere, flumen exiguum uerum cauis admodum ripis decurrit, in quæis pari explorandi studio Vastius Hispanorum ualidam manum condiderat. Inalbescente itaque caelo Valerius ad amnem perueniens, quam paucos equites ab amne in ulteriorem ripam euadere iussisset, hostes in insidiis occultatos deprehendit. Illico quid repererit (quod ita facere iussus erat) Lotrechium docet: petitque ut sibi liceat transire amnem, & cum hoste manum conferere. Id seuerè negat imperator, sed mox alacri iuuenum globus è Gallicis alis Valerium subsecutus, conspecto hoste, quin pertraheret, uel obrestante, obsistentemque Valerium retineri non potuit. Accessum est leue primo prælium, sed sensim acrius & ardentius, quoniam multo frequentiores quam putassent Hispani pedites & equites ex depressis locis prodibant. Pugna autem eò deducta est, ut Galli quanquam summa alacritate depugnarent, in magnum discrimen perducti uiderentur.

Quorum

- A Quorum permotus periculo Valerius uel contra Lotrechij imperium opem ferendam statuit, ne in primo congressu ad omen uniuersi belli aliquod detrimentum uel dedecus acciperetur, quando ea Gallorum manus ex equitibus primæ nobilitatis constaret, cui se ducem præbuerat Griffæius, cum regis gratia, tum suo bellico uigore præstas iuuenis. Nec mora, suo procurfu Valerius iam plane circūuentos & perturbatos Gallos confirmauit, opportunèque summotis hostibus citra amnem reduxit. Nam aliæ atque aliæ hostium turme, & peditum cohortes, eò consilio ex accliuibus locis se demittebant, ut aucto numero renouatoque impetu, pulsos in amnem, præruptumque cauæ ripæ alueum præcipites darent. Succensuit Valerio Lotrechius quod suo iniussu amnem transisset, quasi eum puniturus, nisi Griffæius cum suis defensus, & proculdubio seruatus, resque peropportune & fortiter gesta, seueri alioqui ducis iracundiam mitigassent. Postero die Lotrechius motis castris ad hostes recta contendit, in subiectisque Troiæ campis equestri prælio summa utrinque alacritate certatum est, nullis quidem interpositis sclopettariis, ita ut leui cum periculo, quantum quisque eques lancea gladioque ualeret, ex cristis ac insignibus nosceretur. Captus est in eo congressu Martius Columna impiger adolescens, quem Pompeius Cardinalis patruus, paulopost pecunia redemit. Cæsariani duces accliuibus in locis castrametati, distinctis atque ordinatis copiis sub Troia constitierant, posteroque die Lotrechius sese in conspectum dedit, ita aciem flectens, & copias ostentans, ut multo tubarum clangore hostes è propinquo ad committendum prælium prouocaret, & proeectis in gyrum curulibus tormētis, in aduersos ea disploderet. Sed pilæ in erectos per accliuia hostes minimum inferebant detrimentum, quod terreno statim haustu uix uno, aut altero interfecto, nec subsilirent, nec confertis aciebus inciderent, sic ut uni tantum signifero Christophoro Africo cum uexillo dextra manus falconis ictu abriperetur. Apta uideri poterat occasio conferendæ pugnæ quibusdam audacibus, quod insolentissimi hostis conspectum, tam diu minime ferendum putarent, eundemque ducem atque eosdem hostes sapius uictos, acri concursu propelli & profigari posse arbitrarentur: Sed Vastius & Dorbinus, Aurantij feruidos impetus moderari soliti, Gallos mora & cunctatione eludendos, refrigeratamque demum earum gentium quæ impetu ualèrent, dimicandi cupiditate, sine uulnere, uti sæpe alias, debellandos differebat, ob idque præsertim quod tum omni tormentorum careret apparatu, & cataphractorum alas, Garzia Manrico, & Ludonio ducibus, Neapoli profectas, atque item quorundam procerum Neapolitanorum auxilia, ipsumque præsertim cum suis cohortibus Fabritium Maramaldum expectarent, ne priusquam bene explorata uictoria, non de regno modo Neapolitano, sed de Mediolanensi quoque imperio, unius prælij alea dimicaret. Id uero unum eos ad configendum hortari poterat, quod nondum Horatius Baleonus cum Etrusca legione Lotrechij castris applicuisset, proptereaque si pugnam

c iij

differrent, hostem non nouis, sed exercitatissimis sclopettariorum cohortibus firmiorem se postea inuenturos intelligerent. Constabat enim ea Baleoni legio magna ex parte ueteranis, quum sub Ioanne Medice ad summam bellicę uirtutis opinionem peruenissent. Verum ut postea ab ipso Vastio, Dorbinóque audiui, Hispani & Germani nequaquam pristinam eo die animorum alacritatem ostenderunt, quum multorū mensuram desidia, & luxu captę Urbis eneruati, onustique præda, omni decori & laudi quę periculo parari possent, uitam anteferre, & partis diuitiis atque otio frui uelle uiderentur. Per hunc modum Lotrechius frustra prouocato laceffitóque hoste, ea copiarum & pugnæ ostentatione gloriatus, quod hostes aliàs pugnacissimi oblato prælio defuissent, copias suas reduxit in castra, & septem fere sequentibus diebus quid cõsilij agitareret hostis expectauit, quum perpetuo in eadē planitie, inter duo castra quotidiana exercitatione, minutis & diuersis equestribus præliis certaretur, decoro potius quàm cruento spectaculo, quum ingens utrinque equitum multitudo, nihil intermixtis sclopettariis, raro lethali uulnere dimicaret. Cecidit tamen è Cæsarianis Teias Aghillarius, leuis armaturę equitum præfectus, quum aurato insignis sagulo in aciem prodiiisset, & hostes eum ab illo splendido ornatu Aurantiū esse existimantes certatim adorirentur. Hic est ille Teias immanis sauitię Hispanus, qui capto in Vrbe Laurentio Granio Signino episcopo, Romana florenti eloquentia, quum ille egens pecuniã, & direpta domo, redemptionis pretiū ægre expediret, sacratum caput insolenti uulnere prope discidit. Interceptus quoque est Ferdinandi Gonzagæ alæ equitum Campegius significans cum uexillo, quum frumētatoribus præsidio missus in Gallos equites incidisset. Tum uero Cæsariani cognito Baleoni aduētū qui nõ procul inde aberat, mouenda castra statuunt, & recta Neapolim multis de causis contendendum censent, ut ibi certiore spe commeatus, & maioribus præfidiis bellum gereretur. Sergianum uero Caracciolum cum sua cataphractorum ala, duabúsque Hispanorum, & quatuor Italarum cohortibus Melphim ipsius Sergiani ditionis urbem, ut præsidio sit dimitunt, multisque relictis ignibus, crassiore matutina aura tecti, deceptis Gallis, & præmissis impedimentis, peditatúque omni, nouissimū agmē ualidi equitatus præsidio firmant, & per Creppacoriij iuga, quæ sunt arctę fauces, è Samnio in Campaniã descendunt, sero persequentibus Gallis qui in ea exortę nebulę caligine, de discessu hostium nihil pro certo explorare potuerant. Nec multo post Horatio Baleono obuiam missis K equitibus, eius legionem ab apparatu specięque militum cumulate laudatam, cum mutua gratulatione in castra receperunt. Tum uero apud Lotrechium in consilio disputatum est, an hostem prælio decertare non aufum, & ex ignobili discessu in non dubiam cõuersum fugam, uti credebant, persequi præstaret, an expediendis commeatibus, nihil in tergo nisi pacatum, omnique metu uacuum relinquere. Guidoni Rangono qui multi usus dux habebatur, ipsique item Valdemontio, & præfectis alarum

A alarum fere singulis, unice præsertim Valerio Vrsino magnopere placebat instare abeuntium tergis & proculdubio à clandestino turpique receptu perterritos, & disiunctis agminibus diuersa itinera capientes, toto equitatu consecrari: Fore enim ut insigne detrimentum nouissimis inferretur. Si uero hostium equitatus ora cõuerteret, ut postremi agminis terga tueretur, eum per sclopettarios Etruscę præsertim legionis, qui essent summæ pernicitatis atque peritiæ, facile sustineri atque propelli, & si fugam intenderent, exui impedimentis. Quo euentu nihil ipsis Romana præda onustis grauius, nostro uero militi lætius, & ad opinionem B speratę uictorię confirmandam, atque attollendam utilius & speciosius accidere posset. His Nauarrus (si uniuersi belli exitus spectetur) fatali sibi & Lotrechio, ceterisque ducibus & copiis maxime funesto consilio contradixit, ueterem secutus belli rationem, ne si feruidis animis abeuntibus hostibus incumberent, ea omnis qua tum potirentur, adipiscendi commeatus facultas amitteretur. Neque enim sperare debere, ut uicos & oppida commeatibus plena, per quæ antecedens & prædabundus hostis transfret, diffugientibus metu incolis reperirent. Relinqui siquidem in tergo Melphim opulentam urbem, militari præsidio, & peculiaribus C Sergiani reguli uiribus confirmatam, unde frequentibus eorū eruptionibus impediri atque intercludi subuectiones frumētarias posse, nemo belli regionisque peritus non dubitaret. Itaque sibi Melphim omnino aggrediendam expugnandamque, uideri, & circūiecta oppida in potestatem redigi debere, ut nihil hostile retro metuât, & deficientium ab hoste eius tractus populorum fama aucti, ex tuto Neapolim usque penetrarent. Hæc apud Lotrechium sententia uicit, quum nec fugientes & perturbatos prope Cæsarianos fortuna defereret. Nec mora, Nauarrus cum iusto tormentorum apparatu Melphim contendit, eisque prolatis magnum in muro hiatus fecit, sed nequaquam usque adeo latum, ut non plus quàm bini aut terni milites irrumperere posse appareret. Subiere tamen temere atque audacius quàm expediret Etrusca uexilla, quæ quum per ardua eniterentur, & difficiliorem opinione aditum reperiret, multis interfectis & uulneratis, retrouersa sunt, egregie propugnante Sergiano. Cæterum Vascones & Cantabri Etruscis successere, magnaque uide ad deiecti muri aditum dimicatum est, maiore oppugnantium cede atque periculo: Quoniam Nauarrus, ut conglobatis cohortibus latiore ingressum pararet, tormenta in eam partem continenter ita adigi iubebat, ut multi qui primi ascenderant, tergis pilas exciperent, & miserabilis sociorum strages ederetur. Sed his incommodis atque uulneribus accensi pariter Vascones & Etrusci, ui facta in urbem perruperunt, neque quisquam fere ex Hispanis & Italis qui erant in præsidio, irati uictoris sauitiem effugit, manauitque ea cædes ad oppidanos tanta rabie, ut infantibus & scæminis ægre parceretur, & uictores inter se de captiuis & præda rixantes cateruatim manus confererēt, quæ res caforum stragem accumulauit, Nam à Nauarro circiter quingenti omnis generis milites

desiderati sunt: ex oppidanis autem & praesidiariis cohortibus & turmis, F
supra tria hominum milia cecidisse referuntur. Captus est ipse Sergia-
nus Caracciolus qui constantissime, uti debebat, suam urbem defende-
rat. Melphi expugnata, Venusini Gallis deditioem fecerunt, quorum
exemplum sequuta sunt pleraque oppida Lucaniae & Apuliae, apud quae
non ingratum erat ex ueteribus studiis Gallicum nomen. Atque eo mo-
do Nauarrus quum nulla hostium manus occurreret, ad Lotrechium re-
uersus est. At Caesariani ex itinere Arriano oppido direpto, quod Arria-
nenses ex uetere factione Gallorum aduentum expectare uiderentur, praeter
Auellinum & Montefusculum lacteis figulinis nobile, tripartito agmi- G
ne, quum Aurantius cum Germanis praecederet, Gonzaga cum equita-
tu late diffuso, quod nemo instaret hostis, subsequeretur, & Vastius cum
Hispanis Nolam peteret, paucis diebus uno ferme tempore Neapolim
contenderunt. Caeterum Hispani ad Nolam more suo stipendia flagitan-
tes, uix concionantis Vastij cohortatione, ad seditionem consternati, in
officio contineri potuerunt, increpita scilicet malignitate atque stultitia
eorum qui praeda diuites instante tergis hoste, stipendia uel merita, impor-
tunissimo tempore postulerent. Ad id impudetiae facinus milites Dor-
bini opera incitatos Salsedus eximia uirtutis ueteranus dictabat, non H
obscura dignitatis obreptatione, quando is ad honorem magistris ca-
strorum quo Dorbinusungebatur, uehementer aspiraret. Qua de cau-
sa Dorbinus ut calumnia dilueret, capitale ausus facinus, spectante Va-
stio, in Salsedum enfem distinxit, eique brachium discidit. Eius atrocis
& insolentis facti conspectu acriter permotus Vastius, in Dorbinum ir-
ruit, sua manu Salsedi iniuriam, & percussoris temeritatem uindicatu-
rus. Quo animaduerso Dorbinus ex irati ducis oculis uitae suae periculo,
in genua procumbens, gladij cuspide comprehensi capulum Duci por-
rigens: Hoc, inquit, in meam necem utere Imperator, qui iracunde potius I
quam inique, nominis tui offensa maiestate deliquerim. Tanta enim erat
erga Vastium uetus Dorbini reuerentia, ut effugere metu mortis dispu-
deret. Hic demissi & supplicis, nec mortem deprecatis habitus, paratam
semper in Vastio generosi animi clementiam facile exciuit, eique non
modo pepercit, sed pristinum honorem qui erat summus in exercitu e-
tiam conseruauit: quod strenuissimi uiri eo graui bello uirtutem ma-
gno sibi usui futuram iudicaret. Sed Salsedus nequaquam mortiferi uul-
neris, sed implacabilis animi dolore, multos post dies Neapoli excessit e
uita. Quum Caesariani duces ad Neapolim coniunctis copiis peruenis- K
sent, & Vastius orantibus Neapolitanis, & sese omnes affatim commea-
tus suppeditaturos pollicentibus, castra idoneo loco extra urbem ponenda
censeret, Vgonis Moncatae, & Alarconis sententia prelata est, qui in-
troducendum in urbem exercitum contendebant: Quoniam dilaben-
tibus, & in fidem nutantibus quibusdam Andegauensis factionis regu-
lis, populum ab insita leuitate nouis rebus, & regibus semper studentem,
defecturum crederent, quum primum Gallica signa conspiceret. Con-
tineri

A tineri enim in officio & fide facile posse presentibus, & portas & moenia
tuentibus militum praesidiis: quando paratus esset in urbe, & in arcis hor-
reis frumenti, & commeatus omnis generis copia, uinique praesertim,
qua una re, alluci promerique Germanorum animos constaret. Hanc
reliqui duces Aurantius & Gonzaga militibus id expectantibus fauere so-
liti, sententiam approbarunt, uel grauius reclamante Vastio, qui eo co-
silio urbem miserem & prope hostiliter a sociis direptam iri, intromisso
exercitu praedicabat. Sed nihil eius ante prouisa calamitatis detrimen-
tum, externorum ducum animos permouebat, utpote qui neglecto om-
ni ciuium incommodo, uni tantum defensionis urbis, publicaeque mi-
litum saluti prospiceret. Atque ita frustra lugentibus Neapolitanis, per
idonea urbis loca, exercitus regionatim est distributus. Nec multo post
Lotrechius cum omnibus copiis in conspectum se dedit, castrametatumque
editis in collibus, & perductis perpetuis munitionibus quae ad ma-
re usque pertinerent, praeterea atque admirandis aggeribus se circumscripsit,
ipseque in Aragonij Montalti uilla praetorium fixit, quae exeuntibus ab
urbe, Campana uia ad dextram relinquitur. Nauarrus autem diuersis
constitit in iugis, qui ad leuam ultra diui Martini collem uergunt, & I-
anuariae portae imminet, & in Ioannis Roscij uilla munitissima castra
constituit, eo consilio ut longam obsidionem terra marique instituerent,
& uicinas Neapoli urbes Capuam, Auerfam, Puteolos, & Nolam, quas
occuparant, praesidiis obtinerent. Tum uero Gallorum antecursores,
atque admixtae aliquot sclopettariorum cohortes ab aede diui Antonij
ad Campanam usque portam decurrerunt, in quas Caesarianorum glo-
bus erupit, certatumque est tumultuaria pugna, sed paucis utrinque in-
terfectis, quum Galli aucti numero uehementer urgerent, Caesariani ca-
dente Verreio intra portam compulsi sunt. Hic Verreius, ut supra dixi-
mus, ab Hispania missus a Caesare Romam ad duces mandata detulerat, D
Verum postea deprauatus malignitate quorundam ne interesset pactio-
nibus quibus Pontifex dimitteretur, astute quidem, sed leuissime Nea-
polim concesserat, primisque improbae suae uoluntatis poenas dedit. Ex-
inde cunctis fere diebus leuia certamina seiebantur, quum Galli auda-
cter procurrerent, & Caesariani erumpentes, noui hostis ferociam egre-
gie sustinerent. His minutis praeliis nonnulli utrinque ceciderunt, quod
intermixti equitibus sclopettarij rem gererent, & eos dispersos Hispani
leuis armaturae equites turmatim aggredierentur. Per hunc praeliadi mo-
E rem Roscius Ciarius nobilis atque fortissimus inter Etruscos iuuenis,
quum suos dispalatos recipere conaretur, ab equitibus est interfectus.
Interim Neapolitani inexpectata ab Hispanis atque Germanis dome-
sticarum rerum detrimenta perpassi, & duriora in dies expectantes, sese
priuatis obsidionis arumnis, periculoque publico eriperem coeperunt, at-
que inde nauigantes in proximas Capreas, Aenariam, Prochitam, & Sur-
rentini litoris tuta ab hoste, atque salubria loca se conferebant. E pro-
ceribus quoque Neapolitanis plerique dilapsi sunt, & in his mutata fide

multo maxima pars Andegauensis factionis ad Gallos transit, primūque omniū Vincentius Carrafa Montis sacrae arcis oppidi regulus, Caesarianis diffidens rebus ad Lotrechium se contulit. Huius uiri iudicium quod exactae militaris prudentiae haberetur, multi sunt temere subsecuti, quod a tanto uiro, consilium anceps, nisi graui cum ratione susceptum non existimarent. Ex his fuere Caracciolus Murconij Comes, Ferdinandus Pandonia familia, Bouiani regulus, Federicus Caeranus, Fraeiscus Aquinas Quadrata in Apulia regulus, qui demum finito bello aut securi percussis aut bonis mulctati, malefanae & infidae leuitatis poenas dederunt. Sergianus quoque Caracciolus qui animo tam forti quam fidei apud Melphim captus fuerat, quum aliquandiu summis precibus ab Aurrantio, ut redimeretur, impetrare nequiuisset, ab hac contumelia indignabundus Lotrechio liberanti sese addixit, dictoque sacramento a rege alae equitum praefecturam promeruit, & decora sacri ordinis nobilium procerum torque donatus est. Interea Neapoli quamquam magna frumenti copia suppeteret, conficiendi panis difficultate usque adeo laborari coeptum est, ut Germani praesertim frumento cacabis excocto uescerentur. Nam & frumentariae mola quae sunt ad Sebethum fluuiolum, & aliae quae sunt in Glani amne ad Acerras, atque Sueffulam, in potestate hostium erant, cui incommodo solerter occurrebatur ab Hispanis & Italis qui paruas a lapide suburbano molas manu ductiles confecerant, quibus triticum egregie, sed nequaquam affatim molebatur: Nec uini iam tanta supererat copia quae satis esset Germanis aquae potum, tanquam uisceribus noxium, abominantibus. Eius quidem desiderio tanquam aequum & debitum postulantes uniuersas prope urbis cellas cum fremitu scrutabantur, sic ut Daualam ipsius Vastij domum saeva irruptione uiolare non ueriti, aliquot Graeci uini dolia, subter hortum manufactis scrobibus recondita, ex indicio infidelis fabri detegerent, factoque totius exercitus concursu, perpotando galeis & aquariis cuppis asportando ocysime exhaurirent, quum modice parcendo, omnibus per aliquot dies suffectura crederetur. Interea accitus a Lotrechio a Genua Philippus Atria, Andreae Atriae Gallicae classis praefecti legatus, cum octo triremibus circa Neapolim uenit, cuius aduentu prope aduentitij com meatus spes hostibus interclusa uidebatur, eoque arctius quod supra Ligusticam classem, Venetorum quoque triremes circiter uiginti superato Messanae freto ad inuadenda obtinendaque litora, propediē uenturae nunciabantur. Qua rerum fama adducti Caesariani duces, priusquam Venetae triremes Siciliae fretum transfrent cum Philippo confingere statuerunt. Habebant Caesariani sex tantum triremes, biremesque duas, cōsistisque uirtuti militum, & quatuor magnarum nauium scaphis quas sclopettariis impleuerant, & reliquis pari ratione minoribus nauigiis quae frahata uocantur, concurrere rostris, manusque conferere minime dubitabant. Erat enim cum Vastio, qui cum Vgone Moncata praetoriam conscēderat, delectorum flos militum: nam Dorbinus accurate fortissimum

A fortissimum quēque, & Cantabrico mari assuetum uiritim delegerat, & in his promptissimos centuriones atque signiferos, quos nihil maris nauifera atque iactatione perturbari consueffe didicisset. Conscēdit quoque & ipse magister equitū Afcanius Columna, & plerique alij uiri insignes sua sponte, nihil de uictoria dubitantes, & ne Germani quicquam Hispanis de uirtute concederent, Conradino Glornio duce circiter ducenti, duas triremes compleuerunt, magnaque alacritate, a Paufilipo soluentes, ad insulam Capreas contenderunt, atque ibi iuxta fontes ex iucundiore more largius epulati, Consaluo etiam Barectae Lusitano cucullato, qui religiosae solitudinis causa illis in rupibus tugurium condiderat, concionanti aures praebuerunt. Is uehementissime cohortatus duces singulos obtestabatur, ut pristina uirtute uti, pietatisque patriae memores, crudeles ulcisci Ligures, atque eos acri maxime impetu inuadere ad non dubiam uictoriae uellent, scilicet ut tot miseris Hispanici generis uiros longe fortissimos, quos illi perpetuis uerberibus & contumeliis affectos, & pro seruis remigibus cathenatos, ad transtra detineret, arummosa atque infami seruitute liberaret. Dum prolixae atque inflammatae Barectae concionaretur, Biordus Agnesius Neapolitanus, non tam Gallicae factioni addictus, quam Hispanorum arrogantiae infensus, in aduersum insulae litus se demisit, & ueloci uectus nauicula ad Philippum aduolauit, primusque certum nuncium tulit de numero apparatusque & ducibus Caesarianae classis. Quo cognito Philippus supplementum unius centuriae sclopettariorum a Lotrechio postulauit & accepit. Nec diu post Caesariana classis pluribus expansis uexillis conspicua, a Capreis discedens in conspectum hostium se dedit. Erat tum Philippus oram legens Salernitani litoris ad Cocham statione, quam promontorium tenue, Vrsi caput a nauis appellatum, suo obiectu efficit. Id adest non magno spatio a prominentiore Campania promontorio, quod Athenaeum antiquitus dictum, hodie Campanellam incolae uocant. Ea species ornatissimae hostium classis, non mediocriter Ligures commouisse uisa est, sed rei naualis periti, eam mox non inepte contempserunt, tanquam secus ac disciplina flagitaret, nullas ad mali summitatem caueolas, quas gattos uocant, habentem. Ea caueae summis alligatae malis singulos speculatores simul & propugnatores continent, sicuti in carchesijs onerariarum nauium fieri uidemus, e quibus deni, & saepe pro nauigij magnitudine uiceni homines faxis, atque missilibus propugnant. Tum uero Philippus aduocatis in praetoria nauem trierarchis, his fere uerbis eos allocutus est, digito aduentantem

» hostium classem ostendens. VIRI, inquit, generosi inuictaeque uirtutis ciues optimi, magnam hodie nobis (uti uideo) ex certa prope uictoria decus proponitur, quum numero triremium, cunctisque rebus bellici apparatus, & fortitudine animorum, peritiisque rei naualis praestemus. Sint utique hostes nostri, ut ipsi iactant, egregie pugnaces terrestribus praeliis, in nauali certe concursu, neque discurrere, neque se conglobare expedite poterunt, quum inter transtra, & angustis in foris sibi se dimicandum,

excipiendæque sint, uti fors feret, tormentorum pilæ, quum nullus rece-
 ptui, aut declinationi locus propugnantibus relinquatur, præpediente
 præfertim remigum turba, quæ obiecta ictibus, & suo periculo terrefa-
 cta, facultatē consistendi, aut locum mutandi prorsus eripiet. Itaque quū
 nihil de receptu nobis sit cogitandum, & ne dedecus admittatur, omni-
 no sit cum oblato hoste configendum, existimate ueterū maiorūque
 nostrorum gloriā, tot prosperis naualibus præliis partam, in dextris ue-
 stris atque peritia esse repositam. Hanc uti reor quisque optimus ciuis,
 non conseruare modo, sed augere plurimum debet, ne degeneres atque
 oblitī disciplinae, à sociis pariter atque hostibus existimemur. Ipsum ue-
 ro Andream Auriam imperatorem nostrum præsentem adesse putato-
 re, & uirtutis ac ignauiae futurum testem, ut fortibus digna præmia, aut
 æquo iure ignauis ignominiam paret. Trierarchi uocem sustulerunt,
 quam alacres & pugne auidi edere solent, paucisque uerbis de excipien-
 di atque inuadendi hostis ordine inter se constituentes, ut quæ in rem
 opus forent apte pararent, ad triremes suas continuo redierunt. Summa
 expediti decreti fuit, ut Philippus quinque, rostratis suis in hostē inuehe-
 retur, cum reliquis uero tribus Nicolaus Lomellinus in altum euadens,
 ubi cœptum foret præliū, capto circuitu, reflexoque, opportune remigio, H
 in puppes lateraque hostilium nauium prætoria præcipue petita auda-
 cter incurreret. Itaque Philippus è promontorio in apertū mare progre-
 diens, sese ad pugnam obtulit, neque Vgo uel ob id eam detractare ausus
 est, quod tres quas diximus Lomellini triremes cōcepto metu aufugere
 crederet, & iniqua conditione quinque Aurianas secum concursuras ar-
 bitraretur. Vbi appropinquatum est, ambæque prætoria ad mutuū con-
 cursum proras dirigerent, Vastius salubri ratione Vgonem hortabatur,
 ut prior maius tormētum emittere properaret, ut exorta fumi caligine,
 hosti certior ictus eriperetur. Sed Vgo qui rei naualis peritissimus exi-
 stimari uolebat, & dudum cunctis ueteribus trierarchis ad Capreas pu-
 gne aliam minime subeundā differentibus, ignauia increpita contradi-
 xerat, tam diu displodere tormentum distulit, ut Philippus in id sedulo
 intentus, atque apte collimans, suum ingens tormētum quod Basiliscū
 appellabat in hostem emitteret. Huius immanis pila perfractis supra ro-
 strum crassioribus pluteis, qui zombatte uocantur, cum horribili strage
 hominum per foros à prora in puppem peruolauit, tanta uiolentia ut
 discerptis supra triginta partim militibus, partim naualis officij magi-
 stris & remigibus, etiam in ipsa puppe multos insignes discerperet, & in K
 his Petrum Cardonium Siculum, Vastij propinquum, qui geminos fra-
 tres Valpergas Masinij regulos, obrectatione amatoria apud Mediola-
 num interfecerat, & Leonem Tassinum Ferrariensem, à quo Geuarre Po-
 tentiani reguli filius ex similitate Vastij cum patre cōcepta magnæ spei
 adolescens, insons nuper fuerat confossus. His accessit Gufmanus Hispa-
 nus miræ dulcedinis citharædus, qui ioci causa (uti fata trahebant) con-
 scens iam principibus & oram soluentibus, in prætoriam per remos
 prorepsit,

A prorepsit, sic ut horum cruore atque uisceribus Vastius & Vgo fœda-
 rentur. At Vgoniani libratores ita suum ingens tormentum in Philippi
 prætoriam direxerunt, ut præpediente hostili fumo non magnum in-
 ferret detrimentum, quoniam Ligures secus ac Hispani non per foros
 expositi ictibus, sed ad scalmorum proiecturas quas posticcios uocant,
 intra circūseptas solidis asseribus spondas proclinati, inter remiges con-
 sistebant, & per fenestellas tanquam è mœnibus, crassioribus sclopettis
 rem gerebant. Interim dispari fortuna Cæsarianæ tres, quarum nomina
 hic minime prætereūda putamus, Gibba Iustiniano Ligure uetere trie-
 B rarcho, in qua propugnatoribus præerat Cæsar Feramusca, & cum hac
 duæ Catelani generis Secamia à Secamo impigro trierarcho, & Villa-
 marina pariter à Bernardo Villamarino nuncupatæ, concitato remigio
 Aurianas duas Peregrinam scilicet & Donzelliam, quæ uox pedissequā
 uirginem significabat, adactis rostris inuaserunt, uehementique edito
 certamine in eas Hispani milites egregio ausu transilierunt. His conspe-
 ctis rebus Lomellinus opportune ex suo flexu conuersis proris uti con-
 stitutum imperatūque fuerat, ad nauadam operam aduolauit, trinō-
 que impetu in hostilem prætoriam inuectus est, eo ordine, ut uno tem-
 C pore tria maiora tormenta in hostem disploderentur. Maura puppem
 deterfo gubernaculo perfregit. Cæterum Patrona quæ ab inaurata Ne-
 ptuni imagine Neptunia uocabatur, disturbato foco, & aliquot remi-
 gibus discerptis malum perfringens, ita cōuellit, ut quod miserrimum
 & in multis lethale fuit, antennæ conciderent, quarum casu complures
 oppressi sunt, & in his Hieronymus Tranensis qui in uniuersa tormen-
 tarij negotij præfectura Antonello patri Cæsaris munere successerat. Do-
 mina uero quæ matronæ perornatæ ad puppem signum præferebat, ro-
 strum & reliqua prora tabulata decussit. Nec mora, eæ tres cōuersis re-
 D mis iam ab hoste Peregrinæ atque Donzellie captis, mature opem tulerunt.
 Porro Mauratum peritissime sese circunuoluens, in oppositā Gib-
 bam minorum & mediocrium tormētorum procellam grandinis mo-
 do effudit, graui Gibbæ periculo, nam præter epibatas & remiges fœde
 occisos, Cæsar etiam Feramusca, smerilij, quod est minoris falconis ge-
 nus, pila traiectus in mare decidit: Ipsi uero Iustiniano trierarcho fe-
 mur glande traiectum, & Baredus centuriæ sclopettariorum præfectus,
 tribus mortiferis uulneribus est fauciatus. Alia in parte Perpenniana &
 Calabris Oriana nomen accipiēs à familia trierarchi qui in clyti olim
 E naualibus uictoriis Roggerij Oriæ stirpis esse dicebatur, quum hostiles
 Syreniam atque Fortuniam adortæ, utrâque magno affecissent incom-
 modo, & fere in potestatem redegissent, conspecta suorum clade, inco-
 lumes in fugam se dedere. Desperata nanque uictoria quod stratum ui-
 derent prætorie uexillum, & Villamarinam atque Secamiam circūuen-
 tas, subindeque receptas quas Hispani pauloante occupassent Peregri-
 nam atque Donzelliam, dispalatamque scapharum & biremium classis-
 culam conspicerent, sese seruare Cæsari, quam cum reliquis eūdem ad-

uērfæ fortis cafum subire maluerūt; quanquam id confilium, uti nimis F
propere captum à multis improbaretur. Ab hac duarum triremium fu-
ga, extemplo concessa est Philippo uictoria: nam Vgo qui rotūdo pro-
tectus scuto, nudatōque ense paululū à puppe discesserat, dextrum glan-
de brachiū, coxāmque sinistram parui falconis pila ictus ceciderat. Va-
stius quoq; in ceruice iuxta aurem fictili globo incendiarij pulueris gra-
uiter uulneratus, crebrisque lapidum è gattis iaculationibus contusa ga-
lea male mulctatus, & Ascanius Columna dextra, & altero pede debili-
tatus Lomellino deditioem fecerant. Philippo autē in paranda uicto-
ria magno ufui fuerūt Mauri, Turcæque remiges, quos promissa liber- G
tate exutisq; compedibus, & distributis armis ad prælium accenderat,
tanquam ueteres Hispanorum hostes, Vgonisq; præsertim nomini in-
festos. Hi nanque longe fortissime, atque audacissime dimicantes in ho-
stiles triemes transcendere nudi prorsus, & gladiis scutisq; contenti
non dubitarunt, mortuōque Vgoni barbarico fremitu aliquandiu illu-
ferunt, cadauer circumfistentes, & cum risu interrogantes, num ad inua-
denda Africæ litora esset reuerfurus. Per hunc modum ad Vrsi caput
Amalphitani litoris nauali prælio, quo nullum ætate nostra cruentius
fuit, decertatum est. Nam septingenti circiter ueterani milites Hispani, H
præter totidē remiges & nautas Cæsarianæ classis, aut trucidati, aut de-
mersi periere, & Philippus uictor in uniuersum epibatas & remiges ad
quingentos, & in his aliquot peritos gubernatores & nautas, atque unū
omnino trierarchum desiderauit. Ex hostilibus duas triemes, & ad has
biremem & aliquot scaphas, mioparonēque unum quem brigantinū
uocant demersit, binisq; in altum ut diximus fugientibus, reliquas duas
in quibus erat prætoria, manu cepit: Quibus suarum quæ tormentis
quassatæ fatiscebant numerum suppleuit. Præter Vgonem, & Feramu-
scam, fortissimi cohortium præfecti interfecti sunt, Macinius Daia Can- I
taber, Ioannes Biscainus, Zambronius atque Baredus. In potestatem ue-
ro uiui deuenere, præter ipsum Vastium, & Ascanium Columnam, Frā-
ciscus Hicardus trierarchus, Ludouici arcis Neapolitanæ præfecti ger-
manus frater, cui pugnanti grauioris tormenti pila ab ima nate pulpo-
sum femoris torum horribili sed non mortifero ictu, quod habitu esset
præpinguis, abripuit. Philippus item Cerbellio sine uulnere, & Ioannes
Caietanus, Vaurius Belga, Acogna Gallus Borbonij profugi fatelles, &
Seronius Hispanus Neapolitani senatus scriba, illustrēsque equites Ca-
millus Columna, & Annibal Genarius, Vgonis amicitia clari. Reliqui K
centuriones atque signiferi, militēsque qui non essent uulneribus debi-
litati, iniectis cathenis, ad remum translati sunt, ut in locum demortuo-
rum, & Barbarorum qui edita forti opera, libertatem meruissent, oppor-
tune succederent. Hæc fortasse aliquanto curiosius atque diffusius q̄
institutus præalti operis labor breuitatis admonens postularet, descri-
psisse non piguit: Quoniam hæc pugna inter memorabiles nostri secu-
li maxime funesta extitisse uisa est, & ego totius eius prælij euentus cer-
tissimus

A
tissimus testis, & propemodum spectator fuerim, quum in Aenaria, ubi
eram Romana arce elapsus, atque liberaliter à Vastio receptus, re-
boatu tot tormētorum exaudito, qui per maris æquora longissime dif-
fundebatur, commissi quidem prælij fama, sed incertæ uictoriæ rumor
nunciaretur. Obsecrantibus enim nobilissimis mulieribus quæ de salu-
te coniugum uehementer erant sollicitæ, ut honestissimum pietatis offi-
cium implerem, cum duabus Fraharis ualidissimo remige instructis, fre-
tus Philippi (si forte uictor euasisset) amicitia ad classes contēdi. Is nihil
ea uictoria elatus, appulsum humaniter suscepit, facultatēque conti-
nuo concessit, ut duces captos in Maura trireme custoditos inuiserem:
B
Quibus ideo gratissimus aduentus meus fuit, quod de uxorū salute
nuncium, & opportuna quædam eorum calamitati lenimenta defere-
bam. Ab his de ratione euentūque prælij sigillatim edoctus, rediens ad
Philippi prætoriam, mare cadaueribus constratum conspexi, sic ut Phi-
lippus benigne studioseque differens, ea quæ audieram, magna ex parte
confirmaret, & multa quæ sibi accidissent, copiose atque fideliter enar-
raret. Eius uero tāta fuit humanitas, ut à se inaurata Vastij arma, me de-
poscente, impetrari pateretur. Timebat enim Vastius ne Genuæ in tro-
phæi morem, quod essent speciosissima, celebri in templo, uti uoto dica-
ta suspenderentur. Quum essem apud Philippum superuenit Ioachinus
Leuātius Ligur à Lotrechio missus, qui deposceret captiuos, sed il-
le negauit se daturum, quando eos ad ipsum Andream Auriam ammi-
rantem deducēdos esse iudicaret. Vgonis uero cadauer, ut illudentium
Barbarorum cōtumeliis eriperetur, ad Amalphim urbem delatum est,
in ædēque Andreae apostoli, tumultuariis exequiis tumultatum. In hac
urbe citriorum & medicorum odoratis nemoribus æque peramœna &
celebri, magnetis usum nauigātibus hodie familiarem & necessarium,
D
adinuentum fuisse incolæ asserunt. Celebratur quoque hæc urbs admi-
rabili liquore qui ex sepulchro apostoli quod est ad aram templi maxi-
mam, exudat. Hunc religiose collectum æditui languētibus mire pro-
desse persuasum habent. Ferunt Clementem, ubi ex literis, quas ad eum
ex ipsa Philippi uictoris prætoria perscripseram, de euentu eius naualis
pugnæ certius didicit, uel ob id magnopere fuisse lætatum, quod ipse
Vgo Moncata, & Cæsar Feramusca præcipue cecidissent, quorū ille oc-
cupato Vaticano, & sacrariis augustissimi templi direptis primum intu-
lerit uulnus, hic uero ab Hispania pro legato Romam missus, nequa-
quam sincerae Cæsaris uoluntatis ad traducendum falsus uades extite-
rit, ut immortalis demum Deus totum id impietatis atque perfidiæ sce-
lus, non serus ultor uindicaret.



PAVLI IOVII NOVOCOMEN-
SIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXVI.

Secundum aduersam naualem pugnam Cæsariani duces nihil sese animis demiserunt, tametsi exuti classe ueteranorum militum longe fortissimos amisissent, & iam Philippo uictrici sua classe captiuos in Liguriam perducete, Petrus Landus qui postea Venetæ Reipublicæ effectus est princeps, cum uiginti rostratis nauibus à Messanæ freto in Campaniã peruenisset. Superioribus nanque diebus Corcyram delatus, ascito sibi cum aliquot triremibus Ioanne Moro Hadriatici sinus præfecto, Apuliæ oppida prospere tentas, Molam, Polygnanum, atque Monopolim, quod hæc urbes iam pridem moderato Venetorum imperio assuetæ, ab Hispanis cupidissime rebellarent, in ditionem acceperat, & quum Brundusini ei portas aperuissent, alterã quæ à terra est, urbis arcem oppugnare parabat, eo belli successu ut omnibus Apuliæ & Calabria, Salentinorumque oppidis potiturus esse crederetur, nisi acceptis à Senatu literis, superare Sicilia fretum iussus, interrupto uictoriæ cursu, ad Tyrrhena deflectens litora, Neapolim uela direxisset. Itaque Landus aduentu suo legendo oram ab Athenæo Mineræ promontorio usque Misenum mare intercluserat, ne ullum omnino nauigium quo importari com meatus possent, Neapolitanum in portum prouheretur perpetuisque custodiis à Cumano litore, usque ad Formias, & Caietam extendebatur, & turrem quæ est ad ostium Liris amnis, tormetis aliquandiu quassarat, molis que subinde frumentariis que sunt ad Scauros potitus, minoribus etiam nauiculis quæ moliti tritici, & recentem pomorum ac hortensium rerum copiam obsessis expetitam adueheret, commendi facultatem etipuerat, tanta seueritate, ut quosdam bis captos, laqueis in antenna suspendi iuberet. Sed is terror nequaquam erat tantus ut spem lucri in quibusdam minueret, nauiculariis scilicet hominibus sæpe uelocissimo interkursu triremium stationes eludentibus, quum ab Aenaria & Capreis, Prochitãque, & Surrentinis uicis soluentes, felici audacia sese Neapolim inferrent. Quibus rerum subuectionibus obsessi, ueluti oblato

A oblato recenti obsonio, mirum in modum lætabantur: quandoquidem ingens eis frumenti copia abude suppeteret, unde famem uel in multos menses, minime timendam prospicerent. Quod uero conficiendi panis deesset facultas, huic desiderio uariis cõtusi, & ahenis excocti tritici pul-tariis occurrebant. Quotidianæ quoque exercitationis, maioris & minoris pecoris præda ex hostico rapta, opportune panis inopiam subleuabat. Nam nocturnis excursionibus emissæ prædatum turmæ cum præsidio peditum semper aliquid recentis obsonij referebãt. Sed unus in Campania famosus latro qui Verticillus appellabatur, quum exul præteriti maleficij ueniã ab Aurantio per Fabritium Maramaldum impetrasset, obsessos inuecto multo pecore mirifice adiuuabat. Ei siquidem saltuosis & nemorosis locis assueto notissimi erant obliqui trainites, quibus Campania, suburbanãque præsertim ad incertum iter obsita est, eratque ita familiaris uicis atque oppidis, ut quot boum iugis ager araretur in numero haberet, solertissimèque insidiosus unde maxime nocere cuperet, quam uolebat prædam abigeret, usque adeo feliciter uitatis aut deceptis Gallis, ut una nocte supra ceterum boues Neapolim perduceret, & usque ad belli exitum nihil industriam suã, uti pollicitus fuerat, usquã remittens, sæpe iuxta hostiũ castra impune prædaretur: sic ut Gallis frustra indignantibus magno detrimento foret, & Cæsarianis singulare cõmodum attulisse diceretur. Sed is confecto demum bello, ita inexpectatum eius beneficij præmium tulit, ut à Prætore Capuæ uiro Hispano, & ut plerunque fit eius spoliis inhiante, comprehensus, in furca suspenderetur, iusta quidem ueteris maleficij pœna: sed omnino iniqua, si recetis publici beneficij memoria spectaretur. His Cæsarianorum terra marique obsessorum incommodis, permoti aliquot Neapolitani proceres, ne inclinata uictoriæ euentum cunctantius expectare uiderentur, in oppidis sua ditionis Gallica uexilla sustulerunt. Nouum etiam in Brutiis aduersus Cæsarianos excitatum est bellum, quum plerique circa Cosentiam Andegauenensis factionis nomen ex prioris belli memoria libetissime cõplecterentur: cohortante eos ad rebellandum Simone Thebaldio Romano duce impigro, qui in eas regiones cum ala equitum, tumultuariisq; cohortibus (ex itinere siquidem milites cõscribebat) à Lotrechio fuerat missus. Iam æstas à solstitio in autumnum inclinarat, & tertius obsidionis mensis agebatur, quum Ferdinandus Gonzaga sibi aliquid grauiore eruptione tentandum ratus, Puteolana uia per cryptã perforati olim à Cocceio Pausilipi montis, ualidam equitum & peditum manum eduxit, eo consilio ut hostes ab Auerfa atque Puteolis excurreret in insidias, uti euenit, præmissis Epirotis equitibus pertraheret. Fauit astuto consilio fortuna: nam quum Zucerus Epirota & Iannitius Hispanus sese ostendissent, non continuere se Galli equites in quibus erant Scotorum cataphractorum turmæ, quin patefactis Auerfæ portis, in conspectos statim hostes erumperet. In quos Gonzaga qui depressò in loco iuxta Regiam Beluederij uillã confederat, ex insidiis opportune confurgens, magnam

d iij

eorum partem à leui armatura circumuentam facto uehementiore impetu fudit: & quòd essent grauioribus protecti armis, & segnibus utètes equis intercepti, usque adeo graui cum dolore damnòque Lotrechij, ut Auerfani præsidij curam duplicato amissorum equitum numero cõfirmaret, quòd hostium audaciam, qui illuc usque insolenter excurrere atque prædari consueuissent, iusto aliquo certamine uindicandam, parique astu acceptum incommodum omnino farciendum esse iudicaret. Nec multos post dies Gõzaga qui de Auerfano equitatu adaucto didicerat, auidus rei gerendæ in eadem loca ampliores copias quæ frumentatoribus præsidio forent, eduxit. Nam tum demessæ segetis plenissimus erat ager, quæ res agafones & pabulandi simul, & frumentandi cupidos uehementer alliciebat. Gonzaga constituto ad tendendas infidias hoc ordine procedebat, cohortes Germanorum idoneo in loco collocantur (agminis enim frontem obtinebant) ipse caua in ualle, quam latrocinii infamem pecoream incolæ uocant, cum equitatu leuis armaturæ, & cohorte una Hispanorû se condidit, quum antea Garziæ Manrico, ut cum sua cataphractorum ala in postremo agmine frumentatoribus præsidio foret, præcepisset. Theodorum uero Bocalum Spartanum senem inclytæ uirtutis ducè cum suis alariis præcurrere, & sese ad Auerfam hostibus ostendere iussit, ut inde excitos præproperos natura homines simulata fuga, in infidias eliceret. Sed Galli recenti suo malo edocti non iam turmatim dissipati, uerum densato agmine in quò erant equites galeati amplius mille, & pluribus expeditis sclopettariis unà desumptis, usq; adeo graui impetu retro se uertentem (uti à Gonzaga præceptum fuerat) Bocalum inuasere, ut quum fugientè acriter persequerentur, ei institutum iter præciderent: sic ut Græci equites cataphractorû metu, ipsèq; Theodorus, alia quàm putarat uia per campos patètiore effuse profugere sit coactus, & Gonzaga quòd ille secus ac præceperat tãdiu tardaret, suspèse miraretur. Itaque expectabundo & circumspectati, inexpectati hostes superueniunt, dispalantur Græci equites, frumentatoribus perturbatis præsidium cataphractorum improuiso inuadèti Gallorum impetu propellitur, & in fugam conicitur: ipse Gonzaga multitudine celeritatèque hostium fere oppressus, magnum salutis discrimen subiit, quum sese è loco ad infidias tegèdas idoneo, sed sinuose anfractuoso, celeriter explicare non posset: & ut manus hostium effugeret, dimisso equo in pedes desilire, & ab alta præruptæ uallis crepidine se deiicere cogèretur, ut id faceret suadente Francisco Ario equitû præfecto: atque eo modo per medios hostium sclopettarios, qui ab accliuibus locis imminebant elapsus, cõscenso ignobili equo quem tubicen obtulerat, periculo se explicuit. Galli qui cataphractus fuderant, Garziæque Manrici legatum alæ Suatium ceperant, ipsòq; alæ uexillo fuerant potiti, in Germanos iniquo in loco male conglobatos se conuerterunt, & equorum impetu perturbatos, quanquam acerrime resistentes, magna ex parte trucidarunt. Reliqui terga dare coacti, permixtiq; equitibus, per tenebrosam cryptæ iter

amisso

A amisso uexillifero, qui signum seruare frustra fuerat conatus inter infestas equorum proculcationes Neapolim euasere. Neque postea nisi cautiùs à Cæsarianis frumentatum in eam regionem est itum, neque à Gallis usquam temere procursum, quòd alterno successu par utrinque audacia satis repressa & castigata uideretur. Sub id tempus quum Lotrechiani agafones, & hippagij pueri perducendis potu iumentis ad Sebethum amniculum qui frumentarias agit molas, & ad Podium què ab Alfonso regis uilla, Regalem appellant, uberrimis fontibus insigne, quotidiana consuetudine aquarentur, & Hispani agiles infidiosiq; milites manipulatim Carmelitana porta exirent, deiectisq; agafonibus equos eriperet, Nauarrus ea offensus contumelia nouam munitionem erigebat, comprehensa casa, quæ erat inter Podium stabulæque regia quæ sunt ad Magdalenæ templum, ratus se ei latrocinio obuiam iturû, si ei loco permunito, perpetuæ custodiæ stationem imponeret. Hac re cognita Cæsariani duces, ualidam manum quæ opus disturberet, feruidissima diei hora emiserunt. In his fuere Ioannes ipse Dorbinus, Ripalta, Baracanes, atq; Baredus, qui lectissimas habebat cohortes. Stabat Nauarrus sub sole lintheo protectus umbraculo perficiendo operi intetus, certo tamen parato præsidio, ne quicquam incommodi à repètinis hostium incursionibus acciperet. Itaq; ingruente Dorbino, excitata est tumultuaria pugna, & casa egregie à Nauarro defensa, quum multi è maioribus castris eò decurrissent, & ante alios Etruscæ cohortis perniciosissimi sclopettariorum. Iamq; Dorbinus irritò conatu regredi parabat, quum Horatius Baleonus fatali temeritate longius à sua munitione progressus, ut suos ægre ad tympani sonitum parètes, sua uoce compelleret, atque reduceret, inermis à Cantabro gregario milite qui sese recipienti incumbibat, adacta in tergum alabardæ cuspidè, quum à nemine nosceretur, interfectus est: D Vir impense audax, & equè fortis, sed natura sanguinarius, utpote qui semper cædibus propter factiones à pueritia studuisset. Cæterum Dorbinus expugnandæ casæ frustra hærens, è superioribus Vasconum castris quæ erant ad Ianuariam, ut diximus, portam, tormentis peti cœpit. Atque ita paucis utrinque occisis aut uulneratis, ignarus an ille esset Baleonus quem Cantaber occidisset, uitato tormentorum periculo in urbem est reuersus. In demortui Baleoni locû Lotrechius Etruscis cohortibus præfecit Vgonem Pepulû, egregiæ nobilitatis notæque uirtutis uirum, quem legati Florentini Marcus Nerius & T. Soderinus multis de causis E comprobauerunt. Nec multo post noui Duces, nûquam intermissa erumpendi, atque inuadendi hostis cõsuetudine, quod interdum Dorbinus facere nequiuisset, noctu perficere posse rati, expugnandæ casæ inuadendæque munitionis negotium susceperunt. Eorum princeps fuit Ioanes Almeda, qui socios sibi ascuerat Cornegium, & Sancium Vargam. Hi cohortium suarum milites, albentes tunicas superinduere iusserunt, sicuti sæpe aliàs factum fuisse à Piscario, Vastioque meminimus, ut insolito cultu hostes perterrerent, & inter se per tenebras perspicue dinosce-

rentur. Magno silentio eductum est agmen, & ad caſam munitioneſque F pleno gradu peruentū. Sed impetu facto cuncta apud hoſtes, quā cre- diderant intentis excubiis paratiora, atque inſtructiora repperūt. Nam Lotrechius unam præfertim à milite ſuo excubandi diligētiam exigere erat ſolitus: parata ſcilicet utrinque pœna, & propoſitis præmiis ſumma diſciplinæ ſeueritate fidēque. Quam ob rem Vaſcones, atque his inter- mixti Etruſci ac Heluetij qui de tertia uigilia in ſtatione erāt, cōſpectis hoſtibus ſeſe celeriter erexerunt, expeditiſque armis in munitione præ- ptiſſime conſtiterunt, Hiſpanoſque abreperere & conſcendere conantes, G omni telorum genere obrutos ita propulerunt, ut acruis cadentiū foſ- ſa compleretur, multique in ea ſclopettorum glandibus traiecti, aut gra- uibus alabardis, & lanceis uulnerati occumberent. In queis fuit dux ipſe Almeda mucrone per os recepto in foſſam præceps deiectus. Itaq; Cor- negius, & Vargas ſtrenue reiecti, deſperata expugnatione munitionis ſe- ſe recipere cœperunt: uerum in abeuntes & perturbatos ſubita eruptione facta Lotrechiani impetum fecerunt, tanta ui, ut Hiſpani debilitatos uulneribus relinquere cogerentur: eiūſque noctis uictoria quanquam non magna, ſingulare tamen gaudium Lotrechio afferret. Neque poſt- ea Hiſpani, aut eandem caſam oppugnare, aut munitiones aggredi, aut H quicquā ab ea parte aduerſus hoſtes iuſtis uiribus tentare auſi ſunt. Sed duces in id unum gerendi belli conſilium incubuere, ut nocturnis expe- ditionibus nō modo ſuburbanos uicos, ſed remotiora etiam oppida in- uaderent, raptōque paſſim cōmeatu, & collecta præda reuerſi ſocios re- crearent, adhortarenturque ad perferenda non diu duraturæ obſidionis incommoda, quando iam Gallorum hoſtium animi uirēſque labare inciperent, & propiores obſeſſis, quā obſidentibus uideri poſſent, & iam affecta tetro caſtrorum odore militum corpora aut longis, aut mor- tiferis morbis tentarentur. Nam præterquā quod Galli Heluetiq; præ- fertim pomorum omnis generis matureſcente uindemia erant auidiſſi- mi, quarum rerum intemperātī ingluuie facile febres erumperent, ipſe etiam aer ſubiectæ regionis à putri depreſſorū camporum halitu factus inſalubris, eos contagioſis fere morbis infecerat. Quoniam Lotrechius ab initio quorundam exulum Neapolitanorum monitu tam importu- no, quā poſtea exitiali, aquæ perennis aquæductum cōcidiffet, ut ob- ſeſſis copioſiſſimorum fontiū, qui multis per urbem locis ſyphonibus largiter lymphas fundunt, commoditatem eriperet. Neceſſario nanque K tota ea aquæ uis multifariam corriuata per ſubiectā planitiem ita ſpar- gebatur, ut ſenſim exundante & mox ſubſidēte humore, eorum camporum gleba putreſceret, orireturq; inde craſſior nebula, excitata quidem ſed ſemper indomita ſolibus: quæ ideo febres progigneret, & totis ca- ſtris euulgaret. Ferebant etiā tum nonnulli (quod uix credibile uideretur) quosdam impiæ malignitatis milites, cum ex ipſis Hiſpanis qui Mau- rorum ſtirpis eſſent, tum ex Germanis Iudaicæ ſectæ, uiroſis herbarum ſuccis multoque lini ſemine indito, ſuperiectiſque item corrupti tritici quifquiliis

A quifquiliis, uicinos caſtris hoſtiū puteos, & cisternas ferme ſingulas in- feciſſe, propterea que inde potantium uentres intumeſcere, turgeſcenti- busque cruribus, ora hominum uſque adeo lurida macie palleſcere cœ- piſſe, ut deformato habitu uix inter ſe noti commilitones noſcerentur, rarique iam & ſegnes cuſtodiarū munia obirent. Quibus rebus diligen- ter exploratis conſtat Giahennam Bæthicum equitum præfectum, qui unus omnium prædæ erat auidiſſimus & ſolertiſſimus, opportunis ho- ris circueundo Gallorum caſtra ſpeculandōque non ſemel intra munitiones irrupiſſe, aliquot rapuiſſe equos, & arma in tabernaculis expoſita, è B focis que etiam inſixa ueribus obſonia in urbem retuliſſe: quum ſtatio- num milites humi ſtratos, neque in pedes ſe erigere, inualidiſque lacer- ris expedire & ſuſtinere arma non poſſe, ad ſocios nunciaret. Qua furti- ui incommodi contumelia Lotrechius grauiter commotus, intentio- rem cuſtodiam munitionibus impoſuit, eo euentu ut Giahenna nō diu ſua temeritate felix, interceptus ſit, & in carcerem Auerſanæ arcis perdu- ctus. Hæc quam diximus morborū labes ab Idibus Iuliis caſtra irrepſit, & præter uulguſ militū, primores exercitus inuaſit. Quam ob rem ple- rique ducum de ſalute ſua ſoliciti, relictis caſtris, in proxima oppida ſe- C cedebāt. Per eos dies Barbeſſius nouus Gallicæ claſſis præfectus, qui pro- pterea ab Armorico oceano fuerat euocatus, quod Andreas Auria à Re- giis ſtipendis graui de cauſa diſcedens, uti ſuo loco narrabimus, ad Cæ- ſarianas partes ſeſe cum peculiari ſua duodecim triremium claſſe cōtu- liſſet: Lando ſe cōiunxit, & ultra Sebethum ad pontem quem uocant Ricciardum noxiorum ſuſpēdiis infamem, proras adegit: & quas addu- xerat copias in terram expoſuit. Aduhebat enim Rentium Ceritem, & quæſtores Gallos, qui ad perſoluenda militi ſtipendia depoſcēte Lotre- chio pecuniam attulerant. Eius appulſæ claſſis conſpectu Gonzaga per- D motus, qui tum erat in hortis Regiis ſub Cāpana arce: repente dari tuba ſignum iubet, ad urbis portam progreditur, afferri que ſibi arma præci- pit, eaque celeriter induit, & cum primis equitum turmis que diſperſim & properanter exhibant, contra hoſtes contēdit. Hunc etiam equitatum, expedita peditū cohortes ſubſequuntur: quos omnes Gonzaga cohō- ratur, ut hoſtes deſcenſionem facientes, impeditoſque ſarcinis, facto ue- hementiore impetu inuadant. Parent milites & tumultuoſiſſima ſtatim pugna editur, eo que acrior quod Lotrechius ualidam equitum & pedi- tum manum quæ deſcendentes in litus exciperet, præſidio que foret, ad E mare præmiſerat. Terrebant Cæſarianos, tardabantque ipſa tormenta Gallicis, & Venetis triremibus in aduerſum litus emiſſa. Sed Hiſpani, di- uerſo atque audaci flexu eam munitionem quam ad mare à Gallis per- ductam diximus, tranſcendētes, tanta ui in hoſtes procurrerunt, ut per- ruptis Lotrechiani præſidij turmis, & cohortibus repulſis expoſita iam pecunia prope potirentur: ac niſi Vgo Pepulus conglobatis turmis Hi- ſpanorum audaciam repreſſiſſet, proculdubio ea omnis pecunia ad Cæ- ſarianorum manus perueniſſet. Verum ardente prælio, & fortiffime de-

pugnantibus Hispanis, Vgo ipse uel impigre resistens uulneratur & capitur. Cádalius quoque regię nobilitatis iuuenis Lotrechij propinquus & inter Vasconum duces facile princeps, glande humerum traicitur, & circumuentus intercipitur. Quum eo modo periculosissimū certamen esset contractum, Lotrechius nouas turmas, & ante alios Valerium Vrsinum laborantibus subsidio misit: cuius superuentu pugna iterum restituta accensaque est, & Hispanorum impetus uehementer est retardatus. Itaq; redintegrato prælio Valerius mirifica uirtute confirmatis Gallorum animis Hispanos equites fundit, poterit pedites, & duos lóge pugnacissimos Hispanorum equitum præfectos Arium & Mirandam circumfistit, & capit. Ab Heluetia etiam cohorte quę graui facta impressione hostium pedites loco pepulerat, his permixtus tertius equitū præfectus cognomēto Prataus confosso eius equo captus est. Hi tres postea æqua permutatione cum Vgone atque Candalio, uel tum ex uulnere moribundo, utrinque restituti sunt. Neque demum usquam ad belli usque exitum periculosius & grauius dimicatum est. Caterum Lotrechius tantę classis appulsu aliquanto minore quàm sperarat signatę pecunię copia subleuatus est: quum paulo post uixdum perfoluto uetere stipendio, noui exoluēdi stata dies instaret, id iam expectante & flagitante milite uti par erat, & irate uociferantibus præfectis, unde exhausto castrensi ærario auri egens imperator à quibusdam præfectis, ditionibusq; alarum legatis, oppignerata fide mutuo pecuniam accipere, & quando hæc quoque deficeret, aliquot leuis armaturę equitum turmas exauthore atque dimittere cogeretur. Cuius infausti consilij rationem, uel extrema necessitate expressam, ita ueteres improbabant milites, ut ea parte uirium hostes omnino superiores euasuros dicitarent, atque obiter graue prorsus detrimentum se accepturos male ominaretur. Horū erat princeps Nauarrus, qui à Lotrechio nunquā plane dissentire ausus, perseverādum in obsidione, minutisque præliis, & crebris excursionibus in quęis leuis armaturę equestris maxime ualeret, præmendum hostē esse disserebat, quando rem ad summę apertęque pugnæ casum deduci posse desperaret. Rentius uero Ceres per castra à Valerio spectatū deductus quod cohortes morbis & præliis attenuatas, & semiplenas turmas, enatęque in tabernaculis gramina notasset, detestatus loci infalubritatem, atque improbans laxiorem munitionis & aggerum formā, suadere conabatur, ut contraheret castra, eaque in editiora loca subduceret, & remotum obsidionis genus occupatis circumiectis urbibus & oppidis in quęis diuisa forent præsidia, instituendum esse iudicabat, ut salubriore cælo atque opportunis commeatus copiis ægri fessique milites recrearentur, nec quicquam inde obsessis hostibus subportari sinerēt. Quibus rerum difficultatibus compulsus, & diuersis distractus sententiis, secus ac antea fecerat, minores duces & ueteres signiferos consultandi causa in prætorium aduocauit. Nā ut tum à Guidone Rangono accepimus, post ipsius discessum à Troia, in eam usque diem, nunquā uniuersis ducibus in

A in unum coactis, sed per partes à singulis sententias rogans, tanti belli consilia communicasse ferebatur. Nihil equidem illi, quod ingratum foret, auribus enunciari, aut disputādo persuaderi poterat: utpote qui ingenio suo indulgens errare mallet, quàm alienis uti cōsiliis, ne quisquā ipso melior, militiæque peritior existimari posset. Itaque eius consilij exitus fuit, ut imperator natura obstinatus & peruicax, & se ipso fatali superbia elatior & pertinacior factus, è uetere sua sententia ullo modo deiici aut dimoueri nequierit, professus utique se potius turpi nece moriturum, quàm ut paratę uictorię spem flagitioso atque indecoro prorsus receptu corrumpere, uel si à multis desereretur, & copias atroci pestilentia totas absumi conspiceret, quando iam pro constanti sibi esset compertum aduersariorū animos auxiliij desperatione magnopere frangi, crescentęque inedia, maioribus quàm ipsos affici incommodis, & ob id præcipue quod Germanos cum Hispanis sæpe rixari, seditionesque miscere didicisset. Ita ut de matura hostium deditioe minime dubitaret, modo ueteris suę constantiæ meminisset: qua tot urbes egregia cum laude superioribus bellis expugnasset. Erant uera hæc, sed ualde intempestiua atq; omnium confutata sententiis, meliora scilicet consilia præuertēte fato, quod ad destinatam cladem cum ipsi Lotrechio, tum Gallico nomini properanter imminēbat: Quandoquidem, quod homines maxime mirarentur, fortuna ex aduerso sui propositi nemiū tenax, nusquam nisi Cæsarianis rebus secundissimo instinctu adesse consueffet. Igitur Lotrechius irritō incepto minime abscedendum ratus, eam tantum consilij partem probauit & arripuit, quę reparandas copias nouis delectibus, & suorum animos recenti præsidio confirmandos existimabat. Quam ob rem Rentius Ceres Aquilam cōtinuo mittitur, qui quatuor milia peditum ex agro Piceno conscribat, persoluendisque stipendiis pecuniam à Quæstore Aquilano, qui id facere per scriptis literis iubebatur, accipiat, transuersisque montiū tramitibus in Appiam uiam descendere maturet: ut per Fúdanos Sueffanosque fines prætergressus Calenū & Campanum agros, ab Auerfa demum urbe, rectā ad se in castra perueniat. Erat Rentius quanquam infaustus Urbis patrięque suę defensor nuper extitisse uideri poterat, peritus tamē belli, & una maxime probata fide singularique inuicti animi constantia insignis, & quod suscepti negotij plurimum interesset, Gallicę factionis apprime studiosus. Hoc supremi consilij decretum ratioque uel ob id facile quibusdam probari posse uidebatur, quod Lotrechius dediti urbem Aurantio, uel retenta arce, Cæsarianis omnibus incolumitatē, & nauigia quibus Hispani aut in Siciliam, aut in Hispaniā uti mallent, adueherentur, obtulisset, & Germanis menstruum stipendiū quo se domum redeuntes alerent, per suos eiusdem gentis milites qui apud se militarent, sæpe promississet. Sed tāta erat alacritas Hispanorū, Germanorūq; cōstantia, ut se potius inedia perire paratos esse, quàm Gallis se dedere quos antea toties uicissent, quotidie prædicarent, subindęque eadē signifera significādo per manipulos

sublatis dextris, quod erat subitarium sacramenti genus, se præstituros F
iurarent, usque adeo præclare, ut dubios nonnunquam ducum animos con-
firmare censerentur, & omnis iam pridem de tanto hoste conceptus timor
Neapolitanis decederet. Per eos dies uir è Montella Samnij oppido se
Gallicarum partium militem ab ipso albæ crucis symbolo, tesseraque mē-
ritus, atque in insidias excurrentium Hispanorum ultrò datus, quum Neapo-
lim perduceretur, se magnæ atque instructæ proditiōis consilium dete-
cturum pollicitus est, unde non missionis modo, sed multæ etiam pecu-
niæ præmium sperare posset, itaque uti oportebat ad imperatorem produ-
centibus Hispanis qui eum ceperant, Fabritium Maramaldum cogitare G
nefarie proditiōis reum fecit: quod is ad eam urbis partem, quæ Cam-
panam & Carmelitanam portam interiacet cum suis cohortibus statio-
nem obtineret, & portam Lotrechio proditurum promississet. Ea re subitis
auribus accepta, & ad suspicacem animum transmissa Aurantius uoca-
tum Fabritium, & deponere gladium iussum, custodię tradit. Tum uero
Neapolitani ex singulis tribubus cōsurgunt, & rei incredibile fama ue-
hementer offenduntur, quod præclaræ & antiquæ stirpis ciuis, spectatæ
uirtutis dux, & per omnem uitam Cæsariani nominis studiosus, ab agre-
sti, & nemini penè cognito homine delatore, in discrimen salutis & famæ H
uocaretur. Propterea orabatur summis precibus, ne præcipiti iudicio, sed
accurata cūctatione eius accusationis cognitionem susciperet, & ille la-
tronum more, inanis & proculdubio falsissimæ cōiecturæ indicium se-
uera in quæstione prius perpurgaret, quam Maramaldus ad refellendam
calumniam, uti æqua iura in dispari, probo atque pernobilis reo caueret
tormentorū cruciatibus admoueretur. Indulsi hoc Fabritio nequa-
quam ægre imperator Aurantius, alioqui in grauibus rerum momentis
facile suspicax atque præproperus, quum reum peropportune Victoria
Columna tanquam Piscarij coniugis sui alumnum, efficacissimis literis I
commendasset. Nec multo post accusator in quæstione diu & grauiter
tortus, quum tormenta secus ac ante periculum crediderat, acerbiora fer-
re nequiuisset: se pecunia corruptum, subornatumque fuisse ab inimicis
Maramaldi confessus est. Atque ita ille scelestus calumniator tanta infa-
mia Fabritium liberauit, & talionis pœnas in frustra dissectus dedit, sta-
timque Aurantius pristinae dignitatis atque custodiæ locum, unde iam
cohortes dimouerat Maramaldo cum multa uerborum præfatione resti-
tuit. At Gallicis in castris usque adeo lentæ, atque tabifica febris ab Idibus
Iulii ad Nonas Augustas inualuerant, ut tabernacula funeribus cōple-
rentur, & languentes passim milites, aut irritis, aut desperatis medelę sub-
sidiis, fame sitiq; enecti passim interirent, sepultorumq; tumuli frequen-
tes iuxta munitionum aggeres conspicerentur. Quapropter plerique du-
cum, aut tētati morbo, aut instante mortis periculo percussi, impetrato
discessu per causam curandæ uel auertendę ualitudinis, in proximas ur-
bes castellaque secesserant: scilicet ut mitioris cæli faciem quærirant.
Veneti legati in primis freti classe ad urbem Castellimaris, quæ est ad
ueteres

A ueteres Stabias concessere: conceptoque iam morbo Vgo Pepulus Ca-
puam, Valerius Ursinus Nolam, Grifferius ad Grannianum Nuceriæ pro-
pinquum dimissi sunt. Ipse uero Valdemontius ad Vicum Surrentini li-
toris urbem paulo ante se contulerat. Remanserant cum Lotrechio fri-
gentibus iam consiliis pariter & uiribus, Nauarrus, Michael Salaffus,
Guido Rangonus, & nonnulli togati generis homines. Cæterum in Na-
uarro ueterem infraçti, & efficacis spiritus uigorem multiplicata mili-
tum funera, & expectatæ cladis non temere ingruens metus, ferme totum
eliserant, sic ut propemodum mussare interrogatus, aut respondens de-
lirare crederetur: Ipse autem Lotrechius attonito similibus dissimulato
B animi dolore, ferociam suam & imperij uim iussis edictisque retinens,
obrepente morbo iaceret, atque eo contumacius quod legatos Venetos,
Pisanum in primis obsidis Cardinalis patrem, & secudum eum Petrum
Pisaurium Griffiumque mortuos esse: Valdemontium autem supre-
mo iactatum morbo, fatalem horam quæ iam aderat, expectare didicis-
set. Nec Valdemontius uel ipso uirium, & peregregij habitus uigore præ-
ualidus diu uim morbi sustinere potuit: qui in spem regni triennio antea
tumultuariis uiribus fretus ad Neapolitanam portam sese ostentarat, cum
C ciuium uoluntatis, tum fortunæ suæ, quæ stirpi regie inniteretur peri-
culum facturus. Eius mors Neapoli nunciata sicuti ingrata quibusdam
Andegauensium partium, sic maxime læta Cæsarianis fuisse uisa est. Quo-
niã constabat quicquid antiqui iuris uigeret in Carolo primo qui Man-
fredum regem occidit, & regno potitus est: id totum per Andegauenses
prouinciæ reges, recta hæreditatis serie ad Lothoringiæ regulos recidis-
se. Nam Valdemontius genitus erat eo Renato Lothoringiæ principe,
qui Carolum Burgundiæ regem commisso prælio ad Nansim interfece-
rat. Maiore itaque animo diligentiaque intentiore Aurantius & Gon-
D zaga perspectis decumbentis Lotrechij difficultatibus, laceffendos ho-
stes perpetuisque uigiliis conficiendos existimabant: sic ut non modo
circuendo eorum castra, & stationes pertentando lacefferent, & ad ca-
pienda arma, semisopitos & affectos morbis interdum nocturnis; excitan-
do perquam molestissime fatigarent: uerum etiam iustis in proxima
oppida, ubi hostes æstiuare didicissent, susceptis expeditionibus, eos ad-
orientur. Paulo siquidem ante Gonzaga noctu confecto itinere, ad Sú-
mam oppidum quod est Veseuo monti subiectum, cataphractorum
alam oppresserat, & Nolana item uia Heluetiorum cohortem quæ cō-
meatibus præsidio ierat, occultatus in insidiis sub Veseuo secunda ex-
E peditione trucidarat: mirabili casu, quum sub Auroram iuxta nemus
delitescens fulmine ala equitum ex terribili tonitru tacta, aliquot tan-
tum equos uapore exanimatos nemine è sessoribus læso amisisset. Iisdem
etiam diebus Belmares equitum præfectus adiuctis sibi expeditis sclo-
pettariarum manipulis, aliam Gallorum equitum manum Matalonio
in oppido, quod est ad Tifata montem, in conspectu Capuæ urbis, expu-
gnata statione deleuerat. Saiauedra quoque natione Bæthicus diligens
c ij

equitum præfectus, recepta in prædæ societatem peditum cohorte, usque Auelinum nocturna profectioe contēdit: improuisoque in oppidum irrumpens, oppidanosque diripiens, Maternianum Insubrem eius urbis episcopum cepit: captiuumque Neapolim perducens, ad contumeliam diuulsis testibus, ut maiorem à captiuo pecuniam exprimeret, diu torfit: uixque postea Aurantij clementia & Vastij precibus, è manibus impiis Saiuedræ ereptus est. Hæc paucis diebus accepta incommoda, quanquam uerantibus medicis Lotrechio languenti nunciari non poterant, emanabat tamen aduersarū rerum non obscura fama, sic ut ipsi ægro intentis semper auribus atque oculis astantium & inuisentium facies exploranti multa, uel non integra delatione proderentur. Seuerè siquidem sciscitabatur à pueris, an quicquam noui de hostibus audirent: nec mendacio erat locus, utpote qui si audita reticerent, flagella ad pœnam subire uerentur. Cognitis per hunc modum rebus improsperè per suos gestis, necesse erat bilem commoueri, atque augeri morbum: eoque modo quum bis incisa uena sanguinem minuere frustra esset conatus, postridie Idus Augusti indignabundus excessit è uita: uir certe bello egregie fortis, & pace, æqui pariter & iusti usque adeo tenax, ut seuerus & inexorabilis haberetur. Sed elatior quibusdam uideri poterat, quum aspectu austeræ frontis, raro quenquam familiaribus oculis intueretur. Erat ei facies digna prorsus imperio militari, quòd honestas, nec deformes cicatrices Rhauénate in prælio acceptas ostentaret, & toroso habitu ualidi corporis, quanquam mediocris esset staturæ, certum & constantem integræ ætatis uigorè exprimeret. Subtractus est omni apparatu funebris pompæ, & in eadem uilla Aragonij Montalti, ubi prætorium fixerat, cumulo arenæ tumulatus. Qui optimo iure atate nostra, si ceteros duces eius gentis recta æstimatione reputemus, peculiari cum laude expugnator urbium sit appellatus, repetito quidem cognomento quod olim Demetrio Macedoni obuuisse constat. Mortuo Lotrechio, ad neminem summi imperij cura peruenit: sed reliqui duces in unum coacti, quæ poterant afflictis rebus remedia castrensis diligentia comparabant, ante omnia à Rentio Cerite supplementa copiarum expectantes. At Rentius Aquilâ profectus, quum copias scribere, & euocare quosque Vrsinæ factioni, Gallicisque obiter partibus addictos cogere properaret: tota potiundæ pecuniæ spe decidit: quòd quæstorem Gallum, & Camillum Vrsinum cognomento Pardum, qui Aquilanis, Præcutinæque prouinciæ præerat, non exhaustos modo pecunia, sed publice obæratos etiam reperisset. Itaque ad Neapoleonem Vrsinum se conuertit, atque ab eo magnis persuasionibus cohortes impetrauit. Erat tum Neapoleo recuperandis auitæ hæreditatis oppidis intentus, quæ post mortem Virginij aui Fabritio Columnæ Ferdinandi regis concessione obuenerant. Nam per eos dies propter eandem antiquæ litis controuersiam cum Scipione Columna Reatino episcopo collatis signis apud Manlianum extremis Marforum

A rum finibus conflixerat, cadentèque in acie Scipione ea oppida uictor ceperat, quæ sunt ad Fucinum lacum. Hic Neapoleo publicam patriæ iniuriam uindicare se uelle professus, infestis armis Cæsarianos quos in urbe uel in agro Romano deprehendere poterat, cruenta manu persequeretur: cupiebátque Galli Regis auspicia sequi, & eadem stipendia promereri, quæ & Iordanes pater, & auus Virginius maiores sui meruissent. Ad has Neapoleonis cohortes, alias è Piceno agro, Spoletoque in primis euocatas adiunxit, primasque earum Rentius uti statuerat in Campaniam præmisit. Iamque Paulus Petrus Ceruarius cum sua cohorte Capuam peruenerat, & reliquæ antecedentem cum Rentio consequebantur, quum Ceruarius de Lotrechij morte cognoscit: Nec propter eam famam, qui erant Capuæ, uenienti & postulanti ingressum, portam aperiunt. Nam Iulius Capuanæ familiæ princeps, & Fabritius Maramaldus, ad recipiendam Capuam aduentare ferebantur. Qua denunciatione de muro facta, ut se periculo eriperet, Ceruarius ad Rentium est reuersus. Lotrechij morte Neapoli nunciata Cæsariani duces nequaquam oppugnanda castra censentes, obequitando castris, intercipiendo comæatum, & se munitionem inuasuros ostentando, bellum gerebant, quòd sine suo periculo & sine uulnere hostem pestilentia absumi prospicerent. Auster nanque uetus per eos dies perflare, & mortiferum crassioris nebulæ uaporem ex palustri ortum uligine per castra dissipare & circumferre ita cœperat, ut aliis ex causis conceptæ febres, in contagiosum prope morbum uerterentur. Itaque Gonzaga consuetudine quotidiana partiendo per uices equitatum & sclopettarios pedites, quibus expeditæ celeritatis causa ignobiles equos attribuerat: turmis admiscendo circuibat castra, & per tubicines pugna ciendo hostes morbis atque inedia debilitatos, orbatosque imperatore;

D & præfectis magna ex parte agris aut morte absumptis, assidue exagrandos susceperat. Ceterum Aurantius ipse cum Gonzaga per exploratores edoctus, numerosum hostium equitatum suscepta nocturna profectioe è castris Nolana uia iter intendere, continuo cum expedita parte exercitus in eos erumpit, à mediòque itinere abeuntes consecutus nullo negotio fundit, impedimentis exiit, & fere omnibus aut cæsis, aut captis cum magna præda Neapolim reuertitur. Interea Galli duces asperimis rerum omnium incommodis conflictati, & de salute publica desperantes, ad unum id cõsiliu quod antea Lotrechius malefana obstinatione repudiarat, ex communi omnium sententia recurrunt: damnatisque castris effugiendum cēsent, mēnsque omnibus una est, ut Auerfam se recipiant, dum aliqua uires supersint: ne cunctis, si forte castris se tenere eaque pertinacius tueri uelint, inhoneste atque miserrime sit pereundū. Itaq; more militiæ tres acies, triaq; agmina instituunt, quibus singulis præsidij causa minores ternos falcones adiungunt, & equitatum æqua diuisione partiuntur. Primi agminis cura Salasso regulo, Guidonique Rágono attribuitur: Secunda Nauarro: In tertia Pomperanus

Gallus, Paulus, Camillus Triuultius, & Palicia cognomento Nigra singularum alarum præfecti cōstituuntur: & sub auroam composita agmina silentio castris educunt, desertis muralibus tormētis, & relicto omni grauiore castris apparatus instrumento: taciti quidē & sine tuba tympanique strepitu euadentes: atq; eo tectius quod densissimus imber, crebris fulgeris, & multo tonitru procellosus ingruerat: aptus hercle auertendo hosti, qui nec satis explorare, nec opportune persequi, nec quicquam grauius per eam turbidissimam tempestatem tentare posse uideretur. Cæsariani nanque duces qui pridie eius diei (is fuit quarto Calendas Septembris) consilio habito, quod nonnulli militum per Gallicas mutationes infrequentem & segnem stationem morbo atque inedia prope eneatorum hostium se deprehendisse nunciassent, ea ratione copias partiti fuerant, ut Dorbinus cum Hispanis adiuncto sibi Conrado Hefsius cum quatuor cohortibus, Vasconum castra quæ erāt, ut diximus, ad Campum ueterem supra Ianuariam portam oppugnaret: Ipsi uero Aurantius & Gonzaga cum reliqua parte exercitus admotis tormentis castrorum hostilium aggeres aggredierentur. Sed decedente pluuia, quum tantisper referenasset, allatum est Gallos desertis castris ad Auerfam se proripere cœpisse. Qua re cognita prope totus inabeuntes equitatus est effusus: Quod ad certam prædæ spem quisque sibi uel iniussus properandum existimaret: nullo prope subsequente peditatu, quoniā Dorbinus & Hefsius in oppugnandis Vasconum castris, sub eam horam uehementer essent occupati, & Vascones & Cantabri Agramontio duce suos aggeres acerrime & constantissime defenderent. Erant in nouissimo abeuntium Gallorum agmine sclopettarij, partim ex nigra Etruscorum legione, partim ex cohortibus quæ à colore uexillorum albæ uocabantur, hisq; præerat Cæsar Scotus Placentinus. Ea manus primum aduentantium & irruentium equitum egregie impetum sustinuit: sed sclopettis semel displois usque adeo acriter equites inuecti sunt, ut uniuersos ad secundos ictus sese instruentes perturbarent: quod uicij eius itineris cauæ, & præalta saxæque crepidine utrinque munitæ omnem discurrendi, atque explicandi sese facultatem eriperent, magnôq; Cæsarianis usui esset equorum impetus, quando in depressa & perangusta uia à paucis uel fortiter conglobatis sustineri nequiret. Per hunc modum perrupto & fœde profligato Gallorum nouissimo agmine grauis illico tumultus ad medium agmen peruenit, parique sorte, quum frustra à primo agmine subsidia expeterentur, quod id plenis passibus anteibat, ab eodem uictore equitatu fusum, & parua cum cæde armis, & sarcinis uexillisque militaribus & tormentis exutum est. Quâdoquidē ægra militum corpora languentibus dextris uix hastas intentarent, aut gladios distringere auderent, cōtrâ uictores qui in deditos humique proiectos & salutem deprecantes, contenti prædâ à cædibus facile temperabant. Nauarrus ipse qui uti erat æger lectica sæpe uehebatur, & tum festinandi causa humilem mulam conscenderat, obliquos uia tramites quærens ab Epirotis Græcisque

A cisque equitibus interceptus est, Neapolimque perductus. Salassus uero & Rangonus expeditum nacti iter ad Auerfam intacti peruenerunt. Sed eorum copiarum usque adeo angusta portula receptæ sunt; ut amplius tribus horis quum singuli introirent, uictores iam adesse arbitrata, diu in fossa trepidanter ut admitterentur expectarint. Quibus tandem intramœnia receptis & paululum recreatis, quum duces in arcem de urbis defensione consultaret, Hispani pedites agminatim superuenere. Hi nanque à Vasconibus repulsi ad famam fugæ hostium equitumque uictorie incitati, ad iter capiendum antecedentibus sese aggregabant. Primis Hispanorum cohortibus in cōspectum Auerfæ se dantibus, reliqui manipulatim se aggregabant, & quod perterritos atque imparatos hostes existimarent, adiuti paucis scalis quas è suburbanis casis repererant, alij hastis innixi, alij commilitonum humeris subleuati, eripere in muri coronam cœperunt, cohortantibus Saiauedra & Ioanne Gaetano qui nauali prælio captus dimissusque fuerat. Hi primi omnium conscenderat, plenâq; iam Cæsarianis muri corona, quod hostes metu præpediti nequaquam alacriter arma expedire uiderentur, in urbem sese uel temere demittere non dubitarunt. Sed eorum paucitas Gallis animos ita erexit, ut Guidone Salassoque ante alios prodeuntibus & acriter inuadentibus, Hispani quibusdam suorum interfectis, aut captis, rursus subire coronam, atque inde se demittere cogerentur, sic ut nonnulli religatis ad pinnas sclopettorum funiculis, per eos uel abrais manibus desilirent, aut periculoso saltu præcipientes in fossam se darent. Ab eo irrito conatu Hispani quod iam frequentes armatos, & tormēta displodentes Gallos in mœnibus conspicerent, Aurantio & Gonzagæ quid rei gereretur significarunt, postulantes ut tormēta muralia atque ampliores copias summittere properarent: Quandoquidem hostes iam confirmatis animis de deditone colloqui recusarent, proindeque iusta uis expugnandos appareret. Itaque duces perterritis, nullum quo animos colligerent, aut uires alicunde resumerent, spatium moræ dandum rati, tormēta ad Auerfam peruehi iusserunt, quo temporis interuallo castra Gallica nullo iam defendente inuasa direptaque sunt, magna prædantium admiratione, quum præter arma tormentaque magnitudine & numero amplissima suis locis reperta, ægri etiam moribundique milites passim iacerent, & quod erat acceptæ cladis argumētum, in ornatissimis tabernaculis enata gramina conspicerentur. Erat ea forma castrorum situ munitioque memorabilis, & prorsus sicuti uidimus stupenda, sic ut plerique Cæsarianorum ducum nusquam peritius & accuratius à quoquam hac ætate castrametatum fuisse faterentur, & magnam partem eius disciplinæ à Nauarri ingenio profectam dicerent. Postero die Salassus ubi tormenta quæ ex Gallicis castris aduecta fuerant, promoueri uidet, suos componit, & distributis per idonea loca præidiis, hostium uim expectare constituit, quod propugnando resistendoque generosa ortum stirpe armatum uti deceret occumbere, quàm nullo fortunæ aut uirtutis suæ facto

periculo turpiter se dedere honestius putaret. Eiusdem animi erant Ran- F
gonus & Pomperanus, parique alacritate & confirmatione animorum
ueteres milites defendendis mœnibus opportuna tela comparabāt. Sed
postquam ab Aurantio adactis maioribus tormentis uerberari murus
& mox aperiri cœpit, & introrsus repetiti pilarum ingentium ictus, ne-
quaquam diu sustineri posse censerentur, eadem infestæ fortunæ uiolen-
tia in genu Salassus grauissime uulneratur, resiliēte scilicet perfracti tor-
mento lapidis fragmine, quo ex acie in domum relato, magnopere im-
minutus est pauloante resumptus uigor, & eo quidem grauius quod in- G
felicibus nunciis allatum fuerat hostes Capuam recepisse, ad quam du-
biis & aduersis suis rebus Galli confugere posse sperauissent. Nam (ut su-
pra diximus) Maramaldus cum suis cohortibus ad tentandam Capuam
proficisci iussus, sinistrorsum capto itinere, loco idoneo sibiq; noto nō
procul ab urbe confederat, & cum Iulio è Capua familia Cæsarianarum
partium, qui alæ equitum præerat, Campanos ad defectionem sollicita-
bat. Erant Capuæ Vgo Pepulus æger supremum exhalans spiritum, &
Iulianus Strozza (is cum nigris cohortibus præsidio Puteolis nuper fue-
rat) præterea ingens ægrorum multitudo omnis generis. Nam Capuæ
cunctis qui morbo tentarentur in castris, certus atque salubris erat rece- H
ptus. Itaque Campani moriente Pepulo, Maramaldi aduentum timen-
tes, & de Gallorum uictoria nequaquam temere desperantes, dissimula-
to consilio, eam militum multitudinem adhortantur, ut delectis his qui
uiribus ualerēt, aut qui iam ex longa ualitudine uires recepissent, facto
equitum & peditum firmiore globo, exire prædatum uellēt, quod nihil
iam Capuæ pecoris superesset, qua excursionē aliquā pinguioris obso-
nij copiam relato, & quo successu à suis pariter atque hostibus bellū
Neapoli gereretur, certius exploraturos. Probatum id consilium ab om- I
nibus, quod callidum & non obscuræ perfidiæ plenum Campani obtu-
lerunt, sic ut magna manus armis & equis se instrueret, & sub uexillo sta-
tim portis egrederetur. Sed Campani egressis, & non multo post redeū-
tibus portas occludunt, eadem ferme hora qua Ceruarium, ut diximus,
cum Rentiana cohorte ueniētem excluderant. Ob id desperato ingressu
ea manus, uti cuique libuit, dilapsa est & Maramaldus ab auersa porta
in urbem est introductus, accumulata ægris Gallis miseria, quādo omni
armorum & uestis instrumento expoliati captique essent, ipsique Vgo-
ni iam mortuo, & in æde sacra feretro imposito, inter nœnias sacrificu-
lorum, ornamenta equestris cultus detraherentur. Erat enim ex eo pro- K
cerum ordine qui conchyliatum torquem Gallia regis munere eximij
honoris causa gestare consueuerunt. Maramaldi siquidem cohortes è
rapacissimo genere hominum Lucanis & Brutis cōstabant, quæ ex Gal-
lia Cisalpina, Etruriâque ingentes egerant prædas, Romæque præfertim
auarissime grassatæ fuerant. Strozza autem qui cum pecunia Florentini
quæstoris in arcem temere munitam confugerat, certa pactione se de-
didit. Ea Campanorum defectione Auersæ peruulgata, nec cessantibus
Cæsarianorum

A Cæsarianorum tormentis, Auersani metu instantis cladis perterriti, ia-
centem Salassum adeūt, orantque suppliciter ne pertinacia sua fidelem
miserrimamque urbem in extremum salutis discrimen adducere uelit,
maturâq; deditio, ploratibus tot matronis & pueris subueniat, post-
quam cuncta sese defendere conantes deficerēt. Salassus mortifero ictus
uulnere atque extremo dolore compulsus, animum ad pietatem reuo-
cat, & Guidonem Rangonum ad Aurantium mittit, qui de deditio-
nē quam honestis possit conditionibus transigat. Is uti debebat, in id con-
siliū nitēbatur, ut cunctis incolumibus, saluissq; uexillis, & ciuitate con- B
seruata pacisceretur. Sed uictor Aurantij animus nonnulla superbe re-
pudiabat. Per hunc modum aliquandiu re disputata, quod interim tor-
menta nullo quidem temporis puncto cessarent, & iam perruptus ad
grandem hiatus murus, coronâque pinnis nudata conspiceretur, nec
Rangonus re cōfecta mature uti sperarat rediret, Salassus militum quo-
rundam precibus, & Auersanorum lachrymis fatigatus, per idoneū ho-
minem ad arbitrium uictoris indecoram deditio nē fecit. Eam uero fœ-
dæ pactionis conditionem, uel miseris & uictis indignam putauit Gui-
do, qui adhuc cum Aurantio de conditionibus subtilissime contende- C
bat, quū transactæ deditio nē tabulæ proferrentur, usque adeo eas Ran-
gonus est auersatus, ut testaretur se æquo iure esse liberum, nec pudēdis
statutum legibus, quando eius perscriptæ legis beneficio uti nollet. Hac
lite cœpta Cæsariani interim recepti in urbem, quos pecunia redimere
se posse uidebant, ad unum omnes cepere. Ferunt Pomperanum in ea
tanta calamitatis cogitatione defixis in cœlum oculis obstupescentem,
acerbissimoque dolore percussus, in uestigio concidisse, quum rigerēt
adhuc oculi, nec ullis fomentis ei exanimato, uita subito deliquio ere-
pta, restitui posset. Hic est ille qui Carolo Borbonio proditio nē dāna- D
to, totius exilij comes fuit, & eius postea admissi sceleris pertæsus, à cle-
mentia Francisci regis, alæ præfecturam promeruit. Illo etiam triduo
quod multis fortium uirorū funeribus, Gallis maxime luctuosum fuit,
mortuus est ignobili & fœdo in loco Ambrosius ille Florētius Insuber,
qui mali aut certe fatalis consilij dirus author, Lotrechium ut diximus,
ab oppugnatione Mediolani Neapolim pertraxerat, ob idque meritis
factiosæ malignitatis suæ pœnas dedisse uidebatur. Eum quoque altero
tantum die antecessit Petrus Paulus Crescentius Romanus, Clementis
legatus, & Paulus Camillus Triuultius præfectus equitum in eadem pe- E
stilentis doloris miseria excessit è uita, qui omnes uti erāt nobilitate cla-
rissimi, sepulturæ honore caruerunt. Pridie quàm Galli Auersana in uia
funderentur, atque eorum Cæsariani potirentur castris, Andreas Auria
ipso captiuos Alonsum Vastium & Ascanium Columnam, quod Cæ-
saris stipendio sese commutata uoluntate addixisset, in Aenaria insula,
ubi illorum erāt uxores, latos exposuit. Nec multas post horas Vastius
Neapolim est profectus, ut ducum consiliis interesset. Is quod suæ per-
petuæ benignitatis munus uidebatur, Salassum Neapolim perductum,

omni humanitatis, & munificentiae officio complexus est. Sed ille non F
multo post, interneciuo uulneris dolore mœrorēque animi confectus,
ultra prope accersita morte, uitae suae finem imposuit. Vastius quoque
Rangonum cum Hispanis an iure militiae captiuus dici posset, prolixè
disputantem lata super ea re mitiore sententia liberauit, & cum quibus-
dam notae uirtutis praefectis, actuario nauigio impositum in Aenariam
abire iussit, ut inde Romam, uti probe à fidelissimis nautis factum est,
adueheretur. At Nauarrus cui misere capto quidam milites Hispani bi-
na malesani atque infelicis decreti transfugia obiectabant, in eundem G
pristinam, & tum supremę calamitatis carcerem coniectus est, ea tamen
Hicardi custodis indulgentia atque humanitate, ut extrui sibi in foco
uaporariū camini tubum quo algens calefieret, impetrarit, sed aliquan-
to post uel æger & senex, quum eum sicuti alios qui eo bello defecissent,
Cæsar per scriptis ab Hispania literis, capite plectendum esse censuisset,
exanimatus in culcitra repertus est. Nec defuere qui crederent eum su-
periniectæ multiplicis stragulae uestis pondere pressum, ultra necatum
fuisse, quod Hicardus existimatione fortissimi ducis permotus, eum qui
illam eandem arcem aliquando cepisset, reuocata rerum fortiter gesta-
rum memoria, extra Cæsaris inuidiã carnificis manibus subtrahere uo- H
luerit. Per eos etiam dies ambo Eloquentinorum legati Marcus Nerius,
& T. Soderinus Auerse capti, apud Hispanos Neapoli uitam cum mor-
te commutarunt, quum Nerius pecuniam quam pepigerat pro redem-
ptione tardius expediret, & Soderinus auri tenax, & uitae prodigus, im-
positum tanquam æquo grauius pecunię pretium, se persoluturum obsti-
nate pernegasset. Verum nihil in eo belli exitu, quàm infimæ multitudi-
nis deformius atq; miserius spectaculum fuit, quum semineces umbris
hominum pares, pecorum modo ad stabula regia quæ sunt ad Magda-
lenam, truderentur. Nam hoc pietatis officium à senatu Neapolitano I
ducibus ita iubentibus, ut ibi alerentur, curarenturque, impensum est.
Verum corpora cuncta, cæli, uigiliarum, & militaris laboris incommo-
da per quinque menses perpeffa, usque adeo aceruatim communicatis
morbis à contagiosa illuue peribant, ut pauci superessent, qui in Galliã
atque Germaniam remigrarent, atque ex eorum calamitate atrox pesti-
lencia Neapoli relinqueretur. Ab hac inexpectata multis uictoria, feli-
citateque Cæsaris, & portentosa Gallorum clade, fortuna nequaquam
adhuc suo in eam gentem exaturato plenissime odio, tam insolēs quàm
atrox, in ipsum Lotrechij cadauer sauitiã exercuit, ut diurni ludibrii K
uicto, mortuoque contumeliam accumularet. Id enim Hispanus quidã
impię atque impudentis argutię rapax, fabulo erutum è castris in Urbem
retulit, & in regione quàm Sellariam uocant recondidit subterranea in
cella, ut uenalitium cadauer, aliquem è Gallia pietate & reuerentia insi-
gnem emptorem reperiret, qui redemptum repeso multo auro in Gal-
liam ad Fufiæ gentis sepulchra referendum arbitraretur. Sed nemo un-
quam uel propinquorum qui sepulturae iacturam magnificeret, aurum-
que

A que repederet, comparuit, ita ut ualde mirum uideri posset, quod in ne-
mine apud Neapolim uel ducum uel procerum, in eo flagitio inusitata
impietatis & iniurię generosus pudor humanitatem expresserit, quum
in cella uinaria tanti nominis Imperator inhumatus iaceret, secus ac
Valdemontio acciderat, qui sacratarum uirginum, quæ in diuæ Clarae
claustris degunt, mirifica pietate, honestissimo templi in loco collocari
meruisset, quoniam id templum Andegauenses reges Valdemontij pro-
genitores pia liberalique magnificentia condidissent. Cæterum Lotre-
chij mors sicuti militibus importuna, ita supra quàm credibile sit ciui-
bus Romanis ingrata, luctuosaque extitit, utpote quæ singularem Urbis
tristitiam attulerit, usque adeo ut Populus Senatusque Romanus in Ca-
pitolio non obscura summi doloris significatione, è cunctis tribubus a-
tra in ueste cogeret, & ei quem Urbis liberatorē appellabat, quod Cæ-
sarianos supremæ labis excidium communi gentium omnium patriæ
immaniter afferentes, detraxisset, iusti honoris causa paræta decerne-
ret, quæ eo ipso die quo nunciata mors eius est, instauratis regio cultu
splendidissimi funeris exequiis, Laterano in templo quotannis celebra-
rentur. Id decretum religiosę pietatis usque adeo ad diuturnam memo-
riam Lotrechio gloriosum uideri potuit, ut nō dubium uictoribus, qui
mortuo sepulturam inuidissent, præduræ & prope infamis inclementię
pudorem exprimeret. Sub ipsam quoque Auerse deditiōem Agramon-
tius publicę labis fortunam agnoscens, & reliqui cum eo Vasconum du-
ces, necessaria potius quàm æqua conditione se dederunt, sic ut mul-
ta inermium & egentium agmina quæ se Romana uia ad iter expedi-
rent, cernerentur. Hisdem etiam diebus post Lotrechij mortem Sanse-
uerinus Salernitanus regulus, & Hieronymus Tutauilla Sarnensis com-
es ab Aurantio Nolam proficisci, & Valerium Urfinum obsiderē ius-
si, eum uix dum se ab aduersa ualetudine nouis uiribus confirmantem, D
in arcem se recipere, & postremo ea conditione deditiōem facere com-
pulerunt, ut cū præsidio ad castra Gallica deduceretur, quod is erat par-
uo cum præsidio attenuatæque equitū suorum ala, & Nolanorum ani-
mi, ut ad pristinam Cæsarianorum ducum fidem redirent, ad arma pa-
rati essent. Sed in itinere cognitum est Gallorum castra nulla iam esse,
quapropter Hispani equites eum iure captiuum esse dictitantes, exurū
armis & sarcinis Neapolim perduxerunt. Ibi de militari iure aliquandiu
in ea controuersia disputatum est. Verum commendatione multorum,
ipsiusque præsertim Mirandæ precibus, quem paulo ante ab ipso Vale-
rio captum, humanitèrque dimissum diximus, ab Aurantio propter uir-
tutem sapius spectatam & generis nobilitatem, ut Romam enauigaret,
impetrauit. Quum eo modo res Gallica passim urgente fortuna fœde
concederet, Gallicæ Venetæque classis præfecti inuadendi opprimendi-
que Andree Aurie consilium ceperunt. Erant enim ei concitante odio
uehementer infensi, quod is à Gallo rege discedens, totius Italiæ causam
importune deseruisse, & peruersa ratione nequaquã iusta de causa sese

Cæsarianis partibus applicasse uideretur. Itaque prodeuntes ex Prochy- F
tano freto, Auriam sub Iscla stationem habentem, ubi pridie Vastium &
Ascanium exposuerat, conspicati, in eum tormēta maiora in spatio ui-
ginti fere stadiorum emittere cœperūt. Descenderam ego tum forte ab
arce ad litus prætoriamque conscenderam, ut summæ authoritatis uirū,
cui eram familiaris, honoris causa inuiserē, gratularerque subinde quōd
commutata uoluntate felici iudicio animum pro hostili, erga nos ami-
cissimum induisset, postquam insigni beneficio bello captos proceres ci-
uili humanitate uxoribus & liberis atq; penatibus restitutos uidebam. G
Tum uero me, secus ac putaram, naualis pugnae periculo implicitū cer-
nentem Andreas me nihil præteruolantes pilas timere, & in certa pup-
pis parte consistere iubet. Ipse molitur anchoras, aquilamque triremem
omnium uelocissimam præmittit, ut hostilis classis numerū certius ex-
ploret: expediri que armamenta omnia, tormentaque dirigi in hostem
præcipit, ea mente ut cum suis duodecim tantum triremibus, uel cum
multo maiore hostilium numero, contempto omni periculo, audacter
congressurus crederetur. Sed quum hostiles multitudinem essent superio-
res, utpote quæ triginta quinque numerum quæ iam freto excessissent H
facile excederent, Andreas prælium non temere uitandum putauit, & in
eadē statione substitit, quæ erat tutissima. Nam urbs Iscla quæ antiqui-
tus Pythacusa à figulinis & non à simiis dicebatur sterili in colle collo-
cata, in summo uertice munitissimā habet arcem, unde ei è uulgari Græ-
co nomen est Ischia, siquidem munitissimum locum Græce exprimit.
Hæc late maria prospētat, tormētisque maioribus in hostilem classē
directis, & prægrandibus pilis in eam uel ad incertos ictus frequentissi-
me contortis, Venetas simul & Gallicas triremes ab accessu facile deter-
rebat, ea conditione, ut è longinquo tantum crebris & innoxiiis tormen-
tis certaretur, & Auria lunato in loco rupium obiecta mole protectus I
consisteret. Arx enim ad septentrionem directis in subiectum mare cau-
tibus inaccessa est, quum in meridiē extensæ per gradus urbi imminet.
Iungitur porro hic collis Aenariæ insulæ oblongo ponte lapideo, sic ut
urbs scopulo imposita & ponte annexa insulæ, nauibus circunnauigari
nequeat. Circunuolabant tamē ex longinquo Venetæ triremes, & uno
atque altero ingenti tormento, quod Basiliscum uocabant, inanibus
ictibus terrorem inferre, & nostros in altum elicere conabantur, quōd
subire arcem nec ex propinquo conferre triremes sine certo discrimine K
atque exitio se posse prouidebant. Itaque quum aliquandiu irritō cona-
tu detrimentum inferre contendissent, intra fretum Prochytanum un-
de exierant, se receperunt. Eo die tum primum Auria studium suum nu-
dauit, auratæque lilia, quæ erant Gallia Regis insignia, & in extrema
puppe spectabantur, iracunde perfregit atque decussit, paucissimósque
post dies Gallicam classē Neapolitano excedentem litore, & quōd
iam Veneta fractis & deletis partium uiribus ad Messanæ fretum con-
tendisset, intentissimo cursu suæ classis persecutus est, tanta celeritate ut
quædam

A quædam nauigia, militaribus equis & pretioso castrorum rerum appa-
ratu onusta consequeretur, & caperet: nec inde quicquā intermissa per-
petui cursus diligentia, segniores & longa nauigatione debilitatas quas-
dam nouissimi hostium agminis triremes interciperet, & uix Tendanus
regulus, quem præfuisse Heluetiis diximus, è manibus elaberetur. Locus
admonet ut quæ promiserā de alienatione Auriæ, & Ligustici belli cau-
sis (hæc enim à legētib; diutius expectari nō possunt) ex instituto ope-
ris exoluam, & seriatim enarrē, quando res bellicæ sub unum forte tem-
pus gestæ, ne texturam historiæ intercitant, atque inepte confundant,
B suo ordine per partes explicandæ uideantur. Itaque operæpretium erit
paulo altius repetere à rebus gestis superioris anni, qui toti Italiae non
modo ab atrocis terribilique armorum strepitu, sed ab inuisitata frugum
penuria, & pestilenti cæli atque aeris inclementia supra omnes quorum
patres nostri meminissent, maxime dirus & perniciosissimus fuit. Erat is
uigesimus septimus supra quingentesimū & millesimum à partu Vir-
ginis, nefanda Urbis clade insignis. Igitur sub id tēpus quo Lotrechius
transgressus alpes, eo modo quo diximus Boscum, Alexandriam atque
Ticinum expugnauit, Franciscus Gallia rex uiginti duarum triremium
C classē Andrea Auria præfecto Massiliensi portu emisit. Eum nuper ho-
norificentissimo maritimæ præfecturæ titulo Amiranter mediterranei
maris appellarat. Is Genuam obsidere iussus, superiora inferioraque Li-
guriæ litora percurreret, idque unum iniunctum diligenter obibat mu-
nus, ut frumentarias inuersiones impediret. Nam tum Genuæ frumentū
inopia uehementer laborabatur, & pestilentia sauire in ciues cœperat,
nec satis firma aderat classis Antoniotto Adurnio urbis & Cæsarianarū
partium principi, qua Gallicæ classi obsisti posset. Hæc dudū onerarias
duas Ferrariam & Rapallinam prospero destitutas uento apud Flor en-
D tium Corsicæ portum persequuta, sese in litus eiicere compulerat, eua-
dentibusque nauibus, atque uectoribus incenderat. Quam ob rem fiebat
ut Genuenses onerarias naues ad coemendū frumentum in omnes par-
tes dimitterent, & quotidie effusa in portum esurientis populi multitu-
dine, aduentum nauium expectarent. Earum forte duæ frumento Sieu-
lo onustæ, sese in Delphini portum intulerant, ut inde expectata idonea
tempestate, elusa Aurianarum triremium custodia ad urbem peruehe-
rentur. Quæ de causa superioribus diebus apud portus fauces Adurnius
munitionem erigi, inædificarique propugnaculum, & præsidium impo-
E ni iusserat, ut ibi ab alto intrantia nauigia tutam haberent stationem: &
ne à Gallicis triremibus oppugnarentur terrestri cohortium præsidio
defendi possent. His Adurnij consiliis diligēter exploratis Andreas clas-
se prouectus, idoneo in loco circiter quatuor milia peditum exposuit,
ut à terra portum & uicium occuparet, allectus spe totius hostium op-
primendæ classis. In ipso nanque Delphini portu præter aliquot Ligur-
sticæ naues frumento & mercimoniis onustas, septem aderant partim
Adurniæ, partim Cæsarianæ triremes, quantum prouiso periculo Adur-
f

nus ferendæ opis consilium cepit, Augustinumque Spinulam prætorij præfectum cum multo maxima parte prætorianorum, eo terrestri itinere proficisci iubet. Is nauiter iussa faciens per montana asperaque itinera contendens ad uicum quem incolæ Bramapanem uocant, sub auroram peruenit. Tum uero exoriente sole ab hostibus qui in litus descenderant Spinula conspicitur, adeo præclare, ut quum per deruptos & angustos tramites se demitteret, militum numerus facile recenseretur, & Auriani ampliore numero suo confirmati obuiam descendenti-
 bus eundum censerent. Erat modica planities non longe à fano diui Michaelis trecentorum ferme passuum. Eam Auriani duces Antonius & Philippus prouecti præoccupant, & Viscontem Cicadam nobilem signiferum, qui præfecti Auria gestabat uexillum, cum ualida sclopettariorum manu anteire iubent: Ipsi mediam aciem excepturam descendentium impetum, ex aduerso instruunt. Viscontes nactus in his rupibus duos ingentes scopulos, post eos suam manum collocat, & primos descendentium hostes, effusa glandium procella, transitu arcere conatur. Tum uero Spinula coniectus in locum unde se eripere sine ignominia grauique suorum detrimento non posset, quanquam numero hostium terreretur, breui oratione militum animos confirmat, docetque hostes facile inuadi superarique posse si se prætorianos esse meminissent, quorum neque uirtutem, neque impetum, aut Galli noui milites, aut Auriani semiremiges laturo uiderentur. Nec mora æquissimo loco se demittens, Viscontis sclopettarios è scopulis deiicit. Hi pulsi mediam aciem ex tumultuaria sua fuga perturbant, certatur tamen magni ui collato pede, sed uel paucorum hostium Auriani iniquo decliuique in loco impetum non diu sustinent, continuo dant terga, & se in fugam per confragosam uiam præcipites coniciunt. Spinula pulsus atque perterritus, capto Philippo Auria instat. Ab Adurniis uictoria clamor attollitur, Galli que, & Auriani timore occupati adeo perturbate ad litus descendere conantur, ut pauci apprehensis remis in triremes euaderent, reliqui cæsi aut capti sint, aut per auias & inaccessas rupes effugerent, quum multo plures eorum præcipiti saltu se eripientes profundo mari mergerentur. Parta uictoria admirabili casu accidit, ut eo ipso die Spinula ab Adurnio ad urbem reuocaretur, quod Cæsar Fregosius à Lotrechio Genuam cum delecta manu peditum & equitum missus, in Pociferam Vallè se demisisset, & iam adesse nunciaretur. Quibus iussis Spinula parendum censens, suspicatus quod futurum uidebatur, ut se discedente Auria classem inuaderet, trierarchos admonuit ut se compararent ad prælium, & nudatas propugnatoribus hostium triremes aggredierentur. Quod si id facere præstareque uti oportebat non possent, in altum se proriperent, & in quos fortuna uel Liguria, uel Etruria portus offerret prope confugerent. Caterum uel terrestri uictoria adiuti, nihil egregium aut fortibus uiris dignum tentare ausi sunt, quod defensores pariter & remiges ad prædâ incitati, cõspecto hostium aduerso successu in triremibus

Abus contineri nequiuissent. Secundum uero complexi consilium, quum enauigare cœpissent, nec ullo profus uento iuuaretur, fessis remigibus, animos ita desponderunt, ut in tutum euadere posse desperarent, & continuo in eundem Delphinum portum redirent. Affuit occasione suæ intentus Auria, & inuectus in hostes, triremes præter unam omnes cepit. Hæc fuit Iustiniana cognomento Gibba, relique fuere in potestate hostium, eo facilius quod nexi, seruique omnes ad transtra cathenati sublata uoce libertatem inuocassent, & propugnatores epibataeque omnes undique descensione facta dilaberentur. Captæ sunt ante alias duæ Genuenses quibus præerat Iulianus Ripa Adurnij cliens. Aliæ fuerunt partim Siculae, partim Hispanicae. Capta quoque est & direpta pretiosi mercimonij plena nauis oneraria cognomento Iustiniana, quæ dudum è Chio orientis Insula in Delphini portum peruenerat. Hæc res gesta est sub Idus Augusti ita alternante uices suas fortuna, ut qui terrestri pugna uictores fuerat, mari uicti, & mox debellati fuerint. Cæsar namque Fregosius ad diui Petri fanum quod uocatur ad Arenam positus castris, caduceatorem regium in urbem premisit, qui Genuenses ad deditioem hortaretur, & si id facere abnuerent, omnia infesti belli detrimenta & uillarum incendia denunciaret.

C Adurnius qui paucis ante diebus ægra spe rerum suarum permotus, decurionibus permiserat, ut legatum ad Lotrechium de concordia mitterent, caduceatorem repulit. Id autem legationis munus suscepit Vincentius Pallauicinus, æquissimisque conditiones à Lotrechio retulerat, præter id unum quod à Genuensibus enixe petebatur, ut scilicet Sauonam urbem ademptam populo Genuensi redditurum polliceretur. Eam namque urbem Memorantium regis gratia ualidum, sibi impetrasse & præfectum nomine Moretum imposuisse ferebant, eo consilio ut Sauonensi portu, quod esset Gallia Cisalpinae opportunissimum postquam Genua aliena esset ditio-
 nis, ad omnes belli comoditates uteretur. Ea re Genuenses nihil grauius sibi accidere posse rati, quam ut Sauona tot seculis ciuitati contributa subtraheretur, repente commutatis animis, à priore deditiois consilio discesserunt, ita ut Adurnius non obscuram spem retinendi principatus resumeret. Qua propter exploratis Cæsaribus, noctu in eum eruptionem facere constituunt. Imposuerat Cæsar cum præsidio unius cohortis Borrachinum præfectum in æde sancti Benigni, ea est in supercilio montis, qui imminet ei turri quam à lychno nocturni luminis Pharus uocant, despectatque dextrorsum subiectam maris plagam, in qua ut diximus ad Arenam templum Fregosius confederat. Cognito hostium aduentu Adurnij, & paucitate copiarum eius contempta, eos inuadendos decernunt, & post intempestam noctem eductis prætorianis recta ad eos proficiscuntur, adeo silenti agmine, ut apud Lazariam ueterem portam Borrachini excubias parum intente speculantes opprimerent. Ab his ubi sit Borrachinus & ubi consistat Cæsar discunt, continuoque dorsum eius promontorij conscendentes, Borrachinum semisopitum, confisumque suis excubiis capiunt, præsidiumque eius paucis cæsis, & nonnullis uulneratis fu-

gatur, & per exteriorē rupis partem deiicitur. Fregosius audito strepitu F
& iam inalbescente cælo conspecta fuorū fuga, appropinquantēque ho-
ste sese colligens, munimentū quod fors obtulit irruentibus opponit. In
ea nanque parte litoris ædificabatur oneraria ingens nauis cui Grimal-
diæ nomen fuit. Iamq; carina eius scamnis & naualibus canteriis quos
fabri scalos uocant, erat constituta, & costæ suis incuruis asseribus inte-
xebantur. Itaq; eo nauigio pro munitione usus, sclopettarios opportu-
ne disponit, & glandibus cōiectis hostes ab accessu arcet. Ii bifariā diuisi
pars dextrorsum ad Fregosianas copias, ubi erant equites nōnulli, Mar-
tinego duce defertur, altera contra Cæsare procedit. Sed factū est egre- G
gia fortitudine Cæsaris, ut qui in nauigio erant hostes loco pellerēt. Nā
Cæsar & à puppe & à prora cū suis profiliēs in ipsos Spinulanos parum
constanter oppugnantes, & metu sclopettariorū perturbatos erupit, &
reliqui Fregosiani Martinengū in congressu ita repulerunt, ut circūuen-
tus in medio caperetur, Spinulāque ipse deueniret in potestatē, & Sini-
baldus Fliscus qui cum clientū manu aderat, paruo temporis & loci spa-
tio ex hostiū manibus eriperetur. Eo modo Cæsar semihoræ momento
in ipsa prope rerū desperatione uictoria potitus, pleno passu ad urbem H
contendit, & inter suburbana tecta uia militaris, quam Fasciolā uocant
iuxta Theodori templum tumultuariam Hispanorū manum, quæ sub-
sidio mittebatur magno impetu fundit, & ad Diui Thomæ portā pro-
uehitur. Nec diu post ciues excitati Fregosij uictoria uti ante statuerāt,
neq; postea impleuerant, Galliæ regis imperio se dedere decernunt, mis-
sisque Ferrario & Lomellino legatis (hi enim erant Fregosianæ factioni
addicti) qui portam aperirent, & Cæsare exciperent, uictores introduce-
runt. Ipse princeps Adurnius qui ad tumultū adcurrerat, ubi introdu-
ctos in urbem hostes ex populari acclamatione audiit, cōuerso equo in
arcem propere confugit, paululumq; moratus ad nouissimū consilium I
quod erat ciuilius potius pietatis quàm bellicæ uirtutis descendit. Neque
enim eum animi uigorē quem Hieronymus frater aduersis in rebus tu-
lerat, Antoniottus uti erat remissiore ingenio, & podagræ uitiiis corre-
ptus, ferebat. Statim siquidem Philippum Auriam quem in arce capti-
uum habebat, liberaliter dimittit, orat ut operam æternæ laudis patriæ
prestare uelit, ne necesse sit in ea mutatione principatus cædibus certa-
re, quibus intestinis malis ciuitas omnino lacerari atque deleri posse ui-
deatur. Sibi quoque in eam publicæ salutis curā intento nihil fore hone- K
stius arbitrari, quàm excedere arce ut urbanis rebus tranquillitatē adue-
heret. Cum his mādatis Philippus æque fidus & alacer ab arce in aream
Aurianā descendit, aduocat contribules, & plerosq; alios ciues apposi-
tāque oratione persuadet, ut Galliæ regis imperiū lubentibus animis su-
scipiant, ueterū odiorum & factionū obliuisci, & ab omni contentione
discedere uelint. Ea Philippi oratione permoti ciues ad comprimēdum
plebis & militum tumultū, per urbem discurrūt, sedatūque illico mo-
deratione Fregosij & ciuium precibus armorum strepitus, tanto parēdi
obsequio,

A obsequio, ut nulla domus præter decurionum Prætoriū concursū plebis
diriperetur, sic ut admirabile uideri potuerit, quod in tāta perturbatio-
ne, nullo prope effuso ciuili sanguine, urbanæ res fuerint composite.
Quod si Aurianæ Gallicæque triremes quæ tum aberant, eo die portum
tenuissent, rebantur ciues nauales turmas uti prædæ auidas non facile
coerceri potuisse quin effusissime grassarētur. Itaque singulares à Sena-
tu atque omnibus ordinibus Cæsari gratiæ sunt actæ, quod Galliæ regis
commodo quàm propriæ dignitati atq; amplitudini, quam armatus ar-
ripere poterat, studere maluerit. Erat enim Cæsar Iano patre genitus qui
B tum Venetis in castris militabat, Genuæque principatus fortuna ali-
quandiu, ut suo loco diximus, fuerat potitus. Data sunt ei uirtutis & cle-
mentia nomine præmia signatæ pecuniæ, & certissimi annui redditus
alimenta, quæ ad posteros transfirent, è senatusconsulto constituta. Nec
multo post pari ciuili animi propensione Adurnius arcem ciuibus red-
didit, & cum præsidio clientium fuorum patria & principatu cedens, ad
paterna castella se recepit, paucisque post mensibus, quum ad Antoniū
Leuam esset profectus, apud Mediolanum sine prole fato cōcessit. Non
multos autem post dies Genuam uenit Theodorus Triuultius, qui de-
C ductus in senatum consensu ciuium, satagentēque in eam rem ipso Au-
ria, Decuriones in uerba regis sacramento adegit, quum paulo ante Cæ-
sar Fregosius ad Lotrechium in castra rediisset. Eius diri anni inclinante
autumno quo hæc in Liguria gesta sunt, & Lotrechius reiecto oppu-
gnandi Antonij Leuæ consilio, totas Francisci Sfortiæ præsentis atque
obnixè orantis spes eludens, post eas urbes, quas diximus manu captas,
ad oppugnandam Neapolim ire properabat: Landus Venetæ classis præ-
fectus in Sicilia nauigauit, atque ingressus capacissimum Augustæ por-
tum postulauit à præfecto arcis ut sibi præsentī pecunia coemere fru-
D mentum liceret: quod quum præfectus sponte se concessurum Venetis
ex professo Cæsaris hostibus pernegasset, Landus refractis horreis, quā-
tum sibi opus esse iudicabat, frumētī copiā nauibus imposuit, ea æqui-
tate ut pretium Siculis egregia fide persolueret. Ab Augusta autem di-
gressus, quæ est inter Pachynum promontorium & Siracusas, superato
Messanæ freto ad Aeolias insulas cōtendit, circa quas triduo tempesta-
te iactatus, & perflantibus demum, modo Euro, modo Subsolano secū-
dissima nauigatione in Puteolanū sinum se intulit. Ibi quum tormentis
peteretur, è superiore Baiana arce quæ est ad Baulos, in eo loco ubi olim
E Hortensij oratoris uilla fuit, longius secedens, directis proris atque tor-
mentis oppugnare urbem Puteolos cepit, ad quem classis locum Baianæ
arcis tormenta peruenire non poterant. Ea nāq; arx in supercilio mon-
tis posita est, qui duo diuersa maria despicit, Puteolanum scilicet si-
num, & Baianum portum, qui antiquitus Misenenis fuit, Romano-
rum nauale tutissimum. Mare siquidem Miseni scopulo illisum per ar-
ctas fauces ad læuā influit, & conclusum efficit pelagus, quod hodie per-
petuæ trāquillitatis nomine Mare mortuū appellatur, habetq; iuxta ad
f iij

certam æquationem fornicati operis piscinam, quæ ab incolis Admirabilis uocatur. Cæterum Landus nihil tentata per milites expugnatione, ex condito iussuq; Senatus, ut Gallicæ classi iungeretur, Tyrreno prouectus mari, ad portum Herculis quod est ad Argætarium Senensis agri promontorium, Auriam obuium habuit, communicatisq; cõsiliis in Corsicam primo, atque inde per fretum quod utrâque insulam dirimit, in Sardiniam traiectum est, & copiæ quas Rentius Ceres elapsus clade Urbis Gallica pecunia scripserat, in terram expositæ sunt. Primum quod occurrit fuit oppidum nomine Genuense Castellum. Ibi promotis proris tripartito munere tres classes uno tempore diuersis in locis murum uerberare cœperunt, satisque magna parte mœnium quassata, & diruta, Castellorum res, quanquam egregie sagittis præsertim atque lapidibus se defenderent graue in discrimen adductæ uidebantur. Quo permoti periculo oppidani Rentio significarunt, se certa conditione postero die dedituros. Is enim suos in acie cõtinebat, ut cuncta quæ superuenire possent Sardorum auxilia continuo arceret, ne naualibus sociis oppugnatione occupatis, ulla exterioris hostis ui noceretur. Sed in eo metu deditioisq; consilio uersantibus, oborta forte tempestas turbulenta, qua ab importuoso litore classibus erat discedendum salutem attulit. Nam repente sublatis ancoris intento usus remigio Auria ad Herculis insulam quæ olim Diabata, hodie Asinaria dicitur, contendit, cursumque eius obseruantes Venetæ Gallicæque triremes in eundem portum concesserunt. Is est fidissimi recessus, & obiectum contra respicit Falconis promontorium, ab antiquis Gorditanum appellatum. Dum classes decedente tempestate idoneam maris tranquillitatem expectarent, qua freti ad expugnandum Castellum Genuense reuerterentur, Rentius eos admonuit ne renouato impetu de expugnatione oppidi cogitarer, per causam obtinendi commeatus, quoniam ipse cum terrestribus copiis proximum oppidum nomine Sursam occupasset, quod erat ab incolis desertum, atq; omni commeatus copia plenissimum, unde per multos menses uniuersa classis ali posse constaret. Interea Rentio interiora insulæ peruadenti nuntiatum est, Sardorum equitum alam cum ingenti sagittariorum peditum agrestium numero aduentare, quibus excipientibus Rentius expeditam sclopettariorum manû loco inter uepres & arbusta ad insidias idoneo collocauit, primoque impetu incaute præcurrentes hostium equites fudit, & auertit, quum in primo agmine nonnulli glandibus traiecti cecidissent, & ante alios eorum dux cum signifero Bartholus cognomento Florétinus, usque adeo perturbatis reliquis, ut ea ala equitum ferme quingentorum refugiens, agmina sagittariorum perturbaret, atque proculcaret. Neque postea ullo in loco amplior Sardorum manus sese ostedit. Itaque classibus Sursanæ prædæ & commeatus ingenti copia affatim repletis, Rentius ad Saxerim urbem præfecti totius insulæ sede, & Sardorum conuentu claram accessit, & quod præfectus munitiorem quærens locum Caralim aufugisset, eam urbem copiis

A piis suis occupauit, quod etiam appulit classis. Tanta uero omnis generis annonæ copia reperta est, cum frumenti & uini, tum etiã ad opima militum & remigum salitæ carnis & casei, numerosique maioris & minoris pecoris multitudo, ut multa ingluuie earum rerum, paulo antè esurientia corpora morbis tentarentur, nec secus ac in pestilentia accidit, magnus numerus agrorum interiret. Nam supra intemperiem Sardo cæli, quæ uel hyeme etiam erat grauissima, ea copia cibariorum & multiplex recentium præsertim carniū esus, deficiente pane, affectis & paratis ad mortem corporibus accefferat, usque adeo miserabiliter, ut non modo in milites & remiges, sed ad aliquot nobiles trierarchos ea contagiosa labes permaneret, & dimidia pars hominum absumeretur, reliqua lethaliter lægueret, & ea clades aduerso prælio maior censeretur. Audiui ego Auriam eius infaustæ expeditionis consilia explicantem, propterea in eam calamitatem classes incidisse, quod sicuti propositi prioris erat, regique consilij Siciliam gerendo bello inuadere nequiuissent, retardati scilicet longa expectatione Rentianarum copiarum, quas ille tardius expediret, cõstitutumque esset, è Liguria ad Erruriæ portus adduxisset, subindeque aduersissimis uetis maria clauderetur. Idcirco comeatus inopia adductos Corsicæ, ut necessitati parerent, oram legisse, atque Sardiniam apprehendisse, nihil hyberno tempore infamis insulæ inclementiam reformidantes, quum æstate solum & autumno Sardinia pestilens esse consueuisset: quasi cuncta uno tempore pro Cæsare admirabili conspiratione propugnarent: mirumque esse fateretur, quod ipsorum consilij rectissima deliberatione susceptis, tota ea nauigatione aduersa omnia, hostibus uero secundissima prouenissent. Exinde ab infami litore discedentes, Liburni portum tenuere, quem antiquitus Ciceroni Labronem fuisse constat, hodièque apud incolas priscum id nomē retinet. Instabat iam aduētus ciconiarum prima non dubij ueris signa afferentiū, qui incidit in Idus Februarias, atque ita aperiēte se mari, Ioānes Morus primus omnium cum sua classe profectus Siculum transiit fretū Corcyramque peruenit, quem non multo post subsecutus est præfectus Lādus. Gallicæ uero triremes reliquias Rentianarum cohortiū sustulerūt. Ipse autem Auria ea cõditione Genuam est reuersus, ut cum octo triremibus Aurianis, Philippum Auriam propinquum legatūmq; suum cuius uirtuti plurimum confidebat, non multo post ad Lotrechium Neapolim obsidentem mitteret. Initio autem æstatis (ut diximus) Philippus nauali prælio prope Salernū cum Vgone Moncata commissis classibus confligit, partaque uictoria Alfonso Vastium, & Ascanium Columnā eo prælio captos ad Auriam perduxit. Hi pro redemptione equum pretium pollicentes Auriam demississimis precibus orabant, ne se regi Gallo ad diuturni carceris miseriam tradere properaret. Repetebat enim eos rex multis de causis, quod lege militari & suis auspiciis capti tradedi cēferentur. Sed id Auria ex priuatis stipendij sui cõditionibus se facturum pernegabat: quod longe molestissimū magnanimo regi cupidissimóq;

ostentandæ liberalitatis atque clementiæ in captiuos, dolore afferebat: F
 usque adeo ut iracundia correptus Auriæ responsa tanquam insolentis,
 & non obscuræ auaritiæ plena cõtumeliose detestaretur. Dicebat enim
 Auria nuper expetenti regi Philibertum Auratium ab se mari captum,
 & prægrandem pecuniam pollicentē, liberaliter concessisse: neque post-
 ea regem uti promisisset, iuræque militiæ postulabāt, pro captiuo ullam
 omnino pecuniam rependisse, eumque pro accepto munere aliam non
 reddere gratiam, quàm ut ipsum meritorum stipendiorum spe, & lon-
 ga expectatione frustraretur. Sed Auriam sicuti didicimus, ut duriorē se
 æquo regiis postulatis inexorabilēque præstaret, nequaquam pecuniæ G
 cupiditas, sed ingens amor erga patriam impellebat. Genuenses nanque
 grauissime conquerebantur Sauonam sibi adimi, uetustissimoque ipso-
 rum imperio subtrahi impotēti regis libidine, qui importuno detrimē-
 tofōque uectigalium præiudicio, portum atque emporium ibi cõdere
 ad summam ipsorum contumeliam statuisset. Hoc liquidē publico do-
 lore Auriam uehementer angit Vastius conspiciens, eius animum per-
 tentare ausus, eò iam ægrum & nutantem perpulit, ut commutata uo-
 luntate, conuersōque studio, repudiataque regis amicitia, Cæsaris auspi-
 cia sequeretur, à quo certissima præmia expectari possent, quæ spes om- H
 nes de liberalitate regis conceptas, magnitudine honoris atque stipēdij
 superarent. Clemens Pontifex causis Aurianæ alienationis compertis,
 per Saluiatum legatum, regem amicissime permonebat, ut operā daret,
 ne Auria causam deprauatj animi discessuque sui nancisci posset: quòd
 uir ille possessione maris potens omnino in officio, atque amicitia reti-
 nendus esse uideretur: ne si labasceret, atque deficeret ad hostem, spes om-
 nia exploratæ propè uictoriæ corrūperetur. Proinde imponendos esse
 iracundiæ franos, ne publicis rebus officeret, si pertinacius uel iusto do-
 lori indulgendum arbitraretur. Misit etiam Clemens ad Auriam T. Sā- I
 gam ab epistolis, qui eum leniret, & ne quid properè transigeret, horta-
 retur: quando perpetuum eius studium fidēque ueteris constantiæ ab
 omnibus fœderatis exigeretur. Ceterum Auria quum audisset, à Barbes-
 sio Gallicarum triremium præfecto, sibi insidias tendi, & salutem eius
 ad sicarios prope deferri, opportune sibi cauendum censuit, atq; omni-
 no Cæsaris amicitiam & militiam tanquam uberiorem certiorēque
 complectendam ratus, è Genua ad Erycem quod est oppidum iuxta Lu-
 nense promontorium positum, cum reliquis suis triremibus se cõtulit,
 dimisitque sub fide Vastium ad Antonium Leuam, ut cum eo commu- K
 nicatis consiliis, de conditionibus ageretur, quæ deferri ad Cæsarem in
 Hispaniam deberent. Atque ita non multo post Auria torquem cõchy-
 liatum, quem honoris causa ab rege delatum acceperat, ad eum remisit,
 ab eaque de more cerimonia, sacramento militari se absoluit. Rex enim
 exactis stipēdiis hominem retinere conatus, multa per Ioachimum Le-
 uatium Ligurem, quem Lotrechij iussu ab nauali statim uictoria capti-
 uos à Philippo postulasse memorauimus: atque item per Petrum Fran-
 ciscum

A ciscum Pontremulanum frustra egit: quum iam feræ pœnitentiæ tēpus
 incidisset. Per hunc modum Auria singulari cum offensione regis, ma-
 gnōque eius incōmodo cum Cæsare transegit, & uti diximus, cum duo-
 decim triremibus, ad Aenariam liberatos proceres Vastiū & Ascanium
 retulit, deletisque iam Gallis ad Auerfam, & castris eorum captis, conse-
 ctabundus Gallicas naues, Genuam est reuersus, eo infensi animi consi-
 lio, ut Gallos urbe depelleret: neque tamen nouum aut Fregosij nomi-
 nis cui ipse antea enixe studisset, aut Adurnij quod multis de causis iā
 pridem odisse uidebatur, principatum induceret, sed ut omni externo
 B dominatu repudiato, patria intestinis malis diu afflicta oppressaque, nū-
 quam deficientibus tyrannis, in libertatē suis auspiciis assereretur. Hanc
 enim Genuenses in uniuersum multis annis exoptasse potius quàm spe-
 rasse uideri poterant, quòd eorum ingenia nunquam satis pacata, nouis
 semper studeant rebus, & mutatione principatus tumultūque urbano
 magnopere gaudeāt, parata semper plebe ad excitandas seditiones suo-
 pte instinctu, impulsūque procerum, qui diuersas alere factiones, ostē-
 tare potentiam, & modo his, modo illis prout repentina libido tulerit,
 partibus adesse consueuerunt. Ciuitas siquidem prioris seditiosi seculi
 C mores sequuta, infano & miserabili instituto, non in duas uti priscis tē-
 poribus, sed in diuersas atq; multiplices factiones scindebatur. In Guel-
 phos nanque & Gibellinos diducta erat, quorum principes erant nobi-
 lissimæ inter Ligures familiæ patritij ordinis nuncupatæ, Spinula scili-
 cet & Auria ex professo Gibellinæ, & Flisca atque Grimaldia quæ Guel-
 phum nomen præferabant. Vetere autem lege diu obseruata cautum
 erat, ne quisquam ciuitatis principatu potiretur qui esset patritiæ gen-
 tis: Hunc enim honorem eximium populus usurparat, ea tamen condi-
 tione, ut ex his esset familiis quæ Gibellinæ partis forent. Nam populus
 D eo etiam antiquissimo morbo laborabat, & super hunc etiam noua fa-
 ctione diuidebatur, quòd aliqui maioris classis quæ honestissimis, atque
 ditissimis familiis constabat, uetustate, numero atq; potentia, patritiis
 æquarentur. Huius classis principes euaserant Adurnij atq; Fregosij, qui
 Gibellinæ stirpis censēbantur. Hi perpetua dissensione à maioribus per
 manus traditum supræmæ potestatis & imperij ex æquo decus petebāt:
 certabantque odiis & armis, inclināte ad eos uictoria ad quos patritius
 ordo, & populariū amplior manus accessisset. Magna quoque spes prin-
 cipatus posita erat in minoris classis studio: ea enim opifices infimamq;
 E plebem continebat, cuius erat multitudo ingens, & ad capiēda arma se-
 rendāsq; seditiones paratior. Hæc infima populi classis ante uiginti an-
 nos ab insolentia turbulentiæque ingeniorum tantum inualuit, ut sicuti
 suo loco memorauimus, patritios tanquam superbe dominantes expel-
 leret, erectōque populariū statu à Galliarum regis, in cuius clientela erat
 ciuitas, autoritate discederet. Qui tumultus usque adeo grauis fuit, ut
 uix aduētū armati regis perdomita ciuitate coerceri potuerit. Igitur sub
 aduentu Auriæ Genuenses animos à pristinis dissensionibus ad concor-

diam reuocantes, de constituendo oblatae libertatis statu, consilia inire F
 cœperunt. Multa tùm senatorum omnisque generis ciuium capita, eius
 damna anni pestilentia sustulerat. Non deerant tamen in quibus uige
 ret studium cõplectendae libertatis: Propterea paulo antè nunciata Gal
 lorum clade, quæ ad Neapolim Lotrechio acciderat, de abolendis uete
 ribus factionum odiis, parandaque fideli cõcordia, per coronas sermo
 nes serere cœperunt: quos quanquam non obscure rebellionis initia uide
 rētur. Theodorus Triuultius urbi prepositus minime uetabat, ut po
 te qui Italicae probitatis, & Christianae disciplinae putaret nihil pace &
 consensu ciuili melius, nihilque factionum quæ saepe cruetæ extitissent, G
 obliuione tutius atque salubrius. Andreas itaque iuxta urbem ei litori,
 quod Sarzanium uocant cum tredecim triremibus noctu appulsus, no
 tos sibi ciues quosdam euocauit, rostratarumque singularum scaphas mi
 litibus compleuit, iussitque ut exploratum intra molem præcederent.
 Orabant ciues, ut nihil bellica uentare properaret, ne urbs caedae dire
 ptionis periculo obiiceretur. Idcirco Philippum Auriam, Christophorū
 rumque Pallauicinum in Auriam adoptatum familiam cum manu mi
 litum misit, qui per notos sibi aditus urbem intraret, & quid facto opus
 foret explorarent. Interea Galli trierarchi cognito Auriae aduentu, nihil H
 sibi morae attulerunt, quin sublatis ancoris ad prælium se compararent,
 & è portu in altum se proueherent. Eo casu Auria scaphas suas reuocat,
 recipit milites, & ad pugnam compositis armamentis procedit. Sed nox
 adeo obscura erat, ut classes inter se conspici nequirent, momentaneis
 que tantum, quum tormenta incenderentur relucens flammis spe
 ctarentur. Quamobrè Auria non temere tenebras detestatus, quod Gal
 los procurfu suo prælium appetere, & congregi uelle appareret, expectan
 dam lucem esse cõstituit. Qua mora ei renunciatum est ab his quos mi
 ferat, urbem esse in potestate. Nam Philippus porta arcus potitus, & Pal
 lauicinus per Giaretam quam uocant portam, iuxta naualia ingressus,
 pulsus ex itinere Gallorum excubiis, in forū peruenerant, coniunctisque
 uiribus ipsum prætorium depulsa Heluetiorum prætoria cohorte, sine
 uulnere occuparunt, & quum libertatis ingeminatum nomen undique
 audiretur, Theodoro arce se tenente, ciuitas oblita Gallici principatus
 libertatem complexa est. Inalbescete uero die, quum speculatorium na
 uigium Auriae renunciaffet, duas triremes è Sauona recta nauigatione
 urbem petentes, ignaras earum rerum quæ accidissent, aduentare, Auria
 ad eas opprimendas contedit. Earum altera in alto comprehensa, alteram K
 cõcitata in litus quod Cogoretæ plagæ est, suis cathenatis remigibus
 plenam, euadentibus propugnatoribus cepit. Nec multo post sublato
 Caesariano uexillo, quo Vgonis Moncatæ prætoria capta fuerat, ad urbem
 suburbani litoris loco qui Malpaga uocatur, classem appulit: exindèq;
 urbem in potestate esse certior factus, Gallicas duas item triremes, quas
 consternati ad arma aduersus trierarchos nexi remiges occuparant, pro
 pugnatoribus ad arcem confugientibus, cepit: acclamantemque ei popu
 lo

A lo tanquam uictori assertorique libertatis, ad paternam domum ire cõ
 tendit. Ibi concionatus ad ciues sui consilij causas aperuit, & suum er
 ga patriam adductae libertatis beneficium, ut agnoscerent, cõseruare
 que studerent, admonuit. Ipsi ciues præ gaudio plorantes certatim gra
 tias agentes, receperunt se fortibus animis, eo usuros beneficio quod
 optimus ciuis & patronus omnium fortissimus præstaret. Creatus est
 subinde aduocato in consilium populo constituendae Reipublicae, De
 cemuiralis magistratus, qui ordinaret ciuitatis statum: atque item alter
 qui belli & pacis munia tractaret, quod plerique cõscribendum exerci
 tum censerent, quem descendenti in Pociferam uallem Francisco Bor
 bonio Sancti Pauli regulo opponerent. Tantum porrò fuit in pleris
 que ciuibus tuendae libertatis studium, ut ingentem pecuniam in æra
 rium liberaliter conferrent. Sed Borbonius retro rebus desperatis reuer
 sus, in Galliam Cisalpinam undè uenerat, facile effecit, ut Theodorus
 Triuultius honestissima pactione reddita arce sibi cõfuleret, & huma
 nissime dimissus ad tuta Gallorum præsidia proficisceretur. Nec multo
 post hisdem copiis, quæ cõtra Borbonium comparatae erant, Sauonam
 in potestatem redegerunt; Nouiumque item oppidum, & Vadum ca
 stellum, quod est ad Vada Sabatia, Antonij triumuii ex Mutinensi præ
 lio fugientis receptu clarum. Verum multo iracundiae studio incitati
 Genuenses, ut bene mulctatos Sauonenses relinquerent, in eorum por
 tu duo magna nauigia plena ingentibus saxis demerserunt, scilicet ut
 uictis & amulis, omnem eius portus opportunitatem adimerent, im
 posita grauiore etiam pœna, si portum repurgare ullo unquam tempore
 tentauissent. Pari quoque lætitia Castelleti arcem deserentibus Gal
 lis receptam, funditus euerterunt, ne ulla extaret arx quæ reponendo
 seruitutis iugo, uel ciuibus tyrānis, uel externis regibus occasionem af
 D ferre posse censeretur. Ferunt ipsum Auriam cohortatibus quibusdam
 ciuium primatibus, ut dominatum ciuitatis quem bona fors offererat,
 suscipere uellet: eius rei per amplum munus mira animi integritate at
 que constantia renuisse: quum diceret sibi exactæ propè ætatis seni, &
 satis opulento, nullisque innixis liberis, ineptum fore principatus nomen,
 fatiusque omnino esse & multo gloriosius, id donum patriæ dedicare,
 quàm inde à quoquā priuato ciue, uel externo principe, qui sua ope ad
 imperium prouehi posset, amicitiam & gratiam promereri: quando nihil
 ad ueram laudem uberius, uel ad dignitatem honestius, uel denique ad
 E reliquæ uitæ felicitatem firmiter atque splendidius fore iudicaret, quàm
 aternæ suæ erga patriam munificentiae trophæum, post excussum ipsius
 auspiciis diuturnæ seruitutis iugum, in foro memoriæque hominum,
 liberata à se patriæ statuisset. Nec multo post populus uniuersus præ
 clara, ideoque perenni gratissimorum animorum testificatione legem
 rogauit, quam decuriones cunctis suffragiis sanxerunt, ut Auriae sta
 tua Colossæ magnitudinis è Lunensi marmore decerneretur, locare
 turque redemptoribus: cuius basi his uerbis titulus inscriberetur:

ANDREAE AVRIAE CIVI OPT. FELICISSQVE, VIN-
 DICI ATQ. AVTHORI PVBLICAE LIBERTATIS, SENA-
 TVS POPVLVSQ. GENVENSIS POS. Paulo antequam Ligu-
 res tam uaria publici status commutatione agitati, inexpectato liberta-
 tis munere pacarentur, Caesar nutantem partium suarum fortunam, no-
 uis copiarum uiribus confirmandam ratus, e media Germania, Saxonum-
 que finibus Henricum Brunsvicensem regulum in Italiam euocauit.
 Hunc Brunsvici dominantem (quae urbs eruditioribus Germanis olim
 Tulifurgium iuxta Visurgim amnem positum fuisse existimatur) Ferdi-
 nandus rex Caesaris frater oblatis stipendiis propositisque uberioribus
 praemiis, aetate florentem & bellicae audum laudis facile accenderat, ut
 ad quaerendum nouum decus domo proficisceretur. Coegit is paruo te-
 poris spatio ualidissimas peditum legiones duas, armatorumque equi-
 tum ingentem manum, descenditque Tridentinis alpibus iusto tormen-
 torum apparatu instructus, secum adducens carros uehiculaque Germa-
 nici generis, quibus non modo com meatus magnam uim, sed clyba-
 nos etiam minorum instar furnorum conuehebat, ut Cererem expedite,
 uel in hostili solo percoquere, atque inde se alere exercitus posset. Ad
 famam Henrici descendens, Veneti de salute oppidorum ac urbium sua-
 rum solliciti, continuo Feltrium imperatorem suum, qui post amissam fe-
 rendae opis occasionem, quam Clemes in arce obsessus frustra expecta-
 set, in Piceno atque Umbria confederat, reuocandum censuerunt, ut
 eo Germanis opposito suae ditionis fines ab iniuria defenderent. Sed is
 peritus belli, neque Germanicae uirtutis ignarus, suasisit senatui, ut ui-
 tandum omnino ualidi hostis impetum decerneret: nullum pugnae dis-
 crimen subiret, & suas tantum urbes atque oppida confirmata praesi-
 diis tueretur, quando ipse neque Italicis peditibus campestri in pugna
 confideret, aduersus praesertim eas gentes quae ab statario ordine acie-
 rum insuperabiles uiderentur: neque leuis ipsorum armatura equestris,
 nisi temere committenda foret Germanis equitibus, qui essent cataphra-
 cti, robustorumque equorum constantia atque impetu maxime uale-
 rent. Itaque eas quoque copias quae Sfortianis coniunctae cum Anto-
 nio Leua bellum ad Mediolanum gerebant, trans Abduam reuocauit,
 ualidoque praesertim praesidio urbem Bergomum permuniuit, quod fa-
 ma esset illac hostes transituros, tanquam Bergomatium praedae inhi-
 ates. Antonius porro Leua cognito Brunsvici aduentu Abduam traiecit,
 atque una colloquutus, eum multis de causis ad oppugnandum Laudem
 Pompeiam perduxit. Ea enim urbs quae prima omnium eo bello a Caesari-
 anis defecisset, Sfortiae detrahenda iudicabatur. Nam Leua captum a
 Lotrechio Ticinum ignauia Veneti Sfortianique praesidij cui praerant
 Petrus Longena Brixianus, & Annibal Picenardus Cremonensis, pessime
 postea custoditum, inopinata hosti inuasionem receperat, ita ut ea re-
 gione quae est inter Ticinum & Abduam praedabundi Caesariani impu-
 ne percurrerent. Quibus rerum periculis ex noui hostis aduentu cumu-
 latis

A latis Sfortia Brixiam suadentibus Venetis se recepit, Paulumque Sfor-
 tiam ex patre Ludouico germanum fratrem praestanti uirtute uirum Lau-
 di Pompeiae praesidio imposuit, confirmatum aliquot Sfortiani nomi-
 nis cohortium praefectis longe fortissimis. Brunsvicus Brixianum & Ber-
 gomatem agros effuse populatus, & sauis etiam incendiis bellum gerens,
 deducens Antonio Leua, Laudem Pompeiam superato Abdua perue-
 nit, admotisque tormentis oppugnare constituit, quonia Paulus Sfor-
 tia deposcenti Antonio Leuae ut urbem Caesari per insidias ereptam con-
 tinuo redderet, nisi cuncta aspera & saua experiri uellet, generose re-
 spondebat, se a fratre legitimo urbis principe custodiae impositum, ne-
 que fidem, neque spem de uirtute sua conceptam fallere decreuisse: neq;
 his terribilibus & minis terreri, quibus ipse Leua quominus acriter stre-
 nuoque Ticinum aduersus Gallum regem defenderet, minime succubuisset.
 Itaque uti luberet moenia tentarent: Sperare enim urbem Dei maxi-
 mi, diuorumque qui iustae causae nunquam deessent, beneficio & uirtu-
 te militum suorum prosperè posse defendi. Nec multo post explorato
 urbis situ duobus in locis quibus moenia infirmissima uiscebatur, triduo
 perpetua quassatione murum perforauit, strauitque summam pinnarum
 coronam: usque adeo lato hiatu edito, ut facile inuadi urbem, & capi
 posse promptissimi Hispanorum iactarent. Brunsvicus enim, Germanis
 tanquam parum ad id munus expeditis, primum praelij decus Hispanis
 concefferat. Neque defuit alacritas, atque audacia ingens commendante
 Leua Hispanorum cohortibus, quae primae Remiro duce subire mu-
 rum coeperunt. Ii per arduum & accliuem moenium aggerem conscen-
 dentes scuta praetendebant. Sed Sfortiani crebra glandium procella ap-
 propinquantes & subeuntes primo perfuderunt, occisisque aliquot si-
 gniferis, qui intrare per ruinas ausi fuerant, lanceis & alabardis pulsos
 in fossam cruento impulsu praecipites deturbabant: sic ut praetimore
 incommodoque accepto instaurare praelium dubitarent: quaquam eos
 Antonius ob ignauiam increpitans, ut animos resumerent, rursusque
 irrumperent, uehementer adhortaretur, Brunsvicus uero ut desine-
 rent iniquissimo loco pugnam ciere Leuam admoneret. Atque ita An-
 tonius receptui cecinit, quum occulto dolore angeretur, quod uiri for-
 tissimi aut cecidissent in fossa, aut lethiferis uulneribus debilitati sibi
 detraheretur: quorum desiderio extenuari sua praesidia, & difficiliorem
 defendendi Mediolani facultatem sibi futuram prospiceret. Paulus de-
 pulso fortiter periculo, pro concione milites laudauit, honestauitque mu-
 neribus eos praefectos, qui in muro & periculosa ea contentione singu-
 lari promptitudine dimicassent. Fuere hi Baptista cognomato Mactus,
 & Manara ambo Cremonenses, Pelacanes item Bononienensis. Henricus
 qui eo consilio in Italiam uenisse meminerat, ut ad ferendam obsessis opem
 Neapolim contederet, postquam initia coeptae oppugnationis aduersa
 funestaque prouenerant, nec instaurato apparatu munitissima urbs iterum
 tentanda uideretur, consilij inops, circa Mediolanum aestiuare, non iam belli

ratione Cæsari operam præstare cogitauit, quòd eadem à Mediolanensibus quæ Antonius imperare atque exigere consueffet, gratuita alimèta atque stipendia se consecuturum consideret. Id ueritus Antonius astuta simulatione Germano Italicarum rerù ignaro facile persuasit ut id còsiliu abiceret, & in Germaniam omnino redeudum arbitraretur, quoniam pestilentia ualde atrox iam in legiones Germanicas grassari cœpisset. Nam eo infami anno pestilentis morbi lues diffusa per omnes Italię regiones tertiam fere mortalium partem absumpsisse ferebatur, deficietęque passim annonæ quæ immenso pretio cunctis in urbibus creuisset, multi inopēsque præsertim insolitis utentes cibis, contracta tabe sensim interirent. Quæ de causa Germani uel sua consuetudine pestilentia pericula contemnere soliti, conspectis suorum funeribus, mortē ita timere cœperant, ut stipendiorum certa spe destituti, ac urgentis inedia metu adducti, perosęque externum tanquam insalubre calū, manipulatum domum redire properarēt. Neque enim petere Neapolim, aut tutò proficisci se posse prouidebant, quum per infesta hostium itinera esset trās-eundum: uel si in Etruriam aut per Togatā Galliam iter haberent: quādo hinc Florentinos, illinc uero Ferrarienses Aemyliā attingentes uiam pro infensissimis hostibus habituri dicerentur, apparerētque ipsum Sā-Hcti Pauli regulum, qui cum nouo Gallorum exercitu nuper in Italiā descendisset, occasionem minime prætermitturum, quin iunctis cum Feltrio copiis proficiscētium uestigiis insisteret, & iniquo aliquo eius tam longi itineris loco, graue detrimentum nouissimis inferret. Hæc Antonius suo præditus astu prolixè & libentissime differebat, utpote qui collegam præpotentē sibi asciscere nollet, ne eneruatam opibus Insubrum ciuitatem, magno suo incōmodo delendam truculentia Germanorum uolens traderet. Ferunt Henricum grauissime de malignitate Antonij apud suos conquestum, quòd importunis peruersisq; eius còsiliis se deceptum fuisse prædicaret, quibus ab instituto itinere petendæ Neapolis retractus totum munus sibi ex consilio Cæsaris impositum, quum tempus appeteret, obire nequi uisset: atq; ita iratum consternato animo per Reticas alpes Larium lacum & Grisonum fines in Germaniā rediisse, magna parte bellici apparatus quę attulerat relicta, & multis equis paruo pretio diuēditis, quòd plerique eorum prægrandium & gaurium, attritis unguis intumescensibusque talis debilitati claudicarent. At Philibertus Aurantius non sine certo numine Gallis aduerso, tanta potitus uictoria, primum omnium seuera lege præscripta, citatos nec cōparentes proceres qui rebellassent, aut dubiæ fidei indicia præbuisent, erecto tribunali condemnauit, bonaq; eorum, edito in milites ingenti donatiuo profuse distribuit: ea ratione ut ex merito spectatæ uirtutis pro dignitate ducum & præfectorū, redacta in fiscum oppida benemeritis adiudicaret. Ipse cōtentus Asculo Apula urbe, Mōtis sacri oppidū quod in Samnio Vincētius Carrafa possederat, Vastio attribuit: Ferdinādo Gonzagę Arrianum: T. Carrafę exulis oppidū: Alarcōni Cæcilianę uallis quę in Præcutinis

A Præcutinis est, oppida quę Camilli Pardi fuerant addixit. Turmarū uero præfectis, & singulis propè pedestris ordinis ceturionibus atq; signiferis Aquilanorum castella largitus est, & in his Epirotarū præfecto nomine Saccalo Naupliensi, qui Nauarrum ceperat, castellum in Salentinis dono dedit: Philippoq; Belgæ Caroli Lanoij filio, Venafrum quod Ferdinandi Pandonij fuerat: Beurióque item Belgæ Quadratam in Apulia quæ Aquinatis familiæ reguli fuerat, concessit: quam largitionē eo animo ratam habuit Cæsar, ut Aurantiū ea designatione præoccupasse suæ liberalitatis decus quereretur: eumque ex alieno facile immodicum largitorem extitisse diceret. Ceterum magna uis pecunię ab his extorta est, qui nutasse in fide, afflatęque defectionis suspicione, paratis in eam rem delatoribus accusarentur. Cuius classis fuere Ferdinandus Vrsinus Grauinæ regulus, & Bonifacius Orię oppidi in Salentinis dominus, Dragoneti lepidissimi poëtæ pater antiquæ simplicitatis senex: Bouiani autem & Venafri regulo, & Federico Gaetano, qui intempestiuē nihil de Lotrechij uictoria dubitantes arma ceperant, & cum his Altomari Auerfano ciui, in foro ceruices abscissæ sunt. Incredibile dictu est quantam pecuniæ uim ex uariis criminationibus eo anno fiscus acceperit: in eam rem C seuerę inquisitionis diligentiam exercente Hieronymo Morono, quem pro captiuo à Borbonio Romam perductū in liberando Pontifice tantam, quàm necessariam efficacis còsiliij operam præstitisse memorauimus. Nam toto uertete biennio ab Vrbe capta quo Genueses toties mutato rerum statu libertatem præstantissimo Auriæ ciuis munere receperunt, & Brūsiucus rebus infectis in Germaniam est reuersus, Lotrechianaque demum copiæ accedente pestilentia deletæ sunt, nouum in Apulia bellū exarsit Venetis (uti supra diximus) urbes pristini sui imperij repetentibus, & nonnullis Gallicę factionis ducibus sese his in belli societatem aggregatibus. Nam ut memorauimus à Veneta classe Monopoli capta undique milites confluebant, & tum Carnillus Vrsinus quem à Troia in Apuliam à legato Veneto missum fuisse constat, coactis circiter quatuor milibus hominū Manfredoniā obsidebat, quam Cæsariani nominis cohortes duce Petro Aloysio Farnesio tuebatur. Cum Farnesio autem aderant cohortes præter suas peculiare nonnullæ etiam aliæ quæ Petri Marię Russij, atque Alexandri Vitellij absentiū uexilla sequebantur. Hi nanq; post desperatas Pontificias res impetrata missione Cæsarianis adhæserunt, iussuque Aurantij Farnesio se coniunxerant qui ab initio secutus Cæsaris nomen cladi Urbis interfuerat. Gerebant Russij atque Vitellij uices duo peditum præfecti, Carlottus Parmensis cognomento Eques, & Alexius Lascars uir Græcus, quibus uno consensu urbem defendentibus, frustra Camillus oppugnare atque obsidere contēdebat, quāquam turrim castris suis infestam quæ erat extra urbem, igne cuniculis supposito, totam fere cum clade defensorum, suisque aliquot incendiariis artificibus excidisset. Erumpebāt Cæsariani omnibus propè horis, & cum Venetis quotidiana exercitatione dimicabant, iniqua

conditione quod Veneti multitudine equitum ualerent: atque ex occasione ad cohibendas eruptiones, triremes obuensis in litus proris in erumpentes hostes tormenta conicere consueissent. Eo tempore Veneti terra marique impigre bellum gerebant: nam præter classem quæ magno sibi usui & terrestribus copiis erat, mirifica etiam Græcorum equitum opera utebantur, qui non solum circa Manfredoniam, sed tota quoque Apulia & in Salentinis, Gallicis admixti copiis uolabant. Cōduxerant nanque fortissimorum hominum turmas, qui exosi Turcarum iugum, è Peloponneso reliquaque Græcia inuitati stipendiis in Italiam transire cœperant. In his fuere quorum nomina silentio minime prætermittenda duximus: ut præclare constet, non omnino exoleuisse equestris militiæ disciplinam tantopere apud eas gentes antiquis scriptoribus celebratam, Demetrius Maurelius Aetolus, & Ioannes Palæologus Byzantius, duoque item Spartani Nicolaus Rhalla, & Emanuel Cladaus, & è Nauplio Petrus Frossina, eo genitus Theodoro quem Brixia cecidisse docuimus: Ioannes quoque Coroneus cognomento Vasco, & è Zacyntho Lusius dignitate equestris, Theodorisque Rhenes Epidaurius, ut Cæsarianos hoc loco minime nominemus, apud quos militare liquet inclytæ uirtutis duces, Theodorum Buccalum Lacedæmonium, Demetrium Capuzzimadium è Nauplio, & Zucerum Epitotica ortum stirpe, Megalopolitanum ciuem, quæ urbs hodie Londarium uocatur in centro Peloponnesi loco ualde campestri posita. Sed apud Venetæ militiæ Græcos à multis stipendiis præclaræque laude supra cæteros eminebat Georgius Bosichius, eo Dominico qui Patauino bello longe clarissimus fuit, genitus. Simon quoque Romanus qui in Brutiis ab initio profectus eius regionis populos ad defectionem compulerat, magnasque res gesturus uidebatur, postremo ad Montem Aureum non procul à Cosentia à Pignatello Borellio acie superatus, per Lucaniam in Apuliam peruenerat, & auctus copiis quas ad eum Federicus Carrafa perducere serò fuerat conatus, Barolum ingressus, bellum Cæsarianis inferre cœperat. Quibus nunciis permotus Aurantius, ut Apuliæ rebus opem ferret, Ferdinandum Gonzagam cum dimidia parte equitatus, qui Quadratæ consisteret, in Apuliam misit: Reliqua enim pars hyematum circa Aquilam dimissa fuerat. Camillus quoque Vrsinus de Lotrechij obitu certior factus desperata expugnatione Manfredoniæ, cum suis copiis Traniū occupauit, propensissima Tranensium usus uoluntate, qui à memoria pristini Venetorum imperij moderatum K grauiissimæ gentis dominatum expetebant. Ex aduerso Borellius Simonem Romanum ab se in Brutiis fusum, & Federicum Carrafam in Apuliam se recipientes persecutus, cum his quas habebat copiis apud Andriam posuit castra, tumultuariisq; excursionibus cum Cæsarianis iunctus bellum gerere cœpit, iniqua cōditione: quoniã eius equites magna ex parte Siculi, ineptis atq; ueteribus armis instructi & planè rudes, nequaquam epirotis equitibus, arte sua per gyros hostē eludere solitis, pa-

res

A res euadebāt. Quo mirifico equitatu fretus Simon cum Federico Aufidum transgressus incurSIONem faciens repentinam in regiones Canusio & Cerēniolæ, quæ Castellū Geryonis olim fuit, subiectas, magnam utriusque pecoris prædam abduxit, in itōq; cum ueteribus præfectis cōsilio de munienda urbe cogitauit. Sub id quoque tempus Rētius Ceres, qui, uti memorauimus, circa Aquilā, Picenique fines cohortes coëgerat, ut opem Lotrechio laturus Neapolim ire maturaret, audita Lotrechij morte desperatisq; partim rebus, cum his quas habebat copiis: nam magna pars militum fuerat dilapsa, ad mare descendens, & ad Senogalliā naues B nactus in Apuliam peruenit, & quod reliqui ante eum duces statuerāt, muniendæ urbis Baroli consilium suscepit, tanta cura tantaq; seuitia, ut eam urbem dirutis omnibus ad unum suburbanis edificiis, euastatisque ciuiū possessionibus atq; delitiis nec delubris sacrosanctis, ueteribusque cœnobiis parcēs, luctuosum in modum deformaret, tanquā longe omnium grauiissima obsidio expectanda putaretur. Hisdem fere diebus Ladus, qui è Campania in Hadriaticum mare redierat coniuncto sibi Ioāne Moro, Ionij sinus præfecto, tota classe admeta Melfictā urbē fortiter expugnauit, quum à terra uno tempore Simon Romanus & Federicus C Carrafa suas copias admouissent. Muralis uero coronæ decus ad Dominicum Bembū nobilem trierarchum peruenit, qui per antennas muro appositæ, primus pinnas apprehenderat. Federicus autē Carrafa, qui refrigerandi causa æstuans galeam forte detraxerat, lapide caput ictus occubuit. His de causis Aurantius, quod in Apuliam hostium copias augeri, insigniq; classis beneficio bellum in Salentinos etiam extendi providebat, aperiente se anno maioribus uiribus bellum gerendum conficiendumq; esse iudicans, nouos duces suis subsidio misit, Alarconemq; præsertim qui Borellio lethali febre absumpto successerat, ipsumq; Vastiū D cum tota mole peditatus, apparatusq; tormētorum, ut Monopolim oppugnaret. Qua re prouisa Camillus eduētis Barolo lectissimis militum suorum, atque his triremibus impositis, Monopolim est profectus, magnisque operibus, atque omni telorum genere ita se permuniuit, ut Vastij impetū, cuniculis murum subruere conantis, aliquandiu ludificatus irritō incepto abscedere cogeret, quum ibi iuxta eum magno periculo Pomponius cubicularius tormento fuisset interfectus, ita ut cruēto discepti eius uiscere Vastius conspergeretur, & Mendanius Hispanus cohortis præfectus, glande frontē penetrante occubisset. Is ille est Médanius, qui sub arce Molis Hadriani uetulā olitoris uxorem impiis manibus laqueo pro ianua suspendit, quod illa expetenti Pōtifici binas lactucas in fossam opera pueri funiculo alligādas, & sursum extrahēdas proiecisset: sic ut detestabili eius suspēdij spectaculo, prospectantis Pontificis oculi grauiissime per sex dies offenderentur, illēq; iusta indignatione permotus, hominē usque adeo impium execratus, pari supplicio deuoueret. Cæterū eius Apuli belli nulla re præclare gesta memorabili, quod latrocinis & excursionibus, uastationēq; urbium, utrinque certaretur,

g iij

eum habuit exitum, ut pace inter Cæsarem & Franciscū regem confecta finiretur. Nam rex in eam curam totus incumbēs, ut liberos quos obfides dederat, redimeret, cunctas sociorum rationes, suę rei memor, atque alienę oblitus, neglexerat: Cæsar que petendę Italiae cupidissimus, ut de more sicuti obtulerat pontifex, honore diadematis ornaretur, facile obfides ab se redimi passus est, quū ei ducetę aureę monetę myriades pro redemptione numeraretur. Hac pace uel muliebribus ingeniis tractata atque confecta, nihil regi felicius, sociis uero fœderatis molestius atque damnosius fuit. Nam hoc fœdere cum Veneti, tum Florētini facile sunt prætermitti, qui non sine calumnia Gallorū eo pacis beneficio nihil adiuti, sed magnopere iniuria affecti, de fluxa fide regis conquerebantur, qui tametsi pudoris plenus eam duarum ciuitatum offensionem in fœminas tanquam pacis audiores reiiceret, atque eas inique deserere uideretur, quibus tamē poterat uerbis humanissime solabatur. Ludouica nanque mater regis cum Heleonora regina nuru in Belgarum fines ad Cameracum contēderat, ut ibi celebri conuētū habito, cum Margarita Cæsaris amita de pacis conditionibus ex arbitrio exclusā omni uel legatorum externorum, uel iureconsultorum disceptatione statuerēt, adeo occultatis consiliis, ut Balthasar Carduccius uesano prope sermone reipublicę suę dignitatem atque salutem inique proditam quereretur, & Veneti non obscure suspicarentur, ea de causa id percussum esse fœdus, ut ipsi urbibus quas recepissent in Apulia decedere cogerentur. Qua in re Nicolaus Cāpanus antistes Cæsarem monuisse ferebatur, ut quę armis non facile recipi possent, eius æquissimi fœderis beneficio recuperanda censeret: fatagēte in eam rem Clementē Pontifice, qui Rhauennā & Ceruiam sibi ereptas aliquādo ex illa conspiratione duorum regum, sibi repetendas arbitrabatur. Itaq; ad pacis confectę nunciū Gallicarum partium duces Apuliae urbes tradiderūt, ultimūq; omniū eo bello Romanus Simon tormēto est interfectus, quum Brundusinā arcem oppugnare pararet, & se incautius specularundus hostibus obiecisset: Veneti tamen aliquāto tardius sua præsidia deduxerūt. Accidit autē ut his propē diebus in agro Insubrū, sancti Pauli Regulus ab Antonio Leua acie funderetur, & caperetur: quo nuncio Franciscū regem apparuit opportune pacē petiuisse, quum eam omnino deteriorē accepturus uideretur, si Cæsariani de Antonij Leuę uictoria tēpestiue diuinassent. Hic Sāctopaulus Borbonius nō multum efficax aut felix dux, iam unū atque alterum annum in Gallia Cisalpina transegerat, incensūque odio in Ligures qui ab rege defecissent, frustra bellum inferre fuerat conatus, atque item insidias Aurię tetenderat, quum eius domum nocturna incursione occupari, & diripi, quod esset extra urbis portam per Valaceram agrestium hominum cohortis ducem iussisset. Sed Auriā domi non repertus facile periculum uitauit, neque postea extra urbem in ea uilla sine præsidio atque excubiis pernoctauit. Itaque Galli sese cum Venetis Sfortianis copiis coniunxerunt, ut Antonium Leuam arctius obfiderent,


A obfiderent, egregiāque simulatione speciem præbentes inuadendi Mediolani, Ticinum continuo deflexerunt, quod ibi non multum ualidas in præsidio copias esse didicissent. Quorum profectioe cognita Antonius paruo temporis spatio deceptus, uti cupiebat, Ticinensibus opem ferre non potuit. Erant in præsidio Petrus Biragus Insuber æque strenuus & nobilis equitū præfectus, & Petrus Botticella patritius Ticinensis, Apontēque Hispanus, cuius uirtuti Antonius multum tribuere erat solitus. Hi circiter duo milia hominū partim Italici & Hispanici, partim Germanici generis cōegerant, quibus addebantur promptissimi B quique Ticinensium, qui pro patria supremum uirtutis conatum edere decreuerant. Sed bipartita oppugnatione, quum Galli paulo infra Pericariam portam oppugnare adorti essent, Feltrius summa felicitate industria traductis ultra Ticinū maioribus tormentis, intercedente amne naualia quater cepit. Nam ab ea parte mœnium angulus prominebat, qui defensores in corona constitutos protegere uidebatur, quo angulo celeriter decusso latera propugnatorū momēto temporis nudata sunt, sic ut pilis coronam per longitudinem detergentibus, in muro consistere nemo, qui subeuntes hostes detruderet. Magno nanque conatu Gallos simul & Feltrianos atque Sfortianos, ut subirent & irrumperent ingens cadentis muri ruina inuitabat, nec propugnatores, uel multis cadentibus retardabantur, quin pari constantia dimicarent. Verum Birago & Botticella cadentibus, & defensoribus eorum morte perculsis, uis irruentium diu sustineri non potuit. Atque ita Aponte ipso cum expeditis Hispanis & Germanis in arcem se recipiente, urbs cum multa cæde capta est. Nam quum se reciperent Germani, atque hostes obuertētibus nonnunquam ora & repugnantibus instarent, toto spatio per regiones urbis usque ad arcem atrociter est dimicatū, sic ut hæc nobilissima Longobardorum regum olim regia, & nulli in Italia urbium fœcunditate agri, & opportunitate annuum, ædificiorum magnificētia inferior, accumulatis tot cladibus, funditus prope euersa cēferetur. Hac expugnatione Feltrius singularem peritię militaris & efficacis industrię laudem omnium iudicio adeptus est, quod opportune transuectis ultra Ticinū tormentis hostes decepisset, & secus quàm illi credidissent, ex obliquo murum feriens latum ad irruptionem suorum aditum patefecisset. Ea die tamen nonnullos uiros fortes amisit, & in his Paulum Manfronium inelyti nominis equitū præfectum, qui quum esset octogenarius & indomito corporis uigore frueretur, nunquam à militiæ laboribus atque periculis discesserat. Malatesta quoque Cefennas nobilissimę stirpis dū circa uineas uersaretur, glante caput ictus occubuit. Quo pacto autem hic Franciscus Borbonius cognomento sancti Pauli Regulus in Antonij Leuę potestatem deuenit, operæpretium esse reor paucis enarrare. Igitur per id tempus quo Andreas Auriā à stipendiis atq; amicitia Francisci regis discedens, atque obiter se Cæsari applicans, cum incomparabili uerę laudis præconio patriam in libertatē asseruit, Borbonius quod

eius facti contumelia, detrimentoque regem ipsum uehementer angif
 perspiceret, totus graui incensus odio in Auriam & Genuenses demissis
 in Pociferam uallem copiis ferebatur. Sed postquam, ut supra diximus,
 insidia nihil processerant, & Genuenses opinione sua diligentiores pa-
 ratorésque reperisset, retro Alexandriam se recepit, captaq; Mortaria,
 & pulsus Nouaria Casarianis, cū Venetis & Sfortianis copiis se coniun-
 xit, eo consilio ut nouis auxiliis (erant ea peditum duorum circiter miliū
 Hispanorum, quæ à Barchinone in Italiam peruenerant) iter præcideret.
 Cæsar enim quod urbs Genua Gallis esset detracta magnopere gauisus,
 Genuenses fouendos subleuandósque opibus atque auxiliis existima-
 G mabat, quod Gallo hosti ereptam Ligustici maris nauigatione suo insi-
 gni commodo prouideret. Verum Genuenses ea Hispanorum auxilia
 decedente iam periculo in urbem minime suscipienda censuerunt, quā-
 do sibi satis præsidij in cōcordia ciuium fore putarent, & externa, eiu-
 que præsertim gentis præsidia odissent. Erant hi tyrones à fœda corpo-
 rum illuue, & longa maris nausea, deforme militum genus, utpote qui
 essent dudum, necessario potius quàm accurato delectu conscripti, ma-
 gna ex parte nō inermes modo, sed propemodum nudi, ut qui uili pul-
 læque tunica, & carbatinis sparteisque calciamentis uterentur. Hos mi-
 H lites postquam non recipiebantur à Liguribus, Antonius Leua misso ad
 eos Ludouico Balbiano, ad se perducendos curauit. Hic enim superiore
 anno Ticini captus & Genuæ aliquandiu in arce custoditus, Gallorum
 manus euaserat. Is uti erat uir impiger, quū eas copias recto itinere per-
 ducere non posset, ne hostibus facile delendas obiiceret, eas per transuer-
 sos Apennini tramites, asperrimásque ualles difficili ærumnosóque iti-
 nere in Placentinorum fines perduxit. Nam hostiles copię inter Padum
 & Apenninum constiterant, ut transire aufos circa Derthonam & uicū
 Iriæ inuaderent, transitúque prohiberent. In aduerso autem Apennini
 I latere descendentes pacata amicæque omnia proponebátur, quod eæ
 regiones Pontificiæ essent ditiosis. Cæterum Balbianus tertiam fere par-
 tem suorum, sæuitia montanorum Ligurum abrupti eius itineris saltus
 insidentium amisit. In fessos siquidem & fame prope enectos è superio-
 ribus locis transeuntes sagittas & iacula suo more scutati iaciebant, &
 quum hæ deficerent, ingentia saxa obruendis Hispanis prouoluebant,
 tanta locorum & armorum iniquitate, ut Hispanorum acruui profun-
 dis in uallibus præcipites dati spectarentur, & passim quod eripi nequi-
 rent, à fociis defererentur. Induerant siquidem Ligures sæua odia in Hi-
 spanicum nomen, quod ab his Genuam Liguriæ caput rapacissime dire-
 ptam meminissent. His superatis difficultatibus opportunéq; deceptis
 hostibus Balbianus paulo infra confluentes Padum & Ticinum contra
 oppidum suum, cui Bello Iocosoque nomen est, lintribus copias traiecit,
 eamque manum insperato incolumé Antonius Mediolani recreandam
 uestiendámque suscepit. Is tyronum Hispanorum aduentus, Insu-
 brum calamitates accumulauit, nam præterquam quod & stipēdia præ-
 bere

A bere & domi liberaliter alere ueteres Germanos atque Hispanos cogebantur,
 tyrones etiam seminudos, & ab extrema inedia famelicos suis laribus accipere,
 & domesticis copiis tueri oportebat. Hæc longe grauissima ciuibus,
 Antonius ut militi præstaret, diræ cladis uectigal excogitabat, quo
 omnium pecunias abraderet, & singularum familiarum fortunas euerteret.
 Seuero nanque edicto uir imperiosus & seuus à quoquam ciue Cererem
 coqui uetuerat, quum uenalis tantum panis ederetur, constitutis eius
 monopolij tabernis, unde esurientes magno pretio panem coemerent,
 tanta edicti atrocitate, ut plerique inopes laquei metu fame passim
 B interirent. Molendi utique tritici percoquendique panis uentantes
 leges, pauidum uulgus perhorrebat, ita ut Antonius clarissimá paulo
 ante atque opulentissimam Italiæ ciuitatē, importato ingenti luctu,
 longe omnium miserrimam redderet. Tanta scilicet acerbitate atq; sæ-
 uitia crudelissimę legis auctoritatem tuebatur, ut uel ab egentibus mulierculis,
 quæ desiderio panis subcinericias conficerent offulas, & in sartagine
 placentas oleo suffrixissent, cōtusóque in pila tritico farinam exprimere
 conarentur, prægraues pœnas exigeret, sic ut non infacete quāquam
 amarissime Marcus Antonius Canicula quæstorij ordinis ciuis, in corona
 C diceret: Peramplam, uti reor, ciues hic noster Antonius à Cæsare gratiam
 proculdubio referet, quando ei supra tot clara cognomina summę maiestatis,
 nouæ nobilitatis ergo, Furnarij titulū adiecerit. Nam & tabernę furnarię
 & uenales panes Cæsareæ aquilæ nota signati, uulgo imperiales uocabantur.
 Verum neque Antonius neque Cæsar ipse ab ea execrabili diuinarum atque
 humanarum rerum labe, fideliumque Insu brum miseriis, ullam omnino
 infamiã ad se redituram putabant, modo opes suas aduersus conspirantiū
 hostiū potentiã confirmarent. Quando neque Antonius deformatæ urbis
 aspectu commoueretur, neq; Cæsaris absentis molliri animus, tot in
 Hispaniam frustra missis legatis, ut miseriis finem imponi iuberet,
 ad misericordiam flecti potuisset, utpote qui alieno potius cum luctu
 eo bello uictor euadere, quàm inanis clementiæ laude potiri uellet.
 Quibus rebus fiebat, ut Antonius studio militum firmior factus, &
 numero eorum auctior, quando illis cuncta ad prædam obiiceret,
 hostes facile contemnebat. Nam neque Venetus imperator, ita operam
 exigente senatu, pugnax erat ut qui periclitari uires nollet (tenuis
 autem erant Sfortianę copię) neque apud Borbonium aut firmæ uires,
 aut expedita consilia uidebatur. Quibus uim admouere uel
 E coniuncti castris, & cominus congregi auderent. Itaque communicatis
 consiliis, & abiecta oppugnandi Mediolani cogitatione, optimum factu
 censuerūt, ut hoc modo Antonius lenta & longinqua belli ratione
 obsideretur. Feltrius in uetera sua castra concedens ad Cassianū supra
 Abdum ubi amne ponte constrato ex Veneta regione com meatibus &
 copiis iuuari posset, id se præstiturum pollicebatur, ne quicquam per
 Martianam regionem, quæ erat refertissima omnibus rerum copiis,
 ad obsessos importaretur. A diuersa uero parte Borbonius ad Abiatum con-

sisteret, omnésque inde quę subuehi Ticini emissario possent, commeatus interciperet. Sperabant enim hostes postquam ui subigi non poterant, diuturnę obsidionis incommodis minime suffecturos. His cōstitutis apud Landrianum uicum, qui est ad decimū lapidem ab urbe, Feltrius castra mouēs, signa ad Cassianum dirigi iussit, Borbonium admonens, ut pari digressu ad Abiatum iter intenderet: Sed Borbonius inclinante die nequaquam moturum castra, sed postridie Ticinum se iturū dixit, quòd ibi grauiora quędam tormenta, impedimentaque deponere statuisset. At Leua qui diligentissime in eam excubabat curam, ut ex occasione alicunde hostibus noceretur, ubi didicit Feltrium conclamatis uasis à Borbonio discessisse, suspicatus id futurum, quod usu euenit, ut Galli nequaquam mature proficiscerētur, præfectos omnes aduocauit, instructisque militibus, paratos ad profectiōem de secunda uigilia sibi adesse iussit, cohortatúsque eos ut alacri studio, secum expeditionem susciperent, pollicitus est post exortum solem uictos eis ad prædam Gallos se daturum: Quòd si, inquit, ut non plane reor, festinantius effugerint, postremum certe eorum agmen certissime prædę uobis cedit. Milites sublata uoce responderunt, ut fortia consilia digna superioribus uictoriis, ingenti animo agitare pergeret, se nãque quod imperasset periculse profectiōis dubiæque aleę munus alacribus & impauidis animis esse subituros. Nec mora, quanquam ipse cunctis prope membris articulorum dolore caperetur, fulgentia arma induit, præmittit equitatum, duplicique instructa acie, hinc Germanis, illinc Hispanis latera cingentibus, Italicis uero cohortibus tormentorum præsidio constitutis, ad hostes contendit, quos nondum profectos & expediendis impedimentis intentos deprehendit. Borbonius qui nihil minus putarat, quàm Antonium instructis copiis sibi ad iter parato superuenturum, quum oriēte iam sole lintheata de more hostium agmina cōspexisset, obstupuit, grauisque metu, uti deprehēsis accidere solet, nequaquam temere correptus est, ob idque præsertim quod ab hesterno cōsilio Guidonem Rangonū primo præpositū agmini Ticinum præire, atque ibi hospitia parare iussisset. Imparatus itaque & multo spatio à prima acie disiunctus, tãta perturbatione medijs postremisque agminis circūuentus est, ut tumultuosissime aciem instruere, & repugnare frustra cogeretur, & ui celeritateque incumbētis hostis, animo concideret. Præbuit Antonio fortuna spatium parandę uictorię ab inopinato casu, nam quum maioris tormenti currus, per fractis rotę axibus, media lutulenta in uia concidisset, uel ob id magno fuit incommodo, quòd Galli etiam nobilissimi equites id subleuare atque reficere conati, in pedes defiliissent. Vetere siquidem suo instituto turpe ducunt, tormēta ex itinere occupada hostibus reliquisse. Hac mora sicuti Rangonus iusto festinātius quàm ita facere esset iussus, tantum ante eundo confecit itineris, ut neque reuocari, neque admoneri de repentino aduentu hostium, opportune potuerit, neque obiter Antonio producendi peditatus defuerit tempus, qua pedestri acie promotam,

A mota, & equitatu audacissime dimicāte, media Borbonij acies, cui se cōiunxerat postrema, puncto temporis terga uertere cœperit, quum Antonius in sella fulgētibus protectus armis cristisque conspicuus, succollantibus baiulis in acie sese inferri iussisset, omnium nãque oculos in se conuerterat, quum aperta galea adhortaretur suos uoce terribili, & peracri oculorum obtutu Gallos terreret. Interim Germani qui Gallis militabant, quod nunquã fere alias acciderat, turpissime terga uerterunt, ut pote qui essent ex collectitiis, qui superiore tempore Gallica stipendia meruerant, aut ex ea regione essent conscripti quę est citra Rhenū, Lotharingiãque; fines attingit, nec multã habet Germanicã uirtutis & disciplinę opinionē, Germanos Galli pedites, & secundū eos Italicę etiã cohortes, nulla dedecoris cura subsecutę sunt, paruãque ideo cædes edita est, quod neque à sclopettariis inter cōfusus permixtosque; ordines opera exigipotuit, neque tormenta nisi pari periculo displodi potuerint. Ipse Borbonius latam fossam periculoso equi saltu superare conatus, ab equitibus captus est. Nec longe ab eo, eandē sortem tulit Claudius Rangonus uir impiger qui postremę aciei præfuerat. Stephanus quoque Colūna in fossam præceps datus, concidente equo magnū salutis discrimē adiit, C quum galeatus, in lacuna fere summersus ægre sese è manibus hostium eripuisse. Leua potitus omnibus tormētis atque uexillis, & duce capto ab eius rei gestę fama usque adeo inclaruit, ut nemo eius ætatis dux, uel in consilio capiēdo solertior, uel in exequendo acutior, & efficacior haberetur, Hispanique eum si prospera uteretur ualetudine, Magno Consaluo eius magistro parem euasurū dicerent. Ceterum Galli fœdo euentu superati de Guidone Rangono non obscure conquerebantur, quòd eos deseruisse præpropere eius festinatione prædicarēt, quanquã ille ita imperati Borbonio iure militiæ obsecutū fuisse testaretur. Sed eam impositę contumelię controuersiã quę Guidone indignante & prouocante obtrectatores Gallos, singulare certamē postulabat, Feltrius familiari sermone ita diremit, ut & Borboniū & Guidonē pari prope errore à disciplina discessisse iudicaret, approbātibus ipso Leua, & Vastio, qui una Mantuę tres clarissimi nostri seculi duces forte coiuerant, apud Hippolytum Medicem qui tum è Pannonia legatus redibat, ab Hercule Gonzaga cardinale hospitio domi susceptum. Dictis nãque sententiis, quibus ego præfens interfui, è disciplina rationeq; bellica differuerunt, singulorum ducū esse muneris, qui distinctis agminibus in itinere faciundo præfint, per dispositos equites mutua diligentia emensū itineris spatia metiri, nihil extra cōspectum signa præire sinere, anteriores medios, medijs posteriores, quibus passibus eant obseruare, ut unaquęque acies ad subitos hostium incurfus ex propinquo parata sit, quę circunuentę opem ferat, & uniuerfis coactis uiribus confligat.



PAVLI IOVII NOVOCOMEN-
SIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXVII.

Dictatore Caponio Rempubli-
cantem Florentini recēti suo incommodo & tot ad-
uersis Gallorum casibus perculsi, in eam curam
incumbebant, ut Clementis consilia diligenter
explorarent, opportunāque aduersus imminen-
tis prope belli uim præsidia compararent. Non
inanibus siquidem cōiecturis adducti, suspica-
bantur Clementem ad amicitia Cæsaris esse re-
diturum, ut inuictis eius copiis cōtra ipsos ute-
retur. Prouidebant enim eum, postquam in libertatem esset restitutus,
minime conquieturum, donec uetere patriæ dominatu potiretur, offen-
sum scilicet Lotrechiano fœdere, in quo diserte perscriptum fuisset, pu-
denda sibi, & damnosissima conditione, ut popularis Florentinæ ciuitatis
status in clientela Gallia regis foret, defendereturque eius peculiari
officio munerēque, postquam suas copias ad Lotrechium communes
hostes oppugnantē, Neapolim misissent. Propterea Caponius nō igna-
rus quā grauius offensus esset Cæsar, qui nullam sibi à Florentinis ini-
uriam inferri debere existimans, eo Etruscæ legionis auxilio suos duces
oppugnatōs atque obsessos fuisse didicisset, Pontificem nō iniqua quā-
dam à ciuitate postulantem, molliendum potius æquissimis responsis,
quā acerba negatione exagitandum putabat, ne Cæsari fœdere iunge-
retur. Erant enim grauia & molestissima eius animo quæ ad suggillan-
dam maiestatem, minuendāque nominis existimationem perscripta
fuerant, his fœderibus, quibus se obfesso captōque in arce Alfonso Fer-
rariensis princeps Cæsari opportune detractus uideretur, & Veneti no-
ua conditione in fœdus Gallicum essent recepti, quorum ille Mutinam
Pontificio imperio diu possessam per occasionē pessime à fortuna mul-
tati pontificis recepisset, ij uero Rhauennam & Ceruiam occupassent.
Quæ omnia quanquam ex autoritate Innocentij Legati atque assen-
su aliquot Cardinalium transacta essent, Pontifex nisi plane insanus, &
sua dignitati ineptus hostis foret, rata habere nō poterat, utpote qui de
recuperanda potius amissa ditione, quā de uindicanda iniuria sibi cogitandum

Agitandum esse cenferet. Iam enim per Antonium Mufetulam senatorē
Neapolitanum quem Viterbium accersuerat, legati Cæsaris uices im-
plentem, & qua erat mirifica solertis ingenij industria præditus, Cæsare
Pontifici reconciliare maturantem, de cōcordia agere cœperat, adeo fe-
liciter, ut propensissimis utrinque auribus ea res tentaretur, nec multos
post dies bene auspicato solennibus tabulis conficeretur. Quod ut cre-
derent Florentini in uniuersum adduci non poterant, ut qui Pontificē
inexpiabilis eius recentis iniuriæ, si generosi spiritus foret, obliuisci nō
posse prædicarent: quorum opinionem ob id falsam esse euētus docuit,
B quoniam in Pontifice tanta erat erepta ab ingratis ciuibus patriæ repe-
rendæ cupiditas, ut omnem recentissime calamitatis acceptę memoriā,
ipso nouæ spei pondere superaret. Eodem rerum consiliorūque suc-
cessu missus est cum præscriptis mandatis Hieronymus Vasionensis an-
tistes, Pontificiæ familiæ dispensator, qui apud Barchinonem Cæsarem
conuenit, atque his ferme legibus cū eo fœdus percussit. Pōtifex Chri-
stianæ pietatis titulum præcedens, miseratusque quassatæ diro bello Ita-
liæ uastitatem, synceram detersis superioribus odiis uoluntatem atque
amicitiam Cæsari offerebat, pollicebatūque se de more capiti eius im-
peratorij diadematis coronam impositurū, si Cæsarianis uiribus in pa-
triam reduceretur, undē sua cū iniuria propinquis ipsius, expulsis, am-
plissima ciuitas Florentia fœda atque acerbissima popularium imperi-
torūque hominum tyrannide premeretur, optimatibus scilicet con-
tumeliose atque arroganter eiectis, antiquisque ritibus diuinarum hu-
manarūque rerum, usque adeo impie atque insolenter perturbatis, ut
in florentissima dudum urbe, publica salus, desperata concordia, concla-
mata uideretur. Adiectum est ut postquam Florentini aduersum Cæsa-
rem, confisi incertæ Gallorum uictoriæ, arma tulissent, maiestatis rei fa-
cti, libertate & antiquis superiorum Cæsarum concessis immunitatibus
seuere priuarentur, obiterque ciuitati principē Alexandrum adolescen-
tem imponeret, cui ipse Cæsar ad confirmanda fœdera augendāque
Alexandri dignitatem, Margaritam filiam se cælibe susceptā in mat-
rimonium desponderet. Dum hæc per idoneos homines tractarentur, tu-
multus inusitate perturbationis atque periculi apud Florentinos in cu-
ria exortus est, unius male sani atque efferati ciuis insolētia. Hic erat Ia-
cobus Gerardus contumaci fronte popularis, qui non in Mediceos mo-
do, sed in patritios omnes liuore atq; odio percitus ferebatur, ob id tum
E se ipso turbidior atq; arrogantior factus, quod per id tempus sederet in-
ter Octouiros decuriones supremæ potestatis, qui dictatori consultādi
gratia perpetuo in curia assistunt. Is literas à quodā Ioachimo Serralio
Iacobi Saluiati apud Pontificē toti summæ consiliorū præpositi cliēte,
ad Caponium perscriptas, delapsūsq; eius sinu, maligne collegerat, na-
ctūque materiā calumniandi, obiurgandiq; dictatoris, eo rem turbulē-
ta uociferatione deduxit, ut dictator perfidiæ reus fieret, accusatūque,
concurso in curiā turbulētā iuuetutis insultātis & propemodū uim in-

ferentis, uitæ discrimen subiret, quum nonnulli è fenestra illico præcipitem dandum diceret qui aliena à salute libertatæque patriæ cum Pontifice infensissimo hoste consilia agitaret, nefandumque profecto facinus in necem optimi & probatissimi ciuis editum fuisset, qui optima fide magistratum gereret, nisi Laurētius Sennius qui erat octouir è decurionum numero, iuuenis æquitate & constantia animi præstantissimus, superbiam & atrocitatem imperitorum, petulantiumque ciuium detestatus, corpus suum furentibus opposuisset, abductumque in suam cellam dictatorem extremo pallentem metu cõseruasset. Earum literarum exemplum Gerardus pauloante miserat ad quosdam sectæ suæ ciues, qui in priuatam domum foro proximam conuenerant, & de tollendo dictatore summæ atrocitatis consiliū, accersita seditionum manu, inierant, curiæque superioris scalas atque ostia occuparāt, concitantibus præsertim Thoma Soderino & Alfonso Strozza, qui nequaquam ex similitudine Caponio infensi, sed ex damnatione eius honorem petaturi uidebātur, quod popularis studij prærogatiua summæ nobilitatis atque existimationis homines ad dictaturam aspirarent. Postero die coacti in consiliū octoginta uiri, atque ij simul qui ex reliquis magistratibus atque collegiis publica consuetudine adiungi solent, abrogatus est Caponio magistratus, atque is honor biduo post delatus ad Franciscum Carducciū, quem nemo candidatum fore putauisset: Ita ut Soderinus & Strozza sua spe deiecti ex conscientia animi pudoræque repulsæ, peruersa miseræ ciuitatis comitia damnarent, & plerique irriderent, quod homo in Hispania dudum deoctor, & paucis in Republica notus, tenuioris fortunæ, nec præclari quanquam uetusti generis, ab incondito populi studio clarissimos ciues anteisset. Valebat Carduccius solertis ingenij firmitate, & perurbana eloquentia, sed qui obliquo oculo & pallida facie, nequaquam decentem aut parem tanto honori habitum præferret. Sequenti die Caponius nihil ægre ferens quod magistratu excidisset, sed de salute sollicitus, quanquam ut sese animo confirmaret, & timere desineret, amicissimi & magna pars senatus cohortarentur, in pallio atro, & ciuili capitis integumento, ad dicendam causam paratus uenit in senatum, sereniore utique uultu pacatioreque animo quam pridie, quum tum coccineam familiarem togam sumens, pro se pauca, Petrique filij salute præfatus causam suam demississime magistratibus commendasset, usque adeo suppliciter ut innocentiam suam in dubium reuocasse amicorum propensissimi iudicarent. Erat enim Caponius natura lenis, nunquam ulla in re iratus aut feruidus, utpote qui patientia & moderatione cuncta aspera ferri & superari debere prædicaret. Protulit Gerardus immitis accusator exemplum earum literarum quas solo sustulerat, lectitatūque in senatu est. Cuius sententia talis fuit, uti nos ex Etrusco sermone uertimus.

» Ioachimus Serralius Caponio dictatori salutem. Quoniam nõ semper
 » tuta mihi offertur occasio scribendi, præsentem nactus nuncium nolui
 » differre, quin te facerem de instituto negotio certiozem, de quo probe
 scis

A scis ex arcano me agere cum graui illo quem nosti homine, maximèque familiari Pontificis. Is mihi retulit Clementem satis prospere & firmiter conualescentem, eo esse animi decreto, ut se honesta conditione cum ciuitate conciliet, & belli consilia penitus abiiciat, neque aggerime sit laturus quòd populus perpetuo remp. administret, & parta libertatis iura tueatur, modo persequas conditiones, ciuili more, propinquorum suorum ratio apud magistratus habeatur. Sed quoniam plura scribere non licet, à te uehementer petimus, ut ad conditum locum extra Urbem colloquendi causa Petrum filium ad me mittas. Ab eo enim curiæ fideliter exprimente præclare cognosces, quæ in negotio conficiendo opus sint. Vale. Hæc quæ ex literis recitabatur apud suspiciosos homines ita animos commouebant, ut plerique maligno per subsellia murmure oborto, cuncta peruerse interpretarentur, & magna tamè senatus pars communicatis sermonibus cum proximo assidentium ordine submisserat deliberando, eius rei culpam à toto læsæ maiestatis crimine suspicionemque remouendam censeret. Inter eos qui mirifice Caponio fauerunt extitit Petrus Victorius eius contribulis, qui tum erat sexdecim uir collegiorum ordinis ciuis honestissimus, & de optimis literarum studiis egregie meritis. Tum uero Caponius à dictatore causam dicere iussus, in hanc sententiam constanti uultu, miròque omnium silentio, loquutus est.

SE QVVTVS morem & disciplinam maiorum meorum amplissime dictator, prudētissimique causæ meæ iudices, nihil unquam charius libera patria, nihil unquam præclara rectæ conscientie laude honestius duxi. Quandoquidē remp. uti probe nouistis, pluris semper fecerim quam priuata comoda. Pudebat enim ea expectare ferrèque præmia, quæ turpi obsequio uel adulatione facile pararetur, ab his qui ex usu dominatus pro libidine cuncta dare, atque eripere poterāt. Hoc instituto animi ingressus curiā ad obeunda munia ciuitatis per quinquaginta annos ita fauissimè semper prospexiq; exoptata nec unquam desperata libertati, ut in utraque reip. fortuna, modo forte, modo incorruptū, nec unquam demissum animum ferrè: Quippe qui uitæ innocentia, & domesticæ frugalitatis laude contentus, quæ duæ uirtutes (absit inuidia) domui nostræ semper peculiare fuere, opportunitates temporum expectandas atque omnino mature captandas arbitrabar, quo excitari, ingentibusque ciuium animis constitui, sine perturbatione labæque ciuitatis, secura libertas posset. Affuere itaque Dij immortales, non irritis uotis ciuium uti pie conceptis, & libertatem intermortuam insperato excitarunt, ciuitatiquè nullo effuso sanguine, quod ipsorum miræ benignitatis fuit, largiti sunt. Hæc ego ante alios flagrantissimo studio cõplexus, ut diu apud nos uigeret atque floreret, omnibus consiliorum artibus adnitebar, prouidebamque ne infirmas eius radices ulla aduersa tempestas reuelleret, primumque omnium Clementem ipsum, nobis, his præsertim lenimetis & officiis quæ libertati nostræ nihil officeret, pacandum, aut omnino spe & mora distinnendum existimabam, ne accumulatis iniuriis irritatus, alicunde nobis

h ij

» infidias, atque arma moliatur, uti quis nō imprudens, ominari facile po
 » test. Probe siquidem agnoscimus quos spiritus gerat, quo angore animi
 » torqueatur, quōd patriæ dominatum, horribilis ruinae casu oppressus,
 » amiserit, qua demum machinatione bellici conatus eum recipere cu-
 » piat, & ulcisci odia in illos, qui dignitatē eius pudendis contumeliis ob-
 » triuerint. Hæc eius exagitatae mētis consilia, ut à nobis auerterem, ægro
 » blandimento afferenda, iustasque iras mitigandas rebar, spe iniecta non
 » iniquæ conditionis, si nos æquitate rerum potius quàm importuna li-
 » bidine uoluntates nostras moderemur. Quamobrem per Iacobum Sal-
 » uiatum, quem non plus de uita Pontificis propinqui sui, quàm de salute G
 » libertatēque patriæ, sollicitū esse comperio scioque, operam dabam Ser-
 » ralis internuncio, ut cum Pontifice de compositione ageretur. Verebar
 » enim ne fœdere Gallico, quo illigati sumus, uehementer offensus, despe-
 » rato meliore consilio, uel inuitus ad Cæsarem uerteretur: quod nobis
 » magnopere cauendum timendumque hodie magis ac magis existimo.
 » Proinde iam ab initio, ne prope cum Gallo fœdus percuteremus eni-
 » xē contendebam, nisi eidem fœderi Pontifex iungeretur, scilicet ut eo
 » honesta utrinque cautione conciliato, ualidiora certioraque præsidia,
 » aduersus inuictas adhuc Cæsaris copias, pro cōmuni salute pararentur. H
 » Sed in ancipiti deliberationis negotio, intempestiua uti pernoscere fas
 » est, uicit plurimorū sentētia: atq; ita elapsi salubris consilij rationē om-
 » nem intercidisse, quod dolet, agnoscimus. Quæ huiusmodi fuere, ut hu-
 » ius officij pro securitate publica suscepti, non cōtumeliā, quæ mihi gra-
 » ui cū periculo paratur, sed gratiā omnino expectandā à uobis putarim.
 » Quinque ille à nobis hæc postulabat, ut patrimonij fructibus, uectigali
 » æqua oneris lege p̄soluto potiri liceret: sibi puella neptis redderetur:
 » propinquis eius aditus secundū leges in remp. petēdis honoribus dare-
 » tur, & quod ad tuendā Pontificij nominis auctoritatē pertinet, Florenti-
 » tini à decumadis sacerdotiis abstineant, & sacrosancta templorum do-
 » naria suo iniussu auara manu non attrectent: postremo etiā ut deiectas
 » gentilitiis insignibus pilas, priuatis saltem familiæ ædibus aut templis
 » maiorū suorum pia liberalitate ædificatis, restitui pateremur. Hæc rerū
 » capita, æquissimi ciues, si diligenter considerem, nec improbe expendā,
 » uel si cumulate & exacte cuncta cōcedantur, facile fatebor me non ui-
 » dere quid incōmodi aut detrimētī reip. afferri possit, quū iam pridem
 » eiectis adolescentibus Mediceis, quōd sponte nobis tantū hortantibus
 » dominatu excessissent, ius ciuitatis ex decreto publico reliqueritis, nec K
 » ideo ex fide uestra sit, dignitatēque senatus id decretum sustulisse. Bono
 » itaque iure repeti, quod publica obligetur fide iudicare potestis, nisi ali-
 » quot ciuiliū prædiorum redditu augeri publicas opes, & sarciri belli-
 » cos sumptus inepte existimet ea ciuitas, quæ per sexdecim annos inex-
 » haustis opibus, perpetuum cum Pisanis bellum gesserit, & me teste, atq;
 » adiutore confecerit. Nunquā enim pecunias huic urbi alendo & susti-
 » nendo bello defecturas crediderim, si sit firmum apud ciues, quod recte
 optare

A optare facilius quàm sperare possumus, communis cōcordiæ studium.
 » Nec item satis prouideo quid nobis officere possit puella nouēnis pa-
 » truo sacrorum principi deposcenti benigne reddita. Nam præterquam
 » quōd eam & sexus & ætas tutam ab omni cōtumelia reddāt, cauere etiā
 » oportet ne hac in re, dum Pōtifici nocere quàm morē gerere malumus,
 » Galliæ regis fœderati maiestātē offendamus, si regio ortam sanguine, &
 » nihil tale merentē diutius in Vestaliū uirginum septis adseruandam iu-
 » dicemus. Tantum uero abest, ut complectendo ciues uniuersos, atq; his
 » honores æqua lege partiēdo reip. noceatur, ut hac ciuili benignitate eā
 B firmiorē florentiorēq; euasuram arbitrer. Amantes siquidē patriæ &
 » constitutæ libertatis studiosos, uerōque bono tranquillæ pacis gauden-
 » tes, una maxime cōcordia lætari decet, obliuisciq; itē omnis priuatę in-
 » iuriæ, publicæq; simultatis. Insuperabilē nāq; ciuitatē, nō arma, nō pecu-
 » nię, sed unus publici decoris consensus efficit. Porro quod quarto loco
 » petitur, ita mihi, & bono cuiq; cui æquū uideri potest, ut nihil fœdius
 » & inuidiosius accidere posse existimē, quàm si spreta, & uiolata summi
 » Pontificis auctoritate, tanquam diro sacrilegij piaculo polluti, infami
 » profus avaritiæ nomine aqua & igni interdīcamur. Postremo autē ut
 C deiecta insignia & tituli reponantur, summa ratione indulgendū puta-
 » uerim, ne gloriæ nostræ, communibūque ornamentis stultissime inui-
 » dere uideamur. Nam & si quicūque Medicei nominis principatu potiti
 » sunt, re nominēque fuerint tyranni, in ciuitate tamē si non uere libera,
 » non intolerandis certe compedibus uincta, quàm plura, quod fateri li-
 » cet, gloriosæ laudis monumenta condiderunt, quæ homines elegantia
 » studiosi plurimum admirantur, aduenæ, peregrinūq; suspiciunt, & no-
 » stri ciues æque iusta atq; difficili imitatione æmulentur. Quod uero ad
 » deformatū Cosmi sepulchrū pertinet, non est quod quicquā aliud ine-
 D ptius & inanius factum fuisse iudicem, quandoquidē ea derasi tituli in-
 » iuria, cuiquē nō insulto ridenda sit. Illius nanque ingeniosissimi uiri
 » ossa ad perennem memoriā non angusto quidē loculo, sed luculentis-
 » sima incomparabilis templi testudine continentur, quæ sine inexplabi-
 » li & prope impia totius humani generis inuidia excindi delerique non
 » possit, ut hīc prætereamus literarum sempiternæ famæ præsidia, quibus
 » Medicei ferē omnes tam astuta quàm liberali disciplina impensissime
 » semper fauerint. Ea nāque uel nobis inuitis perpetuo durabunt nisi pu-
 » temus totius Europę gentes, ad quas historiæ manarint, ad iracūdię no-
 E strę libidinē, cunctos annales quibus eorū nomina cū laude inserta sint,
 » inuitata cōspiratione crematuras. Vos itaq; qui Romanæ uirtutis exē-
 » pla æmulari honestissimū ducitis, meminisse oportet, præclarā uirtutē,
 » uel summis adumbratā uitis tantam habere in se uim ac admirationē,
 » ut Pop. Rom. diri hostis Pœni Annibalis statuam in foro cunctis perpe-
 » tuo spectandam, collocasse maxime decorum existimarit. Hęc sunt cri-
 » mina quibus fecisse aduersus remp. accusor, unde me nōnulli feruidio-
 » re tuendæ publicæ existimationis studio prouecti, improbo aut cer-
 h iij

beo dabo
 aloy moryoy,
 cho?

te illoto ore, patriæ proditorem appellare nõ erubuerint, uel ob id præ-
 ferrim quòd huiusmodi consilia ex arbitrio meo subtilius & tectius con-
 cepta decemuirali octouiralique collegiis cõmunicanda non existima-
 uerim: Cuius obiecti nomen facile diluitur, quando hi ante alios Lau-
 rentius Segnius, & Iacobus Morellius optimi ciues, ac nonnulli alij ex
 hoc ordine, me secũ de hac re loquutũ fuisse, & has ipsas literas quæ mi-
 hi sinu exciderint, ostẽdiffe, præclari testes esse possint. Neque propterea
 quòd non omnibus hæc comunicada iudicarem, parum sincero ani-
 mo, parũmque integra fide cõsilia quæ ad summam rerum pertineant,
 agitasse existimari debeo. Verebar enim ne disseminata apud suspicio-
 sos & imperitos uti saepe accidit, latius efferrentur, atque inde eo quem
 optabam, sperarẽque licebat, successu carerent. Neque enim usque adeo
 angustæ & circũscriptæ potestatis dictatorem esse putabam, ut ei quæ co-
 gitet, & coquat silentio tegere non liceat, quum eius sit muneris & offi-
 cij, uigilando & pẽsitando, id unum respicere, quo plurimum reip. pro-
 dedesse possit. Hoc animi instituto sicuti supremi honoris ratio postula-
 bat, dictaturam uestro insigni beneficio mihi delatam prorogatamque,
 priuato meo tantum, non publico periculo gessi. Itaque si peccaui, dare
 pœnas uel indigna morte paratus sum. Sed apud uos obsecro id mode-
 randis sententiis, ferendõque suffragio ualeat, totius uitæ meæ cursus, in
 quo nusquam improbe fefelli: Valeat patris mei memoria, qui pro pa-
 tria pugnans, Pisano bello occubuit: Valeat ut maxime opto pristini iu-
 dicij uestri testimonium, quo me nihil ambientem, minimẽque prehen-
 santem, hoc summo honore dignissimum existimastis, quum recens re-
 cepta libertas neque importuno, neque rerum imperito rectore egere
 censeretur. Nemo quidem repẽte fit malus, quod de me suspicari homi-
 nes nolim, quum idem sim, qui semper apud uos integer uitæ omnisq;
 expers sceleris, sexaginta atatis annos exegerim. Nec ideo deprecor in-
 tegerrimi iudicij uestri seueritatem, quam obrectatores mei, accusato-
 resque longe maximam atque acerbissimam requirunt, ut apud uos cer-
 ta clementiæ laus paretur. Existimatote siquidem uos non de dignitate
 uitæque & fortunis meis in suffragium ituros, sed facturos iudicium de
 publica salute, quam ita superi incolumem seruent, sicuti me à uobis be-
 nigniore decreto conseruatum iri & spero & opto. Caponio perorante,
 secedentẽque in interius custodiẽ cubiculum, eo modo liberis suffragiis
 iudicium est factum, ut magno assensu cunctis fere sententiis absolue-
 retur. Mouebat enim populũ uiri grauis maiestas acrioribus calumniis
 circunuenta, magnõque eius diu spectatæ uirtutis & integritatis argu-
 mento curia excedentem, omnes optimatum ordines domum deduxe-
 runt, tanta frequentia, ut quum ad paternæ domus limen trans Arnum
 agendis gratiis substitisset, nouissimi agminis pars grauior & honora-
 tior, præ turba, ad curiæ limen adhuc hæreret, & multi ex his qui eum
 damnatum uoluerant, astuta dissimulatione comitantibus admisceren-
 tur, instarque magni triumphi ea frequentiæ pompa intermixto lachry-
 mis

A mis gaudio Caponi gentiles & propinqui probique ciues maxime lata-
 rentur. Tatum uero abfuit, ut quicquam pristinæ existimationis in ipso
 ex tâta summi honoris iactura deperiret, ut superata inimicorum acer-
 bitate, noua quadã incorrupti constantisque animi gloria adaugeri, &
 reflorescere censeretur. Verum eam splendidissimi comitatus frequen-
 tiã facile inde oriens inuidia corripuit, quũ postridie mane duo summe
 autoritatis legati Claudius Velleius Gallus, & Antonius Surianus Ve-
 netus eum domi humaniter inuissent. Quamobrẽ Caponius grauior-
 em apud populares inuidiam ueritus, amicis admonentibus, in agrum
 suum clam secessit. His cognitis rebus Clemẽs uehemẽter aduersus Flo-
 rentinos exacerbatus est, quod in omnibus eorum actionibus atrox cõ-
 tra se odium emeretur, nec se quicquam uera aut simulata lenitate apud
 corruptas cunctorum fere ordinum uoluntates proficere posse perspice-
 ret: nec deessent, quod maxime impium & contumeliosum putabatur;
 qui eum sine ulla honoris aut sanctitatis præfatione nominare, Clemẽ-
 tẽmque nudo nomine appellare, & tanquam spurium, neque ideo ritẽ
 Pontificem creatum dicere consuessent, & in patritios ipsosque præfer-
 tim Mediceorũ necessarios, qui ueteris illorum erga se beneficentiæ me-
 moriam retinerent, nec aperte studium suum pro repub. nudare uellẽt,
 perpetuo grassarentur. Amoto nãque Caponio reipub. facies immura-
 ta uidebatur, quum ius & equum, ciuilibusque humanitas nusquam uige-
 rent. Vis enim & acerbitas immitisque superbia apud efferatos cæca ra-
 bie populares, & turbidam præsertim iuuetutem, uirtutum loco cense-
 bantur. Ipse siquidem Carduccius ea mente rempub. fuerat complexus,
 ut eam his artibus quæ maxime populo placerent, administrandã existi-
 maret. Neque enim alia uia suis suffragatoribus gratiã referri posse pro-
 uidebat, nisi se maxime popularẽ, acerbissimũmq; patritij ordinis, Me-
 diceæque familiæ hostem futurum ostẽderet: quum alioquin diligẽtem
 accuratẽque industrium & factioni probe addictum senatorẽ præstitis-
 set: & suscepto dictaturæ honore impaudus & constantissimus liberta-
 tis defensor haberi perciperet. Id enim sibi ex eo magistratu decus pete-
 bat, ut fide inclytus, incorruptus pecunia, & pro factione inexpugna-
 bilis & inuictus propugnator euaderet. Quæ tamen non incertæ uirtu-
 tes in ipso ita elucebãt, ut turpissimis inusitatæ malignitatis maculis fœ-
 darentur. Nam impio erga patriam consilio literas, quas è Gallica lega-
 tione Balthasar gentilis eius ad senatum perscribebat, aut supprimere,
 E aut notariis peruerse interpretandas dare conabatur, ut populus com-
 mẽtitiis fabulis deceptus in consilio reipub. deterrimo distineretur. Nã
 quum è Gallia nihil propensum à rege, nullũmque ab eo efficax præsi-
 dium ad salutẽ seruandã ciuitatis Carduccij literis afferretur, inani spe
 auxiliorum animos imperitorum sustentabat. Nec quisquã tamen opti-
 mus ciuis, & à factione semotus reperiebatur, qui in Gallo rege iam pla-
 ne Cæsari conciliato quicquam spei impetrandæ opis reponendũ cen-
 feret, quòd ille ante omnia, uel cum sociorum detrimento liberos obfi-
 h iij

des recipere maturaret. Accessit ad hoc, infame prorsus nequissimi faci-
 nōris factum, quod uehemēter ipsius Carducci existimationem læsisse
 uideri potuit. Nam amēnissimas, quę ornamento urbi erant, Mediceo-
 rum & Iacobi Saluiati uillas intemperantis, & turbidæ iuuetutis impetu
 incendiis absumendas iusserat, quanquam id non imperasse, sed dissimulante
 delēdas obieciisse fateretur: scilicet ut ex tam horribili, scēdōq;
 maleficio nunquam ueniam impetrari posse diffident, quādo id sce-
 lus promiscuæ iuuetutis ad omnes fere ciuitatis familias pertineret: Edi-
 cto quoque inusitato, & si religionem spectes, & testamēta piorum ani-
 morum æstimentur, maxime nefario xenodochiorum, hospitaliumque
 domorum & templorum prædia confiscanda uenundandaque propo-
 fuerat, & non comparētibus emptoribus, ea locupletibus, sub pœna ma-
 iestatis cōmunda addixerat, quæ impotēter decreta cum certa labe pri-
 uatorum fortunas ad excidium redigebant. Verum Carduccius lugētēs
 sua incommoda specie pietatis admonēbat, ut patriæ securitatem priua-
 tis diuitiis antepone uellent, quando incolūmi patria, optima fide pe-
 cunia reddi posset. Quod si contumacius cessarēt, officiōque patriæ de-
 essent, fore ut improbi consilij pœnas darent, paulopōst extremam cla-
 dem aut ab hostibus Barbaris, aut ab impiis tyrannis extra pœnitentiæ
 locum daturi essent. In eandem quoque sententiam pauloantē Carduc-
 cius quum esset Decemuir, mentionem primus intulerat, cum de cogē-
 da pecunia ageret, ut donaria templis religiosissime dicata tollerentur:
 quod ea non tam ad ornamentum pacis, quàm ad belli subsidia collata
 existimari debere magnifice prædicaret. Ociosas scilicet opes, & nihil
 profuturas, ad salutem patriæ impendi transferrique debere: sicuti cha-
 ritate patriæ ducti boni ciues, si salus publica quæreretur posthabendas
 iudicarent. Quum de his Carducci imperiis nōnulli ciues mœsto libe-
 rōque sermone in corona dissererent, quod minime prætermittendum
 uidetur, Antonius Albertus uir honestissimus & perurbanus, non infa-
 cere dixit, Non est optimi ciues, quod quicquam à dictatore cōmodius
 & mitius expectetis: nam postquam decoctori repub. cōmisisistis, ne-
 cesse futurū esse prouideo, ut nos omnes cum ipsa repub. decoquamus.
 Sed tum quum hostes longe ab urbe abessent, neque adhuc appropin-
 quantis belli incommoda sentirentur, de ea re à Carduccio decretū fieri
 non potuit, quod nondum aut certa, aut propinqua aduenisset necessi-
 tas, ut opus esset ciuitatem infamis sacrilegij flagitio contaminare cum
 multo maxima offensione Pontificis, quod nisi ex eius authoritate rite
 tolli posse uiderentur: Quandoquidem ea donaria extra prophani iuris
 uim, iam sacra essent, ob idque præsertim quod Leonis fratris memoria
 qui ea ornāmēta ad cultum altarium pia liberalitate contulisset graui-
 sime læderetur. Ita tamen eius rapinæ spes malis ciuibus illata est, ut id
 scelus Carducci, successori patrandum relinqueretur. Præbuit tamen
 ansam turpi consilio exequendo, quum matronas nuptialibus ornāmē-
 tis, singulāsque familias uetere argenti atque auri supellectile spoliādas
 censuisset:

A censuisset: ueterum Romanorum exemplo, quum extremis Punici belli
 casibus matronę dices generosa propensione omne aurum & argentum
 ex suo mundo, ut pecunia cuderetur, in erarium detulissent. Carduccius
 quoque, quum ad mœnia hostem expectaret, tam fortem quàm inexo-
 rabilem dictatorē gessit, quum proxima mœnibus ædificia, uel summæ
 amœnitatis dirui iussisset, ne uenturo hosti munitam sedem præberent.
 Acerbissime autem imperauit, ut quæ possent usui hostibus esse, omnis
 generis commeatus, pabulique præsertim, in urbem conueherentur, &
 quæ transferri nequirent, ultrò incendiis corrumperentur. Qua edicti
 B feueritate lugentibus sua detrimēta minoribus præsertim ciuibus, exar-
 dente inuidia, ingens contraxit odium, quanquam id futuri belli dira
 conditio flagitaret, & cūctis ciuibus patriæ salutem priuatis opibus an-
 teponendam censeret. Adiecit quoque animum muniendæ urbi, ita ut
 si quid uetere in muro uitij, aut ineptæ defensionis foret, ea omnia no-
 uis artificijs emendarentur: institutisque operibus, & curatorum colle-
 gio opportune creato præpositus est, qui hæc omnia ex disciplina belli-
 corum operum implet atque perficeret, Franciscus Sangallius archite-
 ctus ciuis bonus & industrius. Is præcepta & documenta ducum & mi-
 C litum sequutus, portis noua propugnacula imposuit. Sub id enim tem-
 pus Florēntini Malatestam Baleonum certis de causis diductum à Pon-
 tifice, neque ei qui Paulū patrem capitali supplicio affecisset satis fiden-
 tem, ex autoritate Francisci regis conductum ducem crearent, Step-
 hanūque Columnā dispartitis muneribus urbanæ militiæ præfecerant:
 minorēsq; aliquot duces, & in his Marium, Neapolonēmq; Vrsinos &
 Georgiū Sanctacruciū Romanos stipendiis suis addixerant, quibus pari
 studio satagentibus egregie muniri urbs cœpta est, magno operarū ar-
 dore, quæ ex agro excitæ opus facere cogebantur. Iam enim Pontifex ad
 D Urbē acciuerat Philibertū Aurantium Cæsariani exercitus imperatorē,
 & cum eo de inferendo Florentinis bello consilia inierat, cōfectōq; bel-
 lo Apulo, & Alfonso Vastius cum Hispanorū cohortibus, & Ferdinā-
 dus Gonzaga cum equitatu in Umbriam peruadebant, ut inde in Etru-
 riam descenderent. Increbuerat etiam fama Cæsarem ab Hispania cite-
 riore, propediem Auriana, atque Hispanica classe Genuam esse peruen-
 turum: ad quem Pontifex tres summæ dignitatis legatos misisset, ut ho-
 noris causā illum quod iret deducerent. Hi fuere Alexander Farnesius se-
 natus princeps, & Franciscus Angelius Hispanus, cuius diligentia Pon-
 tificem carcere eductum, ob idque summæ pietatis officium purpureo
 E galero donatum fuisse diximus, & Hippolytus Medices Iuliano Ponti-
 ficis fratre patrueli genitus, & cum eo Alexander Medices Cæsaris gener
 designatus. Aduentabant quoque è Germania noui duces cum ualidis
 equitum & peditum copiis Philippus Arescotus Belga, & Felix Vitem-
 bergus è Sueuia, qui ut Cæsari præsidio adessent, Tridētinis alpibus sese
 demittebant. Ipse quoque Pontifex cum uniuerso cœtu cardinalium
 minorūque præfulum, id iter per Flaminiam uiam ut Bononiam pe-

teret, ibiq; Cæsarem opperiretur sese accingebat. Quibus de causis Carduccius permotus in senatu retulit, Cæsarem missa legatione excolendū molliendūque sibi uideri, & eum quibusuis conditionibus oblatis, ne hostis foret præoccupandum: utpote qui eius inuicti imperatoris uim potius per conditiones, quàm armis auertendam putaret: ratus hoc facile posse impetrari, quod iam late fama ingrueret Solymanum ab Hadrianopoli profectum, cum innumerabilibus copiis in Pannoniam peruasisse: eo consilio ut regnum ab se iure belli partum, Ioānique Sepusio beneficiario iure cōcessum, iisdem uictoricis armis repeteret, eumque Ferdinandi armis Pannonia pulsam reduceret: quod suæ dignitatis, atq; G amplitudinis arbitraretur, eum tueri atque defendere, quæ ipse, uel Christiani nominis titulum præferentem liberali munere Budana in regia, deposcentibus Hungaris regem constituisset. Nec barbarus tatis instructus armis conquieturus esse crederetur, nisi partem Norici Austrianiq; principatus Budano imperio adiungeret, & cumulate iniuriã acceptam uindicaret. Quibus de causis Cæsarem tanquam domestico terrore atq; periculo adductum, flectere consilia, ideoque ab Etrusco bello abstinere posse crederetur, quoniam Italię uiribus barbaro hosti formidolosissimo opportune esset resistendum. Quibus gerendis rebus Cæsarem H apparebat una omnino pecuniæ inopia laboraturum, si Germanię robora propositis stipendiis euocata, Barbaris opponenda statueret. Itaq; consentientibus patrum sententiis delecti sunt quatuor legati, qui ad Cæsarem ire maturarent, summæ autoritatis atque prudentiæ ciues: ipseque in primis quod magnæ gloriæ ei fuit, Nicolaus Caponius è rure tanquã ab exilio in urbem reuocatus, & cum eo Thomas Soderinus, Matthæus Strozza, & Raphael Hieronymus, iam pridē Cæsari notus, quod in Hispania legationis munus obiuisset. His uero proficisci iussis, actitatu est I in senatu, an Pontifex pari legatione ad spem pacis flectendus, aut certe exploratis eius consiliis pertentandus foret. Quod quum à plerisque tantquam æquum & plane pium probaretur, tanta fuit peruersi dictatoris astutia, tantaque popularium superbia, atque impudētia, ut nec ciuem, nec sacrorum principem, cuius nomen cunctis gentibus esset uenerabile, uel adeundum, uel excolendum decernerēt: quoniam eius congressu à quo nihil è republica impetrari posse confirmarent, contagione non obscura constantia liberæ ciuitatis fœdari posse putaretur. Tanta siquidem popularium animos inuaserat insania, ut facile suspicarentur, in optimo quoque ciue deesse fidem. Quandoquidem qui legationis munus susciperent, facile muneribus adulationeque Pontificis corrumpi K posse iudicarent: nec quenquam usqueadeo probum crederēt futurum, qui Pontificis pollicitationes, expeditaque præmia publico bono anteponenda non duceret. Superabant tamen cogitatio periculi, atq; imminentis belli metus, omnem deprauatorum ciuium pertinaciã, ita ut pudore per subsellia oborto, Petrus Franciscus Portinarius, qui è legatione Britannica redierat, ad Pōtificem legatus destinaretur, cui adessent duo mediocris

A mediocris existimationis collegæ. Ceterum opera Carduccij nequaquã mandata publica proficiscenti data sunt, quod ea decēiri in itinere se submissuros mentiēdo pollicerentur. Quamobrem necesse erat, ut ea legatio, quæ certis mandatis nō inniteretur, inanis foret. Hæc res indigna Pontifice, animū eius uehementissime pupugit, quum ciuiū usqueadeo aucto acerbatis furōre, insanabiles animos, armis omnino perdomandos censeret. Interea Cæsar Barchinone oram soluens Auriāna prætoriam uectus, comitante Portundo qui Hispanicę classi præerat, Genuam peruenit: præstōq; ei fuerunt Pontificis legati. Cæsar autem in ædibus prætorianis susceptus est, exceperēque ciues eius comitatum propriis penatibus impetrante hoc officij genus Andrea Auria à singulis familiis: quod egre Genuenses in uniuersum suscepturi Hispanos hospites uiderentur propter recentem adhuc memoriam, ab ea præsertim gente, direpta ciuitatis. Cæsar ipse secus ac crediderāt homines, faciem prætulit lenis clemētisque animi indicem, ipsōque iuuentæ flore maximē decorā, quam honestabant mores ciuili modestia conditi, & eloquia benigne comitatus: sic ut famam cōceptā apud Italos feritatis extingueret, quādoquidem nequaquam eius imperio, sed dira atque immani ducū suorum acerbitate quæ perpeffi essent, summæ calamitatis incōmoda illata C fuisse crederentur. Nec multum inde Florentinorū legatos admisit, qui ab eius æquitate clementiāque demisse postularunt, ut ciuitati parcendum duceret: si quid fatali coacti bello maiestatem eius læsisse uideretur, paratam quidē esse cuncta facere quæ imperaret, modo eam uetere consuetudine liberam, sua qua potiti essent libertate frui pateretur, pro qua omnino conseruanda tuendaque populus uniuersus, nō urbium modo sibi subiectarum opes, sed liberos, & coniuges, delubrāque & fortunas omnes contēpto omni belli periculo deuouisset. Propterea maxime de D corum fore, si ciuitas quæ esset totius Italię longe pulcherrima, & ad ipsius Cæsaris auctoritatem ultro se conferret, libera atque integra seruetur. Ad ea Cæsar paucis respondit, Florentinos iniquē arroganterque fecisse, qui nulla laceffiti iniuria Gallis hostibus suis adheffissent, fœderēque icō Etrusca auxilia oppugnandis ipsius ducibus Neapolim misissent. Quo inexpiabili delicto superiorum Cæsarum concessas libertatis immunitates, uel ingrate, uel perfidiose corrupissent. Hæc tãetsi uti maxime fœda omnino armis uindicanda censerentur, se tamen noxam, & totum eorum maiestatis crimen pro sua humanitate, magnitudinēque E animi remissurum, si sacrosanctum Pontificē, eundēque ciuem suum eximia moderationis, quem impudenter patriā eiecissent, conuersis uoluntatibus reciperent. Hanc unam siquidem ipsis relinqui uiam paranda pacis: quādō nullo alio auspice, sequestrōue, eam impetrare possent. Proinde si sani forent, in id enixe satagerent, si incolumes esse uellent, ut pristinam gratiam à Pontifice honestissimo obsequio promererēt. Neque enim aliter se fidei præstite, neque officio suo quod percussi fœderis legibus esset obstrictum, satisfacere posse, nisi sacrorum principi, & ciui

de Florentina repub. optime merito, sua patria redderetur. Ab his præ-
 grauib. Cæsaris responsis legati diuerso animorum habitu ab Genua
 discesserūt. Caponius & Strozza prouisis asperrimi belli difficultatibus,
 uel nō æquas, & præsentis reipublice incommodas certæ pacis conditio-
 nes dubio bello facile præferebant. Soderinus autem ita horrebat bellū,
 ut animi anceps pacem improbaret, quod ea propter gentilitias simulta-
 tes, nisi reductis Mediceis parari posse uideretur. Raphael autem occul-
 ta correptus ambitione, popularis factionis studiū suscepit, astuta qui-
 dem ratione, ut quum esset patritius & multis nominibus Mediceo no-
 mini obstrictus, utriusque ordinis uoluntates promereret, petitionique
 suæ quam animo agitaret certa suffragia compararet. Itaque Soderino
 per causam ualetudinis Pisis subsistēte, quod Caponium apud Castrum
 nouum Calphurniani saltus ex morbo periisse: Strozam uero qui ei co-
 mes affuisset metu belli, & turbulenta popularium factionis tēdio Ve-
 netias abiisse didicisset: magna festinatione Florentiam contendit: ita ut
 intento cursu in curiam ire pergeret, & penulatus petasatusq; ad præoc-
 cupanda hominum studia ad dictatorem & decuriones ascēderet. Eius
 aduentu frequens factus est in curiam hominum cōcursus, quum quis-
 que quod à Cæsare relatum esset, noscere perciperet. Ante omnia Ra-
 phael Carduccium arcū complexus, cohortatusque ut eundem quem
 maxime fortem pro salute patriæ animum induisset, generose cōfirma-
 ret, causas nanque uel timoris, uel periculi aliquāto minores esse quàm
 putarent, postquam Cæsarem exploratis & expensis consiliorum eius
 explicandorum difficultatibus adissent: & ex colloquio inanis contu-
 maciæ responsa iustis ipsorum postulatis aliena retulissent. Primum o-
 mnium aduectas esse ex Hispania non multas, easque tyronum inermes
 copias: nec satis quoque auri signati adductum, quo Hispanorū & Ger-
 manorum cum ueterum, tum nouorum qui è Germania expectarētur, I
 stipendiis satisfaceret: uigere adhuc bellum aduersus Antonium Leuā,
 quod à Venetis simul & Sfortianis continēter gereretur, neque ulla alia
 re Cæsarem cum Pontifice certius atque propēsius coniungi, quàm ipsa
 adipiscendi diadematis cupiditate, propter quam inuitus æquo plura q̄
 rebus suis expediret, indulgēda promittēdaque existimasset, quæ nō fa-
 cile præstari possent, propter terrorem quem Solymanus incuteret, non
 Pannoniæ modo, sed paternis eius regnis: quādo certior fama uulgare-
 tur eum cum trecentis milibus hominum egressum Pannoniæ finibus,
 rectā ad oppugnandum Viennā contēdere. Sic ut non obscuro deorum K
 immortalium munere Florentinis auxilio ingentis potentiæ barbarus
 mitti uideatur, postquam rex Gallus aliena pericula pro suo cōmodo su-
 pinè contemnēs, & Venetus astute semper cunctator inani tātum lega-
 tionum specie, spes sociorum sustētarent. Fore etenim ut Cæsarem Ita-
 liam attigisse propterea pœniteret, quod in Germaniam difficili pericu-
 losq; proposito bello ad defendendum, protegendūmq; fratrem, secus
 ac putasset, importune uocaretur. Pontificē uero rerum omnium pecu-
 niæque

A niæque præfertim egētissimum frustra suscepisse uota, quibus pertenuis
 arrideret occasio, his rerum initiis appareret. Itaque uiris fortibus, &
 pro patria aduersus tyrannos pugnaturis, non defuturum uictoriæ suc-
 cessum, nisi intempestiue desperarent, quandoquidem satis magna ha-
 bituri essent præsidia cum externorum militum, tum ciuium ipsorum,
 quibus egregiæ firmitatis mœnia proculdubio defenderent, neque de-
 futuram in stipendia pecuniam tanta liberalitate singulorum ordinum
 substantiam omnem pro libertate patriæ cōferentium, postquam sum-
 mæ charitatis studium pro salute publica suscepissent. Cæteris autem
 B rebus eam fore egregij dictatoris & magistratuum curam & diligen-
 tiam, ut nullum uel in urbe tumultum, uel extra mœnia extimescēdum
 hostium imperum expectare deberent, modo com meatus diuidendi
 cura, seueris legibus intenderetur. Hæc magnifice disserendo, & Cæsaris,
 & Pontificis apparatus, qui erant amplissimi, inanibus uerbis eleuā-
 do Raphael boni ciuis optimiq; popularis nomen ita consequutus est,
 ut priuatæ libidini incumbens, sibi ad petitionem dictaturæ, uel exitio-
 sis artibus uiam permuniret, unusque ipse malo publico, priuatoque
 exitio suo proclinatas iam ad pacem ciuium uoluntates præuertisse di-
 C ceretur. Itaque Carduccio ad arma paranda uehementer inflammato,
 constantissimēque pro popularibus rempub. administrante, quæ excogitari
 poterant pro defensione ciuitatis accuratissime aduersus hostes
 parabatur. Interea Cæsar è Genua Placentiam contendit. Ei aduentanti
 tres Pontificis legati præsto fuerunt, ut eum pontificiæ ditionis fines in-
 trantē sacramento adigerent, quo de more iurare cogebatur nūquam se
 pōtificiæ libertati uim allaturū. Ea autem iurisuradi formula uerbis ri-
 te cōceptis ex sacris cerimoniarū libris petebatur. Sed Cæsar sui impera-
 torij iuris appositè memor, ita iurauit, ut se de iure suo nihil decessurū
 D testaretur. Placētiam siquidē & Parmam urbes tāquā Mediolanēsi im-
 perio antiquitus attributas: quoniam id Cæsarium imperatorum benefi-
 ciarium semper fuisset, non obscuro, nec intermisso iure repetere uide-
 batur. Antonius quoque Leua ad inuisendum edocēdūque Cæsarem
 Placentiam descendit. Is Cæsari aulēque proceribus cum mutua gratu-
 latione dux mirus & incomparabilis est uisus: uel ob id præfertim quod
 tantis rebus gestis, totq; partis uictoriis, uel occupante totos artus mise-
 rabili morbo, animo pariter & corpore indomitus, nunquam à munere
 militari discessisset. Sepe enim lectica uectus, illigatusque fasciis propter
 E acerbissimos neruorū dolores, acie conflixerat, expugnarat oppida, di-
 uerforūmq; hostium sibi incubentium conatus infregerat: ita ut si pro-
 spera uteretur ualetudine, non suæ modo, sed superioris etiam ætatis du-
 ces, fama & laude supergressurus crederetur. Is diserte atq; apposite quæ
 gessisset, & quæ gesturus foret disserens, pacem è cogitationibus Cæsaris
 excutere conabatur, quod uir belli gerēdi cōficiēdiq; auidus, unde sibi
 certum decus, immensūq; diuitias pararet, omnia sibi facilia ad plenio-
 rem uictoriam de hostibus parandam, obuētura prædicaret, eo quidem

fortasse iactantius, quā prudētem deceret ducem, quod Sfortianas pariter F
 tanquam exiguas, Venetas uero copias tanquam parum efficaces, & pro
 alieno cōmodo nunquam asperioris pugnae aleam subire solitas, facile
 despiceret, eōq; præsertim contēptius & tutius quoniā Venetos descen-
 dentibus Germanis, ad oppidorū suorum præsidia, in Feltrium ducem
 ipsum & cohortes quas ad Abduā haberent, reuocāturos diuinaret. His
 Leuæ sermonibus fiebat, ut Cæsar magnopere gauderet, neque tamē ab
 instituto parandæ pacis cōsilio se deiici, aut lōge abduci pateretur: quod
 ea quæ Clementi promiserat, rata facere suæ dignitatis esse statuisset, ut
 tandem ipso imperatorij diadematis honore cōpos fieret, mederetūq; G
 afflictæ Italiae incōmodis, & propterea pacem pararet, ut fratri Ferdinā-
 do Turcarū circūuento armis matura præsidia digna ipso, traductis in
 Germaniā Hispanicis copiis præberentur. Clemens enim, ad quē unum
 salutis suæ causa Franciscus Sfortia cōfugiebat, ratus Etruscum bellum
 nequaquā confici posse, nisi cōpositis Galliæ Cisalpinæ rebus, id præci-
 pue, sicuti semper aliās, à Cæsare postulabat, ut ipsum Sfortiā quem in-
 fontem criminis existimare fas esset, in gratiā reciperet, & in regnum pa-
 ternæ hæreditatis restitueret: ex cuius facti gloriosa liberalitate, studia
 hominū sibi esset cōciliaturus, postquam undique uictori, principique H
 magnanimo, nihil potius appetendū foret, quā eximia moderationis de-
 cus, quod maxime speciosum atq; honestissimū esset his Pontificiis ad-
 hortationibus. Quanquam Cæsar omnino obsequēdum statueret, ma-
 gnopere tamen dulcedine maximi pulcherrimique imperij potiūdi di-
 stinebatur, usque adeo ut à plerisque cōmutata uoluntate in consilio re-
 stituendi Sfortiæ nutare crederetur: ob idq; præcipue, quoniā dum hæc
 per legatos tractarentur, Antonius Leua nullam gerendi belli occasiōne
 prætermittendā ratus, Ticinum urbem rursus occupat, ingenti celeritate
 admotis castris, auaro scilicet perfidiosq; præsidij præfecto Annibale
 Picenardo impudentissime atq; turpissime se defendēte, ut sese in-
 columē cum præda omni quā undique coegerat opulentā, ex pactiōne
 conseruaret. Sed eius pacti ignominia non multo post usque adeo at-
 trociter laborauit, ut uituperantibus cunctis, ad mortem usque insania
 corripere. Pari quoq; felicitate Antonius Castellū sancti Angeli Lau-
 densi uia ad Lambrū amnem positū, in potestātē redegit, misso in eam
 expeditionē Ludouico Balbiano, cum delecta parte copiarū. Is uti erat
 impiger Sfortianōq; nomini maxime infensus, ita oppidū adortus est,
 ut nactus noctem plenissimo imbre turbulentam, Sfortianis & Venetis K
 præsidariis frustra repugnantibus, muri corona potiretur, quum imber
 omnem penitus sclopettorū usum, extinctis funiculis, defensoribus eri-
 puisset. Edita est non parua cædes, quum sclopettis abiectis, ad hastas &
 gladios rem deduxissent: iniqua propugnatorū conditione, quādo pau-
 ci, amisso tormentorū præsidio cui maxime confidissent, tanquā deferti
 à fortuna, inopinatōq; timore præpediti sternerētur. Id oppidū inexpectato
 amissum tanto dolore Sfortiā affecisse uisum est, ut geminatis cla-
 dibus,

A dibus, tota spe impetrandæ pacis decideret, & Clemēs longe grauiissime
 perturbaretur, ueritus scilicet ne Cæsar noua secūdarum rerum fiducia
 impulsus, uti à familiaribus factiosisq; deprauatus, ad bellum sprēta pa-
 ce traheretur. Sed ea fuit in ipso animi constantia, eaque ratio modera-
 tionis atque uirtutis, ut ullo pacto flecti nequiret, quod conceptæ atque
 propositæ pacis spem, eluso Pōtifice minime corrupendam arbitraretur.
 Id uero ut statueret grauius adducebatur, propter Turcas quos in
 Noricum effusos esse didicerat, summo Viennensium periculo, cladēq;
 regionis, quandoquidem cuncta cædibus, & incendiis permiscerēt. Sub
 B id quoq; tempus Rodericus Portūdus Hispanicæ præfectus classis Bar-
 chinonem reuerti iussus, summū fœdæ calamitatis infortunium subiit:
 commisso nanque nauali prælio cum Turcis prædonibus, classe exutus
 est, atq; interfectus, tam sua exitiali, quā reipub. damnosa temeritate.
 Quomodo autem res gesta sit, paucis enarrare lubet, ut nostri homines
 nusquam superbia efferri, nec Barbaros qui pertinacibus animis nullo
 mortis metu ferrum in nostros exercent, despiciere condiscant. Portun-
 dus ex itinere prædones se adepturum ratus, qui tum Balearico in mari
 uagabatur, quum ad Ebusum insulam peruenisset, ibi didicit prædonū
 C quindecim nauigia, quæ remis agerentur, ad Colubrariam insulam cō-
 sedisse. Ea abest ab Ebuso decē milibus passuum Frumentariāq; à nautis
 appellatur. Itaq; euectus in spem opprimēdæ piraticæ classis, ex quindecim
 suis triremibus, ualidissimas octo deligit, eāsque ceterarum remigibus,
 & epibatis complet, impetratque à prætore Ebusano centū circiter,
 & quinquaginta notæ uirtutis propugnatores, quos in triremes disper-
 tit. Hoc auctus numero, confirmatōque suorum præsidio, non dubitat,
 quin cum Barbaris omnino sit confligendum, compositisq; armamen-
 tis de tertia uigilia ab Ebuso soluit, & ad Colubrariam progreditur. Bar-
 D bari à medio pelagi spatio aduentantes triremes conspiciunt, celeriter-
 que è litore se expedientes nauigia conscendunt, atq; arma parant. Por-
 tundus quum Ioannes eius filius iam inalbescēte cælo, hostilium nauigiorum
 classē numerasset, ideōque ad mōneret patrem, ne properaret
 congredi numero impar, uehementer eum acerbēque ignauiā increpita
 obiurgauit, usque adeo insolēter ut diceret eum nō esse ipsius Portundi
 filium, qui hostem reformidaret biremibus tantū ex speculatoriis mio-
 paronibus instructū, quando ipse uel sua tantum prætoria trireme, cū-
 cta ea Barbarorū leuiora nauigia esset demersurus. Erat Portundus ani-
 E mo certe egregio & forti, sed ualde elato superbōque, quādoquidem ab
 inani iactantia contumacē & indomitū, nulla uel certi, uel præduri dis-
 criminis reputatio, nullaq; uel horribilis præsentis periculi oblata facies
 perterreret. Tum filius qui cū uirtutis, tum prudentiæ præcellentis erat,
 » Dij faxint pater, inquit, ut nos concepti timoris dispudeat potius quā
 » doleat. Eo modo Portūdus suæ prætoriæ ita cursum intēdit, ut reliquas
 quæ remigio minus ualebant, anteiret, & respiciens, remos tolli iubere
 cogeretur: scilicet ut consequendi spatium præberet, quæ ad æquandam
 i ij

frontem cum uoce, tum maritima significatione, ut accelerarent accer-
 febatur. Haidynus Smyrnæus archipirata cui Cacciadiabolo cognomē
 fuit, ubi inæqualē hostium cursum deprehendit, quod longa & interci-
 fa ferie nullam cōferturi frontē cum prætoria uidebantur, aduocatis cō-
 militonibus nauigiorūmq; magistris (ita enim Barbari trierarchos ap-
 pellant) hoc cō filij expedita deliberatione suscepit, ita diuisis pugne mu-
 neribus, ut ualidiores biremes nostris hostilē classem rectā ferirēt, leuio-
 res autem singulas binæ à lateribus aggredērētur. Faut fortuna prædo-
 nibus æqua, nostris uero infestissima: nā Assanes Celebinus, & Solyman-
 nus audacissimi omnium & pugnacissimi, uno tempore hic à latere, ille G
 rectissime à prora in Prætoria inuecti, priusquā succurri posset, Portun-
 dum capta Prætoria cum suis omnibus propugnatoribus trucidarunt,
 ita ut uexillum repente, quod magnopere cæterorū animos imminuit,
 sterneretur: pariq; celeritate Haidynus ipse triremem succedentē Ioānis
 Cantabri quæ à Gallo, id erat puppis insigne, cognomen habebat, cōscē-
 dit, & Cantabrū cum uniuersis naualibus fociis interfecit. Eodē puncto
 temporis Salecus Derthusensem triremem, in qua erat Ioannes Ciueres
 trierarchus, proximāmque huic Ioannis Portundi filij, magno impetu
 adortus interfecto Ciuero, & Ioanne capto, propugnatoribūsq; omni-
 bus trucidatis occupauit. Eodē quoq; semihorē spatio Mattheus Sāces,
 à Saba prædone expugnata trireme interfectus est. Maggalis uero postre-
 mas, & conuersis puppibus aufugientes usque adeo acriter est confecta-
 tus, ut alterā in qua erat Martinus Ariegus, uelis & remis properē ante-
 cedentem amitteret: alteram uero in qua erat Ioānes Corduba, scopulis
 sese illidere cogeret, quæ effugientibus omnibus cū solo trierarcho, qui
 superesse fœdæ cladis noluerat, capta est, Turcis ex uictrice classe descen-
 sione in litus facta effugientes ex trireme ita cōsectātibz, ut multo plu-
 res quā euaderent, integri caperentur. Haidynus tanta parta uictoria I
 tridui quietē remigibus cōcessit, atq; inde ad Barbarussam cum septem
 captiuis triremibus, Algeriū traiecit: cuius aduentu uictoriāq; maxime
 lætatum ferunt Barbarussam, qui ex eius uictoriæ fama apud Solymanū
 imperatorē plurimū inclaruit, quum ei Byzantium usq; dono misisset
 splendidiora eius uictoriæ spolia, ipsūmq; in primis Portundi prætorii
 uexillum, & sumptuosi operis puppis integumentū. Hoc loco minime
 absurdū putauimus, prædones Barbaros propriis nominibus appellasse.
 Id uero duabus de causis fecimus, quod sequentibus bellis quæ suo ordi-
 ne referentur, eorū uirtus efficax, si hoc honesto nomine uis effera uocā-
 da sit, crebro nostro incōmodo multū inclaruerit, & demū illi uicti pul-
 siq; Tunesanæ Cæsaris uictoriæ famā auxerint, insigniq; omnium mari
 nostro nauigantiū lætitia latius extēderint. Cæterū Barbarussa accessio-
 ne tot triremiū captiuarū, tōtque nostris hominibus ad trāstra cathena-
 tis, instructior atq; ualidior factus, maiora animo agitare cœpit, asciscē-
 réq; sibi nouas uires, atq; aridētis fortunæ secūdas uices experiri cōsti-
 tuit. Iam enim fraterni imperij compos, Hariadenus uocari uolebat, ad
 differentiam

A differentia Horuccij fratris, qui primo idem ab ænea barba cognomen-
 tum tulisset, cuius cognominis & fortunæ hæres multis rebus in Africa
 fortiter atq; feliciter gestis, terra mariq; rex metuendus euaserat: magno
 quidē fortunæ ludibrio si humilis piratæ despiciendā ab initio cōditio-
 nem reputemus: postquam ad id humanæ superbiæ fastigiū ascenderit,
 sicuti suo loco exordietes à prima eius è patria Lesbo profectioe diffu-
 se narrabimus. Igitur ante omnia misso ad Mœnicē insulam quam Ger-
 bim uocant Tabacco Trierarcho Synā Smyrnæū cognomento Iudæum
 summæ prudentiæ uti constat archipiratā, certo fœdere sibi coniungit.
 B Is uiginti quatuor biremibus imperabat, unicuiq; triremi, quam Gallis
 ereptam cognomine Nigrā appellarat, cui Halicolā Corsum à pueritia
 alumnū pro trierarcho præfecerat, qui & suo nomine expeditā triremē
 cognomento Calabram trahebat. Synas quum subduci & refici classem
 iussisset: interea Tunesū contēdit, ibiq; repertum insignem prædonem è
 Cilicia qui Halicotus uocabatur, æqua cōditione transigit, ut secum ad
 Barbarussam enauiget, atq; ei operā præstet. Halicotus habebat biremes,
 & triemes duas quæ Neapolitanæ fuerāt, ad Argentariū montē captæ,
 quum forte tormentarij pulueris, & pilarū certam copiam ad Cæfaria-
 nos Florentiā oppugnantes, iumentis deportādā exposuissent. Altera
 fuit Iustiniana Gibba, quæ in litus effugientibus remigibus pariter atq;
 uectoribus, uacua in potestate deuenerat. At altera fuit Aloysij Ispalēsis
 qui expugnata trireme interfectus est. Horū omnium uiribus in unum
 coactis Barbarussa ad Algeriū classem lustrauit sexaginta nauigiorum
 militariter ornatorū, initaq; deliberatione cum fociis, urbem Gades in
 freto, propter opulentissimi emporij famā, adoriri constituit. Dū propo-
 sito consilio Barbarussa diligenter incūbit, Halicotus cum dimidia fere
 classis parte Algeriū mittitur, ut ibi magnam uim frumētī nactus, nau-
 tici panis, quæ biscoctum uocant, ampliorē copiam pareret, & reliqui cō-
 meatus iusto numero se instruat, armamentaq; pluteos & tormenta co-
 aptet. Hęc quū Algerij, Cercelliq; impigre atq; auide paratur, Andreas
 Auria uehementer offensus incōmodo cædēq; Portundi, ueterēque suo
 contra prædones odio incensus, quod publicā iniuriam uindicandā re-
 batur, ualidissimā rostratarum nauiū classem Genua eduxit, cui se Gal-
 licæ triemes adiunxerant, quoniā rex Franciscus maxime pius, sibiq;
 decorum existimabat armis persequi piratas cōmunes humani generis
 hostes, obliuisciq; in dudū conciliati Cæsaris gratiam, totius simultatis
 E quæ sibi cū Auria nuper intercessisset. Auria ad Baleares insulas cursum
 tenuit, ibiq; didicit piraticæ classis alterā manum esse Algerij: alterā se-
 dere ad Cercellū. Idcirco consiliū expedit, alterāmq; earū priusquam in
 unum coniungantur, inuadendā censet, apertōq; mari rectā in Africam
 Cercellū uersus cursum intendit. Erant ei triginta octo rostratæ omnes
 triemes. Has aduenientes Mauri è specula promontorij olim Carapu-
 læ, quod nos Battalium, Pœni uero Gyra Flumar appellant, facile cōspi-
 ciunt. Id uero quod uidissent referentes, Halicoto se Barbarussæ classem

quum deciperentur, aduentare cōfirmabant, sed ut id crederet Halicotus, uel ea ratione adduci non potuit, quoniā ea aduentās classis parem nauigiorum magnitudinē certa specie referret, quæ proculdubio esset externa atque inimica, postquam nulla inter eam minora apparerēt nauigia, sicuti necesse esset in Barbarussæ classe, quum maiores minorēsq; biremes, & paruos mioparones speculatorios ex sua consuetudine esset adducturus. Iam sensim appropinquantes Aurianæ triremes, quales essent, sese intuentium oculis præclare ostendebant. Propterea Halicotus raptus in id consiliū quod inopinata necessitas afferebat, singulari celeritate Christianis remigibus cathenas detrahit, qui erāt numero circiter octingenti eosque in subterraneum carcerē detrudit: partem triremium perforata carina, ne his potiatetur hostis, in portu demergit, Turcas omnes secum adducendo, arcem intrare iubet, præcipitq; Mauris ut oppidum relinquunt, & ad euocādos proximæ uiciniae Numidas, & montanos agrestes, bellicososq; homines in auxiliū accersant. Dum hæc turbatè administrantur Auria adactis proris portum atq; oppidum occupat, tresque cohortes sub uexillo ad quærendū carcerem, liberandōsq; Christianos seruos dimittit. Nec mora certo indicio ergastula omnia refiguntur, & cū magna gratulatione serui è summa miseria beati repente facti per triremes distribuuntur. Cæterū nauales focij per oppidū discurrunt cunctāsq; domos diripientes, per uarias regiones dissipantur, nec reclamante, reuocantēque ad tubæ cantum Auria se recipiunt, quum rapinæ spes, omnem pudorē in milite nuper collecto conscriptōq; penitus extingueret. Id dissolutæ disciplinæ factū ab arce Halicotus deprehendēs, subita eruptione dispersos inuadit, opportunēque superueniūt auxilia Numidarū, qui æquato peditū atque equitū cursu, inopinātibus nostris adularāt. Comissa est atrox cædes in nostros potius quā pugna, quod nemo præpeditus cōplexu prædæ, & inopinato pauore perturbatus usquā consisteret, aut uiriliter repugnaret: nam quisque ad repetendā classē cōcitatus à pluribus trucidabatur. Eam uero fugæ ignominia iratus Auria, ut aliquo remedio susteret, postquā nemo imperiis suis parebat, paululū è litore triremes abduci iussit, ut spe infiliendi erepta, milites ad pugnam, salutis metu arma atque animos cōuerterent. Sed tanta erat impressio Barbarorū nemini parentiū, Turcarūmq; præsertim qui grauius suis incuruis gladiis rem gerebant, ut plures natandi imperiti, & maligne propter id dedecus à classiariis adiuti, scædissimo interitu mergerentur: sic ut paulò minus quadringentos Auria desiderarit, quum uix sexaginta cū Georgio Pallauicino nobili signifero uiui in potestatē hostiū uenissent. Verū Auria id detrimētū æquiore animo tulit, quod ab se tot Christiani nominis seruos in libertatē asseruisse uidebat, & aliquot eorū maiora nauigia remulco secum adduxisset. Hac re gesta proculdubio Gadibus salutē attulerūt: nam Barbarussa ea spe deiectus ad minora latrocinia descendit. Iam Cæsar (ut ad historiæ seriem reuertamur) circiter duos menses Placentiæ Parmæque exegerat, quum optatissimū à Ferdinando

A Ferdinando fratre nuncium accepit, Turcas qui per multos dies irritō conatu Viennam obsedissent, & cuniculis oppugnassent, desperata expugnatione retro abiisse, Solymanūque ipsum non dubio concepto pudore, quòd ei fortuna cœptis alias arridere solita tantos conatus elusisset, tripartito in Thraciam reuerti cœpisse. Tempus postulare ut hoc loco, quo impetu Solymanus in Pannoniā uenerit, reiectusque à Viennæ mœnibus inglorius in Thraciā redierit, ex rerum gestarum serie narremus, sed bono iure hic historiæ tractus in alium locum omnino cōmodiorem atque aptiorem traiciendus uidetur, ne dum singula rerum

B membra secare, & præcipuis temporibus coaptare contendimus, rerum cognitio concise atque confusissime legentibus proponatur. Hac singulari lætitia perfusus Cæsar, recta Bononiā contendit, quo iam paulo ante calendas nouembres Clemens peruenerat. Ex itinere autem susceptus est apud Regium Lepidi, Mutinamque magnificentissimo Alfonso Atestini Ferrariensis principis apparatu. Excipitur ergo triumphali pompa summis honoribus, incredibili omnium lætitia, ipse paludatus, & militaribus armis una dempta galea undique protectus, albo insigni equo, regio sumptu phalerato, à Mutinensi porta in forum prouehitur. Præ-

C cesserant quaterna uexilla, cum leuis, tum grauis armaturæ Belgarum equitum, sagulis, cristis, & colorū uarietate ita inter se distinctis turmis, ut quorum ducum essent, ab ipso insignium & uestitus argumēto facile noscerentur. Successit inde peditatus toties uictor, non tam opimis hostium spoliis exornatus, quam armorū fulgore ac aspectus feritate terribilis, ad truce tympanorum sonitum, & graues tibiæ modulos, gradu superbe composito, sub signis introductus. Quadratam umbellā auro purpurāque distinctam gymnasiarchæ, & celeberrimi bonarū artium professores in togis sericis præferebant. Latus Cæsar à decora Bononiensium iuuetute, non custodia, sed honoris causa cingebatur. Prætor urbanus, & decuriones cū uexillifero, & è quadraginta uirali magistratu, primoribusque patritiis splendidissimi succedebant. Constitit in medio foro Antonius Leua æger pedibus, sed uiuacibus oculis pugnacissimi ducis habitum præ se ferens, ac ut magis ob recentē bellicæ constantiæ & rerum gestarum gloriam, omnium oculis offerretur, in sublimi sella gestatus, hinc ueterana Germanorum legione, illinc Hispanorum cohortibus, ita prædensa acie directis, aut obuersis, & tormentis in fronte collocatis, ut exercitus cōcursurus esse uideretur. Erant iuxta Cæsarem illustres reguli, auro in laciniis uel solido bracteato, uel acu pingente inducto, uel ad luxuriam cōciso, itēque exquisitis armorum & equorum ornamentis maxime superbi. Secundum eos prælata est Romana Aquila auro in uexillo picta, ac itē candidum aliud uexillum purpurea cruce distinctum, sub quibus totius aulæ familia ex flore gentium omnium delecta, & nobilissimi Hispaniæ sacrati religione equites Cæsaris uestigia sequebatur. Prætorianus miles custodia corporis assuetus, diuersis sub signis Hispanus scilicet Belga, Germanus, in croceis sa-

gis agmē extremum clausit, & quicquid in foro spatij reliquum fuerat, F occupauit. Erat erectus in Petroniani templi uestibulo perampus ligneus suggestus, peristromatis, & auleis ad loci dignitatem undiq; protectus, in quo Cardinales & episcopi, ceterique minores sacerdotes purpurati, suo quisque ordine confederant. In medio autem præalta in sede mitratus Pontifex Cæsarem expectabat. Ille itaq; nobilioribus tantum regulis, principumque legatis sibi ascitis, equo descendit, subeuntem per gradus Cardinales duo deduxere. Tum uero ut prodiit, omnium oculi in duos longe maximos terrarum orbis dominos sunt coniecti. Explorabat enim quisque ualde suspensus & tacitus, propter memoriam ueteris dissensionis & recētis amicitia, an ora ipsa interiores sensus nunquā ex toto fallentia, subitis illis affectionum & nutantis animæ momentis obedirent. Erat uultus Cæsaris in gestu militari & graui, blāda quadam lenitate, uerecundiāque perfusus. Clementis uero facies ita subito ad eius occursum exhilarata est, ut uel ob id maxime lætari crederes, quod illum multo humaniorem & augustiorem quā putarat, esse conspiceret. Varia siquidem ab Hispaniis, & falsa quidē, de Cæsare plerique maligne retulerant, & multi etiā ultro trepidis animis, propter acceptas tot inusitatas clades, sibi illum fingebant, uti alterum Ariouistum, aut H Rotomalcē, aliquo scilicet uultu Cimbrico & feritate Gothica metuentum, ac ipsius deniq; militibus, ferocia & spiritus immanitate persimilem, qui deuictis & stratis tot hostium exercitibus, tot urbibus direptis, euastatisque prouinciis, diuina ac humana omnia dira confusione miscuissent. Sed iam fuerat exceptus Genuæ, Placetiæ cognitus, Parmæ demum, Regij, & Mutinæ, cum summa omnis generis hominum gratulatione salutatus, utpote qui passim humanitatis, abstinentiæ, pietatis, atque iustitiæ monumenta, absque ullo uel superbiæ, uel crudelitatis, uel libidinis uestigio reliquisset. Enimuero, quo nihil est in rege popularius I & gratius, aditum cunctis, atque aures summa benignitate, & singulari patientia præbuerat, dederatque obiter responsa spei æquitatisque plenissima, quæ propositis postulatorum capitibus sigillatim rectissime responderent. Illam uero militum licentiam diuturna impunitate confirmatam, iis qui uel oblata rapuerant, uel ante diem arroganter stipendia flagitarant, supplicio protinus affectis, ita represserat, ut illo quod tenebat longe maximo omnium imperio dignissimus haberetur. Sed nec eum quamquam ætate fortunæque florentem ullæ unquam uel licitæ uoluptates à perpetuis rerum maximarum consultationibus auocabant, ita K ut in eo simul iuuentæ decor eximius ad Martiam laudem emereret, & consilia senili maturitate propriis nō alienis cogitationibus exquisita, elaborata, directaque manerent. Nunquam enim præclarum, nobile & firmum eius ingenium, uel irarum impetus perturbabat, uel cæca uindictæ libido pupugerat, uel ulla humana mollities, quin recta sentiret, expugnarat. Erat eius uultus, ut hoc quoque curiosi minime desiderēt, argenteo & grato quodam pallore dilucidus, oculi cærulei, suauis, nulla acri

A acri seueritate formidabiles, & ij quidem ad ingenuum pudorem uirilēque modestiam instituti. Nasus à medio clemēter assurgebat, quod magnitudinis animi signum in Persarum etiā regibus ab antiquis fuit obseruatum: mentum erat ad exiguam uenustioris iniuriam paulo prominentius, & quod grauitatis speciem addebat, subcrispa & flauēti barba conuestitum: capillum uerò fulgore pallentis auri, more Romanorum Cæsarem circūtonsum ostendebat. Porro statura corporis, ut in ipso ætatis integræ flore & prosperrima ualitudine, non ab inerti succo, sed à ualido neruorum nexu longe firmissima, peramplæ item robustæque manus ad stringendum ferrum idoneæ, crura autem nenustissime extantibus toris, truci proportione directæ, quod tum maxime apparebat, quū equo ueheretur. Tanta enim ei inerat cum dignitate equitandi peritia, ut nullus eo armato, atque equum incitante & in gyrum reflectente, uel pulchrior, uel uiuidior, uel in ferēdo armorū pondere patientior eques reperiri posse uideretur. Cæterum ad Pontificis pedes flexo genu prouolutus, ac mox dextra læti arridentisque Pontificis erectus ad osculum, Hispanica oratione, Veni, inquit, sanctissime pater ad pedes tuos, quod summo uoto semper experui, ut fessis Christianæ reip. rebus communi C consilio succurramus: oro Deum opt. max. qui me huius uoti compotem fecit, ut nostris consiliis adsit, atque hic aduentus meus Christianis omnibus sit salutaris. Tum Pontifex, Certe hoc ipso cōgressu, inquit, sicuti deus immortalis, & sancti cælites certissimi sunt testes, mihi nihil unquam fuit antiquius, & iam superis gratias ago quod te uideam prospere atque feliciter mari terræque perductū, resq; eo deductas intuear, ut te authore de concordia omnium & solenni pace minime desperemus. Obrulit subinde Cæsar auri signati circiter libras decem, deductusque est summa comitate à Pontifice ad templi limē: atque ita digressi, Cæsar D ad aram maximam supplicaturus superis contendit, Pontifex uero in prætorium cum uniuerso sacerdotum ordine cōtinuo est reuersus. Nec multo post Cæsar & ipse prætorium intrauit, cui paratæ erant summæ edium partes, ita coniunctæ Pontificiis, ut inter utriusque cubilia solus interesset paries, aditum præbente portula, ut quum uellēt, ignaris omnibus, remotisque arbitris, interdium noctūque, de summis rerum negotiis familiarissime disputarent. Eo modo sæpe arcana sensuum, mutua & sincera animi liberalitate detegēdo, ac odiorum origines, ad fatalem uim & consiliāriorum & ducum insaniam referendo, facile Diis bene E iuuātibus uim inuenire, qua pax egregie componi, & tot malis & funestis incōmodis optatus finis imponi posse uideretur. Veneti per Gasparē Contarenum diuini ingenij & felicitis industriæ legatum, non proferendi impertij, sed tuendæ publicæ omnium libertatis causa, aduersus Cæsarem arma cepisse testabantur. Proinde eas urbes quas in Apulia, Galliæque togata possiderēt, Cæsari atque Pontifici statim esse reddituros, adiutorisque pecunia Cæsarem, si ille erga Franciscum Sfortiam clementia & lenitate liberaliter uteretur. Cæsarem etiam ipse Pontifex ab initio

belli fuerat obtestatus, ut Sfortiam deprecantis Italiae precibus condonaret, uel humani iuris aequitate, si ei falso perfidiae contumelia fuisset imposita, uel illa praecleara clementiae uirtute, qua reges Diis immortalibus aequantur, si in maiestatem aliquid, ingrato infidelique animo lapsus, admisisset. Ad quam quidem rem singulare Pontificis studium, ac insignis authoritas momenti plurimum afferebat, iis consiliis approbandis, quae honesta, tuta, decora, atque usu omnibus commoda censerentur. Nemo enim eo grauius atque prudentius de magnis rebus disputare, & diuersas sententiarum opiniones acutius ponderare, cofutareque didicerat. Addebant dictis fidem utriusque fortunae facta pericula, & quae Christianos animos facile perstringit, illa inueterata religionis opinio, & ea quoque erat promissa barbae intempesiua & ueneranda canities, ut apud Caesarem cuncta pie & grauius aestimantem, & carceris & tot cladum memoriam facile renouaret. Sed tanta erat altitudo iudicij Caesaris, tanta moderatissimi eius animi religio, & tantum denique pacis & concordiae studium, ut nihil regali fastigio dignius atque praestantius existimaret, quam omnia consilia ad uerum decus, ad solidam pietatem & ad animi magnitudinem reuocare, ut arma in Turcas, adeo inter nos impie foedaeque tractata, uerterentur. Quippe qui non adumbratam, sed ueram & uiuidam, non fortunae adminiculis quaesitam, sed a fonte ipso propriae uirtutis profluentem gloriam sectaretur. Itaque Solymano Turcarum Imperatore iam a Viennae Noricae mœnibus cum strage ignominiaque depulso, atque eo Byzantiu praecipiti fuga properante, quum nihil iam hostile inde amplius esset timendum, pacare cuncta constituit. Euocatur extemplo Bononiae Franciscus Sfortia, procumbit ad eius pedes, redditoque diplomate, quo illum data fide ubique terrarum Caesar saluum & tutum esse iubebat, salutem, imperium, & spes denique omnes uni Caesaris probitati, fideique committit. Quoniam innocentia fretus, omnia se ex illius aequitate humanitateque sperare praedicabat. Tum uero stupentibus cunctis, uidere licuit quanto Caesar esset omni sua fortuna maior & excelsior. Certarat pro imperio Mediolanensi, desertus a sociis, ab omnibus oppugnatus, in qua contentione omnes omnium uires ingentibus partis uictoriis praecclare contuderat, & quum aliquando nutante partium fortuna, in dubia spe uictoriae uersaretur, honestas pacis condiciones semper elato constantique iudicio repudiarat, ne quod uirtute atque una animi magnitudine erat facturum, ueluti ignobili metu subactus, & praesenti impulsus necessitate fecisse uideretur. Habet enim hoc in se regius eius animus, ueluti excellenti & perfecta uirtute praeditus, ut nunquam uel acriter urgente fortuna, abiecte se demittat, uel ea penitus arridente intemperanter extollat. Ergo ubique uictor & triumphator, supplicem in gratiam recipit, Mediolanensem ducem appellat, & tabulis Augustalibus rite cofectis, totum ei paternum regnum adiudicat, neque amplioris pecuniae tributum imponit, quam ab initio & ante diffensionem imponendum esse censuisset. Nec multo post calendis

Ianuarijs

A Ianuarijs solenni adiecta precatione sacra peraguntur, ab incredibili hominum frequentia, exoptatum afflictis Italiae populis, insperatae pacis nomen excipitur. Praesentes Clemens Pontifex & Carolus Caesar, orantis Romuli Amasaei uiri eloquentissimi uoce Christiani nominis conseruatores, ac optimi maximi Italiae parentes appellantur. Obortas praegaudio lachrymas uix continent uiri togati, optimi ciues, sanctissimi sacerdotes, legati regum omnium, Galliae scilicet, Britanniae, Lusitaniae, Scotiae, Pannoniae, Sarmatiae, Daciae, Veneti senatus, ac item Allobrogis, Ferrariensis, Mantuani, Vrbinatisque regulorum, ac liberarum etiam ciuitatum, Genuensium, Senensium, & Lucesium, cunctique demum proceres & principes, ipseque ante alios Franciscus Sfortia, honoris causa sessum inter postremos Cardinales receptus. Ea enim dies tranquillitati initium, & arumnis finem allatura uidebatur. It fama per urbes Italiae, externasque provincias omnes Veneti senatus aequitatem, abstinentiam, in appetenda pace studium, in gerendo bello constantiam admirantur. Clementis uero quod desperatae pacis conficiendae implicatum turbidumque negotium generose diuineque suscepit, grauius appositaeque tractarit, prospere, & salutariter confecerit, iudicium subtile, industria uehementem, inusitatam uero felicitatem, in caelum eximijs laudibus ferunt. Caesarem uti uere imperatorem quod omnibus proferendi imperij cupiditatibus imperaret, uti uere uictorem, quod seipsum alijs parcendo praecclare deuinceret, uti uere liberalem, munificum, largitorem, quod regnum dare quam accipere maius & pulchrius existimaret, admirabili quodam genere gratulationis & laudis prosequuntur. Soli mortalium ueterani, quibus natura odiosum pacis nomen esse consuevit, moleste & insolenter ferre id inexpectatum & propterea clarissimum Caesaris factum uehementer dolere, ac inuidia commoueri, quod perpetua belli comoda, & uictoriarum praemia, eo importuno pacis nomine perderentur. Summa tamen Caesaris aequitate & liberalitate ex agro Insuorum assentiente Sfortia, praemia sunt decreta Antonio Leuae, ac Alfonso Daualo Vastio, minoribusque ducibus qui eo bello fortissimam operam nauassent. Interea Caesaris uxor Isabella puerum peperit, cui propter aui materni memoriam Ferdinandi nomen impositum. Eius nuncij laetitiam celebrare insignes Hispaniae reguli, magnificentissimo apparatu, arteque mirabili, ad equestris pugnae simulacrum, Maurorum iaculatorum cultu, in scuta passim coniectis arundinibus decurrentes: Quum hinc Oserius Astorgius, illinc Pacecus Astalonius, ornatissimi duces singulas turmas spectante Caesare in forum pugnaturas induxissent. Concurrere etiam quadriduo Itali, Belgae, Hispanique equites cataphracti insignibus amatorijs & militaribus ornamentis ualde conspicui, panno aureo, ac altero item purpureo, a senatu Bononiensi ad uirtutis praemium, & in honorem Caesaris, hilari benignitate proposito: tulitque praemium Altamirus ex ulteriore Hispania regulus, quod plures quam quisquam alius hastas in aduersis concurrentium pectoribus infregisset. Per eos dies

Hispanorum & Germanorum copiae ex agro Mediolanensi, Brixiano-
 que iussu Caesaris, hortatuque Pontificis deductae, diuersis Apennini iu-
 gis in Etruriam descenderunt, haerere tamen in niuosis saltibus aenea tor-
 menta, quum uapore solis resoluta, & curruum pondere fracta glacies,
 caenosaeque niues, rotas ad axes usque deuorassent. Eas copias in unum
 coactas Vastius à citeriore Arni fluminis parte in suburbana ad conspe-
 ctum Florétiae urbis perduxit, ut Florentini duobus exercitibus, hinc ab
 ipso Vastio & illinc è ueteribus castris trans Arnem ab Aurantio, obsi-
 dione & minutis lentae oppugnationis praелиis premerentur, omnisque
 pabulatum & lignatum exeundi facultas, praecisis egressibus concluso
 hosti, & nisi per summa pericula erumpenti, penitus adimeretur: Post-
 quam eos qui rempublicam gubernarent, obscuros nouosque homines
 ad priuata potius commoda, quam ad urbis ac imperij, & publicam de-
 nique totius populi salutem respectantes, nihil pro sanis facturos appa-
 rebat: Quoniam legatos cum mandatis inanibus & parum expeditis de
 pace postulatis ad Caesarem Pontificemque misissent, & tunc maxime
 eiectis optimatibus libertatem illam non modo lenissimo Mediceorum
 dominatu, sed quauis acerba tyrannide seuiore, obstinatis insanisque ani-
 mis tueri usque ad interitum patriae statuissent. Interea Caesar propter
 pituitae redundatiam, quam graue per hyemem caelum inuexerat, peri-
 culoso anginae morbo laborauit, sollicitis de eius salute omnium animis,
 quoniam Philippum patrem, & Maximilianum auum, ea saepius tentatos
 fuisse meminerat. Sed Narcissi Neapolitani medici ualde fortunati peri-
 tia, qui ei ab adolescentia semper astiterat, celerrime conualuit. Per eos
 dies senatus Venetus longe omnium quas unquam emisisset, ornatissimam
 legationem ad Pontificem, Caesaremque transmittit. In ea fuere Marcus
 Dandalus aetatis honore, & optimorum studiorum gloria facile princeps,
 itemque Aloysius Mocenicus summae grauitatis patritius, & Memphiti-
 ca ad Selymum legatione clarissimus, & Hieronymus Grandenicus uetus
 senator qui Romae apud Hadrianum legatus fuerat. Porro Laurentius
 Bracadenus florentis eloquentiae philosophus, & Nicolaus Teupulus
 grauissimarum artium, & Etruscorum carminum laude celebratus, & Anto-
 nius Surianus uir eximio rerum usu & doctrina praeditus singulari, &
 Gabriel Venerius uir prudens, efficax, assiduus, constans, qui Sfortiae dif-
 ficillimis temporibus semper affuisset, postremo Gaspar ipse Cortarenus
 Venetorum ab excellenti uirtute lectissimus. Erant in latoclauro uel au-
 reo uel purpureo, ad humeros sibilato, torquati ferme omnes, & à quo-
 dam augustae grauitatis habitu uenerabiles. Pontifex eis senatum dedit,
 aduocatis etiam minoribus aulae sacerdotibus, & triduo post Caesar in
 peramplo conclauis constituta sede, proceribus circumspectus eos suscepit.
 Bracadenus utroque in loco orationem habuit splendidam, grauem, lu-
 culentam, exquisito laudum genere plenissimam, qua gratias nomine
 senatus agebat, quod optatissimam pacem turbulentissimo tempore Chri-
 stianis fere omnibus peperisset, offerebatque Venetas opes, si quid egre-
 gium,

gium, & summis Christiani nominis principibus dignum, concordibus
 animis agitent. Latine oranti continuo per utriusque principis episto-
 larum magistrum, qui erant à Pontifice Euangelista Tarasconus, & à Cae-
 sare Mercurinus Cardinalis, breui latina oratione fuit responsum. Do-
 nauit demum singulos legatos Caesar quingentis aureis, & quauis di-
 missi essent, aliquandiu tamen Bononiae subistere, ut eum diem quo Cae-
 sar Romani imperij coronam esset accepturus, ad declarandum senatus
 studium honestarent. Caesar enim multis de causis Bononiae coronari sta-
 tuerat, quauis id antea Romae faciendum esse decreuisset, ubi su-
 periores Caesares tanquam in sanctissima sacrorum sede, & felici nationum
 omnium domicilio, urbemque ipsa ueteris imperij honore antiquorum
 triumphis, & stupendis supremae fortunae monumentis longe clarissima,
 coronas legitimo iure suscepissent. Sed euastatae urbis & nondum nouis
 commodis subleuatae calamitosa tenuitas, & opulentae suppellectilis or-
 namentorumque penuria Caesarem auerterebat, quauis Romani eius spe
 aduetus ab omni tristitia & sordibus ad laetitiam ueteremque splendorem
 reuocati uiderentur. Erant praeterea Caesari multa opportuno statutoque
 tempore in Germania peragenda. Nonnulli scilicet pacandi reguli, qui
 ad arma consternati bellum quam pacem malle uidebantur, aliqua li-
 berae ciuitates confirmandae, quae se ad Heluetios certo percussio foedere
 contulissent. Appellandus item nouus Caesar procerum suffragiis, & de-
 nique Pannonicis rebus occurrendum, quoniam Ioannes Vayuoda, quem
 regem Solymanus Budae statuerat, magnam regni partem obtineret, fre-
 tusque ingentibus Turcarum praesidiis, ad prima ueris signa in Noricum
 irrupturus esse crederetur. Itaque euocatis omnibus regulis deligitur Io-
 uis dies sexto Calendas Martias Matthiae apostolo dicatus, qui erat nata-
 lis Caesaris, semper ei faustus, & Ticinensi etiam uictoria laetissimus. A
 mediis praetorij fenestris patefacto aditu pons ligneus, pensilis, sublicis
 impositus incuruo tractu per forum & Petronianum templum ad aram
 usque maximam protrahitur, & festa fronde, pictisque tapetibus exor-
 natur, ut sine tumultu confundentis & prementis turbae Pontifex & Cae-
 sar in pompa praeruecti spectarentur. Erat de more ueterum Caesarum
 ut Modoetiae prope Mediolanum coronam ferream susciperent, quae
 indicaret Romano imperio firmitatem ferro & militaribus copiis com-
 parari. Tres enim coronae Caesaribus debentur. Prima est argentea Ger-
 manici scilicet regni, quam suffragio procerum Aquisgrani decennio
 ante susceperat: Secunda ferrea: regni Longobardici, Tertia uero aurea
 Romani imperij. Praesto igitur affuere Modoetensium legati, cuius
 erant principes Polydorus Vectius, & Paulus Velanius, qui ad retinen-
 dam ueteris praerogatiuae dignitatem uetustissimi operis coronam, &
 annalium codices antiquitate pernobiles detulere. Ea erat sine florenti-
 bus pinnis, in simplicem & latum orbem circumducta, ferro introrsus
 tempora praecingente, sed exterius auro & gemmis exornata. Biduo
 itaque antequam tertiam coronam acciperet, in sacello domestico astante
 k

Pontifice sacris peractis Cæsar ungitur, ferreæque corona & cæteris regiis insignibus decoratur, iisdem fere cerimoniis quas paulo infra memorabimus. Prætulere ante Cæsaré summi honoris causa Aluarus Oforius Marchio Astoricensis aureû sceptrum, Didacus Paccus dux Ascalonius ensẽ gemmata uagina conditum. Alexáder Medices dux Pinnenſis Cæſaris gener, orbem aureum cum præfixa cruce gemmis distinctum. Bonifacius autem Marchio Mõntisferrati, Modoëtienſium coronam. His rebus rite confectis aduenit demum dies maioris aureæ coronæ pompæ destinatus, & is quidem, quum noctu pluuiſſet, superis mire fauentibus, incredibili serenitate perſpicuus. Ante alia Pontifex uniuerso Cardinalium, & episcoporum ordine in mitris, & pluuialibus sacris palliis, cæteris uero sacerdotibus in coccinea ueste per pontem solenni pompa traductis in præalta sede gestatur, & comitantibus prætorianis sub umbella templum ingreditur. Iam in forum Antonius Leua pedestres copias adduxerat, & obuensis in omnes aditus maioribus tormentis & signis in medio cõstitutis, cuncta loco perpetua militum statione firmauerat. Interim è lacubus qui in summo prætorianæ porticus fornice fuerant fabrefacti, per siphones rubra & alba uina fundebantur, panes ab alto in subiectos milites spargebatur, torrebatúrque in machina uersatili bos integer, ingens, hœdis, ueruecibus, ac omni fere uolucrum genere fartissimus, ut in tâta festa hilaritate milites sub armis in acie stantes, ad manum paratis obsoniis cum iucunditate uescerentur. Nunquã ab ulla memoria, uel ad celeberrimi triumphi, uel ad inauditi spectaculi famam, maior atque nobilior mortalium insignium numerus in unam urbẽ confluit. Erant adeo plena loca omnia quæ foro imminebant, ut multi in alto suspensis & pendẽtibus speculis, alij in ædiũ proiecturis & periculosis locis cum aliorum admiratione prospicerent. Ipsa porro domorum tecta pueris & sceminis in ea mira cupiditate scandentibus, tantæ multitudinis pondere fatiscabant. Fuere etiam erecta inter columnas templi ad theatrorũ imaginẽ, podia gradibus excelsa superædificatis quoque suggestibus, unde illustres matronę suspicerentur, & cuncta ipse pariter iucudissime despectarent. Iam Pontifex sacratas tunicas & chlamydes induerat, & sacra solennia excultis altaribus parabantur, quum Cæsar sub umbella cum ornatissimo procerũ comitatu ad templi uestibulum peruenit, ita ut uix eo paucis passibus præteruecto, tabulata pontis, prægrauante prætorianorum turba frangeretur. Ibi plerique militibus immixti fœdo casu procidentes sese pilis atq; securibus induerunt, inter quos fuit Albertus Pigius Belga theologus Lutheromastix, minima tamen pro tumultu clades incidit. Sed facile fuit æstimare ex atrocitate periculi quis in Germano milite supra ferociam militarem natura implacabili animorum habitus esset futurus, si ad certam omnium perniciem Cæsar ipse, se paululum uertente fortuna, cecidisset. Sed intrepide respectans Cæsar leniter arripit, ita ut fortunam suã certius agnoscere uideretur, quæ cœptis & uotis omnibus benignissime

A sime semper aspirasset. Erant omnia ad imaginem Vaticani templi constituta, & nouę facellis appellationes impositę, ut ea sigillatim ad ueterẽ consuetudinem ex Pontificiis libris responderet. Affuere igitur Romani sacerdotes quibus sacra Vaticani templi sunt commẽdata. Ii ad aram Cæsařẽ susceperunt, linteæque sacerdotali tunica superiniecta in collegium eius sacerdotij cooptarunt. Eum Saluiatus Cardinalis in uerba ex libris Pontificiis concepta, sacramento adegit, ita ut in summa libens iuraret, se Pontificiæ dignitatis perpetuo futurum esse defensorẽ. Ab hac ara duarum turrium nuncupata duo Diãconi Cardinales, Saluiatus scilicet ipse, & Ridulphus, ambo ex patruelibus Pontificis nepotes ad templi limen deducũt. Flexo genu supplicatẽ Picolomineus presbyter Cardinalis certis precatationibus expiatum in sacellum sancti Gregorij perducit. Ibi linteæ tunica deponitur, sandalia margaritis & gemmis picta statim induũtur, & Dalmatica ueste in morem Diaconi prius assumpta, paludamento demum conuestitur. In eo habitu præcedenti Puccius Cardinalis ad Porphyreticam rotam quæ est ad Vaticani templi medium, mitratus occurrit. Ingeniculatus Cæsar ad aram maximam obuertitur, solenni que altera precatatione, ut eius imperium stabile, perpetuum, uictoriarum, pietatis, & laudis plenum faxit, Deo maximo in cuius manu sunt regna, cõmendatur. Sunt enim multa antiquitus à piis præstantibusque ingeniis, cum summa uerborum elegãtia, & Christiana grauitate composita, quæ ex sacro libro, ad statas rerum & locorũ ceremonias, ab aliis atque aliis sacerdotibus in frontem Cæsařis perleguntur. Quæ omnia in illis Pontificum iam editis libris, quisque curiosus facile poterit inuenire. Ascenditur demum uersus aram maximam ubi Innocentio Cibo Cardinale litanias præeunte, alternis precibus pie pronuntiatis, Diui diuæque omnes propitiantur. In lectisternio supplicanti Cæsari Campegius Cardinalis astitit, & de scripto oratiuncula, ut auspicato coronaretur, religiose recitauit. Inde mox Cæsar à Farnesio, quoniã is erat senatus princeps & Cardinalium uetustissimus, intra sancti Mauritiij sacellum est deductus, ubi diffibulata Dalmatica, humeros & brachium dextrum sacro oleo adiectis puris, & piis orationibus inungitur. His rebus rite confectis solennia sacra erudito Phœnascorum concentu, alternantibus choris, operante Pontifice, ipso Cæsare in sacra ueste ministrante, protinus inchoantur, quæ miro ordine ceremoniarum, summa grauitate sacerdotũ, insigni omnium religione, adeo in serum diei sunt protracta, ut uel pie curiosos fatigare potuerint, si is lóge omnium clarissimorum principum admirabilis cõfessus spectantium oculos ulla in parte satiare potuisset. Neque hic est necesse, ut cuncta sicuti sigillatim fuere celebrata, à nobis minutissime referantur, quando ea in libris Pontificum beneficio publicatis ad amussim descripta uideamus. Legati interim Genuenses & Senenses quum de loci dignitate inter se contumeliis pugnisque contenderent, templo iussu Cæsaris exacti sunt. Cæterum summa sacrorum fuit, ut Cæsari de manu Pontificis Romani

imperij insignia traderentur. Itaque solenni precatione semper adhibita Pontifex ei supplici sceptrum aureum dedit, florēti cacumine cōspicuum, quo pie gentibus imperaret: itēmq; nudatū ensē quo Christiani nominis hostes persequeretur, ac pomum aureum, quem uti terrarū orbem insigni pietate, constantia, uirtutēque regeret, & postremo thiarā illam potius quā coronam bicipiti fastigio, multisque adamantibus insignem capiti imposuit: ille pie inflexō genu, pronus exosculato pede, Pontificem adorauit. Tum demū Cæsar in illa tot gēmis ac unio-
 nibus exornata triumphali trabea ad læuam non procul à Pontifice, in sede auro protectā, sed paulo humiliore, sessum est perductus, & Romanus imperator appellatus. Quod ubi in foro militibus est renūciatū, Antonius Leua ad declarandam lætitiā, maiora minorāque tormenta displosi iussit, ita ut terribili sonitu cælū crepitare, terra quati, & tecta nutare uiderentur. Nec multo post Pōtifex sacratissimæ Eucharistię hostiam humillimo quodam oris gestu, purissimōq; animi habitu desumpsit, atque eam obiter Cæsari omni labe criminum expiato religiose cōmunicauit. Peractis sacris templo excessum, ad præparatos equos sacerdotes, legati, proceres discurrūt, omnis repente multitudo in equis cōspicitur, acclamationes, tubarum cantus, tympanorum strepitus audiūtur. Conscendenti equū Pontifici Cæsar ad læuam pedes astitit, uti benigne auratam staffam sacratio pedi protinus inducturus. Sed pium Cæsaris obsequium Pontificis humanitas, religiosāque modestia superauit. Ergo iunctim equo uterque albo, sed Pontifex Thraicio, Cæsar Hispanico confidentes umbellam subeunt, summæ dignitatis hominibus, ad eam gestandam honori simul & labori succedentibus. Præcedebat miro pompæ ordine tum Cardinalium tum Procerum utriusque aulæ familia, in tergo signa erant uiatorum qui cursores appellātur. Ad hæc subsecuti sunt septē uiri insignes armis, trabeis, militaribus equis, & pedestri comitatu ualde conspicui, qui totidem ingentia uexilla deferabant, Angelus Ranuccius Bononiēsiū uexillifer, qui est summus apud eos magistratus, primū detulit cū titulo libertatis, secundū erat senatus populiq; Romani Iuliano Cæsario Romani sanguinis adolescētī, ab ipsa familiæ prerogatiua demandatū. Ad hos secuti sunt Ioannes Menricus, & Hotrechius Belga, hic Cæsaris aquilam, ille candidū uexillum cruce purpurea distinctum gestabant. Tum demū tria sunt prælata Clementis scilicet Pontificis, cum Mediceis insignibus unū, alterū sanctæ Romanę ecclesiæ, tertium uero illud Christianę crucis aduersus Turcas aliquādo
 deferendū. Signiferi fuere Leonettus Sidicinus, Ludouicus Rangonus, & Laurentius Cibo prætorij præfectus. Traducti præterea aliquot albi asturcones sine sessoribus, auratis ephippiis instrati. Prætulere etiā adolefcētes eximię nobilitatis in scipionibus præfixos galeros Pontificis purpureos quatuor. Nec multū inde succedebat Eucharistia, sub aurea umbella loculo crySTALLINO inclusa, & fellæ generosi & tamē pacati equi superimposita. Laterna ingens ante, & circū dena funalia ferebātur. Tum demum

A demum promiscue gentium omnium honestissimi quiq; successere, ut decuit in tanta hilaritate regio sumptu supra quā credibile uideatur exornati. Nemo enim ex tota Italia paulo uir illustris non uenerat, nisi uehementi ualetudine præpeditus. Hispani, Itali, Belgæ, prout libido geniq; tulerunt, auro textile & serico omnis coloris eleganter uariiegato, itēmq; Phrygiis operibus, & aëu pictis sagulis spectatium oculos perfringebant. Germani in ueste obscuriore, sumptuosa tamen, torquibus aureis relucebant. Visebantur passim equi ex omni regionū sobole maxime generosi, & infano sumptu toto terrarum orbe conquisiti. Notiores Hispaniæ reguli fuere Aluarus Oforius Astorgiæ Marchio, Didacus Paccus Aſcalonię dux, Indicus Mēdocius Saldanię comes, Infantasiorum ducis filius, qui Franciscum Gallorum regem in Carpentanis regali hospitio susceptum, admirandis muneribus exornauit, & Petrus Toletanus Marchio Villefrāche, Albano duce genitus, qui filiorum & nepotum sobole felix, & fide uirtutēq; præditus ad regni tutelam in Hispania conqueſcit. Præterea paulo minores comites Agillarius Fonteius. Cosantianus Altamirus, & supra hos, quem ingenio fidēq; spectatū fortuna extulit, Franciscus Couus consiliorū omnium particeps, & in regno legionis sacrorum equitū magister. Sed quis reliquos nobiles, opulentos, clarorum principū progenie editos suo ordine numerarit: Neq; Italos alacritate & sumptibus inter se certantes sua ferie arbitror recensendos, ne si in tanta uel fortuna uel claritate, prope æqualiū equitum turba aliquos nominemus, ceteri se indigne uel inique prætermisſos conquerantur. Fuere tamen inter tot regulos maxime conspicui Alexander Medices, & Ioannes Aloyſius Carrafa Statilianus princeps, Belgarū autem lōge dignissimi successere Henricus Nanſous comes cubiculo præpositus, cuius est summus dignitatis & gratiæ locus apud Cæsare, Philippus inde Croius Marchio Arescote, præfectusq; equitū, & Cæsari sanguine coniunctus, itēmq; Hadrianus Roseus Cæsarianę familiæ magister. Venerat etiam ipse Andreas Atria cui Cæsar maris imperiū detulerat, nō à cultu corporis, amictusque luxuria, uerum ab aspectu graui & militari, ipsaq; proluxa barbæ spectanda canitie, & rerū gestarum fama conspicuus. Subtraxit pompę Franciscū Sfortiam, non inportunus modo, sed grauis etiā morbus. Ferdinandus etiā Sanſeuerinus Salernitanus princeps, ne primū locum Aſcalonio concedere uideretur, intra limen domi se continuit. Federicus uero Gonzaga Mantuanus, ad exornandā urbem, ut summo cum honore Cæsar exciperetur, domi remanserat, & ob id etiā ne cum Bonifacio Montisferratti regulo, de loco & dignitate disceptaret. Alfonsus Atestinus Ferrariæ dux ideo nō uenerat, quod Cæsar pacificator uti postea fecit, nondum ei diem quo pro cōcordia ad Pontificē ueniret, omnino statuisſet. Nec Pyrrhus Antonius Sanſeuerinus Bessennianus princeps, quāuis properaret, in tempore superuenit. Erat cum iis quos diximus, minorum regulorum atque honestissimorum equitum numerus, uestis & equorum ornamentis magnis regibus

exæquandus. Sed unus omnes omnium nationum Astorgius eruditus sumptibus superauit. Erat enim eius prætexta uere triumphalis margaritis & gemmis ad delphinorum imagines opulētissime depicta. Ad hos sequutæ sunt uariæ legationes, & mox ipsi purpurati Cardinales. Inde non procul successit umbella, sub qua duo longe augustissimi terrarum domini in mitris illis stupēda & inæstimabili gemmarum & unionum uarietate pretiosis, ita collutim & temperato passu incedentibus equis, ut ij certa ingenij grauitate, quales sessorum ueherent, sentire uiderentur. Antecedebant umbellam ipse Montisferrati Marchio solenni in chlamyde & corona gemmis ornata, qui Cæsaris sceptrum deferebat, Franciscus inde Maria Feltrius dux Urbini, Venetorum imperator, & quoniam erat præfectus urbis, in ueste purpurea Dalmatica, cum inusitato in metæ formâ capitis tegumento, aurea cruce distincto, & tenuis utrinque pendentibus, nudatum ensẽ prætendebat. Philippus uero Palatinus, quem decora proceritas & obsidio Viennæ aduersus Turcas fortissime tolerata, clarissimum reddebāt, aureum orbem detulit, in talari toga purpurea, astrictis manicis & plano pileo cãdidis pellibus redimito. Postremus erat Carolus Sabaudius Allobrogum dux, pileolum ferens unionibus, smaragdibus, & carbunculis collucētem, qui quum oporteret, nobilioris officij causa, demptam capiti Cæsaris coronam prætentis manibus deferret. Inter hos summi ordinis principes, & umbellam ipsam Cæsaris quæstor obequitabat, qui per singulas regiones certis passuum interuallis, ad dimouendam turbam, excitandamque lætitiã, effuse in populum argenteam atque auream stipem signatam imagine coronati Cæsaris dispergebat. Secundum umbellam, binis cubiculariis & medicis locus fuit. Tum uerò Antistites opibus & autoritate præstãtes, qui uel legati regum erant, ut Gabriel Agramontius Tarbēsis Gallus, & Bernardus Tridentinus Germanus, uel Cæsaris consiliarij, in quibus fuit Gabriel Barenfis pace & bello rerum maximarum administrator, uel ij quos ab insigni gratia Pontificis assistentes uocant, ut Hieronymus Vasionensis qui Cæsarem in Italiam adduxerat, & cæteri demum episcopi in uiolaceis palliis, & post hos minores sacri uiri successerūt. Nouissimũ agmẽ claufere cataphracti equites Belgæ per alas turmasque distincti, eo ordine indutis galeis & prætentis hastis subsequentes, ut non modo tantæ pompæ præsidio, sed ornamento esse uiderentur. A templo ut diximus profecti, modico ad læuam flexu ad urbis umbilicum ubi est turris Asinellorum altitudine Italicarum nulli secunda. Inde per regionem albis & cyaneis pannis coopertam quæ ad Flaminiam uicẽ portam perducit, inter acclamationes longo tractu processum est, porticibus hinc & inde spectantium sceminarum multitudine refertis, sic ut pompa omnis sine tumultu omnium oculis ad incredibile uoluptatem ostentata quietissime spectaretur. Tum demum ad regionis biuium, quod dicitur ad clauaturas, Cæsar à Pontifice digressus ad diui Dominici templum cõtendit. Ibi ueniẽtẽ Romani Lateranensis templi sacerdotes cũ summa ueneratione

A ueneratione susceperunt, & uti Vaticani dudum fecerant, in collegium coopertarunt. Inde Cæsar ad aram diui Ioannis supplicauit, & multos omnis generis oblatos nobiles equestri dignitate, gladio leuiter percussis humeris, ornauit. Nec multo post alio itinere quàm isset Pontifex, ad prætorium est reuersus. Erat maximo triclinio ad epulum præbendum aulais undique strato coniunctum cubiculum Hippolyti Medices cardinalis: in id familiariter Cæsar coronatus excluso ferme omni famulatu se recepit, trabeam deposuit, exiit sandalia, & auream talarem togam sumpsit: atque hilaris aliquandiu ab illo tanto prætextæ chlamydis, & prægrauis tiaræ pondere conqueiuit. Interea præcinentibus tibiis & tubis epulæ miro ordine ministrorumque silentio introferri sunt cœpta. Itaque affuere Cæsari præsto quatuor illi principes in sua quisque solēni chlamyde, ut insignia præferrēt: atque item alij illustres reguli, ut eum ad mensam deducerent. Cæterum priusquam exiret, ex eorum numero septem equestri ordini adscripsit, & ante alios ipsum Astorgium qui lōge omnium in pompa cultissimus extitisset, & Philippum Palatinum, qui Viennæ diuina uirtute propugnando, nõ modo Germanos, sed Christianos omnes summo metu & incredibile periculo liberasset. Cœnauit solus Cæsar singulis imperij insignibus in mensa collocatis, quæ erat aliquot gradibus excelsa: At in alia infra gradus in cõspectu tamen Cæsaris discubere, Sabaudius, Palatinus, Urbinas, & Montisferrati reguli. In exteriori uero triclinio epulum cæteris proceribus præbitum. Remotis mensis iterum Cæsar gladium cepit, & plerosque nobiles equestri dignitate decorauit. Accidit uero dum nudatũ ensẽ Urbinas porrigere uellet, ut pomum manubrio insertum excuteretur, atque eo cadente in pauimentum inclusa gemmæ ad circumstantium pedes profillirent. Fuere qui id prodigij loco accipere uiderentur: quasi futurũ esset, ut Cæsar absens aliquando exercitum bene regere nequiret: capite scilicet eximie grauitatis indigentem. Alij autem felicius interpretabantur, Cæsarem ad Orientis regna unde gemmæ prouenirent gladium esse uibraturum, simulque futurũ, ut duces & milites ab ipsa uictoria quæ gladio pararetur, ingentibus illis Turcarum opibus potirentur. His diebus quibus Cæsar Genua discedens Placentiæ subsedit, & Solymanus castra posuit ad Viennam, Aurantius ab urbe Aquila promotis copiis in Umbriam est profectus, eo consilio, ut Malatesta Baleonus quẽ Florentini ex autoritate Gallie regis sibi ducẽ designarant urbe Perusia pelle-retur. Reiecerat hic satis æquas cõditiones à Clemente propositas, quod nequaquam, ut supra diximus, eius fidei magno opere confideret, arbitrarẽtque ignobili & dubia pace bellicum decus esse præferendum, unde ipse clarescere, opibus augeri, atque omnino ut uir maxime bellicosus, proferre potentie nomen posset. Suadebat Florentinis, ut ad tuendã ciuitatis libertatem, bellum quod immineret, quantũ fieri posset longius ab urbe Florentia alendum sustinendũque censerent: ne suburbanus summa fertilitatis ager pendente præsertim uindemia, nec plane recõ-

ditis colonorum frugibus & reliquis copiis, expositoque passim ad prædam maiore, minoreq; pecore ad primas hostis incursiones vastaretur, & demum populus bellicæ insolens cladis amœnissimarum uillarum, uti necesse foret accidere, è mœnibus incendia prospectaret, quibus Barbari insita animo eorum agresti ferocia minime parsiuri uiderentur. Itaque sibi uideri maxime tutum, & quod ad existimatione ciuitatis cõfirmandam plurimum pertineret, ut sibi eas quas haberent circa Cortonam & Aretium copias, pecuniãque item in stipendia submitterent: se nanq; sperare ut Aurantius aliquandiu expugnandis oppidorum præfidiis distineretur. Neque enim eum tanti animi, aut tantarum uirium fore, ut Perusiam ex propinquo oppugnandam susciperet, quã ipse inexpugnabili situ permunitam fretusque obstrictorum sibi ciuium studio, & quo polleret fortium atque fidelium ueterum militũ numero, esset sine ullo periculo defensurus. Quod si Nigrarum cohortium noua præfidia submitterentur, & hostes desperata expugnatione Perusiã, in Etruriam penetrare, Florentiãque contendere uelint, ipsum non esse prætermisurum, quin deductis ex omnibus Umbriæ oppidis certis præfidiis, iusto cum exercitu, eoque tormentis maioribus egregie confirmato, abeũtes hisdem uestigiis insequeretur: & aliquam rei bene gerendæ occasionem Harperet, circa transitum paludis quam Glanis amnis efficit: nec aliter ea quã duobus aut tribus ligneis pontibus posset pertransiri. Id Malatestæ consilium tanquam salubre quanquam magnopere placeret Zano bio Bartholino, qui in procuratione negotij bellici Florentinorum finibus cum auctoritate erat præpositus: nulla tamẽ ratione, uel Carduccio, uel decemuiris probari potuit: quum ille diceret, bono medico cõseruandi cordis, in quo uita consisteret, peculiarem curam esse repõendam, neglectis quæ ferè nihil ad salutem pertinerent, exterioribus membris: & in eandem sententiã cum decemuiri, tum decuriones facile adducerentur. Id quoque consilium Francisco Ferruccio probabatur, qui assuetus Nigris cohortibus stipendio militi numerando, apud Soderinum solers minister prope Auerfam captus fuerat: atque inde pecunia redemptus, utilem Reipub. operam præstiterat, colligendis scilicet undique ueteranis: sic ut eo bello legationis militaris honorem cõsequutus, diu æque fortis & acer dux secundissimo studio ciuiũ uteretur, quod ex humili loco inter ciues multo ausu perpetuoque labore clarũ militiæ locum sibi quæsuisset. Cæterum hæc sana consilia fatalis insita Carduccij animo rabies, & inusitata expersq; rationis confidentia, & supra id peruicax popularium consensus, in irritum facile rapiabant. Timebat nanque Carduccius non obscure, ne populus tot cõspectis urgentis belli detrimentis perculsus, sicuti plerique optimatum suadebãt, ad petendam pacem uerteretur. In ea siquidem persuadenda Clemens multis de causis uehementissime laborabat, ut qui parcendum patriæ, auertendãque belli incõmoda putaret: ne pro paucis malis ciuibus, uniuersa ciuitas, seuo atq; irreuocabili periculo implicaretur. Interim Aurantius frustra

A frustra pertentato Malatestæ animo, in Fulginatem agrum progressus, ui admota & deiectis Menauia, Montefalco, Assisiõque Malatestæ præfidiis, ad oppidum Hispellum, quod erat peculiare Baleonæ ditionis, castra admouit. Defendebatur oppidum acerrime ab his cohortibus, quibus præerant Baptista Borgheius Senensis patritius, & Leo Baleonus. Hi Hispanos post editam tormentis superioris coronæ ruinam, scalas apponere, atque subire ausos, tanta ui omni telorum genere, trabibusque deiectis obruerunt, ut multi interirent: alij uehementer sauciati oppugnationem relinquere cogentur. Eo die Ioannes Dorbinus apud Hispanos primum existimationis post Vastium qui aderat locum, non claritate quidem natalium, sed fortibus factis fama late parta promeritus, crassioris sclopetti glande supra genu uulneratus est, lethifero quidem uulnere, nam paucos post dies Fulginium delatus interiit: quo nemo consilio manũque melior apud pedestres Hispanorum copias putabatur, Cæsare facile eum nobilioribus gentis præferente, quod præclaram uirtutem omni nobilitate digniorem, utiliorẽque sibi fuisse iudicaret. Eius morte Romanos lætatos ferunt, quod is, quem in occupanda urbe crudelissime cadibus grassatum norant, superis id scelus non ferò uindicantibus, Borbonio Vgonique Mõcatæ tertius dux urbi funestus, comes ire maturasset. Nec multo post Hispellani duces, honestas conditiones offerente Aurantio si oppidum dederent, cum eo pepigerunt, ut saluis rebus oppidum traderent. Sed Hispani ita exuerũt armis singulos milites, atque uniuersas domos diripuerunt, ut fidem ab Auratio datam sefellisse dicerentur. Hispello & cohortibus amissis, reliquisq; omnibus exutus oppidis Malatesta, quanta poterat simulatione ancipitis periculi sui consilia tegere contendebat, ob id magnopere perplexus, quod sine Florentinorum auxiliis, neque urbẽ tueri posset, ciuibus præsertim fatis importune bellum detestantibus, & iam plane animis in Pontificem proclinatis, neque se inde sine graui pugnæ periculo, si erumpendum & Florentiam quò uocabatur, contendendum foret, tot circumiectis hostibus certas utrinque difficultates euasurum prospiceret. Itaque ægro, sed maxime constanti animo ad necessaria deditiois cõsilia ea ratione descendebat, ut extra omnem urgentis belli metum, quæ necessitas afferret ad pietatem patriæ referre uideretur, & ciuium uoluntates ea ostentatione uirtutis mirum in modũ conciliaret. Prædicabat enim se eo esse animo, ut ab omnibus ciuitatis incommodis abhorreret: nec pati uelle, ut ciues sicuti Pontifex denũciasset, ipsius pertinacia aquæ & igni interdiceretur, vastaretur ager, & ciuitas uetere sua libertate, & gymnasij honore spoliaretur. Propterea se malle incolumi patria, atque integris ciuium fortunis excedere, & Florentinis auxilio ire, ne officio susceptoque muneri deesset, quã patriã in periculum lesã religionis, & totius belli discrimen deuocare. Itaque ad Aurantium legatos mitterent, à quo si honestas pro se conditiones impetrarẽt, certãque fides sibi à Cæsarianis pariter & Pontificiis ducibus præstaretur: sine mora copias educturum,

atque hos omni belli metu liberaturum. Aurantius Hispello in potestatem redacto, & dimissis ea conditione his cohortibus quæ se dederat, ut intra tertium mensem hostibus Pontificis nequaquam militarent, Perusiam quæ aberat spatio quindecim milibus passuum, rectâ contendit: positisque castris ad pontem sancti Ioannis quo Tyberis iungitur, expectabat quidnam consilij Malatesta caperet: atque ita auditis Perusinorum legatis, non contempsit conditiones quæ proponebantur: uel ob id præfertim quod Pontifici curæ esse intelligebat, ne Perusinus ager ulla belli clade uastaretur: sed protinus Florētinis bellicum terrorem admoueret. Propterea his conditionibus Vmbrico bello finis est impositus: Malatesta Perusia excederet, eamque urbem Pōtifici regendam relinqueret: excedenti Aurantius cum uniuersis eius copiis tutum egressum, atque iter præstaret: Cæsariani anteiret itinere capto ad locum Tabernas dictum, Malatesta postero die subsequeretur: interim Perusini utriusque exercitui commeatus copiam præberet: tutus Perusiæ uxori & liberis Malatestæ, atque item propinquis eius atque clientibus receptus foret: liceretque ei duodecim anea tormenta urbe educere, eaque adseruanda ad Urbinatium principem transmittere, ea lege ut his aduersus Pōtificem nusquam uteretur. De lite autem & cōtrouersia, quæ sibi cum Bracchio & Sfortia intercederet, qui Gentilis patrum hæredes dicebantur, arbiter fieret & disceptator Antonius Montanus Cardinalis Vmbriæ legatus. His rite tractatis, Aurantius mouit castra, & ad oppugnandam Cortonam profectus est. At Malatesta dextrorsum itinere capto, rectâ Florētiam nullo incommodo accepto perrexit. Cortonenses qui satis ualido quatuor cohortium præsidio tenebantur, quum portas clausissent, nec deposceti colloquium Vastio quicquam pacati responderent, & tormenta murum ferientia oppositis nouis aggeribus egregie sustinerent, & audacissime aduersus subeuntes Hispanos præliarentur: Vastius portam promotis copiis, quæ à delubro Vincentia uocatur, multis ictibus maioris tormēti quassatam, succendi iussit, primique omnium inter Hispanos promptissimi centuriones Securra, & Alfonso Vallius, id munus cōiectis facibus implere: unōque tēpore duobus in locis contractum est certamen ualde cruentum, quum in subeuntes Hispanos ipsi propugnatores glandibus & saxis intrepide rem gererent. Sed ardentem portam duo eximia uirtutis cohortium præfecti Iacobus Tabussus Vmber & Rodolphus Afficias restinctis ignibus Hispanisque repulsis pertinacissime defenderunt. In alia quoque parte, singulari constantia propugnarunt, Fraciscus Sorbellius, Marcus Empolitanus, Goriusque Montebenicus: eo pugnae exitu, ut Hispani multis acceptis uulneribus, & nonnullis interfectis, se recipere cogentur, atque eo maturius quod Securra & Alfonso ualuas cōcremare conantes, grauiter fauciati pugna excessissent. Cæterum Cortonenses, quum Vastius maioribus uiribus redintegrare oppugnationem statuisset, & per caduceatorem ad decuriones missum urbi excidium comminaretur, nisi intra horæ spatium portas aperirent, perterritis ciuibus,

uel

A uel nolentibus præsidij præfectis, deditioem fecerunt: ea conditione ut incolumes seruarentur. Hæc deditiois formula præsidij milites excludabat, sic ut se ingratis prodi, tradique iratis hostibus quærentur. Sed Vastius pro sua humanitate ita omnes urbe exeuntes conseruauit, ut armis tantum & uexillis exueret, quod pertinacius quam oporteret tanti exercitus uim contempsisse uiderentur. Verum non eandem exempli sortem tulerunt Castellionenses Cortonæ proximi, tot inuadentibus copiis resistere ausi: nam dum tormenta, paratamque hostium aciem despiciere uideri uolunt, & fortissime propugnant, crescente periculo, quum se dedere uelle serò significarent, expugnati direptique sunt. Aretini autem aliquanto salubrius nihil de defendenda urbe cogitantes, continuo portas aperuerunt, quod Capinsaccus exigui præsidij præfectus, in arcem confugisset, suadente Roscio Beuignanæ comite ciue Aretino, qui Auratij gratiam promereri, & patriæ suæ dominatum inuadere perfidiosa uanitate cupiebat. Id primum amissi Aretij incommodum Carduccij non obscura malignitate, & Antonij Fracisci Albitij temerario obsequio acceptum optimates asseuerant, quod ille aduersis de aduentante hoste rumoribus permotus, eas copias cum Florentini nominis, tum Perusini, que

C Aretij conuissent, & se urbi præsidio futuras summa spe defensionis professæ fuissent, ad se Florentiam perducere iussisset: Albitius uero factioso animo Carduccij literis, quæ non erant ex decemuirali sententia, nimis properè atque improbè paruisset. Neque enim dictator ciuium studiis diffidens, se tutum esse aduersus factionis suffragia fore putarat, nisi urbem militari præsidio confirmaret: ut qui inter spem pacis, & belli metum nutabant, quominus hinc auderet presentibus armatis terrerentur. Hoc autem suo ingenio consilium Carduccius ita suscepit, ut nihil decurionibus communicandum putaret, ne contradicendo impediti posset, & inconsultis decemuiris ad Albitium perscriberet, qui Zanobio Bartholino in eo procurationis munere successerat: uir turbido ingenio, aliena semper à repub. coquens, nec quicquam stabili mente per occasionem probans. Itaque nullam sibi Albitius moram attulit, quin perlectis Carduccij literis, detractas undique & collectas in unum cohortes Florentiam mitteret, prouinciãque & urbem Aretium præsidio nudaret, haud dubie hostibus mox occupandam. Id admissum facinus Carduccio pariter, & Albitio capitale fuit, quum in exitu belli, successuque temporis contra leges malignè atque arroganter fecisse ab octouiris iudicarentur. Aretio occupato Aurantius copias effudit in peramicenam frequentemque oppidis, & nobilitate Trebiani uini percelebrè regionem, quam superioris Arni uallè appellant, ea clementia, ut se uero edito milites ab omni præda atque licetia cohiberentur. Eo modo per quadriduum recreato exercitu, rectâ per Incisiam uicum Florētiam contendit: quæ Annibalem olim transisse ferunt, certissimo argumento quod ibi Elephantum ossa ab aratoribus hac ætate reperiantur: quas bestias multo gelu alpium correptas amiserit. Primæ alæ equitum Hispanorum &

Epirotarum secundum Arni ripam descendentes, in regione, quæ Planaripolis, & Paradisia uocatur, magnū fugientibus incolis tumultum excitarunt: sic ut sese insinuarent usq; ad suburbana ædificia, quæ Recorbula nuncupantur. Is aduentantiū hostium conspectus & fremitus, à diui Nicolai porta in urbem, & trans Arnū in forum & curiam usque permeauit: tāta populi trepidatione, ut plerique pauore concitante portis sese in agros cum uxoribus & liberis eiicere properarent: uixque pauentium turba imperio magistratū, & obstructis iam portis sisteretur: quū eodem tempore tormēta è propugnaculo portæ diui Nicolai, atq; item ab aduerso aggere munitionis, quæ erat trans Arnū Crucianæ portæ imposita, in proiectos hostium equites, horrissono reboatu disploderetur: & Malatesta milites suos arma capere, & in muro consistere: urbanā uero iuuetūte Stephanus Colūna sublati uexillis curiæ arēā, & fora tueri, perstreptibus undique tympanis iuberent. Ea repente cōmotę perturbatęque urbis facies, imbellium præsertim oculis atque auribus insolita, usque adeo uehementer patrū animos perculit: ut iam petēdæ pacis consilia, quàm gerēdi belli potiora censeretur. Aurantius postridie speculatus urbi situm, à meridie apud tēplum Margaritæ Montichię castra posuit, contra mœnia, quæ excelsō montis supercilio imposita, eam urbis partem quæ est ultra Arnū, à diui Nicolai porta, modò erecto, modò decliui muro, usq; ad Fridianam portam præcingūt: quod nusquam eius tortuosi & inæqualis muri structura debilior appareret: & si arduo eo colle cui tota ciuitas subiecta est, potiretur, inde productis tormentis hostes subigi posse iudicaret. Quamobrem Malatesta deprehēsis militari coniectura hostium consiliis, intentissima cura extruendis aggeribus incubuit, æquato ciuium & militū studio, laboręque, tanta contentione & celeritate, ut quum facibus accensis periculosa loca noctu permuniret, omnis paulo antè conceptus timor ciuium animis decideret, uel ob id maxime quod Malatesta ex cōsilio Stephani Columnæ, & Marij Vrsini, totum diui Miniati collem templo insigni, & excelsa sacre turris specula maxime opportunum, ne eo potiretur hostis, ualida munitione fossęque circūcidi, urbique adiici curauisset, turręmq; tormentis iussisset instrui, quibus hostium castra in subiecta ualle posita, ad destinatos ictus, omnibus propè horis peterentur. Aurantius porro geminos terrenos colles è sua ualle ubi castra locarat, molliter assurgentes, Miniatinique montis æquantes superciliū, occupare, munitosq; maioribus tormentis instruere constituit, quod ubi à Florentinis ducibus est animaduersum, cohortes quę toto montis aggere frequentibus propugnaculis præsidio erāt impositę, signo accepto in hostes decurrerūt, ductante Mario Vrsino, cuius impetū excepit Petrus Maria Roscius ab oppido sancti Secundi comes uocatus. Hunc Aurantius ex Apulia cum ueteranis cohortibus euocarat, & propter uirtutē nobilitatęmq; generis inter charissimos in honore habebat. Itaq; acerrime dimicatum est, tantęque crescentibus utrinque auxiliis contentione, præliū est confertum,

A tum, atque protractū, ut multis interfectis, multoq; pluribus uulneratis, uel occidēte sole, ægre dirimeretur, & sequētibus diebus alterno impetu utriusque partis milites, ad maiorem præcipue cliuum, quē Giramontem appellabāt, iusto propè prælio concurrerēt, nullaque in re uel audendo, uel resistendo Etrusci Aurantianis cederent, quorū principes Hispani quòd agilitate corporum armaturęque genere ualere, uideri cupiebant. Ad extremum, quum pro his collibus aliquādiu acerrime & cruentissime decertatum esset, multis de causis intermissa contentione, Aurantius eos obtinuit atq; permuniuit: sic tamē ut casam in proximo

B Barduciæ uillę, quam uti inuadendę hostium munitioni opportunam occuparat, premētibus Amici Venafrani, & Perusinorū cohortibus, relinquere cogeretur, iubentęq; Malatesta, totum id ædificium succederetur, & in conspectu hostiū deleteretur. His præliis mirum in modū ad capeffendam pugnam, ostendēdamq; uirtutem utrinque ita exarserāt militum animi, ut neq; Aurantius de subigendā urbe desperaret, neq; Malatesta constantibus usque adeo ciuibus, de felici rerū exitu dubitare uideretur. Nam huic tanta cum singulari diligētia ordinata dispositaque erant pro mœnibus ueterum militū præsidia, ut neque uim hostium ab

C ulla parte, si murum tormentis aggredierentur, extimescēdam prædicaret: neque intus ullam tumultus procellā oriri posse arbitraretur: postquam milites & armata iuuetus mutua præsidij spe (uti oporteret) in officio religiose continerentur: summa nanque magistratuum prouidentia, neque esculenta in foro uenalia deerant: nec quicquam aliud frustra à milite desiderari poterat, quando certa quæstorum fide, ad diem singulis cohortibus stipendia prouenirent: omnisque uel iurgij uel contētio nis materia subito tolleretur seueritate Zanobij Bartholini, & Raphaëlis Hieronymi, qui cum autoritate summi imperij per urbem uolūtates, & miram in foris & compitis trāquillitatem adaperitis tabernis, nec intermissis usquam tribunaliū officiis, summę securitatis & pacis otium representabant. Aurantius autem præter copias Germanorum & Hispanorum, quæ erant uetustate stipendiorum, & longa exercitatione firmissimę, acciuerat sibi nobilissimos quosque ac fortissimos Italicę disciplinę proceres, quos ob id quòd plures secum traherent cohortes, uulgo Columellas appellabant. In his erant præter ipsos qui Romę & in Apulia militassent Roscium sancti Secundi comitem, Petrum Aloysium Farnesium & Alexandrum Vitellium, plerique alij, inter quos eminebant Romani sanguinis Ioannes Baptista Sabellus, Martius Columna, eiusque gentilis Camillus Mutio uiro forti genitus: atque item Pyrrhus Stipicianus, & Scalengus Astensis: præterea Braccius & Sfortia Baleoni fratres, peculiari odio Malatestę infensi: & secundum hos Andreas Castalius Neapolitanus, & qui postea non serò applicuit Fabritius Maramaldus, & uetus dux Ioannes Saxatellus è Togata Gallia cum ualidis copiis accersitus, iussūque Pontificis Ramazottus cum armata multitudine militum, clientiumque suorum. Nam apud montam

nos homines uir factiosus ab antiqua nominis autoritate plurimum ualebat: ex Apœninoque in Mugellanum agrum descenderat, & interceptis comitatibus magna Florentinis detrimenta afferebat: obsiderique urbs cœpta cis Arnem existimari poterat, quoniam è Bononia Felicitis Vitembergi legiones, & Hispanorum tyronum cohortes à Mutina transuersis Apœnini iugis propediem descensuræ, & diuersa ab Auratio intercedente Arno flumine, castra facturæ dicerentur. Italici generis milites, qui his quos diximus Columellis parebant, supra uiginti milia peditum summam efficere putabantur. Veteres Germani & Hispani sexdecim milium fere numerum implebant, præter eos quos Felix adducebat, & tyrones Hispanos, qui Petro Velleio Geuara duce nondum aduenerant, sic ut uera æstimatione ad non dubium omen diuturni belli, longissimæque obsidionis, utrinque uires uictoriæque spes æquatæ censerentur. Quandoquidē Florentinos non pro libertate tantum, sed pro gloria ciuitatis, Etruscisq; imperij dignitate, ab omnibus sociis desertos, oppugnatosque ab inuictis gentibus, summisque principibus, arma induisse minime pœniteret: & unicam ueræ constantiæ laudem spectantes, quicquid uel iniqua belli fors afferret, tam æquis quam indomitis animis latenti uiderentur.

FINIS LIBRÏ XXVII.



PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM

SVI TEMPORIS LIBER XXVIII.



Repotentis nobilissimæque ciuitatis constantiam, quum inauspicatæ libertatis noua iura defenderet, ingentisque animorum pertinacia antiquissimarum gentium gloriam æmularetur, armis famæque perdomitam narraturum, tantisper respirare, & priores spiritus resumere nõ potuit, dum instituti ordinis seriem sequutus, ea quæ distulimus, seruato tēporis tenore, suo loco referantur. Operæ itaq; pretiū duxi seruendum historiæ, ut nõ intercisa dissipatis mēbris, sed per partes inter se nõ absurde coniunctas, integra legētib; proponatur. Quo fit ut promissi memor

A memor ad Solymanum me conuertam, qui ab obsidione Viennæ inglorius discesserat. Sed priusquam hæc dicere aggrediamur, opportunū esse arbitror, ut rerū in Pānonia gestarū successum, paulò altius repetamus, scilicet ut boni mortales, quibus de causis cum Solymano contractū sit bellum, liquidissime cognoscant, & hinc quoque Christiani reges, quantum nobis hæc bellua ab immenso eius imperio, expeditisque opibus reformidanda sit reputādo expendēdoque pericula, consilium pro publica salute dignissimum aliquando suscipiant. Igitur Hungaris ad Muga-cium trucidatis, & rege ipso ad cœdum interitū palustri lacuna submerso, uictor Solymanus Budam rectè contendit. Vrbe regiæque potitus, ad Danubium posuit castra, inuisitque regiā arcē, ita tamen ut in ea minime pernoctaret, quòd antiqua Othomannorū lege cautum sit, ut imperator nusquam muris, sed suæ tantum custodiæ munimentis cōfidat. Ibi ad eum delata sunt occisorū antistitum & procerum cruēta septem capita, quibus renidenti ore illuisse uisus est, quum purpurati ea singula ligneo in gradu collocata, simulatè honoris causa inclinatā ceruice, & dextris ad pectus cōpositis nominatim salutarent, Papasque strenuos per iocum appellarent. Sed Solymanus graui fronte, quum singulorum nomina indicarentur, uehemēter detestatus fuisse ferebatur, unum præcæteris Ladislaum Salcanium Strigoniensem antistitem potentissimū, obiecto cœdæ auaritiæ probro, quòd is regē suum in tāta urgentis belli difficultate aurum mutuo deposcentem, quum multa pondera in eius thesauris laterent, adiuuare recusasset. Tomoreum porro stolidæ temeritatis incusauit, quòd uir conficiendis sacris dicatus alienæ functionis munus arroganter usurpasset. Ex aduerso Franciscum Perenum Varadi-nensem antistitem, nobilissimi generis uirum, seræ prudentiæ nomine laudauit, quod imminentis publicæ cladis nequaquā falsus uates, in cōfilio non insulse dixisse didicisset, quum Tomoreus de committēda pugna importune decerneret, postquam eius fatali sententiæ obsisti non posset, se prouidere quid cucullatus imperator postridie esset facturum. Eum nanque tanto ausu nihil omnino aptius præstaturum, quam ut celeberrimū diem Christiani calendarij fastis insereret, à cæde triginta milium Hungarorum martyrum, pro tuenda religione à Barbaris iniquissima prælij conditione concisorum. Eos enim Christiani martyres uocant, qui pietatis causa pugnantes, ultro egregie morti se deuouent. Reliquos tyrones audaculos appellauit, & in his præsertim Georgium Sepusium, Transyluaniæ præfecti germanum fratrem, & multa canicie senium præferentem, Ambrosium Sercanum, nobilitate generis, opibus & dignitate illustrem. Quum uero ei Ludouici & Mariæ uxoris simulachra ostenderentur, generoso ore dixit, se adolescentis regis calamitatem misereri, qui usque adeo male sobrios in re grauissima consiliarios nactus, pugnam absurda ratione committere properasset: & se non ea de causa ut ei adimeret regnum, sed ut acceptas ab Hungaris contumelias ultore gladio uindicaret, in Pannoniā uenisse affirmaret. Pro-

pterea si pugne discrimen euasisset, proculdubio certa tributi conditio- F
ne imposita ei Pannoniæ regnum redditurum, quando non sua, sed a-
liena culpa cladem accepisset, & sibi gloriæ futurum testaretur, si Sigif-
mundi regis socij sui fratre genitum, & tantis Austriæ clarissimæ do-
mum affinitatibus coniunctum conseruaret, tanta clementissimi sermonis
magnitudine differens, ut hæc animi sui decreta Mariæ reginæ, quæ Bu-
da Pannonium belli metu profugerat, enūciari iuberet: sicuti nos ab his
qui interfuerunt accepimus, quod profectò pro falso de Barbari regis
æquitate humanitatēque dictum uideri posset, nisi præclaro testimonio
ingentis suæ liberalitatis paulo post Ioanni Sepusio, nequaquam regia G
stirpe nato, & tum etiam hostilis animi speciem retinenti, id Pannoniæ
regnum, uel nullis præcūtibz meritis, dono dedisset. Exinde æneas sta-
tuas tres prisca artificij sustulit, quæ in uestibulis regiæ à rege Matthia
Coruino, omnis uirtutis atque elegantiæ studio, constitutæ fuerāt. Hæ
clauigeri Hercules, citharædique Apollinis, & pharetrata Dianæ for-
mas referebant, quas pro trophæo Pannonicæ uictoriæ monumentum
Byzanti in Hippodromo collocari iussit. Abduxit etiā tria inusitata ma-
gnitudinis, operosique artificij tormenta, quum passim ad ornamentum
insignia, & literæ argento scalptoria arte æri incluso essent admi- H
randa, quæ Illyricæ Bosnæ regis fuisse dicebātur, in expugnatione Scia-
batij oppidi ad Sauum capta, atque item æneas aliquot striati operis co-
lumnas, quæ portarum epistylia sustinebant. Moratus est ad Budā dies
ferme uiginti, quo spatium innatæ suæ genti sæuitiæ indulgit: nam diuer-
sa in proximas prouincias equitum agmina prædatū sunt emissa, qui-
bus hinc ad Giuarinum usque, illinc ad Tibiscū amnem regio omnis
improuisa atque horribili populatione ita uastata est, ut supra centum
& quinquaginta hominum milia omnis ætatis & sexus, aut gladio cæ-
sa, aut in seruitutem adducta referantur, quas prædatorias manus post- I
quam redeuntes in castra recepit, eodem quo uenerat itinere Byzantiū
est reuersus. Hisdem uero diebus Ioannes Sepusius è Transyluania edu-
ctis copiis, ut regi opem ferret, serò in Pannoniam uenit, non obscure
regis morte, & magno suo commodo lætatus, aspirare nanque cœpit
ad Pannonici regni fastigium, quando ipse nulla extante regia prole,
inter Hungaros proceres esset clarissimus, & propter uictoriam quon-
dam de agrestibus, Georgioque Secalo Bornomissa collega partem bel-
lica laude illustris haberetur. Itaque Ioannes ualido prudentique inge- K
nio uir erectus in spem potiundi regni, singulos proceres diligēter pre-
hensare cœpit, obtestarique ne proximis comitiis Hungarici nominis
decus prodere uellent, si uetustissimæ dignitatis imperium ad externam
atque inimicæ gentis nomen traduci pateretur. Debere Hungaros pro-
bè meminisse quantas clades superioribus tempestatibus acceperint,
quum alieni externiq; sanguinis reges sibi accerferent, & aduersus Tur-
cas inauspicata eorum signa sequerentur, satis præclaro documēto esse
debere superiorum temporum calamitates, quas uel Sigismundus Bo-
hemus,

A hemus, uel superior Ladislaus Sarmata ad Nicopolim semel, atque ite-
rum ad Columbatium, & ad Varnam demum infeliciter cum hoste bar-
baro dimicantes Pannoniis importarint, quando ea detrimēta, quæ uel
longa Ladislai ignauia, uel hac dudum infelicis filij temeritate subii-
mus, memorare dispudeat, sub quo militaris disciplina, gloriæq; Hun-
nicæ uirtutis penè tota interiisse credi potest. Superesse profectò proce-
res Pannonici sanguinis, & antiquæ, ideoque imperio dignissimæ, stir-
pis, qui generosos spiritus gerant, atque animos restituendæ publicæ di-
gnitati, & tuendo regno pares in hoc publico luctu consilia fortia at-
que arma expedita inuictis animis proferant, inter quos usque adeo de-
missi, uel hebetis ingenij numerari nolim, uel si me nonnulli clariores,
honore natalium atque opibus antecedere uideantur, ut me regēdo re-
gno, administrandoque bello quenquam uirtute aut fortunam meliorem
fore confitear: satis nanque fortem atque animi uirtute pernobilem
præstabo regem, si ab hac certa fidelis animi propensione, suffragio ue-
stro dignus existimabor. Hac uia ingressus multum rogādo fatagendō-
que Ioannes multorum studia promeruit, eoque facilius quod Stephe-
nus Bator procerum clarissimus, ad Ferdinandum paulò ante in Bohe-
miam contendisset, & Ferdinandus apud Bohemos indictis comitiis
uehementer esset occupatus, quibus primatum & popularium præoc-
cupatis uoluntatibus rex erat appellandus. Per eos dies Hungari cele-
brandis regiis exequiis animos intenderunt, quum Ludouici integrum
cadauer Cetrifchi armigeri indicio repertum, & è Mugaciana palude
ad Albam regalem fuisse relatum. Dictis nanque solennibus inferiis,
insigni pompa apparatusque tumulatum est, apud ea sepulchra quibus
superiores reges condi consueuerant. Exinde exequiis rite confectis,
Rhacos est indictum, id est, comitale concilium armatæ multitudinis,
D cuius autoritate acclamationeque ex uetere legis instituto Pannoniæ
reges creantur. Eius autem Rhacos is fuit exitus, ut Ioannes, quum ne-
minem in publico luctu competitorem habiturus uideretur, quando
nemo uel clarissimus candidati nomen profiteri auderet, magno om-
nium applausu rex appellaretur: præstōque ei maturè adfuit Petrus Pe-
renus, in cuius custodia, uetustissima ex rudi auro Hungarici regni co-
rona seruabatur, qua solenni cærimonia legitimi reges coronari soliti
sunt. Ea Stephani primi Pannoniæ regis fuisse traditur, seruaturque in
arce Vicegradensi antiquissimorum procerum, more per manus tradi-
to seruatoque. Atque ita Ioannes rite coronatus consecratusque est, de
E manu Pauli antistitis, qui in locum Ladislai Salcani Strigoniæ antistes
fuerat suffectus, & Stephani Brodarici presulis Vacienfis, quem propter
eruditi ingenij uim, & dexteritatē in omni rerū actione singularē, epi-
stolarū scriniq; regij magistrum effecit. Arericum uero Cibacchū in
præfectura Transyluanie Vayuodā sibi constituit, qui Varadinensi etiā
præfulatu interfecti ad Mugacium Pereni loco, dudum fuerat exorna-
tus. Regij autem creando ex ordine militarium procerum, mirifice fa-
l iij

uerunt hi, quos è Transyluania alarum praefectos traduxerat, uiros bello pacèque praestantes. In his eminebant Hungarico sanguine progeniti Stephanus Verbetius, qui Romæ apud Leonem legatus fuerat, & Paulus Artadus, atque item Gregorius Peschenius, & Nicolaus Gleffa, Ianusque Docia. Per hunc modum, dum nouus rex firmandis imperij uiribus, asciscendisque sibi & promerendis proceribus liberaliter atque humaniter studet, Ferdinandum Hungarici imperij æmulum in Bohemia regem creatum didicit. Is ex uetere controuersia eius litis, quæ agitata fuerat inter Matthiam Coruinum & Federicum Cæsarem proauum, præclara hæreditatis iura proferebat, ducta scilicet à Ladislai morte, qui in Bohemia in ipsa nuptiarum celebritate, ueneno sublatus ferebatur, ambitione malignitatèque Georgij Poggibratij, qui Bohemiæ affectans regnum id paulo post occupauit, uidebaturque aduenisse tempus, quo Ferdinandus Bohemico auctus regno, & Caroli fratris opibus subnixus, nec oblitus sui iuris, Pannoniam non iniqua ratione repeteret, Austriano sanguini, ideoque sibi ab Alberti principis memoria debitam. Neque Ferdinando præter Austrianas & Germanicas uires, quorundam Pannoniæ procerum studia deerat, quum apud eum essent semitransfugæ turbulentique homines, nouarum rerum cupidi, & quo facile impelli poterant liuore corrupti, inuidensque prorsus Ioanni Hungarici diadematis decus, tanquam præcipitatis comitiis tumultuariòque fauore imperitæ multitudinis, ipso dignioribus ereptum. Nam præter Batorem, cui petendi adipiscendique regni prærogatiua optimo iure obuenire posse dicebatur, eminebant & alij pari prope nobilitate, & bellica uirtute illustres, Valentinus Turaccus, Stephanus Maylatus, Ianus Sala, Gaspar Seredius, Balthasar Pamphilus, & Ferentius Gnarus. His accesserat Paulus Bachithius, genere Triballus, uir eximie bello fortis, qui apud Turcas Mahometanis initiatus sacris, ex necessitate fugiendæ seruitutis ad nostros redierat, renouatoque baptisate Christiano ritu fuerat expiatus, & Mugaciano prælio intactus euaserat. Horum omnium hortatu Ferdinandus suo pte ingenio repetendi sui iuris auidus, confisusque Bohemorum auxiliis & Noricis copiis, quibus accedebant è Rhetia superiore cohortes euocatae, & satis magnus è Stiria, Carinthiaque leuis armaturæ equitatus, Budam recta perrexit: cuius aduentu grauius permotus Ioanes, ut qui rerum omnium difficultatibus erat circumuentus, nec satis haberet copiarum, quibus agnoscere stabilirèque noui regni opes posset, atque infirmissima apud se partim metu, partim leuitate gentis studia fore prospiceret, nequaquam hostem Budæ expectandum esse constituit, hortatusque duces suos, ut cedenti, & aduersis infestæ fortunæ flatibus uela dare coacto adesse uellet, cum his copiis quas adduxerat, & quas demum conscripserat, Pestum traiecit, atque inde nusquam consistere ausus iustis confectis itineribus, superato Tibisco, ad Tocaium castra fecit. Id erat munitum castellum, in ulteriore ripa positum. Eius discessu cognito Ferdinandus sine uulnere Buda potitus est, ubi

A ubi aliquãdiu permanfit, consultatumque est, an aufugiens hostis esset persequendus. Eorum autè sententia uicit, qui perterritum hostem priusquam auxilia compararet, aut noua consilia susciperet, adhibita celeritate consequendum tenebant. Itaque Ferdinandus his maxime ducibus quos memorauimus omnes copias commisit, qui continuatis itineribus quanta festinatione equorum lassitudo pateretur, & pedites gradum intendere poterant, ad Tibiscum peruenerunt, & nauigiis quæ caris aduexerant connexis, contabulatoque ponte Tibiscum superantes, explicatis uexillis ad Tocaium ubi Ioannis erant castra instructa acie peruenerunt. Quo hostium superuentu percussus Ioannes, communicata cum ducibus eius periculi difficultate, consilium capit sibi necessarium potius quam decorum. Suadebat enim duces promptissimis animis pugnam poscentes, contemptis ferè hostibus, ut ipse paululum acie excederet, amoueretque se periculo, & si ita iniquior prælij fors ferret, sese incolumem secundis fortunæ casibus reseruaret: ipsos nanque quod turpissimum sit Hungaris ad arma natis oblatum ab hoste prælium detrectare, inuidtis atque indomitis animis aduersus transfugas constantissime pugnuros. Eminebat inter duces Ferentius Bodo singularis uirtutis & fidei dux uetus, cui rex præcipuum militiæ sceptrum atque uexillum de manu tradiderat. Is summa peritia pro numero generèque militum acie instruxit, in medio ipse constitit cum Hungaris, cornua Transyluanorum copiarum tenuerunt. In Austriana autem acie Valentinus mediam pariter aciem cum Hungaris tenuit ubi erat uexillum, duas medio agmini coherentes brachiorum instar firmauerunt, hinc Stiriana, illinc Noricæ equitum ala. Sed Paulus Bachithius ex Turcica disciplina astu & insidiis uti solitus, cum globo Vfaronum, qui sunt leuis armaturæ equites, latrociniis assueti, remotiore in loco struendis insidiis idoneo contra læuum hostium cornu cõsedit, ita ut ex occasione successus qua parte oporteret in hostem impetum facturum uideretur. Tum uero militum animis non multa ducum cohortatione ad pugnam accensis, minora utrinque tormenta curulia, quæ gallinacei oui magnitudine pilam euomebant, displosa sunt: paruo quidem detrimento, quum procurrere & manum conferere simul turme properarent, alternis utrinque cornibus ala pulsæ profligataeque sunt, nam Stiriani equites Transyluanorum uim non diu tulerunt: quum in altera parte Noricus equitatus cataphractus, nouas & collectitias Bodonis copias in læuo cornu prostrauisset. Eodemque tempore ab utraque media acie paribus Hungarorum animis atque artibus contractum est certamen, usque adeo acriter inuehendo procurfandoque, ut nusquam antea uehemētius & pertinacius dimicatum fuisse appareret. Sed nouo cataphractorum impetu qui pulso dextro cornu in hostium latus ruebant, tota Bodonis acies uel egregie resistens fortissimèque dimicans, loco pulsa perturbataque est, eo quidem euentu, ut ipse Bodo imperator, qui uexillum seruare reparareque aciem aliquandiu fuerat conatus, incumbente Paulo Bachithio ab Vfaronibus

caperetur, & reliqui duces desperatis rebus profugerent, non multaque eadem edita tormēta ad unum omnia, uexillaque in potestatem hostium deuenirent. Quum rex ipse conspecta fuorum strage, periculo ingenti fugę cursu se eriperet ad ipsos Sarmatię fines, uictores, uti oportebat, in Transyluaniam penetrarūt: quibus populis nullo negotio in ditionem acceptis, uniuersa prouincia ad authoritatem Ferdinandi regis se contulit: Bodonem porro cum reliquis nobilioribus captiuis atq; uexillis ad Ferdinandum miserunt. Ceterum Bodo quum uel proposita libertate flecti non posset, ut sacramentum Ioanni dictum uiolaret, & cōtra eum militaret, ab clementissimo alioqui rege in tenebricosum carcerem noua: ciuitatis relegatus est, atque ibi aliquanto post pēdore consumptus, miser fato suo concessit. Nec multo post Ferdinandus inclinantibus in eum Hungaris fere omnibus, ex usu uictorię rex est acclamatus, atque eadem uetere aurea corona, quam idem Perenus uir incertę fidei, ideoque facile ad officium rediens detulerat, cum Anna uxore quę Ludouici regis erat soror, insignitus est, celebratis eius solennis pompę cęrimoniis apud Albam regalem: Exinde Ferdinandus utriusque regni rara felicitate compos factus, in Bohemiam rediit, pręsidęque qui Pannonię regnū administrarent, delegit. Hi fuere Stephanus Bator, qui cum summa potestate Prorex est creatus: cui collega addebatur Paulus Strigoniensis antistes, qui & ipse à Ioanne defecerat. Berethsaxium autem epistolarum magistrum fecit: Alexium uero Tursonem Morauę gentis, cuius soror Petro Pereno nupserat, arario pręfecit. At Ioānes usq; adeo acerbe mulctatus à fortuna, ad Hieronymum Laschum profugit, uirum inter Sarmatas ab illustri nobilitate, eruditęque uirtutis nomine clarissimum. Is tãti hospitis occasione lætus nihil antiquius habuit, quàm ut regem in eas amissi regni calamitates pręcipitatum accuratissime atque humanissime recrearet, pollicereturque ei in spem recuperandę dignitatis opes suas, quę nō erant mediocres, & quod rediuiuę felicitatis interfuit, ingenium suum in omni actione humanarum rerum ualde mirificum. Non erat ingrata Sigismundo regi ea Laschi erga regem hospitalitatis liberalitas, quanquā ne Ferdinādum offenderet amicitia atque affinitate sibi cōiunctū ingenue clientis officium dissimulare uideretur, uel ob id quod antea ipsius Ioānis Sepusiani tū reguli, germana soror in matrimonio regio fuisset. Qua de causa fiebat ut Laschus nihil tenerioris officij in percolendo hospite prętermitteret, nec tamen Sigismundi regis existimatio læderetur. Quum uero multum inter se colloquendo deliberandóque, integrum fere mensem absumpissent, Laschus excelsó solertique ingenio grauissimarum rerum cōsilia agitare atque apte terminare solitus, postremo ad id unum descēdit, ut ab uno tantum Solymano maturam opem afflictis & perditis rebus sperandam censeret, arbitrareturque generosissimum eundem & longe maximum regem, supplicis & eiecti preces minime neglecturum, si ipso miserante subleuantēque restitutus foret ex tanto beneficio se clientem factum ex authoritate

A tate Othomānici nominis regnaturum profiteretur. Intelligebat siquidem Laschus à tanto elatissimique animi Imperatore, non regna quę illi abunde superessent, nec facile enumerari possent, postquam magnam orbis terrarum partem imperio complecteretur, sed magnificentissime laudis gloriam peti, qua pręinsita orientis regum animis uanitate, eum impense oblectari didicisset. Hoc erat consilium, ut usu apparuit, Ioanni maxime salutare atque honestissimum, si expulsi atque exulantis conditionem respiceres, sed in causā Christiana nō obscure nefarium, postquam priuari commodi nomine Resp. in longe maximum atque horribile discrimen adduceretur. Verum ægra mortalium mens quum de salute sollicita parum speret, nulla unquam uel ancipitia, ideoque saepe nocitura, remedia repudiat. Nec multo post decreto facto Laschus, qui nominis sui famā pręclaris operibus extendere cupiebat, legatione suscepta Byzantium contendit. Fama est Sigismundum non modo euntē non retentasse, sed iuuisse etiam diplomate, atq; instruxisse eum literis, quibus tanquam ciuem familiarēmq; suum extraordinarię & peculiaris legationis munus suscipientē, sibiq; charissimum, purpuratis, & nōnullis Sarmatici etiam sanguinis qui in aula Solymani gratia ualebant, commendabat. Itaque Laschus emēso itinere ubi Byzantium peruenit, primum omnium allatis muneribus, quę elegantia potius quàm pretio placitura grataque pręcipue uxoribus eorum futura nō absurde existimarat, purpuratorum non modo, sed Ianitorum etiam amicitiam promeruit: quando apud uenales Barbaros nihil magis in pretio sit quàm simplex uel astuta liberalitas. Inter purpuratos qui Bassa uocantur, eo tempore authoritate pręstabāt Lufrebeius, in cuius matrimonio Solymani soror uisebatur, & Habraymus ex Acarnania Pargę humili uico natus, & cū Solymano à prima pueritia molliter educatus. Is Visir, hoc est purpuratorum princeps, euaserat, & quum teneret regium sigillum, cunctisq; supplicibus libellis & epistolis subscribere cōsueffet, reliquos aula proceres honoribus ualidos, ex peculiari, atque firmissima gratia, authoritate anteibat. Per hunc modum insinuatus & sapius apud purpuratos sine interprete loquutus, quod Illyrica lingua omnibus fere in aula esset familiaris, Ioannis regis causam egit, atque eum mirifice commendauit, nam salutato tantum Solymano sub primum ipsius aduentū de negotio acturus ad purpuratos de more fuerat reiectus. Neque enim Solymanus uirum Christianum intra septa aulę ad colloquium admittere consueuit. Petebat Laschus à Solymano, ut Ioannes Ferdinādi Austriae principis iniuria, & quorundam Hungarorum perfidia regno pulsus, Pannonię rex, & Othomānici nominis beneficiarius appellaretur, ideoque Turcicis armis in regnum reduceretur, sicuti proprium esset Othomannicę ditionis, postquam illud iure belli adiudicante fortuna ab ea insigni uictoria Solymanus felici dextra uindicatis iniuriis, deuictisque hostibus sibi peperisset. Ioannem, qui commendatione uirtutis publico in concilio Hungarorum omnium legitime rex fuerat appel-

latus, & rite etiam ex antiqua regni formula coronatus, nunquam, si in F clientelam tutelamque reciperetur reducereturque, tanti beneficij memoriam animo depositurum, egregiaque fide gratissimi animi maiestatem Solymani perpetuo cultu ueneraturum, atque ea quae imponeret tributa quotannis persoluendo, inita clientelae nomen cunctis gentibus declaraturum. Id uero si Solymanus supplici concederet, tam ipsi honorificum, & ad beneficentiae famam splendidissimum fore, quam Ioanni utile uel decorum. Nam praeterquam quod magnanimi reges beneficio dando potius quam accipiendo Diis superis aequentur, etiam id Othomannis magnopere conducere constaret, ut Turcae infirmo & beneficia- G rio regi potius finitimi sint, quam Ferdinando qui a Bohemis rex ascitus, & Caroli fratris, cui Germani bellicosi homines parent, opibus fretus, bellum inferre, quam in finibus pacem tueri malle existimari possit. Non inepte siquidem cauendum esse Turcis, ut quae sibi bellando para- uerunt, iisdem armis defendant, nec quenquam supra caeteros potentia atque opibus augeri sinant, aliquando etenim fieri posse, ut Carolus auctoritate uirium amplissimus, in eandem indicendi sacri belli causam reliquos principes trahat, & pro religione uti superiores Europae reges fecerint amissa, omnino repetenda iudicet, cuius uiribus non facile demum H resisti posset. Haec disertissime dicta, quum Solymano ex occulta fenestella auscultanti a purpuratis referrentur, non magni negocij fuit imperatorem gloriae potentiaeque auidum eum perpulisse, ut Pannonicum bellum rursus susciperet, & Ioanis preces ad animum admitteret, pollicereturque ex usu nouae uictoriae ea concessurum quae postularet, modo fidem tueretur, & ingrati nomen maxime abhorrendum existimaret. Interea Ferdinandus non temere Pannoniae regnum sibi graui ratione confirmandum existimans, neque alicunde uehementiore, quam a Turcis uim timens, pertentare Solymani animum, atque eius amicitiam appetere I constituit, ratus eam honesta conditione posse comparari, si quo iure inductus Pannoniae regnum inuaserit, & ceperit, apud Barbarum nequaquam abhorrentem a iustitiae laude, antiquae suae litis seriem explicaret, & se legitimum eius regni haeredem praeclearis nostrae legis monumentis demonstraret. Existimabat enim Solymanum tot undique uictoriis auctum, & iam plane tot regna fastidientem, ueluti summa gloria contentum, pace parta aliquando conquieturum. Petebat autem hisdem conditionibus amicitiam atque inducias, quibus Ladislaus & Ludouicus filius per aliquot annos ab Othomannis regibus antea meruissent, & tum K etiam Sigismundus Sarmatiae rex pari induciarum tranquillitate eius amicitiae beneficio frueretur. Itaque idoneum nactus hominem, qui haec mandata Byzantium deferret, Ioannem Oberdancum uirum Pannonicum deligit, hunc iusto comitatu exornat, & muneribus, quae purpuratis largiretur, decenter instruit. Sed ubi Oberdancus emisso itinere Byzantium peruenit, Solymanus sua spe durior est inuentus, auersosque se penitus purpurati a mentione induciarum praebuerunt. Nam tamen si le-

gatus

A gatus humaniter a Solymano fuerat receptus, auditusque patientissime in confesso purpuratorum facunde & diligenter causam egerat, in exitu tamen legationis, nihil plus quam superbi atque insolentis decreti responsum tulit. Dixerat enim Solymanus alienum esse a maiorum institutis, eos in gratia amicitiamque recipere, qui Othomano nomini iniurias intulissent, proinde Ferdinandum impudenter facere, qui alieni iuris regnum inuasisset, atque id retinere posse confideret, quando eius uetera iura plane inania quae ostentaret recenti sua uictoria, Martaeque iudice oblitterata antiquataque fuerint. His de causis eum toto induciarum & amicitiae B munere indignum uideri, seque eo esse animo ut contumeliam quam acceperit, probe uindicandam ducat, indictoque bello rursus sibi Pannoniam omnino repetendam, tantis autem se copiis eam expeditionem suscepturum, ut Ferdinandum uel intra Norici, Germaniaeque fines sit inuasurus. Proinde ei omnem belli cladem pro induciis atque amicitia denunciaret, properaeque Byzantio excedere maturaret. Caeterum Oberdancus ubi Vienne nam est reuersus, quae retulerat regis praesidibus comunicando, barbarorumque minas & maturum Solymani aduentum pronuntiando, quum nemo Germanorum, ut ea crederet adduci posset, aliquandiu pro uanissimo nebulone habitus est. Quamobrem ut effugeret inuidiam uera pro falsis interpretantium, ad Ferdinandum peruolauit. Is tum erat apud Spiram Nemetum urbem ad ripam Rheni positam, ubi petitioni suae suffragatores comparabat, quod ea instarent apud Germanos comitia, quibus ipse coronato Carolo fratre Caesar esset designandus. Is nuncius non mediocriter eum perculit, quod eorum quae diceret, & se facturum profiteretur hostis barbarus, non facile fide fallere solitus, proculdubio euentura prospiceret, alienoque tempore auxilia a Germanis petenda uiderentur, si tanto hosti obuiam eundem, & Hungarorum saluti consulendum foret, D Carolo praesertim fratre Italicis implicito bellis, & rebus undique ad multam rei nummariae inopiam redactis, qua una cogi milites & barbaris resisti posse iudicaret. Adulto uere, & lato iam gramine uirentibus campis, Solymanus nihil ab instituto consilio repetendae Pannoniae discedit, magistris equitum imperat ut copias omnes ad signa uocent. Europeis equitibus imperabat Habraymus, Asiaticis autem Becrambeius: hic ad edictum ex Asia copias in Europam traducit: ille aduocat Sanzacos omnes, qui sunt prouinciarum praefecti. Ab his ex uetere disciplina accersuntur Subases, Vayuoda & Flammurani, qui distinctarum alarum atque turmarum praefecti sunt. Hi omnes indicto die, opportuno loco conueniunt, praecipueque apud Sophiam Triballorum urbem, quae Europei magistris equitum certa sedes est, sicuti Asiatici urbs Cuthea Galatiae. Praemittuntur itaque uoluntarij equites, qui sunt extraordinariae militiae, temporarijque stipendij ex omnibus prouinciis, Transdanubianisque praesertim, ad praedae spem euocati, ideoque eorum lingua Achangi appellantur. Eorum ingens numerus esse consuevit, utpote qui supra quinquaginta milium numerum impleant: reguntur autem imperio pecu-

liaris præfecti, qui ex antiquissima Turcarum familia, uti uirtus prouehit ex uetere prærogatiua deligitur. Is tum erat Acomathes Michaloglis, qui anteire magistri equitum agmina, & primus in hostilem regionem irrumpere, & late prædari, ferroque & incendio cuncta absumere iubetur. Itaque Solymanus præeuntibus Europæis, & Acangis, Asiaticis terga tuëtibus, Hadrianopoli profectus, quintisdecimis castris Belgradum peruenit, superatòque Sauo Drauòque fluminibus iter recta Budá extendit. Hisdem ferme diebus quibus Solymanus Belgradum applicuit, Ioannes rex quanto maxime potuit honestissimo Hungarorù procerum comitatu septus, ipso Lascho comite ad Solymanum uenit, ut honoris causa in gratiam clientelamque suscipiètem, præfens agnosceret, tutelarem eius dextram oscularetur, atque eum ut promissa præstaret gratias agendo ueneraretur. Ille graui fronte, sed amico obtutu parù se è puluino commouens, dextram suam fide uirtutèque præstantem, ideòque semper ualituram apud eos quos in amicitiam reciperet, porrexit, testatus nihil sibi optatius & melius à maximo numine posse tribui, quã ut miseros ab ipsius præsertim hostibus iniqua & indigna perpeffos subleuare posset. Proinde bono animo esse uellet, cuncta enim que ultore gladio eo bello de hostibus pararet, liberali animi decreto ei protinus esse concessurum. In conciliando autem Solymano Ioannes Habraymi Bassæ efficaci studio profecit, quem antea per Laschum Byzantij ita precibus atque muneribus præoccupato eius animo, sibi beneuolum amicùmque parauerat, ut regiæ causæ patrociniùm facile suscipere, Aloysio Gritto præsertim internuncio felicique auspice. Is enim castra sequebatur, & uti erat Andrea Venetorum principis filius, ideòque præclara eius nominis cõmendatione insignis, & omnis elegantia peritus, ab intimo conuictu secretiorèque consuetudine familiaris, tanta ualebat gratia, ut Habraymum ab occulto quodam sydere Solymani genio non obscure imperantem, eo quo uellet facile perduceret. Grittum siquidem Byzantij natum atque educatum, ideòque Turcicæ usque ad admirabilem facundiam peritum linguæ, generosi mores, & domestici apparatus splendor, summâque in omni re, agnoscendisque præsertim, & perite æstimandis gemmis, quarum mangones domi aleret, mirabiliter commendabant, usque adeo ut in eius hortos, quos apud Peram habebat, ex Italica disciplina cultissimos, Solymanus ipse oblectationis causa ab Habraymo perduceretur, atque eo secessu iucundis sermonibus, tenerioris amicitia gratiam aucuparet, inde magno quæstuu uectigalibus atque portoriis præficeretur. Aduentantis Solymani fama, rectaque Budam ire pergents, Budenses metu perculsi, ferme omnes urbe profugerunt, & in proximas urbes, pars Strigonium, pars Albam regalem, alij Possonium demigrant. Itaque uacua pene potitur Budá, & arcem, quæ Germanico præsidio tenebatur, oppugnari iubet. Turcæ perfectis per cuniculos subterraneis operibus, uectibus & dolabris, ima turrium fundamenta subruere conantur, ut suppositis ignibus ar-

cem

A cem excindant. Quibus Barbarorum operibus territi Germani, quod paribus cuniculis ex disciplina obuiam ire nequirent, nec tormentis se se defendere possent, & imminentis excidij propinquum iam discrimen præsentirent, de deditioe signa proferre, & cum Barbaris colloqui cœperunt, inter quos nonnulli erant Germanicæ periti linguæ. Præerat arci Thomas Nadaustus inter Hungaros nobilitate generis, eruditique ingenij dotibus illustris. Is uti debebat egregie fortis custos, milites cum hostibus colloqui uetat, & in hostes tormenta conuerti & dirigi iubet, ignauia simul atque perfidia eos arguit, comminatúrque eis pœnam fœdi supplicij, nisi extrema quæque oppugnationis pericula sustinenda censeant, & decus Germanici nominis, Ferdinandique præsertim, à quo stipendia acceperint, atque opima præmia expectare possent, constantissime tueantur. Sed iam sulphureus uapor succenssi in cuniculis tormentarij pulueris, ad nares Germanorum permeabat, & ex discurrentium spectantiùmque Turcarum habitu, non obscura concasura mox turris indicia deprehendebantur, quo ingentis periculi metu adducti rursus ad idem deditioe consilium redeunt, quòd præsentis uel maturæ iam cladis pauorem alte conceptum, nullus uel teterrimæ pœnæ metus, aut admissi flagitij pudor, aut custodis amplissimi uiri reuerentia superarent. Itaque quum Nadaustum minaci fronte uociferantem in sententiam decretæ deditioe adducere non possent, eum comprehendunt, uinculâque iniiciunt, ne resistere, aut hiscere queat, conspirantes cum hoste saluis rebus paciscuntur. Id raturum habuit Solymanus. Cæterum quum eius præsidij milites, qui erant fere septingenti ex conditione incolumes, sarcinisque suis onusti in Possonium abirent, & Ianizeri occupata arce Nadaustum solum uinculis pariter dimissuri essent, Solymanus de militum perfidia, probitateque Nadausti certior factus, quo nefario flagitio contaminatos sua lenitate indignos putaret, ut alienæ perfidia scelus ulcisceretur, Ianizeris ad unum trucidandos obiecit: Nadaustum uero ipsum stipendio inuitatum, idque renuentem humaniter dimisit, ipsius etiam Ioannis regis commendatione adiutus, quanquam soror eius esset in matrimonio Stephani Maylati desertoris primo, & mox atrocissimi sui hostis. Id sæuè cædis facinus immani imperatoris iussu non iure modo, sed ad laudem etiam ueræ uirtutis atque iustitiæ patratum uideri uolebant Barbari, qui sacramentum militiae nullo uel præsentis metu mortis uiolandum censebant, quod fortasse æquum existimari posset, nisi atrox atque perpetuum Barbari hostis in nostras gentes odium, si iusta humanitatis iura æstimentur, eleuaret penitus, & euerteret. Cur enim Germani qui beneficio ipsius peccauissent, & diplomata concessa libertatis obtinuissent, usque adeo crudeli nece mulctandi uideri potuerint, quum ipse Solymanus in ea alienæ perfidia causa propriam abruptæ fidei notam subiret, & quam quærebat iustitiæ laudem tam crudeli quam turpi sententia præuerteret. Exinde Solymanus eo consilio ut

m

Viennam duceret, castra mouens, ex itinere Altaburgum oppidum F Bohemico custoditum praesidio admotis copiis adortus, uel impigre Bohemis aliquandiu propugnantibus, sed mox cadente ipsorum duce, concepto graui metu murum deferentibus, expugnauit, interfectis fere ad unum Bohemis. Ab Altaburgo Acanges uersus urbem Quinque ecclesias uocatam praedatum dimisit, qui intercepta ingenti omnis generis hominum praeda, nemine usquam resistente praeteruecti Viennam, luctuofas ad Linzium usque excursiones fecerunt, ita ut passim atrocibus incendiis aedificia conflagrarent, & magnus Viennensibus incuteretur timor. His Barbarorum praecursionibus antea prouisis Ferdinandus graui incensus cura, quas potuerat euocare & cogere copias, intra Viennam contulerat, & maioribus cogendis praesidiis implorabundus opem, singulos regulos singulasque ciuitates adiens uolitabat, qua in re aliquanto quam pericula postulabant, seigniores Germanos reperiebat, ideoque etiam tardius quam uellet conficiebat, quoniam celeritate Solymani praecoccupatus fuisse diceretur, in oreque omnium esset Oberdancus, qui tanquam non falsus uates probo ore quam a Barbaro imperatore dicta fuerant, non sero futura praenunciaisset, & Viennenses uanitatis & incredulitatis suae poeniteret, & tum feruidissime que H opus erant pro tuenda salute munimenta circa urbem praepararent. Paucis autem diebus secundum amissae Budae famam circiter uigintimilia peditum & equitum Viennam confluxere, quibus praestantissimi praerant duces, inter quos eminebant Philippus Palatinus, Nicolaus Salma, qui Ticinensi praelio in quo rex Galliae captus est inclaruerat, & secundum eum Gulielmus Rocandolphus regiae aulae magister Italicis clarus bellis, & Ioannes Cazianer uir pugnax, natione semi Illiricus, cui postea Viennae praefectura obigit, & secundum hos Nicolaus Turrianus, Ioanes Hardecus, Leonardus Velsius, & Hector Raynsachus, inter Germanicos proceres cum genere, tum bellica laude illustres. Ab his praeparata sunt aenea circiter centum curulia tormenta, praeter minora. Haec erant fere trecenta, quae pilam plumbream infra anserini oui magnitudinem ferrent, & pro corona mœnium iuxta pinnas, earumque fenestellas in canteriis disponebantur. Circiter idus Septembres Solymanus Viennam peruenit, aliquanto tardius quam sperarat, quod eius cursum toto fere itinere propter plenos & creberrimos eius aestatis imbres, amnes inflati multis in locis alueorum marginibus superatis inundantes, retardassent, ob idque Danubius se ipso K largior atque turgidior, minus idoneam aut tutam nauigationem subeuntibus tot nauigiis, onerariisque praesertim lincibus, praerberet. Igitur Solymanus quinque castris diuerso atque opportuno loco positus urbem circumplexus, tantam per omnes campos tabernaculorum multitudinem Viennensibus e sacra turre, quae e media urbe excelsissima atque pulcherrima structura exurgit, prospectantibus ostendebat, ut octona undiq; suburbani agri millia passuum occupare censeretur. Habraymus

A braymus montem ubi castellum est antiqui operis desertum praecoccupat, unde non interiecto magno uallis spatio totam urbem despiceret possit, extra tamen tormenti iactum. Becrambeyus autem confidebat contra Purgatoriam quam uocant portam, iuxta Sancti Vlderici templum. Tertia castra erant Michaloglis, quae secundum accliuia montis ad templum sancti Viti latissime extendebantur. Quarta erant posita ad Scotorum portam ad Danubij ripam pertinentem, qua in parte constituta fuerant Asaporum turbæ, quibus admiscebantur ualidae Ianizerorum cohortes, quae repente erectis munitionibus praelongis B sclopettis rem gerebant, nec quenquam in muro Viennensium consistere patiebantur: adeo nanque perite glandes dirigebant ut pluteos perforarent, atque his appositi milites sternerentur, & sedulo collimantes destinato intra sagittarias fenestellas crebro glandes conicerent, & in statione pro corona consistere ausos uulnerarent, superfunderetur autem tanta sagittarum uis intra urbem, ut per regiones qui non essent galeati tanquam e caelo decidentibus sagittis grauissime ferirentur. Caeterum Solymanus ad diui Marci templum praetorij uexillum crexerat, septus hortorum lateritiis munitionibus, & per Asapos actis C cuniculis mœnium fundamenta subruere, & dolabris & uectibus non uno in loco muros praecidere iubebat: nam quum muralibus careret tormentis, ad id oppugnationis genus uia rectior & potior uidebatur, uel ob id praesertim quod magno Viennensium commodo accidit. Volfangus Hoder Possonio exiens cum iusto tormentorum apparatu expeditisque copiis subeuntem aduerso flumine Turcarum classem eo euentu aggressus fuerat, ut multa nauigia minora demergeret, & lintres aliquot magnos, quibus maiora tormenta ad oppugnationem mœnium subuehebantur, perforaret atque demergeret, & Turcae amissis pluribus e numero sociorum naualium, multisque militibus qui classi praesidio impositi fuerant interfectis, insigni clade afficerentur, paucisque suorum amissis Volfangus Possonium uictor rediret. Reliqua tamen Barbarorum classis ubi Viennam peruenit, primo impetu pontes omnes praecidit & diruit, nam Danubius paulo supra urbem in aliquot partes diductus paruas efficit insulas, quae pontibus iunguntur, per quos Austriana uia in urbem dirigitur. Ea classis ita uersus arcem constitit, ut neque terra neque flumine aditus ullus liber aut tutus exituris uel ingressuris relinqueretur, & si armatorum Cuneis effectis portis erumperent, facile a Barbarorum multitudine intra urbem cum detrimento retruderetur. Nam paulo ante Ioannis Ardechii equites uel egregie pugnantes & splendidis muniti armis erumpere ausi, detrimento accepto, cum ab equitibus, tum a Ianizeris sclopettariis reliquisque sagittariis tanta perturbatione pulsii reiecti sunt, ut multis interfectis & uulneratis Volfangus signifer cum uexillo caperetur, qui non multo post a Solymano insigni donatus ueste ad suos remissus est, cum mandatis, ut ad deditiōem praesidiarios milites sim ij

mul & Viennenses ciues hortaretur. Ipsum enim si pertinacius resisterent, pro humanitate atque muneribus quæ offerebat, in omnem ætatem & sexum gladio sæuiturum. Sed ea erat omnium constantia, ut nihil tanta multitudine hostium terrerentur, & probe se mœnia defensores confiderent, postquam nulla hostibus esse muralia tormenta perspicerent, quibus facile murus quati atque perfringi posset, nisi Volfgangus è Possonio nauali prælio uictor aliquot inusitata magnitudinis tormenta demersisset. Neque enim quæ Barbari adueherant curulia tormenta campestribus potius præliis apta, quam pulsandis diruendisque mœnibus idonea, nullam nisi in summa cõrona ad G pinnas uim afferebant, uidebaturque peritis tot ducibus Germanorum Viennæ mœnia tanquam ab imperitis architectis antiquitus structa, ob id magnopere inepta esse atque inualida ad sustinendam grauissimam tormentorum oppugnationem, quoniam rotunda & tanquam circino in orbem circumducto nulla extantioris prominentiæ propugnacula haberent, unde oppugnantium hostium latera per obliquos pilarum ictus feriri possent. Nam neque antea Ferdinandus à quoquam finitimo uim timens, neque Viennenses qui multis annis hostem non uidissent, muniendæ urbi curam intenderant, ut pote qui nihil antea, H uel admonente Oberdansco de Barbarorum aduentu timuissent, uixque terrenam nequaquam densi aggeris munitionem, quæ idoneam propugnaculi haberet proiecturam erexerant, circa unam tantum Carinthiæ portam, aliis autem in locis ligneas extantis podij modo casulas protulerant, ut inde nihil ab hoste conspecti defensores grauioribus sclopettis rem gererent. Sed his falconum hostilium crebris ictibus deiectis & deturbatis, aut perpetua glandium minorum grandine terebratis, totus pene murus propugnatoribus nudabatur: tãta quoque fuit temporis exiguitas, ut duces uti oportebat ex gleba cespitè, I que, altiora intus munimenta erigere nequirent. Ibi enim de more constitui debebant maiora tormenta, nam magno numero imposita curubus suppetebant, quæ longissime in hostium castra globos ferreos euibrarent, ita ut illorum nullus esset usus, quòd nullo alto stabilique propugnaculo collocari possent. Apparebat siquidem si in altiores aggeres educerentur, quos hodie propterea quòd emineant & excelsi sint caballerios uocamus, magna clade Turcarum castra posse affici, nam paulo ante duo Hispani Daualus & Aquileria tormetum mediocre quod mediam colubrinam uocant, in præalta mœnium parte, usi K tato ergatè molimine funibus eduxerãt, cuius ictibus aliquot hostium tabernacula prostrata fuisse spectabantur. Itaque omnis labor totaque spes subruendi muri apud Turcas posita erat in cuniculis, qui tribus in locis subter fundamenta mœnium ducebantur, quorum operum sonitum sedulo auscultantes Germani, & quò tenderent telluris commotæ pulsu certis (ut alibi diximus) plenorum aqua peluium, & tympanorù militarium instrumentis deprehendentes, paribus cuniculis

A lis occurrebant, quando necesse esset tympana solo apposita, uel ex minimo terræmotu commota membrana palpitare, uasa autè pariter concussa tellure crispantem aquam ostendere. Ad hæc suspectis in partibus murum introrsus ingentium trabium tibicinibus effulciebant, ut casura extrorsus mœnia proruerent, uti tum accidit quum excitatis ab hoste cuniculorù ignibus ad Carinthiam portam magna pars muri tremefacta, incolumi tamen turre hisceret, atque extra prolaberetur, Turcæ præpediti ruina & confertim ingredi conati facile ab armata Germanorum phalange repellentur. Nec multo post contra templù diuæ Claræ proruens murus binis hiatibus editis, sed his non omnino latis Turcæ ad irumpendum inuitaretur, & quanquã propter angustias tenui cuneo intrarent, cruentum tamen, sed suo maxime sanguine, certamè cum Germanis eius stationis contraxerunt, tanta Barbarorù audacia constantiãque nostrorù, ut protectæ splendētibus armis cohortes facile inermem turbam hostium temere proruentem, & cuspidibus sese ultro offerentè egregie sustinerent, & quòd Barbari essent numero impares, multos eorum confoderent, tergaque dare, & tumultuose regredi multis cadentibus cogerent. Triduo post atrocissime dimicatum est, quum pars muri iuxta Carinthiam portã non longè à priore mœnium ruina ita concidisset, ut Turcæ nostrorum phalanges in pomerio constitutas, paratãque ad pugnam excipiendam patente ruina conspicerent, adorirenturque ardentibus animis, & abiectis demù utrinque sclopettis & arcubus ad gladios incuruos & prælongos enses Germanicos, quos ambabus regunt manibus, rem deducerent, quum eadè ratione qua Germani duces hortabundi phalangè promouerent, & Turcarù præfecti suos non uerbis modo feròq; ululatu capeffere pugna, sed illatis uulneribus ad prælium compellerent. Certabatur omni genere telorù ignèque missili, sic D ut nusquam acrius & periculosius hoc seculo pugnatum fuisse diceretur. Ambustus est Othingus nobilis regulus, & nonnulli pariter è Barbaris ordinum præfecti, quoniam Asapis & Ianizeris equites ipsi dimissis equis suisque protecti scutis & incuruis armati gladiis equestribusque hastis audacissime miscebantur. Ad extremum quum tribus horis esset pugnatum Turcæ insigni detrimento accepto per easdè ruinas extrorsus præcipites dati sunt. At Solymanus tot irritis & maxime cruētis suorum præliis permotus, supremum immanium uirium suarum conatum editurus, præfectos omnes aduocat, acerbissimis castigat uerbis, quòd E partè prope uictoriæ defuerint, ignauissimèque contra morem inuictæ gentis à limine semicaptæ urbis (quod pudeat uiros fortes) pedem retulerint. Propterea confirmarent animos, & rursus ad renouãdam pugna corpora atque arma pararent, ne dedecus admitteretur. Se enim putare turpissimum incepto abscedere. Proinde existimarent, aut egregie in posterù diem expugnata urbe uincendù, aut ignominiose pereundum. Ab hac atroci denunciatione postridie, qui fuit idibus Octobris, supremo conatu redintegrata est pugna usque adeo terribilis, ut quum Barbari

agminatim per easdem ruinas in urbē irrumperēt progredenterūque, & densatas horretēsque hastis nostrorum acies contemnerent, præunte incredibili crepantium sclopettorum procella, collato pede pugnetur. Sed magno statim nostrorū commodo nonnulla maiora tormenta certis locis perite disposita collibratāque in proruentes Turcas emissata sunt, tāta strage edita ut milites prodeuntium ducum imperiis & minis parere desinerent, & Turcico gladio interfici quā Christianis tormentis sterni satius & melius arbitrarentur: atq; eo modo finis Viennensium periculo est impositus, & insolentis tyranni pertinacia fracta est, non dubia cum laude Germanicę uirtutis atque ignominia barbarorū. G Postero die Solymanus sibi discedendum multis de causis iudicans, captiuos quosdam ornatos uestē serica, pecuniāque donatos in urbem remisit, ut ducibus Viennensium referrent, se non eo consilio obsessum oppugnatūque Viennam uenisse, ut urbem caperet, sed peculiari de causa ut Ferdinandum hostem suum nancisceretur, quocum de Pannonia possessione nobili prelio contouersiam finiret. Verum postquam eum Viennę non esse, & in ulteriorem Germaniam abiisse didicerit, moturū inde castra, & ad quærendum persequendūque eum tanquam præcipuum hostem esse progressurum. Proinde ipsos reſte facturos si sese dederent. Quod si facerent, ipsum neque ingressurum urbem, & Viennenses præſidiariosque eorum incolumes saluis rebus seruaturum, donaturūque perpetua immunitate. Hęc Viennenses uti à Barbaro propter desperatam urbis expugnationem prolata irriserūt, maximoque rerum discrimine liberatos cōfessi sunt. Nam postridie, qui fuit trigessimus dies obsidionis, Solymanus castra mouit, tribusque itineribus, & tribus maximis agminibus iter cepit: nam Strigonienſi uia, atque item altera qua ad Cranium Semilliricam regionem ducit, & tertia qua iter est in Bosfinam digressum est: ita ut Habraymus ultimo loco regij agminis terga clauderet, & classis totis Danubij ripis omnes commeātus & reliquarū rerum facultates terrestri agmini suppedicaret. Verum à tanti hostis discessu, lætitiā ingens perfudit luctus, quoniā supra sexaginta milia Germanorum capitum in seruitutem abducta ferebantur, ut magno Viennensium incommodo totus ager succisis uitibus & frugiferis arboribus fœde deformatus uisebatur. Solymanus autē Ioannē Budę regem constituit, beneficiariūque & amicum ex diplomate & solennibus codicillis appellauit, adiunxitque ei Gritum, ut ea pararent quę confirmando regno opportuna uiderētur. Accidit autē (quod minime prætermittendum uidetur) tametsi Barbari laudē respiciat, ut Solymanus Ioannē in eius tabernaculum cum proceribus Hungaris admissum impense rogaret, ut Paulo Strigoniensī & Pētro Pereno elemēter parcere, & in pristinum gratiæ locū recipere uellet. Nam Ioānes ab eorum ingeniis amicitiaque plurimū abhorrebat, quoniā illi fluxa fide sacramentique immemores idem quod sibi antea dum coronaretur officium Ferdinando præstitissent, tanquā desertores oblitque Hungarici sanguinis ad Germanos

A manos defecissent. Ad id clementiæ munus, quum duriorē se ostēderet Ioannes, atque prædiceret eos propter ingenij leuitatē præclarā malignitate cumulatam, nequaquam in fide permāuros, rursusque quā deficerent occasionem priore turpiore inuenturos, Solymanus uocem paululum intendēs nō Barbaro, sed optimo rege dignissimam: An tibi, inquit, in hac uita melius atque honestius quicquā euenire posse putas, quā si ex tua clementia, qui tui sint hostes ingrati apud mortales euadant, hoc est æterno ignominia probro notati, quum in te sempiterna probi & clementis animi laus mansura sit? Nec multo post instantis iam hibernis frigora timens, infesta iumētis camelisque præsertim calidiore sub celo natis, iter cepit ad Belgradū, atque inde in Thraciā est reuersus. Cuius discessus aliquanto maturior quā sperassent homines, sicuti Cæsarem ingenti cura metūque liberauit, ita Florētiorum animos magno opere conturbasse uisus est, qui nō ineptē sperauissent Cæsarem suo permotum periculo Barbaris occurrurum. Quid enim ineptius atque absurdus, quod ad existimationē eius pertineret, quā proprias uires impia quadam obstinatione alieno atq; inuidioso implicasse bello, dū Noricus ureretur ager, & Ferdinandus frater nouo Pannoniæ regnō pulsus, C patrimonij sui dira incendia prospectaret, scilicet ut liberam ciuitatem, secus ac superiores Cæsares fecissent, urbes tyrannide oppressas liberare soliti, ad ueterem redigeret seruitutem? Quid porro ignominiosius Pōtifici accidere posse, quā Cæsarem retentare, qui peculiare deflagranti patriæ suæ subsidium afferre deberet, suoptēque ingenio publici periculi causam generosa uolūtate, nisi sacrorum princeps religionis obliuisceretur, esset defensurus? Sed uel in deiectis tanta spe animis, nihilo secius uigebat illa pertinax uoluntas, ut omnes pacis conditiones abnuerent, quæ specioso susceptæ libertatis nomini officere possent: nec tamen aliunde reperirent, uel priuatis, uel publicis cōsiliis, quā ratione diuturno resisti bello possēt, postquā deserti ab omnibus sociis, oppugnatique constantissimis duorum maximorum principum uiribus nihil de belli exitu dubitarent. Id uero fiebat quod in ciuitate populares dominarentur, imperiti homines, uti paulo ante unū tantū mercaturę dediti: peritis autem rerum, patritiisque præsertim & recte sapiētibus nullus esset in re: locus: utpote qui is tantū optimus ciuis existimaretur, qui acerbissime eos ciuiū ordines, qui antea in administrāda repub. ualuisse, proscinderet, & de Pōtifice insolentius loqueretur: sicuti paulo ante intēperanter euenierāt in publicis concionibus, quas in templis facundissimi quidam iuuenes ad populum habuerāt, ut iuuentutem ad capeſſendam institutæ urbanæ militiae disciplinam, hortarentur, qua ciuitatis dignitas & publica omnium salus constaret. His autē orationibus singulari assensu, atque omnium commendatione exceptis unum id maxime petebatur, ut Mediceæ familiæ dominatus probroso nomine tyrannidis appellarent, eorūque ciuium ordines qui illius beneficia munerāque sensissent, aut producti in curiam fuissent, tanquam improbos adulatōres,

oblitosque publicæ dignitatis effuse criminarentur. Sed unus ante alios F Petrus Philippus Pandulphinus, præstati quidem auctore, sed uecordi patre genitus, furioso quanquam erudito orationis genere, usque adeo petulanter in Mediceum nomen est inuectus, ut quum in templo Laurétiano Cosmi pietate atque opibus ædificato, ubi sunt Mediceæ gætis sepulchra, conuocaretur, ad abolendam tyrannicæ stirpis memoriã templum illud decreto publico funditus euertendum diceret. Multo autem æquioribus auribus auditus est apud sanctæ Crucis templum Baucius Caualcantes. Is moderatæ & perelegantis eloquentiæ neruos intendens, quæ opus essent aptius persuaferat, quam nonnulli alij qui maledictiæ fræna laxauissent. In his fuerat præter Pandulphinum Aloysius Alamannus poëta Etruscus, qui multum ante nefariæ coniurationis in necem Iulij Cardinalis susceptæ, quum complices capite pœnas dedissent, elapsus damnatusque diu exul in Gallia fuerat. His cohortationibus non iuuentus modo, sed tota ciuitas hilarior atque paratior ad tuendam libertatem reddebatur, ita ut eximium robur in urbana iuuentute esse putaretur, quæ splendidis armis & diuite cultu ornata sub singulis tribunorum uexillis instructa prodibat, & uti dux eorum Stephanus Columna iussisset, militiæ munera implebat. Certabatur enim quotidie, nec urbana iuuentus contineri poterat quin ueteranis militibus, ubi periculum posceret, aut uirtus digna uero milite ostendi posset, audacissime misceretur. Auratius porro totum urbis ambitum, qui est trans Arnum à Nicolai porta ad Fridianam lunato circuiu complexus, ita diuersarum gentium castra castris perductis munitionibus coniunxerat, ut Florentinorum eruptiones perpetua statione militum, & tormentis aptissimo loco collocatis facile contemneret. Ita enim fiebat, ut quicquid mœnium à media diui Georgij porta, quæ editiore urbis cliuo erecta est, Hispani eruptiones hostium ex superioribus locis obseruarent, Itali uero ad ortum solis usque ad Roscianam uillam extenderent, quæ excelso ædificio insignis cliuoque impo- sita urbem ab orientali latere trans Arnum prospectabat. Germani autem paulò remotius in ualle circa Baroncelliam uillam constitierant, ubi erat forum rerum uenaliu, & Auratij prætorium uisebatur. Nihil tamen Auratius tentandum de oppugnatione & prolatis tormentis usquam quassanda mœnia arbitrabatur, quæ murus admirabili structura firmissimus, nisi longo labore, multoque sumptu atque periculo aperiri dirique posset, tot præsertim propugnatoribus, qui audacia numeroque præstarent ad omnes hiatus, hostilemque impetum occursuris. A Giramonte autem tumulto quem maioribus instruxerat tormentis, eius munitionis frontem quam in Miniati templi horto erectam fuisse diximus, creberrime quassandam susceperat. Nam ab ea substructione lignea altior suggestus à Malatesta fuerat eductus: unde subiecta hostium castra uerberari poterant frequentibus pilis multa cum pernicie commeantium militum. Nam ab ipsa etiam sacra turre quæ cuncta prospectabat, uno atque altero falcone perite constituto à quodam Lupo Florentino qui

A turri præerat, diligentissime res gerebatur. Eam autem turrem demissis storiis duplicibus, densissimisque culcitris & lanarum saccis circumquaque munierat, ut immixtas pilas crassa mollitie obiecta obtunderet & eluderet. Nam ab Aurantio maiora tormenta in Giramonte constituta in turrem intetissime dirigebatur, quæ causa fuit, ut minutis præliis quotidie certaretur, & multi uiri fortes interirent, in quibus fuerat Bartholomæus è Fano Fortunæ spectatæ uirtutis præfectus, & Iacobettus Corfus eximie promptitudinis centurio, è Cæsarianis autem Cisca Pisanus & Bonifacius Parmensis. Vulnerati quoque plerique illustres, & in his Roscius ipse, B Alexanderque Vitellius, quum recipientes sese Etruscos ad modum constanter Mario Ursino reducente, audacissime præmerent. Ea autem erat natura uulnerum, ut qui glandibus circa ossa paulò uehementius essent uulnerati, difficillime mortem euaderent, & multi longa plagarum sanie tabeque affecti, irritis remediis morerentur. Propterea Florentini operam dabat, ut ampliores militum manus mercede compararent: nam præter urbis custodiam, minora etiam præsidia reliquis urbibus atque oppidis quæ erant in potestate, imponenda uidebantur. Magno nanque ad sustinendam obsidionem usui erant, Pratum, Pistorium, & à Pisana uia ad septimum lapidem Lastra castellum, atque inde Empolis, quod est mediū Etruriæ mercatu celebre oppidum, quod antiquitus Emporiū fuit, atque inde Pisa, & sinistrorsum Volaterra. Itaque pecuniam in stipendiū Neapoleoni Ursino mittunt. Is in agro Romano propter familiæ clientelas & opes erat potens, & se auersum à Pontifice, & Cæsarianorum hostem profitebatur: numerumque earum quæ antea habuerat cohortium & turmarum auxerat, accitumque in Etruriam penetrare iuebatur. Cuius consilio cognito Auratius Alexandrum Vitellium, qui eius transitum impediatur, in Tifernates suos mittit. Is diligenter exploratis hostium itineribus, D coacta ualida manu Tifernatium, Neapoleonis copias iuxta sancti Sepulchri oppidum improuise adortus paruo negotio fundit, ereptisque uexillis & exutos armis profligat, ita ut propè ipse Neapoleo caperetur, & Vitellius re bene gesta ad Auratium rediret. Hisdem fere diebus quibus Alexander Vitellius ad Umbriæ fines aduersus Neapoleonem est missus, Stephanus Columna audaci suscepto consilio, ad inuadenda hostium castra nocturnam eruptionem instituit, quod magnæ sibi gloriæ futurum apud ciues, atque ipsum Galliarum regem, cuius auspiciis operam nauabat, rebatur: ipso id plurimum expetente Carduccio dictatore, si non E defensuros modo mœnia Etruscos, sed ingentibus etiam animis castra ad- oriri, prodireque in aciem ausuros ostenderet. Id facinus eo ordine silentioque constitutum atque innotuit, ut cum Malatesta, paucissimisque tribunis re communicata, nocte suboscuram noctem ex condito tribus portis erumperet. Ioannis scilicet Taurini cohortes à cliuo diui Georgij, & Octauiani Signorelli à Catelina porta, quum his cœptæ pugne ex instituta tessera, uel ad faciendum impetum uel ad receptum, signum daretur, Stephanus ante omnes à diui Nicolai porta magno silentio per me-

diã uallem, quæ est inter Roscianã uillã collem & Giramontem, ubi F
erant perpetuã hostium stationes iter habuit, cum Ioãne Taurino præ-
fectorum pugnacissimo, sexcentisq; delectis militibus, quibus adiun-
xerat Florentinã iuuentutis cohortẽ. Hæc Alamanni Pactij tribuni ue-
xillũ sequebatur, in quo Monoceros erat depictus, eo Stephani edicto,
ut nemo longam hastam deferret, ne iter habentibus & in angusto pu-
gnaturis impedimẽto forent, quod secures & lato ferro breuiora hasti-
lia, quæ partisianã appellatur, & prægrãdes enses, qui ambabus regũtur
manibus ad eãdem faciũdam habiliora putaret, nec sclopettos magno
usui fore arbitraretur, ne à strepitu, quod esset præcipue cauendum, ho- G
stes excitarent. Stephanus quum nemine hostium sentiẽte præteruhe-
retur planã uallis spatium, in Sarrã Columnã cohortes impetum fecit,
quod propter ueteres similitates in Sarram interneciuo odio defereba-
tur, tanto autem silẽtio, ut quum ex itinere ad compitum, cui Quinque
uiã nomen est, excubias semisopitas extemplo oppressas iugulasset, ad
Margaritã Montichiaẽ templum ædificiaque, ubi Sarranarum cohorti-
um statio erat, peruenerint, adortique improviso multos trucidarint,
ægre Smaragdo Parmesẽ tribuno inexpectatum hostium impetum an-
gustiore in loco sustinẽte. Is Sarrã tum forte ægri & absentis uices gerẽ- H
bat, atque opem magnis clamoribus excitatis à proximo quoque præsi-
dio petere, & suos magnopere perturbatos conglobare contẽdebat. Ac-
cidit autem magno casu, ut irrupentibus per ædificia Etruscis, & mul-
tam eãdem in obuios per tenebras edentibus, lanij cuiusdam castrensis
stabulum reuulsis postibus aperiretur, indeque magnus grex suum cum
ingenti atque horrifono grũitu prosiliret, tam graui atque inexpecta-
to impetu per crura militum peruadẽs, ut oppugnatiũ cateruas pertur-
baret, & multo grauior pugnatiũ atque opem imploratiũ strepitus
augeretur, & ad ipsũ Aurantij imperatoris prætorium, & Germanorũ I
castra, tanti tumultus terror dissonus & incertus, cunctis ad arma con-
clamãtib; peruaderet: atque accurrẽtium undique auxiliorum accẽsa
faces, appropinquantisq; ipsius Aurantij funalia spectarentur: aliquã-
to hercle maturius quã Stephanus crediderat. Nam hostes nequaquã
ipsius inuadentis impetum, non ante sensuros putabat, quã duorum
tormetorum geminatis bombis tessera his daretur, qui opportune post
contractum certamẽ in auersos, & ad Mõticiam ubi erat tumultus pro-
perantes, erant erupturi: Quum ab ipsa sancti Georgij porta, ubi præpa-
rata erant Ioãnis Taurini cohortes, & à Catelina, Octauiani Segnoreli,
Perusina essent subsidia, quæ erumpendi signum expectabant. Itaque
quum ab omnibus partibus ad arma conclamaretur, Stephanus non te-
mere ueritus ne sibi reditus præcideretur, uti antea constitutum fuerat,
magni cornus cantu receptui cecinit, multis quidẽ hostium interfectis,
& nõnullis etiam equis in reditu captis. Deceptus utique spatio tempo-
ris, nec parũ præpeditus à porcis, nullo accepto incommodo in urbẽ re-
diit: nõ parua tãto ausu collecta apud ciues gratia, quum ad nõ inane
uictoria

A uictoriaẽ spem, si pari successu primis initiis media respondissent, operã
longe promptissimã ea nocte nauasse diceretur. Ab eo nocturnã trepi-
dationis periculo singuli hostium duces iubẽte Aurantio, nequaquam
apertis in locis, sed nouis munitionibus circũductis, se aduersus noctur-
nos diurnosq; impetus diligentissime conspserũt, sic ut in posterum
audacissimã gentis uim atque solertiam minime contẽnendam esse de-
clararent. Præerat Emporio Franciscus Ferruccius Florẽtinus, nouã mi-
litiaẽ laudem quærẽs, quod Neapolitano bello apud Soderinũ proqua-
stor fuisset, multũque ideo apud Nigras cohortes uersatus, reipub. for-
B tem operam, ut inde claresceret, præstare cupiebat. Is Lastram oppidũ,
quod diximus firmo ualidum muro, iusto tuẽdum præsidio ratus. quo-
niam magno usui obsessã urbi ad suppetẽdos commeatus iudicaret, eõ
cum trecentis militibus tres cõturiones Michaẽlem Angelum Paraniũ,
Floriuantium Pistoriẽsem, & Octauianum Bertinorum e togata Gallia
ea spe misit, ut eos continuò per ampla tormentarij pulueris copia, & cõ-
meatu adiuturũ promitteret. Sed centuriones oppidum uacuuẽ temere
ingressi, consisiq; Ferruccij promissis, dum ea parant quæ ad defensionẽ
opus sint, hostes cõtra se aduentare cognoscunt. Aurantius nãque his-
C dem de causis, quod id oppidum opportunũ hosti fore prouidebat, ex-
pugnandũque cẽsebat, ad id munus Rodoricum Ripaltam cum His-
panorum cohortibus e castris misit. Tum uero centuriones, quos antea
dixi constãti animo, Hispanos muro scalas apponentes multis uulnera-
tis repellunt. Qua re permotus incẽsusq; Ripalta ab Aurantio postu-
lat, ut sibi tormenta muralia submitrãtur. Nec ille petẽti deest, mittun-
tũrque cum tormetis muralibus duo milia Germanorũ, quorum adue-
tu murus quatitur atque perrumpitur, Germanique illac intrare cõtẽ-
dunt, dum Hispani ad inferiorem oppidi partem scalis rursus murum
D aggredierentur. Centuriones deficiente sulphureo puluere, nullõq; com-
meatu adiuti à Ferruccio, uti sperarant animo perterrentur, nec intran-
tium hostiũ uim fortissime sustinent, sic ut abiectis fœde armis, frustra-
que salutẽ deprecantes crudelissime à Germanis trucidarentur. Ab His-
panis uero reliqui omnes, qui in inferiore erãt oppidi parte, paucis uul-
neratis caperẽtur, & centuriones non iniqua sorte in Hispanos incidẽ-
tes, dedentẽsque se æquo militiaẽ iure, ab his demum se centenis singulis
aureis redimerẽt. Dum Lastra quateretur caperetũrque iam perditis re-
bus superuenerũt auxilia: nam Otho Montacutus cum uexillis quatuor
E peditũ e Prato, & Georgius Sanctacrucius, & Amicus Arfula cum equi-
tibus urbe emissi per Signinũ pontem se ostenderunt: in quos tantus ab
hoste impetus est factus, ut equites citata fuga continuò se eriperent eo-
dem ponte, & pedites intento cursu euadentẽs ad Mõtelupum, nauicu-
lis Arnũ transire cogentur. Amissa Lastra Florentini quod, uti supra
diximus, Ramazottus cum ualida montanorũ agrestiuũ manu ex Apœ-
nino se demiserat, & Florentiola oppidulo, Scarpariaque castello occu-
patis, prædatũ diuersas suorum manus mittebat, quæ se in Mugellanũ

agrū usque ad Vicum pagum, & illinc dextrorsum ad Barbarinū oppidum effuderāt, & eos commearus, qui inferri obsessæ urbi possent, intercipientes: ut tot malis aliqua ex parte obuiam irent, Othoni Montacuto imperant, ut Prato copias educat, & operam det, ut quos nancisci possit ex his agrestibus opprimat. Secretò etiam monetur, ut Trebiam uillam Mediceæ gentis, quæ est medio fere itinere inter urbē & Scarpariam, intret, atque ibi Mariam Saluiatā cum puero Cosmo filio comprehendat, quòd hæc Iacobi Saluiati esset filia, apud Pótificem summa auctoritate uigentis, ideòq; obses paternæ fidei foret, & puer uti populares dicebant, tyránico sanguine progenitus tolleretur. Sed fata quæ cōsentientibus astris puero Etruriæ imperium destinabant, & ulla humani consilij malignitate præuerti non poterant, ab eo facinore Othonem auerterunt: siue quòd suo pte ingenio parcendum puero iudicaret, quòd sub Ioanne patre nuper ordines duxisset, siue eam uillam ualido quorūdam ueteranorū, & eius uicinie magno agricolarum numero, quos Saluiata ibi aleret, falso teneri didicisset. Trebia nequaquam adita Otho sinistrorsum deflexit ad Barbarinum, ut ibi nōnullos ex hostibus qui aliquantam pecoris prædam coegerant, improuisus opprimeret: facile itaque euenit ut eos profligaret, & prædam relinquere cogeret, atque inde Pratum est reuersus. Sed non multo post Otho in speciem patratæ cædis in quendam ciuem Lutherij prætoris alumnum reus factus: re uera autem quòd apud Trebiam uti iussus erat, Saluiatam cum Cosmo filio cōprehendere noluisse, & illi opportune ad Scarpariam oppidum refugissent, tacitæ pœnæ loco captus tortusque est, & inde in tetrū carcerem coniectus: q; octouiralis magistratus inuidiosum fore prospiceret, si de uiro forti nequaquā euulgatæ suspitionis crimine circumueto capitale supplicium sumeretur. Eodem hyemis initio Pyrrhus Stipicianus cum suis cohortibus ad soluendam obsidionem Peccioli oppidi in agrū Pisanum ab Aurantio missum, cum Florentinis copiis bis improspere cōfixit: semel ad turrem quam diu Romani uocant, & iterum ad Martis pagum, qui est inter Palaiam uicū atque Montopolim. Descenderat è Calphurnianis saltibus in Etruriā Hercules Rangonus, ab Alfonso Arestino cum ualida equitum & peditū manu missus, nam is Herculis ipsius Alfonso principis filij uices gerebat, quæ paulò ante Florentini numerato stipendio conductum, eorum militiæ ducem summum appellarāt. Verum deterrente Cæsare in Pótificis gratiam, ne filium mitteret Alfonso, quum adolescens Hercules toto eo belli munere subtraheretur, quin copias mitteret tanquam acceptis iam stipendiis Florentinorum sacramento addictas, adduci non potuit. Itaque Rangonus Ceccoto Tosingo Florentinorum legato adducente, & ex præsidiis Pisanis augēte eius copias, Cæsarem Foroliuensem, cum ala Aurantianorum cataphractorū Peccioli hibernantem obsederūt, triplicique certamine fatigatum eò plane iam perpulerant, ut diu hostium uim sustinere non posse appareret, quum aduentu Pyrrhi relicta oppugnatione perterriti ad Pontaderam se ita receperunt,

A receperunt, ut postridie Pyrrhus excursionem facta magnam maioris pecoris prædam abigeret, & sequentibus diebus dispositis insidiis Ceccotus atque Rangonus eum satis patenti campo adepti immixtis cataphractorum turmis facile funderet: quanquam Pyrrhus indomito corporis, atque animi uigore aliquandiu fortissime restitisset. Capti sunt tres eius cohortium præfecti, quum multi ex eius peditatu aut cæsi aut uulnerati fuissent: sic tamen ut nō multos post dies à Pyrrho, qui apud Castellum Florentinum copias instaurarat, in eundem agrum redeunte è uictoribus Hercules cognomento Brassichella Pifani sanguinis egregie fortis fusus eius cohorte apud uicum Furculas interficeretur. Secundo uero prælio (ut diximus) maiore aliquanto accepto incommodo, quum ad Montopolim se recipere posse credidisset, eo euentu profligatus est, ut quum Michaël Montopolitanus qui rursus oppidanos à Florentinis rebellantes ad fidē redegerat, è cliuo cum armatis decurrisset, Pyrrhus qui pertinacissime equestri prælio contenderat, in præpeditam fossam præceps propelleretur: unde quum ad salutem nullam sibi opem superesse conspiceret, relicto suo, qui tenaci uoragine hæserat, atque alieno repente conscenso equo, fuga se eripuit: quo casu Pallota Perusinus & Bartholomæus Spiriteus, nonnullique alij clari nominis præfecti in potestate Rangoni deueniunt. Nec multo post sub ipsam brumæ exitum magno luctu occupata est ciuitas, quòd duos inclytæ uirtutis duces, uno hostilis tormenti ictu amisisset. Nam quum in horti munitione, quam iuxta cœnobium diui Miniati ligneis substructionibus erectam fuisse diximus, Marius Ursinus, & Georgius Sanctacrucius speculabundi prospicerent, è Giramonte emissa colubrina quæ latericiam columnam perforauerat, interfecti sunt: quorum mortem eò lugubrius luxit populus, quòd eodē ictu accumulatis funeribus interiisset Auerranus Petrinus, Etruscæ iuuentutis formosissimus. Exeunte anno, qui erat trigessimus à partu Virginis supra mille & quingentos, Carduccius dictatura se abdicat, quòd is honos promulgata lege prorogari non poterat, & successor calendis Ianuariis esset ineundus, scilicet ut tanta dignitas latius dispensata, propositaque ex æquo à pluribus peteretur. Suffectus ei est Raphaël Hieronymus, quem è legatione Cæsaris redeuntem eleuatis hostium uiribus, senatum in pristina spe tuendæ libertatis, sustinendique belli prolixè confirmasse diximus. Hic non singulari tantum popularium studio adiutus est, sed mirifica etiam optimatum suffragatione, & præclaro assensu eorum ciuium, qui Mediceo nomini addicti, honestam pacem potius quàm asperum, & difficile bellum probarent. Existimabat enim plerique ciues Raphaëlem nequaquam tanta duritie acerbitateque, qua dudum Carduccius se totum à cogitatione pacis subduxisset, magistratum gesturum, quòd multis affinitatum necessitudinibus patritio ordini coniunctus, publicum bonum popularium factioni præferre uelle crederetur. Sed eum usque adeo noua summæ potestatis insignia spe clarioris famæ inflauerant, deprauarantque eius animū

quorundam amicorum malignæ cohortationes, ut facile omnium rerum, quæ publicam salutem respicerent, obliuisceretur, & summum decus in obstinatione gerendi belli reponeret: exitioso quidē consilio, cum sibi uti euenit, tum etiam nonnullis aliis qui propter insanam peruicaciam abhorrentes à pace, dignas postea improbitatis pœnas dederunt. Sed dictator ut declinaret inuidiam importuni consilij sui rationes honestissimis sententiis atque sermonibus contegebat, eoque simulatius, quod dudum apud Bononiam singulari cum laude Cæsaris, Frâcisum Sfortiam Mediolani principem restitutum, Venetósque item, qui Rhauentiam & Ceruiam Pórtifici redderent, à Cæsare ex amplissima eorum legatione in amicitiam receptos didicerant. Alfonso quoque Atestinum Ferrariensium principem, qui sub fide publica Bononiam uenisset, totam ipsius de Regio Mutinâque urbibus controuersiam ad arbitrium Cæsaris disceptatoris relaturum: Pontificem uero dexteritate ingenij, & longa prudētia in rem suam opportunè præditum, cuncta quæ uellet ab ipso Cæsare impetraturum. Propterea Germanos Apœninum transisse, tyrones Hispanos descendere in Etruriam, & tormenta maiora per Apœninum superatis asperrimis saltibus transuehi ad mœnia à duplici loco feriendâ aperiendâque, postquam nihil adhuc Aurātius è sua parte murum maioribus tormentis pertentasset. His aduersis famę rumoribus ciues in uniuersum admonebantur, ut mature æstimatis periculis æquam pacem aspero bello facile præferrent, ob id iam in coronis detestabantur id Carduccij consilium, quo delectis legatis, atque his diu retentis, & postremo sine mandatis publici decreti missis, Pontificem non impudenter modo elusissent, sed noua cõtumelia plurimum exacerbassent. Proinde aduenisse tempus credere, quo legati mitti ad Pontificem deberent, quando Cæsar à nemine quàm ab ipso Clemente exorari posse crederetur, neque ob id ullo piaculo ciuitas offendi posset, si à sacrorum principe ciuēque, quem alias non inhumanum, sed beneficium experti essent, supplices iustam peterent pacem, eoque demissius quod eam necessitate potius quàm uoluntate expressam peti appareret, ab his qui diuersis obsessi castris, & à Gallis deserti, neque à Venetis adiuti, nullam præterquam à Diis immortalibus opem expectarent. Quo fremitu populi adductus Raphaël, quanquam cuncta eius consilia ad bellum essent destinata, ut certius ciuium animos exploraret nonis Ianuariis uniuersum concilium indixit, ut liberis suffragiis decerneretur, mittendū ne essent legati ad Pontificem. Coiuere mille & sexcenti homines atque in suffragium iuere, usque adeo in id decretum propensis animis, ut mille supra trecentas atrii coloris fabas numerarent, eorum scilicet qui probassent, reliquorum uero albæ à bonis ciuibus irriderentur. Quo aduerso inopinatóque suffragiorum euentu fractus atque deceptus Raphaël, astuta præclaréque nefaria præuaricatione usus, decretum fieri uetuit, reiecitque ad peculiare consiliū octoginta uirosum, qui id consilium explorandæ tantum uoluntatis, non

conficiendi

A conficiendi decreti causâ uocatum, impudentissime decepta republica iudicauerunt. Hac actione dictator præclare extitit popularis, & sicuti apud bonos ciues intempestiuæ atque leuissimæ improbitatis notam subiit, ita apud populares, quos uulgo ab insanabili peruicacia rabidos uocabant, mirè laudatus est. Alteram quoque minoris inuidiæ labem suscepit, quum postulati Malatestæ sceptrum & uexillum supremi militaris imperij insignia, atque ornamenta, altera eius inchoati magistratus actione concessisset, contradicentibus multis, qui supremi imperij potestatem nondum plane explorato eius hominis ingenio, aut caute, aut nunquam tribuendam censerent. Multa nanque in ea republica, quæ tota popularis euaserat, rapide & inconsulte fiebant, quæ sæuitiæ labes præcipue apud rabidos & turbidos eius factionis, tanquam necessaria probabatur: nam capitale erat obloquentibus de eo reipublicæ statu, aut quoquo modo complectendæ pacis mentionem inducentibus, siquidem uel leuissima suspicione rei maiestatis facti festinato supplicio plectebantur. In his fuere Laurentius Soderinus, quod literas accepisset à Baucio Valorio, qui in castris pro legato apud Aurantium Pontifici operam præstabat. Iniecto siquidem laqueo è fenestra latronum more præcipitatus est, & Ficinus Marsilij clarissimi philosophi nepos, quod Cosmum Medicem, à quo urbs admirandis ædificiis, templisque præcipue esset adornata, iustum patris patriæ titulum meruisse dixisset, abscissis à carnifice ceruicibus, stulti proloquij, quanquam non inepti, pœnas dedit. Carolus quoque Cocchus, quod in corona dixisset æquum esse, ut in libera ciuitate cuncta belli & pacis consilia per omnes ciuium ordines dispensarentur, ut uno consensu ciuitatem liberam, & libertatis iura tuentem sentirent & agnoscerent, intempestiuæ sententiæ quanquam non iniquæ, capitali supplicio pœnam subiit: sic ut nec cucullato Franciscani ordinis, cui Rigogolo cognomē fuit, pepercerint, quod Pontificem alloquutus fuisset, imposito maiestatis crimine, quasi tormenta apud diui Miniati templum collocata clauis per spiramenta inditis configere cogitasset, in ipsa cuculla miser sacerdos decollatus est. Quin etiam ab intemperanti odio in Mediceos, quod ciuitati maxime pudendum, & hostibus pariter ridendum fuit, Antonium Carafullam à uetere infania non insulsum morionem, Mediceæ domus familiarem, in eum carcerem, qui Stincus appellatur, duci iusserunt, quod perambulando urbem, uociferandóque comitantibus & arridentibus pueris, decuriones & ædiles dixisset nunquam recte annonam curaturos, nisi Mediceorum instituta ad memoriam præsentemque usum reuocarent, qui uili pretio com meatum omnis generis coëmendum in omnibus foris proponere consueuissent. Sed Carafulla quum traheretur à licitoribus subinde dixerat (quod diuturnæ ei calamitati fuit) Neque uos apparitores, qui me inuitum perducitis, propterea minoris pretij emptam, quàm scsqui aureo niuei panis heminam comedetis. Nam tum maxime annona creuerat, & magna obsor-

n ij

niorum in urbe penuria esse cœperat, ita ut milites opimi aliàs conuictus consuetudinem, ut stipendiis parcerent, ad Etruscam frugalitatem redigere cogerentur. Iam sese aperuerat annus, & uere nouo utrinque milites segnitiem torpida hyeme conceptam, ita corporibus atque animis discutiebant, ut minutis præliis quotidie certaretur, & Florentini nihil intermittebant, quin circa urbem institutas munitiones perficerent. Nam sicuti suburbana ædificia, quæ tot sæculis condita à singulis portis extendebantur, miserabili consilio funditus euerterant, antemurales pro portis aggeres extruebant, tormētis atque præsiidiis impositis, ne alicunde hostis ex propinquo tormenta subuecturus atque oppugnaturus sese insinuaret. Tormentorum nanque omnem apparatus, qui per Apœnini iuga, præaltasque crepidines asperrimarum uallium aduehebatur, in plana ad Campum munitum oppidulum peruenierant. Huic præsidio erat Petrus Velleius cum septem tyronum Hispanorum cohortibus. Is totus apparatus, qui genere magnitudinèque & numero erat admirabilis, atque ideo hostibus metuendus, magno fabrorum labore reficiebatur, quo iniquissimo itinere luxatis curribus & perfractis rotis, in præfens usui esse non poterat. Quibus de rebus fiebat, ut Florentini Pratum oppidum ultro desererent, & ad famam tantum tormentorum apparatus, magnus agrestium & nouorum militum numerus ad Cæsariana castra conflueret, spe prædæ siquidem allecti non dubitabant, quin ad motis tormentis urbs caperetur, & singulari tot gentium obsidentium lætitia diriperetur. Ob eandem causam Hispanorum uexilla septem, quæ Cæsarem è Bononia in Germaniam profectiorem parantem sequi noluisse, propterea que iussu irati Cæsaris priuati stipendiis, & cum ignominia à Vastio dimissi fuissent, sub Fesulano monte confederant, ita occupatis pulcherrimarum uillarum ædificiis se permuniuerant, ut undique prædatum irent, & urbe egressi excurrerentque ausis è superioribus locis insidiarentur: sic ut nemo lignatum prodire auderet sine certo militari præsidio: ut tum accidit, quum lignatoribus Cruciana porta egressis, quæ tutiorem, quòd esset maxime auersa hostibus, egressum habere uidebatur, cruentæ conferendæ pugnæ occasio præbita est. Ibatum nanque secundum Arni ripas, & læuorsum in eos campos, qui à cœnobio sancti Saluij plana uocantur, ubi ante ducentos annos Henricum Cæsarem Florentinos oppugnantem castra posuisse memorabant. Exeuntium autem peculiare munus erat succidere passim uirgulta, atque his fasces conficere: quibus in construendis aggeribus ad continendas glebas intermiscendo & coequando uterentur, simulque iumenta quedam maioris pecoris, quæ ab agricolis in urbem coacta fuerant, in herbidos campos pastum educerent. Secundum hos binæ ternæque militum cohortes præsidio ibant, ex militibus, qui ea de causa in urbe certis locis erant collocati, ut extraordinario munere, ubi opus foret, operam nauarent. Eo die id munus obuenit Anguillotto Pisano, & Francisco Bardo Florentino. Pisanus propterea

A pterea quæ à Roscio sub quo ordines ducebat, paulò ante è castris, quod nunquam antea acciderat, in urbem transfugisset, ipsi Roscio ita erat inuisus, ut Aurantij iudicio turpissimæ necis exitio destinaretur. Forte autem exeuntibus porta cohortibus eius uexillum conspectum notatumque est à Cæsarianis, ipsoque præcipue Roscio, qui trans Arnum è collibus cuncta prospiciebant. Nec mora Roscius Aurantium adit, occasionem opprimedi Anguillotti adesse docet, si Arnum traiciat, & frequentiatque expedito equitatu uagos hostes patentibus campis adoriatur. Probat consilium Aurantius, accersitque Ferdinando Gonzaga, & subsequenter multis ducibus atque præfectis, intra tertium lapidem contra Rapazanum pagum, reperto uado traicit: bipartito hostes inuadi imperat. Ipse ante alios galeatus patenti strata uia defertur uersus portam: reliqua manus ad dextram latiore flexu concitata hostes circumdat. Itaque præciso fere in urbem reditu Anguillottus frustra composito suorum globo præliatur: equites undique consurgunt, peditatumque eius serò fugam meditantem consequuntur, prosternunt, latèque trucidant: Ipse ingenti ictu clauæ ferreæ caput percussus, quum Ferdinando Vitello Neapolitano equitum præfecto se dederet, nec uti agnitus ab eo recipere retur, quòd Vitellus eum ad subeundam perfidiæ poenam carnifici tradere infame sibi fore testaretur. Ergo, inquit Anguillottus, patere ut hoc à te impetrem uiro forti: scilicet ut tua potius quam carnificis manu comcidam. atque ita uir alioqui strenuus, quodam liberali misericordiæ genere, iugulatus à Vitello occubuit. Eius uero signifer Cicchus Buteius, qui unam transfugerat, quum iam deditus & captus esset: manu ipsius irati Roscij per ilia transfossus interiit. In Franciscum uero Bardum humanius res gesta est: nam ipse cum sua cohorte pene tota captus, & persoluto redemptionis pretio dimissus est, quum milites armis tantum exuerentur. In eo improuise equestris procelle strepitu Ioanes Vincius, portæ custodiæ cum sua cohorte præpositus, quòd esset Anguillotto familiaritate coniunctus, opem ei ferendam existimauit: desertaque porta ad Saluiana usque plana progressus est, spectator editæ cædis potius quam non serus circumuentis & oppressis adiutor: magno quidem salutis suæ periculo, quoniam Malatesta è monte prælij commissi tumultum cernens, grauioremque impetum inde facturos hostes putans, cum Zano bio Bartholino ad Crucianam portam aduolarat, quam ubi desertam custodia reperit, magno iræ impetu accensus, inuectusque in Vincij temeritatem, laqueum parauit, quo rediens Vincius in porta suspenderetur. Sed is quum iam rediret de aduentu Malatestæ atque eius iracundia admonitus opportune secessit in Saluianum templum, conscensaque sacra turre tam diu delituit, donec Malatestæ ira deferueret: ignominie tamen propter admissum summi periculi facinus adempta ei est portæ custodia. Ceterum Aurantius Anguillotti & signiferi eius cæde satis expiatum eius transfugium ratus, nihil se ulterius promouit, atque eodem annis uado in castra reuersus est. Nec multis inde diebus extra Praten-

fem portam equeſtri prælio certatū eſt, quum forte Aurātius & Vaſtius explorādi loci cauſa cum ala equitum amnem tranſſent, apud eum uicum, qui Lignarius appellatur, melopeponum fertilitate inſignem. Nō enim longe ab eo uado munitio quādam perducebatur ad Germanorū caſtra, quæ nō multū inde aberant. Ab ea nanque parte mœnia late ſpeculati tanquam infirmiora expugnationi deſtinabant: ad eōſque acciti propter eādem cauſam Petrus Velleius ipſeque Ludouicus Lodronius, quem in loco Felicis Vitembergi diſcedentis Cæſar Germanis præfece- rat. Hi omnes quum explicatis & diſcurrentibus turmis è ſummo portę propugnaculo extra tormenti iſtum proſpicerētur, atque ad eam portam Malateſta decuriſſet, ipſius iuſſu Iacobus Bichius Senenſis, quem Neapolitano bello inclaruiſſe diximus, in procurſantes Hiſpanos repētinus erupit, nobiliſque à ſolis equitibus pugna edita eſt: nā ſæpius inſtaurato impetu, quum utrinque creſcentibus auxiliis nouæ turmæ pugnam capeſſerēt, adeo acriter dimicatum eſt, ut unus ante alios Bichius albicante criſta cōſpicuus promptiſſime dimicans, uel ab hoſtibus impē ſe laudaretur. Eo ardētis pugnæ ſpectaculo ipſos Aurātium & Vaſtium in certamen allectos atque pertractos ferunt, quod Vaſtij haſta corolla ſerica ad cuſpidem redimita: illius uero pileus è purpureo ſerico uilloſo turbinatus, à plerique noſcerentur. Sed cum pugna habuit euentum, ut Bichius preſus multitudinem incumbentium hoſtium mature, nec indecenter ſe recipere cogeret: receptuſque intra portā quum galeam aperuiſſet honeſtiſſimis accumulatis laudibus à Malateſta commēdaretur. Eo die tāquam ex condito tormēta, quæ erant trans Arnum oliuetano in podio collocata, & quæ erant in ſuperiore portę propugnaculo ceſſa uerunt, ut equitum uirtus lætius & tutius utrinque ſpectaretur. Sed Bichius non diu ea laude honorēque lætatus eſt, quum intra paucos dies præſtandæ operæ cupiditate incenſus ab eadem prodiiſſet porta, uel negate Malateſta, ut ad eam quam diximus è Germanorum caſtris ad Arnum uſque perductam munitioem excurreret: ſcilicet ut aliqui eo uado com meatum in maiora Aurantij caſtra deuehētes ſubito incurſu interciperentur. In eum ſiquidem equo albo uectum, hoſtes ab oliuetano aggere falconem direxerunt & contorſerūt: cuius pila dextrum ei crus abripuit, perfoſſo & cadente equo: ſic ut ſemianimem nōnulli equitum in pedes deſilientes ſublato intra portam cum multo luctu referrent: neque eo mortuo quiſquam equitū æque fortem operam poſtea reipublicæ præſtaſſe uiſus eſt. Interim Florentini tot fortiſſimis intra paucos dies ducibus infeliciter amiſſis, creſcētibusque in dies hoſtium uiribus, ac undique deſperatis auxiliis grauiter affecti, quæ difficiliora ſenſim cuncta ſibi obuētura proſpicerent, ita ſuſpēſis animis honeſtæ pacis nomē cōplectebātur, ut iterum de mittēdis legatis mētionem inducerēt. Rebantur ſiquidē ipſo Cæſare nōdum Bononia proſecto, æquā à Pontifice pacem ſe facile impetraturos, quoniam Clemētis animus uel tot exulceratus ipſorū contumeliis, cohortante Cæſare, nō inani Chriſtianæ pietatis uerecundia,

A uerecundia, & ciuili quodam pudore leniri expugnarique poſſe uideretur. Sed ad eam rem toties fruſtra actitatam, quum quiſque grauiffimus ſenator facile recurreret, nemo tamen quid in arcano animi ſentiret, in cōſilio publico atque ipſa curia libere proloqui audebat: propterea quod plerique ciues priuato adducti periculo publicam ſalutem potius negligendam quàm odium irritatis popularibus periculosa cum laude parandum iudicarent, tanto conſenſu ut quum miſſarent omnes, libertas ipſa non media in urbe quæ hoc inani titulo gauderet, ſed in ſenatu maxime quæreretur. Verum nō deſuit in repub. honeſtiſſimus iuuenis, qui eam animorum conſternationem malo publico inter ciues obortam, graui facundia detestaretur, atque diſciteret. Is fuit Philippus Melior, qui probo ore, uti ſibi licebat, quod eſſet ſuæ tribus collegij ſignifer, è ſuggeſtu apud ſenatum frequentiffimum in hanc ſententiam loquutus eſt: Sæpenumero audiui, ciues optimi, ab his natu maioribus qui auctoritate prudentiæ in hac ciuitate maxime ualuerunt, nihil in ipſo imminentis periculi limine pernicioſius eſſe longa deliberatione, quæ exiguo temporis ſpatio circunſcriptam recte ſentiendi atque opportune agendi facultatem eripiat: Quandoquidem magno ſit uſui celeriter explicare & terminare conſilia, quum neceſſitas urget, & in medio diſcrimine ſalutis ultima remedia depoſcit. Propterea ſicuti præclare uideo animaduertōque, extrema nobis conſilia incumbunt, uel ob id tractatu atque explicatu duriora, quod nullum mox ubi ſemel ſtatueris ſalubrem habeant receptū, unde afflictis & difficillimis rebus noua ſubſidia quarantur. Alia nanque atque alia in conſulendo diſputandi & decernendi ratione uti oportet, quum occaſionum & temporum ſingula momenta ſapientes facile reſpiciant. Nam ſicuti initia ſuſcipiendarum & gerendarum rerum prolixè diſſerēdo, mature apteque expēdere, & mediā aſtrictius perſinire decet, ita demum ultima expeditis ſententiis claudere, nec ullam quum mature factō opus ſit, aggrediendæ rei occaſionem elabi ſinere ſaluberrimum exiſtimatur. Diſputatur hodie diuerſo conſultantiū ſtudio, num è repub. uideri poſſit, ſi in hoc aſperrimarū rerum ſtatu poſiti, legationem ad Pontificem decernatis, qua ſi optare licet non iniqua cōditione ea petatur pax, quam ab initio Cæſar negarit, niſi in eam Pontifex conſentiret. Primum omnium nō uideo cur decernere mittereque legatos in ſalubre ſit, uel quod ad dignitatem pertineat, parum decorū, quandoquidē nihil melius, nihilque honeſtius eſſe poſſit huic ciuitati, quàm animos ſicuti bello inuictos, ita à communi cōcordia nō abhorrentes oſtendiſſe. Optandum enim eſt ut hi qui nos peruioces potius quàm fortes, importunæque inſaniæ uela inſtantes appellāt, nō ſemper obſtinate pertinaces & imprudentes exiſtimēt, qui à bellicoſiſſimis gentium prope omnium copiis diu obſeſſi, preſſique his malis quæ diuturnum affert bellum, ſæua armorum pati incommoda quàm de cōcordia cogitare malimus. Nam præterquam quod mittere legatos & de cōcordia æquis cōditionibus agere minime pudēdum eſt, quum ad ſupremæ

fortunæ potentiaque principes mittantur, etiam nobis non erit inutile
 cum Pontificis, tum Cæsaris intimos sensus pertetasse, & quod plerun-
 que frequētibus colloquiis euenit, ad abdita eorum consilia exploratius
 penetrasse, quādoquidem de compositione æquis cōditionibus agēdo,
 nihil de nostro iure deperat, quum nullam omnino pacē ab his simus
 accepturi, nisi ea tuta honestaque sit, & integra libertatis iura disertissi-
 me nobis referuet. Hoc enim legati qui nō sint grauissimarū rerum im-
 periti, sed fideles probique senatores, sicuti uos diligentissime lecturos
 arbitramur, ante omnia cauebūt. Neq; putarim, nisi me studiū & amor
 erga patriam fallunt, Clemētem tam auersum à patrię pietate, Christia-
 nisque legibus fore, ut quum iam egerrime tot sumptuū pondera susti-
 neat, nihil nobis de iracūdia sua uetere, tristisque feueritate remittere no-
 lit. Quod si ille etiam atque etiam obduret, nec Cæsar ipse quum in Ger-
 maniam cogitet procliui ad concordiam ingenio sicuti suspicari licet,
 hoc bello se explicare uelit, nec proinde ad pacē inclinet, nos certe hoc
 supremo legationis officio dignitati famæque nostræ satisfecerimus,
 atque eo alacriter & fortiter, quo nostra pietas & fortuna urbis ducat,
 ire contēdemus, sic tamē ut extremos belli casus ultro minime subeun-
 dos existimē, si pius erga patriam, nec omnino infanus ciuis esse uelim.
 Nihil enim magis miserū & calamitosum nobis esse potest quā quorundam
 cōsiliū, qui nefaria crudelitate potius Sagūtinorum & Campanorum
 exemplo, quum saluti suæ impie diffidant, una secum uniuersam
 ciuitatem miserabili exitu interire quā quoquomodo incolumē
 seruare percipiunt, secus aliquādo auorum nostrorum memoria Vbertus
 Farinata, uel hoc uno tantum generoso animi decreto ciuis æternis
 laudibus attollēdus, qui uinci exilioq; mulctari, quā ad excidium flo-
 rentissimæ patriæ cum factiosis nefariisque ciuibus cōspirare maluerit.
 Perorante Philippo non dubitauere patres, quod eius oratio tanquam à
 moderato nec harum uel illarum partiū ciue profecta uidebatur, quin
 legatos omnino mittēdos decernerēt. Sed ea præpedientium malignitas
 fuit, ut nō hi quos negotij magnitudo flagitabat, sed leuissimæ alioqui
 authoritatis, uerū egregie populares homines legerēt. Hi fuere Aloysius
 Soderinus qui nihil usque adeo graui negotio dignum ab usu rerū
 præter familiæ nomen præferbat, & Andreolus Nicolinus assiduus &
 diligens potius mercator quā senator, atque item Robertus Boncius,
 quem iam pridē Thomæ Soderini soceri propinquitas quominus enixe
 concordie studeret, maxime suspectum faciebat. Hos ubi Bononiā per-
 uenerunt, Pontifex quod nec satis dignitatis, nec satis industria, synce-
 ræque uoluntatis & fidei in his conspiceretur, adeo contempsit, ut effu-
 se rideret, quod ad se pro eximiis senatoribus mercatores, nec primæ
 quidem classis è Florentia misissent. Nam quod ad eleuandam legatio-
 nis existimationem maxime pertinuit, apparitores ministrūq; uectigali-
 um Bononiensium, in ipsorum sarcinis nexi auri filorum ad telas au-
 reas texendas, magnam uim mercimonij causa, ut portorium subterfu-
 gerent,

A gerent, deprehenderant. Quæ calliditas inepta negotio longe grauissi-
 mo, tanquā inuoluta tenuissimi lucri fordibus, eo ualidius ridenda fuit,
 quod nihil certi ad conficiendam pacem prolatis mandatis attulissent,
 atque ita Clemens ridente etiam Cæsare, mercatorum auaritiam atque
 imperitiam in maximarum rerum consilio periculoque, ad exiguam lu-
 cri spem reuocatam stomachatus, sic pertinaciam insanie proximā ex-
 probraret, ut inde nō obscure explosi dimitterentur. Vbi uero domum
 sunt reuersi, quod nihil omnino pepigissent, tanquam patriæ dignitatis
 egregie memores atque constantes, ab ipsa factiosorū multitudine lau-
 dati celebratique sunt, gemētibus bonis ciuibus, qui desperata concor-
 dia nullum nisi maxime funestum belli atque obsidionis exitum expe-
 ctabant. Nec multos post dies ab insigni generosoque certamine Florē-
 tinorum quatuor iuuenū inexpectatæ celebritatis spectaculum est edi-
 tum, quū Ludouicus Martellius inter ciues nobilitate insignis, ac cor-
 poris & animi uigore florentissimus, Ioan nem Bandinum pari uirium
 ac ingenij robore præstantem, quod in castris apud hostes esset, ex pro-
 uocatorio libello hostem communis patrię compellasset, propterea que
 eum ad singulare certamen deuocasset in arenā, ut ibi Marte iudice uter
 C ipsorum honestiorem causam tueretur, ostenderet. Conditionem non
 abnuuit Bandinus, dixitque ei si Martellius sibi ascisceret in eam dimica-
 tionem focium, ei se parem hisdem instructum armis in stadium pro-
 ducturum, atque ita Martellius Dantem Castellionum præferocem ex
 tota iuuentute uirum delegit, cui à Bandino oppositus est Albertinus
 Aldobrandus uix dum pubescens immoderati spiritus iuuenis. Auran-
 tius iuxta castra locum eis sub publica fide funibus circumseptū, triūm-
 que gentium præsidio uallatum certantibus præbuit, quum pari nume-
 ro è Germanis, Hispanisque & Italis delecte cohortes, pugnantes simul
 D & spectantes ab omni iniuria defenderent. Arma fuere singulis singuli
 militares gladij, neque aliud tegumentum præter unam in dextris ex lo-
 rica ferrea chirothecam. Dantes cui sorte ducta par Aldobrandus obue-
 nerat, quanquā circa brachij dextri neruos primo congressu graue uul-
 nus accepisset, hostem in se infano pro cursu ruentem ea impauidi ani-
 mi firmitate sustinuit, ut ambabus manibus gladium prætendens, in os
 incumbentis insereret, eumque euomētem cum sanguine animam ex-
 templo cōficeret. Contrario euentu pugnabat Bandinus, nam alternāte
 fortuna Martellio supra oculum uulnus inflixerat, admirabilique iudi-
 cio & gladiatorie artis peritia hostem eludens, adacto supra costas gla-
 dij mucrone, uictum & deditum fateri cogeret. Sed Martellium relatū
 E intra urbē usque adeo grauis ex aduersa sorte certaminis occupauit do-
 lor, ut angore potius animi, quā uulnerum dolore, mortem accersisse
 crederetur. Id certamen sicuti eximiam uirilium constantiæ laudem Ban-
 dino peperit, ita Danti par fere decus attulisse uidebatur, quāquam ille
 detractis spoliis, planēque integer & omnis expers uulneris gloriosius
 uictoriæ suæ trophæum præferret, & spectatores præclarum totius belli

omen acciperent, quòd uictis pariter atque uictoribus non omnino læ-
 tum finem futurum arbitrarentur. Ab hoc alterna cædis singulari cer-
 tamine Florentini uarios in coronis serere sermones, accendi tamen
 fere omnes ad sustinendum gerendumque bellum, tanta obloquen-
 di libertate, ut non milites modo, sed ducem quoque ipsum Malate-
 stam nimis longæ atque importunæ cessationis conuitio perstringe-
 rent. Non enim mœnia uigilanter tantum defendenda uideri, sed auda-
 cibus consiliis erumpendo laceffendoque aliquam retundendi hostis in-
 spem uniuersæ uictoriæ occasionem aperiendam esse dicitabant. Viros
 quippe fortes & pro libertate pugnâtes, nullo uel difficiliû rerum peri-
 culo terreri debere, quominus fortiter audeât, & têtata sæpe dubij Mar-
 tis fortuna non constantiæ modo sed uiuidæ uirtutis famam ardentis-
 sime defendendam demonstrent. Non eandem siquidem esse obsessorû
 & obsidentium conditionem, obsessæ nanque urbis opes ab immodicis
 stipendiorum sumptibus sensim atteri, absumi interim commeatu, &
 spes omnium infirmari, quum ex aduerso obsidentibus nihil earum re-
 rum omnino sit defuturum. Qua spe freti, hostes nec admouere tormen-
 ta audeant, nec murum usquam tentare uelint, quòd perpetuas prom-
 ptissimorum militum & ciuium cohortes fulgentibus per muri coronâ
 galeis atque thoracibus perpetua in statione conspiciât. Proinde ad exi-
 stimationem cum externi præsidij, tum urbanæ militiæ tuendam, om-
 nino conandû esse aliquid ualida eruptione, ne militum torpescant ma-
 nus, studiâque populi languescant, & hostes cum uiris longe fortissimis
 æquissimæ causæ nomen tuentibus perpetuo se dimicatuos intelligât.
 His sermonibus nõ obscure offendebantur militum animi, uniuersum
 totius suæ rei censum ad unum decus bellicum referre soliti. Sed multo
 magis hæc euulgata intemperanter Malatestæ nomen lædebant, ita ut
 non omnino deuoranda existimaret, palâmque diceret, nequaquam ea
 ratione qua imperitus populus cêferet, sed ea qua probus nec incautus
 imperator uteretur, urbis salutem defendendam, atque ita uociferando
 intempestiuas populi uoces redargueret. Sed idê decurionum reliquo-
 rumque magistratum erat sensus, præcipuâque omnium experienda-
 rum uirium uoluntas, quam quum dux prudens frustra improbando
 damnandoque diutius sustinere non possêt, postulantibus militibus, ut
 id impetrari pateretur, eruptione certare constituit, se uere proloquutus
 ad id se inuitum trahi, quando hostium munitiones nõ modo non ex-
 pugnari, sed nec sine maximo detrimento tentari posse testaretur. Exi-
 stimabat Malatesta nequaquam absurdis rationibus impetum ad castra
 Hispanorum esse faciundum, ut acerrimæ & pugnacissimæ gentis uim
 experiretur, opinionemque de eorum uirtute late cõceptam aliquo il-
 lato detrimento apud Italicos milites eleuaret, quod accidere posse re-
 batur, si tribus uno tempore præliis trina eruptione facta eos munitione
 loci confisos & nihil tale timêtes adoriretur. Neq; enim antea Hispani
 superioribus præliis ad Giramontem factis sese immiscuerât, nisi per
 extraordinarios

A extraordinarios excurrêtium manipulos, quoniam diuersissima in par-
 te essent constituti: porta nanque diui Georgii, quæ est in excelsis collis
 supercilio iuxta editissimum aggerem, quem Amicus Venafranus sua-
 rum cohortium peculiari præsidio tuebatur. Hispani longo tractu occu-
 patis uillarum ædificiis, usque ad Oliuetani cænobii montem extende-
 bantur, despiciébântque urbem è perpetuo colle, eoque præsertim, cui
 Scopeto nomen est, & diui Donati templum habet, adeo Catelinæ por-
 tæ ex propinquo imminentes ut muri corona colli subiecta, non plus
 quàm ad teli iactû distet: sic ut perpetuis munitionibus obsessa Roma-
 B na uia à Catelina portâ, & Pisana item uia, quæ initium habet ab ipsa Fri-
 diana quæ occidentalis est, euncta complecterentur: ipsis porro Hispani
 in tergo ad meridiem Germanorû castra apud Aurantii prætorium
 essent, & Italicæ cohortes ad diuersissimam ab oriente diui Nicolai por-
 tam iuxta Arnun perpetuis custodiis obtinerent. Cæterum Venafranus,
 qui à suo latere Hispanos aggredi distineréque iuebatur, im-
 posito muneris adesse non potuit, quum forte eo die à Stephano Colum-
 na, propter contemptum superbis uerbis sui nominis decus, infra Mi-
 niati templum fuisset interfectus. Neque enim signifero sui præfecti in-
 C opinata cæde perterritis animus fuit inuadédi hostis, qui in Venafrano
 excellês proculdubio, & maxime efficax futurus sperabatur. Sed Ma-
 latesta nihil eo casu permotus Catelinâ porta Octauianû Signorellum
 inter Perusinos præfectos nobilitate uirtutisque facile principem erum-
 pere iubet. Hunc consequebantur pugnacissimi minores duces, Binus
 Mancinus, Blasius Stella, Raphaël Orbetanus, Prosper Cornea, Margu-
 thes Piccininus, Caccia Altouitus, Hadrianus Cauda, & Paulus Corfus,
 qui intrepide strata uia inter procellam glandium dextrorsus euaden-
 tes, in collem cum Hispanis terribile maximéque funestum certamen
 D contraxerunt, eodémque puncto temporis à Fridiana porta erupere cum
 suis cohortibus Bartholomæus Montanus, & Rodolphus Affisus, qui
 in læuam flexi ab Oliuetano monte cum Hispanis à tergo sese ostenden-
 tes ingenti ausu impressioneque nouam iniere pugnam, sic ut Hispani
 & in fronte sustinere hostem, & in tergo ancipiti periculo dimicare co-
 gerentur. Sed his magno fuit præsidio Baracanis Cantabri mira cõstan-
 tia, qui eo die solertissimi ducis, & fortissimi militis munia implebat.
 Nam cohortatus est suos ut impigrè consisterêt, inueteratâque uirtutis
 ante partum decus aduersus collectitios milites, urbanamque turbam
 E tueri uellêt. Itaque coeuntibus ad uexilla undique Hispanis, & sclopet-
 tis egregie rem gerentibus, aduersariorum impetum constantissime sus-
 tinebant, tantusque erat sclopettorum strepitus, & tantus uolantium
 glandium stridor, ut multi undique caderent, & longe promptissimi,
 qui intrepide pugnam capesserêt, uulnerarentur. Ad eum ardentis præ-
 lii tumultum excitus imperator Aurantius proximas Italicorum cohortes
 Andrea Castalii laborantibus Hispanis subsidio mittit, tormenta
 produci displodique in hostes iubet, & Germanicam phalangem in ipsa

Romanã uia latiore area constituit. Ferdinandus quoque Gonzaga le-
uis armaturã equites inter Marignolã pagi campos & Scopetum mon-
tem inducit, ita ut amplissimi iustique prælii apparatus & à castris, & ab
urbe conspiceretur. Nec Malatesta quanquam infirmo atque imbecillo
corpore, animo tamen aduersus pericula indomito, & egregie prouido,
laborantibus suis deerat, quum opportune fessos & fauciatos recipe-
ret, & nouis atque integris cohortibus pugnam sapius instauraret, quã-
do nulla ex parte Etrusci uel in summa locorum iniquitate, quicquam
Hispanis de uirtute concederent, donec Baracanes glande traiectus oc-
cubuit. Nam tum Etrusci ueluti redintegrata uictoriã spe ardentius in-
cubuerunt, sic tamen ut pari prope uirtute Rodericus Ripalta, Macicaus,
& Buccanigra mirifice resistentes, Etruscos sustinerent, & mox, acceden-
tibus Neapolitanis Castalii uexillis, loco pellerent, & per deiectus mon-
tis summotos urgendo deturbarent. Quibus suorum atque hostium ca-
sibus animaduersis Malatesta, quod multi cecidissent, plurimiq; essent
uulnerati, receptui cecinit, atq; ita nihil iam tormetorum muraliũ me-
tu, persequentibus Hispanis prælium diremptum, quo nullum eo bello
cruentius editum fuisse constat. Nam utrinque quingenti ferme milites
ex fortissimorum numero desiderati sunt, multi porro uulnerati morti-
feris glandibus. Ante alios autem Octavianus Signorellus quum se rece-
pisset ad portam, & fessus longo prælio equum conscendere uellet, cras-
sioe ictus glande occubuit, & secundum eum medio in certamine inter-
fecti sunt Fantaccius Corsus, & Giubbonarius Ferrariensis eximia for-
titudinis cohortium præfecti: atque item Ludouicus Machiauellus, Ni-
colai Florentinã historiẽ scriptoris filius, quum cohortis signum gesta-
ret, Petrusque Pactius eximia nobilitatis ciuis. Septem quoque clari no-
minis centuriones grauer uulnerati discesserunt. Apud Hispanos au-
tem præter Baracanem ipsum, Cencius Neapolitanus Castaliẽ cohortis
præfectus dum laborantibus suis opem ferret, interfectus est. Multi au-
tem, & in his duo signiferi mortiferis uulneribus affecti sunt. Malatesta
in urbem rediens Octauiani mortem, & totum eius cruentã pugna de-
trimetum, eo animo uultuque ferebat, ut renideti fronte obuios inter-
rogaret, an cupiditati ipsorum inconsulte pugnam poscentium plane
satisfactum putarent, postquam quãtum posset loci iniquitas, & quan-
tum ueterani externique militis dextrã ualerent, facto periculo didicif-
sent. Tantum uero abfuit ut hoc irritò aduersoq; prorsus eruptionis co-
natu, uel ciuuium uel militum animi perculsi aut imminuti sint, ut con-
stans opinio uulgaretur, Etruscos qui præstãtissimis animis eruperant,
excellentiq; uirtute dimicãrãt, aut insignem uictoriam relatores, aut
singulare detrimentum non Hispanis modo, sed reliquis etiam hostibus
illaturos fuisse, si ab altera parte sicuti fuerat cõstitutum, Venafra-
nã cohortes erumpendo parem operam præstitissent, nec subeuntium è reli-
quis duabus portis acerrimum inĩtiõque felicem ascensum, una potius
locorum iniquitas, quã hostium uirtus, importune retardasset. Quo
animorum

A animorum habitu fiebat, ut ciues neque præclarius studium ostenden-
dã uirtutis in præfidario milite requirerent, neque in Malatesta effica-
cioris animi atq; operã officia desiderarent, quando illis qui pro digni-
tate Etrusci nominis dimicando ceciderant, decreto publico iustus exe-
quiarũ honos haberetur, & dux amplissimis honestaretur laudibus, uel
ob id præfertim quod certissima ratione usus, ea quã parũ secunde eue-
nerant, recte prouidẽdo præsensisset. His de causis quod instantia ad cer-
tum diẽ stipedia nisi ingratis uiris fortibus, & de repub. benemeritis pro-
trahi nequirẽt, dictator ab inopia ærarij, & quod iam esculentarũ rerum
B grauis penuria sentiretur, perturbata mẽte, elisãq; penitus religionis &
pietatis ratione, ad id decretũ, quod antea à Carduccio inductũ fuisse di-
ximus, inuidiosum utique bonis omnibus atq; nefarium, descẽdit, quo
è fanis cuncta donaria tolli atq; diuẽdi iubebantur, inter quã præter au-
ream crucem prægrandibus gemmis ornatam, quã erat in delubro diui
Ioannis, etiam fuit mitra illa insignis pretiosissimis redimita gemmis, à
Leone Pontifice pari liberalitate templi maximi altaribus dicata consa-
cratãq; Sed nemo fere reperiebatur qui ea ornãmẽta profanis manibus
attractare uellet, & Bernardus Baldinus gemmarum æstimator peritissi-
C mus, id impij nominis officium se præstare posse pernegaret, nisi alienis
manibus uiolato sacrario, detractã gemã ipsi æstimaturo proferrẽtur.
Sed in mora non fuit Leonardus Bartholinus ad id à Raphaële missus,
qui impia uoce, uti erat omnis religionis contemptor, sacrarij armaria
sublatiã uide donarijs, uel inhorrescente tementẽq; ædituo perfregit.
Per eos dies magna decemuiros incessit cura de retinendis, defendẽdis-
que ab hoste Volaterris, nam eius ciuitatis animos alioqui fideles, sus-
pectos habere cõeperant, quod principes ciuitatis, inter quos eminebant è
Mafea familia Mediceo nomini addicti Marius uir sacratus, & Paulus
D eruditã elegantia studiosi homines, sollicitarentur ad defectionẽ ab Al-
fonso Picolomineo Amalphitano regulo, qui Senis educta equitum &
peditum manu, post redactã in deditiõnem Cæsarianorum Florentinã
ditiõnis oppida, ipsũque in primis Collem & Sanctogeminianum, in
Volaterranũ etiam agrum excurrebat, ut direptione iacturãq; rerũ sua-
rum permoti ciues à Florentinis ad Pontificem rebellarent. Quo tempo-
re Couonus Florentinus prætor Sanctogeminiano à Cæsarianis pulsus
cum præsidio quatuor cohortiũ Volaterras se recepit, ut fideiũ confir-
maret animos, & nutãtes in fide à cõsilio defectionis præsentĩ manũ de-
E terreret. Confederat extra urbẽ in suburbanis tectis. Dum uero de cõfir-
manda ciuitate multis alloquutionibus ageret, furto quodã dum se re-
censurũ copias simulat, in urbẽ irrepsit, continuõq; ascẽdit in aream cu-
riã, ubi decuriones aduocatis in cõsiliũ primarijs ciuibus de rep. cõsul-
tabant. Primo impetu Couonus Volaterranã iuuentutis cohortẽ, quã in
area stationem habebat, hostili factã inuasiõne deturbat. Quo tumultu
duo gemini fratres interficiuntur, & nõnulli uulnerantur. Exinde ipsos
decuriones occupata curia obsidet, eãque in potestãte redigit. Id in-

solés factū nō tulere Volaterrani, & ut sunt militari ingenio fere omnes stirpe ducta à uetere Romanorū colonia, qui Sillanarū partium fuerint extēplo arma capiunt, fenestras saxi onerari iubēt, aditūsq; uiarum interseptis trabibus præcludunt, magnāq; armata multitudine Couonios in curiam cōfugere cogunt. Eo armorū strepitu Couonus perterritus certis conditionibus pacem impetrat. Hæ fuerūt, ut cohortes dimitteret extra urbem. Paret Couonus, extēplōq; Gorium Mōtebenicium qui geminorum fratrum cædem fecerat, atque item Paulum Corfum cum suis cohortibus urbe egredi iubet, reliquas duas Tincto Battifolio & Hercule Pisano ducibus paulo post ciues adeo infensis uultibus urbe extrudunt, ut signiferi inuolutis uexillis, & milites hastas inuersa cuspidē uerrentes solum traherent, quod ignominiosum militiae habetur. Ceterum Volaterrani uti plane castigata Couoni arrogancia Florentiam perscribunt, excusantes urbanum tumultū nequaquam ipsorum culpa sed malignitate Couoni excitatum, prolixè pollicentes se in uetere fide permanuros si in Couoni locum improbe pratoria potestate abutētis, alium honestum atque æquum ciuem summitterent. Itaque decemuiri non mediocriter Couoni insolentiae succensentes, ei Bartholum Tedaldum sufficiunt. Hic Pisis profectus adduxit quatuor peditum cēturias, quibus præerant Franciscus Brocca Corfus, & Alexander Monaldus, & Mugellanus cognomento Fortuna, atque item galeatorum equitum alam duce Amico Arfula Romano. Aduentantem Tedaldum Volaterrani egressi honoris causa alacriter susceperunt, atq; eum cum paucis ea conditione introduxerunt, ut cohortes atque alarios equites apud suburbana tecta relinqueret. Eo forte die Pyrrhus Stipicianus ad Cecinam usque amnem aduenit, & cum expedita equitum & peditū manu prædatus agrum, magnum numerū maioris pecoris abegit. Quo tumultu ad urbem perlato, Volaterrani ut prædā hosti eripiant erumpūt, & secundum eos eodē itinere pertendit Arfula. Committitur leue prælium cum Pyrrhi sclopettariis, quos ille cum præda antecedens de industria in insidiis collocarat. Sed Arfula maiores insidias ueritus, neq; temere uolantibus glandibus equites suos obiiciens, uel obnixè orantibus Volaterranis ut cōtinuato cursu una persequi hostes uellet, insequēdi finē fecit, triduq; post cum suo equitatu & dimidia parte peditū discessit, Couonum semicaptiuum ad dicendam causam ad decemuiros perducens, Empolim primo, & mox Florentiā est reuersus. Sub id tēpus Alexander Vitellius in Volaterranū agrum hostiles incursiones fecit, sanctique Dalmatij oppidum, & Villam magnam, ac nonnulla alia suburbana oppida manu cepit, atq; diripuit, perpetuisque illatis detrimētis, quum etiā incendiis grassareretur, eo Volaterranos cōpulit, ut amice fecum in spem futuræ deditiois paciscerentur, nam ad eum è ciuitate legati missi Villamagnam peruenerāt. Quibus cognitis rebus Tedaldus, quum suspicaretur ciues graui rerum suarū detrimento compulsos ad hostes omnino defecturos, cū reliquis militibus suis, incolisq; cunctis Florentini

- A Florentini nominis, in arcem se recepit, moxque tormentis maioribus urbem quatere cœpit, infestiore aliquāto, atq; acerbiorē animo in perniciem ciuitatis quam paulo antea Couonus, concepti odii iracūdiā effundens. Propterea ciues frequētibus circa tecta affecti incōmodis, & contumeliæ indignitate permoti, Baptistam & Carolū Borgheios fratres Senenses patritios stipendio conducunt, arcem obsidere & circumuallare instituunt, accitur etiam ipse Vitellius, qui perite doceat quibus operibus eruptionibus hostium resisti possit. Eo autem postea discedente Volaterrani pratorio nomine potestatiq; Thadeum Guiduccium, B Mediceæ factionis probum ciuem, in locū Roberti Acciaioli suscipiūt. Robertus enim præstantissimæ authoritatis inter Florentinos ciues, qui insolentium popularium uim impotentem timentes, sponte patria excesserant, paulo ante se cōciliatorem inter Volaterranos atque Vitelliū obtulerat, trāfactæque pactiois testis interfuerat. Exinde Volaterrani, Tedaldo nihil iracundiam suam remittente, sed asperrime tormētis domos perrumpente, ad Clementem legatos decernunt, qui Bononiā perendant, & ab eo maiora tormēta quibus arcē euertere possint, exoptulent, obtineantque obiter à Pontifice honestissimas deditiois cōditiones. Nec multo post curauit Pontifex, ut quinque muralia tormenta nauigio è Genua ad uada Volaterrana deueherētur. Dum hæc Volaterris tam stulta Bartholi arrogātia, quam peracri ciuium pertinācia gererentur, Ferruccijs qui Empolitano præsidio præerat, de Volaterranis rebus magnopere sollicitus esse cœpit, quod eo à ciuibus accersitum Vitelliū, & arcem circumuallatam cognouisset, quanquam Vitellius postea in urbe minime permanerat, quum de alendo perfoluendōque præsidio cum ciuibus sumptui facile parcētibus nequaquam conuenire potuisset, ideoque esset ad occupandum Pistorium profectus, quo itidē à ciuibus Panciaticæ factionis aduersus Cācellarios Guelfo nomini impesse fauētis, fuerat uocatus. Propterea Ferruccijs decemuiris perscriberebat Volaterranæ rei tumultum minime negligendum uideri, quod iam plane ciues ad Pontificem rebellassent. Proinde si ipsis è rep. fore uideatur, cum ualida atque expedita manu eò se aduolaturū, atque ea initia defectiois celeriter oppressurum. Id uero se præstare non posse, nisi successor nouo cum præsidio sibi è Florentia summitteretur. Re ad consilium delata quod magno ad uniuersi belli uictoriam momēto sibi futurum credebant, si Volaterras urbem natura munitissimam omnino recuperandam censerent, continuo utendum Ferruccijs uiri strenui atque peracris opera, eisque præsidium mittēdum decernunt. In id decretum ualde proclinatorum dictatorem fuisse apparuit uel priuata de causa, quod duas filias, quarum alteram Bardo Altouito, alteram Vincētio Thadeo nuptui dederat, in Volaterranam arcem ab initio belli tanquam procul ab armorum strepitu futuras, confugere iussisset. Putabat etiam sui priuati decoris, & publicæ dignitatis fore, si arcem obsidione liberandam statueret. Mittitur itaque Ferruccio successor Andreas Iunius po-

pularis factionis ciuis, & cum quinis uexillis unà eūt Nicolaus Strozza, Speronus Borgensis, Nicolaus Saxoferratus, Ioannes Scuccula, & Balordus strenui cohortium præfecti. Hi magno silentio & perobscura nocte urbe egressi, elapsiq; per medias hostium stationes, quum diu errassent, quod militaris uia uitaretur, nec facile per inuios calles & inculta loca expeditum iter haberent, sub auroram ab hostibus conspecti sunt. Ad quos persequēdos Ferdinandus Gonzaga equitatum eduxit, persequutūsq; per aspera obsitāque uirgultis & uepribus loca, aliquot eorum ad Pese amnis uadum interfecit, & in his Nicolaum Saxoferratum dum agminis terga constantissime tueretur, ac nisi densata acie se proripientes, & sclopettis arcentes equitatum, cui præpeditum undique arbuftis iter ad incurrendum aperta spatia minime præbebat, fessi longo itinere ad uillam turritam, quam Frescobaldiam uocant, se cōtulissent, proculdubio ab equitatu confectante, ad unum omnes deleri potuisse constabat, quanquam ea uis equitatus multa inde nō equorum modo sed uirorum uulnera à sclopettarijs retulisset. Nam Ferdinandi ipsius & Roscij à sancto Secundo reguli, equi nobiles uulnerati sunt, & Nicolaus Crisia Epirotarum præfectus, cui capiti nigro cognomé erat, fuit interfectus. Quum ad Frescobaldiam equites persequendi finem fecissent, H Etrusci cum singulari Strozze ducis laude, toto eo liberati periculo, nemine postea laceffente, Empolim ad Ferrucium peruenerunt. Nec multo post Ferrucius Iunio successori oppidi custodia obnixè commendata, relictoque ibi cum aliquot cohortibus Petro Orlandino, Tincto Battifolio, & Vrbeo Casentinate ueteranis peditum præfectis, Volaterras iter intendit, adducens secum bellicosos delectarum cohortium duces, quarum signa paulo minus duorum milium peditū summam continebant, equitum uero præfectos Amicum in primis Arfulam, & secundum eum Gerardum Gherardeschæ comitem Pisani sanguinis, & Mufaccinum Epiroticæ stirpis, quorum omnium ex turmis ducenti amplius galeati equites recensentur. At Volaterrani qui hostis Ferrucij aduentum nequaquam mature præferant, ubi signa eius conspexerunt, leui commissa pugna cedentes, eo consilio confestim in urbem se recepere, ut postquam imparati uiribus instructa acie aduenientē ascensu prohibere non poterant, munitiones saltem institutas impositis custodijs defenderent. Ferrucius itaque præmissis equitibus ad arcem ascendit, uixque semihora ad quietem qua ientarent militibus concessa, quum frustra per tibicinem decurionibus nisi extemplo se dederēt, ferro atque igne urbem uastaturum denunciaffet, atque illi tantæ rei decretum ad maius consilium referendum responderēt, instructis ordinibus per diuersas regiones ad expugnandam altiore munitionem descendit, tãto impetu ut milites quos longi itineris labore fessos segnius subire prospiciebat, uulneribus inflctis pugnam capeffere cogeret, & tanta contentione ad munitiones utrinque pugnaretur, ut neq; acrius Ferruciani, neque constantius Borghefij cohortes admixtæ ciuibus dimicare

A care posse censeretur. Nulla alia res magis Ferrucium perpulit, ut non plene recreato milite subita eruptione pugnaret, quàm inopia cōmeatus, & uenturi Volaterranis auxilii metus. Protractum est certamen ad mediam fere noctem adeo uarium, atrox, & cruentum, ut quum Ferrucius ædificia propinquiora arci coniectis facibus incendi iussisset, mulierum ululatu, & pugnantium clamore, horrifonū atque terribile redderetur. Sed Ferrucius rem obtinuit, potitūsq; summa urbis parte, & expugnatis munitionibus, diui etiam Augustini templum occupauit, in quo hostes sclopettis rem gerentes ex occulto multos interfecerant, B eo euentu ut nonnullos ciues, & in his circiter quatuordecim milites Hispanos, qui sub Borghefij uexillis militabant, caperet, atque inusitata crudelitate in tetrum carcerem coniectos enecaret fame, & demū ad ignominiam gentis eo modo enectos laqueis ad pinnas arcis suspenderet, quod se ab ea gente Neapoli captum atque inhumaniter cruciatum fuisse prædicaret. Desiderati sunt eo prælio ex utraque parte æquato fere numero circiter trecenti, uulnerati autem multo plures, & quod longe grauissimum fuit, amissa sunt ea tormenta, quæ è uadis pridie in urbem ad expugnandam arcem fuerant aduecta. Sequenti die Volaterrani quarta fere urbis parte etiam tum ardente, uti nusquam restinctis, sed C annexa quæque populantibus incēdiis, & multa item suorum cede terrefacti, ac desperatis auxilijs impetrata salute incolumitatēque rerum, ad fidem pristinam Florentini imperij redierunt, sic ut plerique ex ditioribus ciues, & ante prælium factum, & post concessam hosti patriam, urbe profugerent, metu scilicet grauioris incōmodi, nam Ferrucius crudeliter & immodice uictoria utendum aduersus rebelles ratus, atrocissime sæuire cœperat, id maxime deposcente Tedaldo prætore non immitti modo, sed implacabili, qui priuatæ iniuriæ suæ contumeliam publico D ciuitatis excidio uindicare properabat. Ante omnia siquidē quum Borghefium cum suis cohortibus dimitti iussisset, atque ei integra fide abeundi cum rebus suis uexilisque facultatem concessisset, quosdam opulentos ciues in carcerē detrusit, imperatisque pecunijs, nisi propere eas expedirent, fame sensim enecatuos minabatur. Vno quoque edicto pronunciauit his capitale fore qui urbe excedere auderēt, & ut reliquos terreret, duos ciues, qui fugam fuerant meditati, laqueo ad prætorij fenestras suspendit. Distribuit autem per omnes domos milites, ut gratuito ciuium copijs alerentur, donec alicunde pecunia representari posset, E qua pro stipēdio emerito frequētibus iam id cōuitiosè flagitātibus militibus solueretur. Nam irate & petulāter milites querebantur se parata prædē spe excludi, quū multo sanguine parta uictoria, rebellatē urbē se æquissimo militiē iure direpturos sperauissent. Sed Ferrucius nō infulsa ratione reipu. urbē quoquomodo incolumē seruare, quā auaritiē militum urbiū excidijs uel paruo suo lucro gaudentiū obiicere mallet, alio ad parandam pecuniam ita uertebatur, ut sacrilega manu donaria antiquitus dicata templis, & religiose usque in eam diem custodita non

cunctāter auferret, & res pretiosas chariorēsq; ciuium in ipso belli metu in sacrosanctis uirginum cœnobiis absconditas suam esse prædam diceret, denunciata capitis pœna his qui abdita biduo non reuelassent. Quod uerò summo religionis contemptu factum uideri poterat, calata argento altarium frontalia, atque abacos cum candelabris atque calicibus conflare iussit. Postremò diuorum urbis tutelarium Octauiani scilicet atque Victoris argentea simulacra, quibus uera capita ipsorū martyrum includebantur, ad hastam uenalia in foro proposuit, ingēti cum luctu ciuium, muliercularūque præsertim crebris eiulatus, quæ pietatis causa conceptis uotis eminentē aperto paululum uertice sanctissimæ reliquiæ caluam exofculari consueuerant. Hac in re ipso duce prudentior & religiosior in uniuersum miles est intuentus. Nam quum à Volaterranis omni pecunia expoliatis capita redimi nō possent, ne conflarentur, ipsi milites tacti religione pecuniam in pretium contulerunt, ferme ferius, quòd eorum iam alterum simulacrum aurea barba pretiosius & magnitudine augustius ad quæstoris officinam delatum, prope rēque conflatū fuerat. Violauit etiam atque diripuit nullo pudore, nullaque prorsus misericordia, publicam piāque domum, in qua multa supellex collata fuerat, ab his qui egētes exiguo scœnore res chariores oppignerare sub fide publica consueuerant, & quum ciues publicos redditus, cogendæ pecuniæ causa quæ militi præberetur, locupletioribus comūdos adiicere uellent, Ferruccius licitationem fieri uetuit, quod Tedaldus immitis & asper cuncta publica priuatāque ciuitatis, tanquam rebellis fiscum respicerent, & nisi ad nutum reipub. alienari non posse clamitaret. Hæc raptim uiolentēque fiebant, quoniam Fabritius Maramaldus cum magnis copiis aduentare nunciabatur, & tum forte importune quum Ferruccius spe recuperandi Sæctogeminiani, Donatum cognomento Saltamacchiam eò ad pertentandos oppidanorum animos cum iusta manu equitum misisset. Donatus erumpente acriter Borghesio fuerat pulsus, & multis suorum amissis scœde profligatus. Ab hac aduersa aduentantis hostis fama, ipsorūque ad Sæctogeminianum irritō conatu Ferruccius ad muniendā urbis curam properantius ferebatur. Cæterum Fabritius quum instructa acie aduentare ab ipso Ferruccio, qui in edito colle confederat & equitatum explorandi laceffendique hostis causa præmiserat, facile conspiceretur, contracto per equites modico certamine & repulsis hostibus, ad suburbana tecta peruenit, atque ibi deiecto Ferrucci præsidio, cuncta ad prædā uertens, positis castris confedit, & subitāno opere, ut egressu hostes prohiberet, contra diuini Francisçi portam quæ Pisana est, aggerem extrui iussit, parique diligentia à Ferruccio introrsus obstructa est, ipso turrem demoliente, ne percussa hostium tormentis, interius portæ spatium ubi statio militum consistebat, ruina obrueret. Dum utrinque minutis præliis certaretur, & Fabritius cuniculos ad eam mœnium partē ageret, quæ diuini Dalmatii cœnobium introrsus respicit, probrosēque militum uoces audiebantur, Fabritij


A britij tanquam cæci ducis & imperiti, conatus irridendum, quibus maxime irribatur, ut in Ferruccium priuati odij prægrauē iram conciperet, ob idque præcipue quoniam Ferruccius ipsius tympanistam fecialium more ad eum missum, ut sibi illico dedi urbē peteret, insolēti uerbo offensus, insolēti dux miserum tanquam impie locutum corripit, laqueoque suspendi iussisset. Quod facinus cōtra militiæ morem superbe editum, ipsi demum Ferruccio exitium peperit. Accidit autem per eos dies, ut utrinque ab inopia stipendij milites scœda cōsternatione deficerent: nam duæ ferme integræ Brutiorum cēturiæ à Maramaldo ad Ferruccium transierunt, & Ferruccius ipse ob eandem causam Corforū seditione exorta pene interfectus est. Ex his erāt cohortibus, quas Camillus Appianus à Populoniæ oppido adduxerat, gens fera, peragrestis, & rapax. Sed Ferruccius uel multo ciuium damno ita sedauit tumultū, ut in Camillum ducem odium exitiale reseruaret. Dum hæc ad Volaterras gererentur, Aurantius in spem occupandæ Empolis uenit, quòd ibi discedente Ferruccio, non multū præsidij esse, nouūque prætorē Iunium ignarum prorsus belli, & ab una tantum ardētis odij in Mediceos commendatione suffectum fuisse didicerat. Itaque Didaco Sarmento negotium datur, eique præter suos tyrones quos ductabat, Vastius ueteranorum Hispanorum ualidas cohortes adiungit, curatque diligenter ut iustus tormentorū apparatus ad eum peruehatur. Hæc ubi conuecta sunt, Empolimque copiæ omnes peruenerunt, eo ordine oppugnatio cœpta est, ut uno tempore duobus in locis murus quateretur. Sarmentus cum Hispanis ad Ormam fluuium castris positus tormenta inter Arnū & oppidum promouit, atque eam muri partem quæ spectat septētriones, uehementer quatere cœpit. Ab occidentali uero loco cōtra Deiparæ uirginis templum Alexander Vitellius cum Italicis copiis oppugnare adortus est. A parte Sarmenti primū omnium Calcella Apulus tormētorum magister, molas frumentarias paucis ictibus disiecit, atque ita perfregit, ut decurrentis aquæ profluentem quo machinæ molæque uertebantur, & fossæ demū oppidi implebantur, opposito aggere læuorsum diuerteret, & fossa proinde totius aquæ copia solito flumine destituta ficcaretur, Hispaniq; milites illac se irrupturos confiderent. Exinde murus ducentis amplius maiorū tormētorū coniectis globis peritè uerberatus, patefactusque est, ut Hispani fossam transire, & per ruinas subire audent: eo etiam minore periculo, quòd defensoribus summa corona propter frequentes pilarum & glandium ictus nudaretur: nam supra capita oppugnantiū atque intrare conantiū præteruolabant. Sed magno irrupturis erant incommodo procidentis extra, & corruentis muri ingentia frustra, quibus multos cooperiri atq; opprimi necesse erat: præterquam quòd præsidij cohortes, ipsique Empolitani strenue, ubi periculum deposceret, hostes hastis, ferreisque tridētibus repellebant, & in fossam deturbabāt: quanquam in eo certamine Tinctus Bartifolius præfectorum fortissimus, tormēti ictu cecidisset, & iam interiorē munitionem ala-

*Eneid. 10. c. 2. cum dicitur
10. c. 2. cum dicitur
10. c. 2. cum dicitur
10. c. 2. cum dicitur*

cri concursu, non uirorum modo, sed & mulierum lateres, glebas, & tigna comportantium extruere properaret. Per eum modum Sarmetus quod periniquo atque admodum periculoso loco obniti, non sine certa pernicie milites prouidebat, tanquam tormentis locum mutaturus receptui cecinit. Eodem quoque tempore Vitellius postquam aliquantum muri diruerat, nec satis ad irrumpendum apertus foret, abstinuit praelio, alia uia aditum questurus. Interim Titus Orlandinus cognomento Pullus, qui erat apud Vitellium, per Petrum Orlandinum Florentinam cohortis praefectum gentilem suum postulauit, ut Iunius praetor in colloquium deuenire non grauaretur, prodeuntemque sub fide publica hortatus est, ut constantiam laudem sua atque oppidi salute nequaquam potiore arbitraretur, postquam tantas non haberet praesidij uires, quibus binis ducibus est diuerso oppugnantibus diu resisti posse confideret. Iunius ad ea elato in praesens animo respondit, se quinquagenario maiorem satis uixisse, proinde nihil sibi longiore uita opus esse, quae uel imbellis ingenij, uel fluxae erga rempub. fidei notam afferendo, antiquum Iunia familiae nomen dedecorare posset. Haec tamen cum non ita intrepide dixisse apparebat, ut percussa & attonita mentis signa non emineret: nam quum paulo ante sapius ac sapius ad Odoardum Giachinottum praetorem Pisanum, maturam implorans opem perscripisset, ut ibi trecentos saltem sclopettarios summitteret, uix demum unam centuriam cui praeerat Bornia Lucensis ab eo acceperat: quum aegre cum Vitellianis hostibus certando ad oppidum peruenisset, eodem metu summi discriminis adducti Empolitanorum primores eadem nocte quae primam oppugnantium conatum sequuta est, legatos ad Sarmetum emisissent, qui de concordia agerent, quorum princeps erat Bacinius decurionum scriba, in cuius custodia totus tormentarij pulueris apparatus seruabatur. Is ut existimari potuit insigni flagitio ea pacto egisse ferebatur, ut oppidani essent incolomes, praesidium uero Hispanis praedae esset. Oriente sole Ioannes Bandinus, quem singulari certamine palmam retulisse diximus, qui erat apud Sarmetum, per abrupta tormentis moenia in oppidum uenit cum Lucio Manellio, ut Iunium praetorem ad deditioem eadem fere qua pridie Pullus egerat adhortatione impellerent. Sed eadem respondente Iunio, non multo post Hispani facto impetu neminemque prohibente per ruinas adaperiti muri in oppidum irruerunt, quod Orlandinus muri custodiam, ut prae sum iret importune deseruisset, uel contradicente signifero, & illac certum periculum irrupturi hostis demonstrante. Quod flagitium uel turpi ignauia, uel intempestiua transacta deditioem fiducia admissum multi crediderunt, non sine etiam nota perfidiae, quando non statim Orlandinus poenam ueritus ad urbem, nisi perdomita & commutata republica redierit. Ceterum Hispani in oppidum irruentes aliquandiu haeserunt in fossa, quum adeo profundo, & inextricabili caeno praepedirentur, ut lutulenti umbilico tenus ereperent, subleuati que sociorum manibus moenia superaret. Primus omnium Buccanigra in domum Orlandini per tecta delapsus, in qua omnes prope

A pe nobiliores foeminae, multaque Florentini nominis matronae ut securiores essent confugerant, eas omnibus ornamentis exiit, usque ad monilia, maritalisque anulos, & corollas diuorum supplicationibus dicatas. Reliquas uero domos gregarij Hispani ea Sarmenti lege diripuerunt, ut neminem est praesidio militem uiolarent. Iunius praetor, & ipse Orlandinus, quod summae essent auctoritatis apud milites, capti sunt: parique puncto temporis Vitelliani in oppidum penetrarunt, atque ignobiliore praeda potiti sunt. Sed eos postea Sarmetus excedere oppido, & in castra redire coegit, quum Vastius ipse seram opem direptis & miseris offerens superuenisset: quantum tamen auctoritate atque imperio poterat, maleficia prohibendo, inuiolataeque foeminas praestando, non mediocriter in ea calamitate Empolitanos est consolatus.

FINIS LIBRI XXVIII.



PAULI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM

SVI TEMPORIS LIBER XXVIII.

D ER hunc modum inter parum sinceram colloquia Empoli capta direptaque, Vastius inde celeriter copias educens cum Sarmento Volaterras est profectus, quod ad expugnandam urbem Maramaldus iustum tormentorum apparatus sibi aduehi crebris nunciis postularet. Nihil enim cuniculis profecerat, nec minis Ferrucium hostem, nisi murus magno conatu quateretur terreri, & ad deditioem compelli posse prouidebat, propter incomparabilem naturae loci difficultatem. Nam Volaterra in arduo monte sita sunt, uetere praeursorum studio excelsa quaerentium iuga tanquam tutiora contra omnes hostium impetus, salubrioraque campestribus locis, quae saepenumero caliginosis atque densissimis nebulis obsidentur. Nam Volaterrani originem suam a Tyrrheno Lydorum duce repetunt, qui olim duodecim nobilissimas Etruriae urbes condiderit. E summo montis iugo quinque praecipue descensus oblongo dorso ad infimos pertinet campos, qui radiorum instar ad imaginem ex-

tentæ cum digitis palmæ manus, interiectis profundissimis uallibus di-
 rimuntur: ita ut conualles transiri nequeant, quum abruptissima sint,
 atque ita densis arboribus obseptæ, ut exercitibus inaccessæ fiant, quo-
 niam ab his aditibus silice stratis, quum paululû ascenderit in proximas
 uias nullo modo ad mutuâ opem ferendam transiri possit, quod præal-
 tæ crepidines undique subsint, ad quas cômearum oculi propter pro-
 funditatē facile caligent. Ad has naturæ munitiones accesserunt mœnia
 antiquitus è quadrato lapide constructa, quæ hodie suburbana præcin-
 gunt tecta: quoniam urbs noua, quæ hodie incolitur, post calamitatem
 à Pannonis acceptâ, aliquanto astrictiore quàm antea muri ambitu mu-
 nitur. Vastius ubi aduenit, cõtēplatus situm admirabilis munitionis,
 quanquam asperrimas sibi rerum difficultates ad oppugnandû propo-
 sitas uideret, quod nisi ægerrime pertrahi cõtstituque tormēta non pos-
 sent: cômunicatis cum Maramaldo consiliis, ad Portonem, qui est anti-
 quæ portæ munimentû, humilem nactus collē, castra posuit. Nec mora
 in Hispanos tentoria ponentes Ferrucciani audacter eruperunt: cõt-
 ctæque est cum imparatis asperrima pugna: sed ferente celeriter opem
 Maramaldo, paucis utrinque desideratis in urbem cõpulsî sunt. Exinde
 Vastius diligentius locorû situm speculatus, ad diui Andreae templum
 aliquot Fabritij cohortes, Barone Neapolitano duce, transire iussit. Qua
 re cõspecta Ferruccius nullam sibi moram attulit, quin exturbandos eo
 templo hostes decerneret: atque ita emisit Camillum Appianum cum
 suis Corforum cohortibus. Ab ea eruptione certatum est amplius dua-
 bus horis: sed multis utrinque interfectis & uulneratis, Camillus se reci-
 pere coactus est, eo impetu incumbentibus Fabritianis, ut quum se ob-
 uerteret, in genu mortifera glande uulneretur, uti asserunt, ipsius Fer-
 ruccij iussu in eius odiû uehementer incitati, quod portâ Herculis cuius
 custodia Camillo fuerat attributa, hostibus prodi posse suspiciose iudi-
 caret: ac simul uitæ suæ periculum quod recenti Corforû seditione sub-
 iisset, ulcisci properaret. Eodem quoque tempore Ferruccius suos à Flo-
 rentina porta contra hostes, qui ad portonem confederant, eruptionem
 facere iussit, ut diuerso hostiû impetu Hispani, quominus sociis opem
 afferre possent, ancipiti prælio distinerentur. Sed Ferrucciani hûc auda-
 ciæ suæ exitû tulerunt, ut Franciscus Brocca egregie fortis Corforû tri-
 bunus, non paucis utrinque amissis & uulneratis occideretur. Nec mul-
 to post à Vastio duobus in locis duplex oppugnationis genus est institu-
 tum: alterû aduersus sancti Lini cœnobium, cuius horti ad mœnia perti-
 nent, Maramaldo attributû est: alterû ipse desumpsit iuxta portam Flo-
 rentinam. Vastius cõtstitutis, partim ex directo, partim ex obliquo aspe-
 ctu, maioribus tormentis, tanta ui utrobique quassari iussit mœnia: ut
 amplius quadringētis ferreorum globorû ictibus murus adaperitus sit:
 sed multò maxime apud Maramaldû: nam supra triginta cubitorû spa-
 tium, prostratus est, tanto Ferruccianorû pauore, ut quum nonnulli tor-
 mentis icti cecidissent, ipseque Ferruccius lapidis fragmine cubito per-
 cussus

A cussus se recipere cogeretur, milites in ruinæ aditu nequaquam intrepide
 consisterent, & equites instratis equis fugam pararet, confugeretur-
 que undique in arcem, hostes irrumpere potuisse cõtstaret. Fabritius nã-
 que per audacissimos prius milites, qualis quantûsque per ruinas aditus
 pateret, explorandû ratus, quum impetum fieri iuberet, quod locus rui-
 nis impedior, & æquo ad inuadendû difficilior renunciaretur, impor-
 tuna cunctatione serò pugnæ signum proposuit, occasionemque uictoria
 corrupit: quum ab ea mora hostium cessationeque, multi propugna-
 tores redintegratis animis extruere introrsus aggerem, admirabili con-
 stantia atque celeritate properassent: Morgante præsertim Castellioneo
 ab ingentibus lacertis ualidissimo ceturione, & Ioanne Brocardo paris
 animi Volaterrano ciue, rem administrantibus: nam in aggerem tumul-
 tuarium adiuuantibus maxime fœminis, oblata quæque, & ex cœnobio
 abrepta, lectos, culcitra & cophinos, preciosissimis etiam rebus plenos
 infarciebant: ut munitio in iustam altitudinē educeretur: pro qua mox
 acerrime decertatû est, aucta spe propugnantiû, quum Ferruccius leni-
 ro uulnere cum ualida fortissimorû militum manu decurrisset, & Fabri-
 tius recenti submisso subsidio, sapius instaurado pugnam multa utrin-
 que cade edita, irrumpere esset conatus. Eo die inter Fabritianos multû
 enituit Angeli Bastardi uiri Zacynthij origine Volaterrani uirtus, quû
 sapius certamen restituisset. Altera porro in parte Vastius quâquam nõ
 adeo late murû patefecerat, satis pro tēpore animaduersa introitus con-
 ditione, prælium iniri iussit, pugnatûmque est aliquandiu ab Hispanis
 audacissime. Sed eorû impetum ea animorû & corporû promptitudine
 defensores sustinuerunt, ut pulsi nõ paruo accepto incommodo repelle-
 rentur. Caterû Vastius nihil eo duplicis conatus detrimento permotus,
 paucos post dies, iterum geminâ oppugnationē instituit: alteram ad si-
 nistrum eiusdem Florētinae portæ latus, quod Pinzianâ respicit uallem,
 alteram iniquissimo loco contra fontem perennis aquæ quæ Ducciola
 uocatur. Ibi ea forma mœnium est, & ut murus utrinque per decliue du-
 ctus ad infimam uallem ubi fons est, in angulû se cõiungat. Proinde pu-
 tabat Vastius eum locû propter inæqualis loci difficultatem, ægerrime
 defendi, & ex aduerso illac facile suos perrûpere posse, quum in eâ partē
 sedulo collibrari tormenta atque displodi iussisset. At Ferruccius ubi pe-
 riculum posceret, noua opponebat munimēta, & supra fontē præcipue
 aggerem erexit, unde collocatis tormētis, oppugnantes hostes destina-
 tis ictibus peteretur. Sed quum id opus nouæ munitionis feruere atque
 exurgere ab hostibus conspiceretur, in id coniecta colubrinę pila, insi-
 gnis præfectus cognomento Scuccula interficitur, nec tamē intermitti
 opus Ferruccius imperat: nã paulò post in eo falcones duos collocauit,
 quorû ictibus quatuor ex hostibus noti tormētorum libratores abrepti
 sunt. Nec multò post ab Hispanis cohortante Didaco Sarmento præliû
 est cœptum, tanta cõtentione, ut aliquot uexilla Hispanorum impigre
 summo in muro figerentur, instauratâque sapius admodû cruenta pu-

gna certaretur, inter fortissimos Sarmeto armis & crista conspicuo, & secundum eum Macicao Cantabro, qui castrorū erat magister, audacissime subeuntibus. Verum non diu post Sarmentus, spectata eius uirtuti inuidēte fortuna, glande traiectus occubuit, quum lōgiore uita dignus uideretur, & Macicaus pluribus confectus uulneribus propè exanimis retrahentibus suis ægerrime seruatus est: irrumpētibus autem Hispanis maxime officiebāt dolia saxis plena, quæ per deiectus strata uia magno strepitu deuoluebantur: ita ut facile appareret uniuersos hostes angusto in loco, uel si omnes intrassent, ea doliū & lapidum mole obrui potuisse. Nec scēliciore euentu certatū est in altera oppugnatione: nam tametsi prostratis mœnibus alacriter subirēt Hispani admixti Italis, nō longum tamen certamen, sed æque cruentum ac Duciolanum extitit. Vastiani quippe propiore accessu facile loci iniquitatē, propter hostiū munitionem, & præsentem paratamque uim, reformidantes, nequaquā pertinacissime expellētibus restiterūt, quum ab utroque latere intra pomerium fossas perductas, & aggeres tormentis permunitos, & aduersus armatorum aciem se irrupturos prospicerent: quando per id totū etiam edendæ pugnæ spatium ad insidias dispositi murices, & tabulæ peracutis confixæ clauis eminente cuspide conspicerentur: quibus indui prius necesse esset, quàm ad equites qui in pedes desilierant, & suis grauibus protecti armis pugnam essent excepturi, peruenirent. His præliis multi uiri fortes desiderati sunt, & in primis ipse tormētorum magister Appulus Calcella, quo nemo eius artificij peritior habebatur, ut qui Antonio Leuæ mirificam operā superioribus bellis nauasset. Interfectus etiam est Donatus Tranius, qui eius artis cōmendatione in Calcellæ locū successerat. Constat Ferrucciū aliquanto maiore derrimēto hostes afficere potuisse, nisi summa sulphurei pulueris inopia laborasset, quod eius paulò ante non modicam copiam Tedaldus, ut iracūdiæ suæ stultēque ferocię impensius indulgeret, & urbanis tectis maxime noceretur, intemperanter absumperat: qua de causa Ferruccius per turmas equitum, salis niri ad cōficiendum puluerem aliquot pondera à Vadis usque Volaterranis proximi litoris, petere fuerit coactus: ita ut sportulis ad equorū clunes coaptatis, fallendo hostium custodias in urbem comportarentur. Ferūt Vastium à tanto irritō conatu summum cōcepisse mœrorem, ita ut nōnulli ad eum consolandū de Maramaldo obloquerētur, quasi ille in prima oppugnatione propterea cessauisset, quod indignaretur Vastium su peruenisse, ut paratam sibi expugnatae urbis gloriam eriperet. Quando-
quidem ipsum nequaquaquam uenturum, sed uti postularat, tormēta tantum submissurum credidisset. Atque ira Vastius adeo bile plenus ad Aurantij castra rediit, ut Fortunam, quæ sibi paulò ante ad Monopolim aduersa atque infesta fuerat, cōuitiose & intēperanter incusaret. Maramaldus autem lōgo circuitu per Pisanum agrum paulò ante calēdas Iulias, Volaterras relinquēs, uersus Pistorium, combustis prius uineis, atq; eueris operibus, est profectus. Florentini quanquam aliquanto maiore

damno

A damno Empolim oppidū urbi propinquum, & ad subleuādam multarum rerum inopiam opportunū, amisisse cēserentur, quàm Volaterras, urbem longinquam insigni cōmodo recepissent, nihil tamen sustinendi belli curam ullis consiliis remisērunt, adoriendāq; Germanorū castra statuerunt, auctore Stephano Columna, qui nō obscure Malatestæ æmulus, & tentare ipse aliquid suo ingenio, & erecto animo dignum facinus aggredi cupiebat, ut ciuitatis animos redimeret, qui Venafrani tãquam bellicosissimi uiri importunā cædem ægre tulisse uideri poterāt, nihil magis cupientes, quàm ut præfidiarij milites frequentibus præliis sese exerceant, subeūdōque uel summi certaminis aleam fatiscētis reipub. extremis casibus subuenirēt. Hæc res diu explorata à Stephano, delatāque ad dictatorem, quum ascisceretur in eam consultationem dux Malatesta, ipso obliquè tantum cōtradiciente, grauitérque expendente totum id dubij periculi discrimen, quod subituri essent, in id tota deliberatio cecidit, ut ab omnibus probaretur, ipsēque demum Malatesta in eo negotio collegam, adiutorēque Stephano fortia audētī sese offerret, quod Lodronij castra non nisi magnis uiribus, & ualidissimo impetu inuadenda iudicaret. Quintiles iam idus aderant, torrentēque æstu

C Germani in uigiliis stationibūsq; se ipsis languidiores facti uidebantur, sic ut eruptiones hostium cōtemnere potius quàm timere consueissent. Castra eorū, ut diximus, coniuncta erant templo cœnobiōque sacratarum uirginū, quod diui Donati in Puluerosa nomen habet, eo ordine ut septa quadratis aggeribus, intra quos tendebant milites, hortos uirginum perpetuo uallatos muro annexos continerent, & dux ipse Lardonius sacris ædificiis uteretur, duobūsq; ad castrorum aggeres propugnaculis erectis, in quibus collocata erant aliquot tormēta, utraq; uiam, quæ ab urbe hinc Pratenfi, illinc Fauentina porta ferebatur, respiceret, & perpetua statione ab omni hostiū impetu aptissime defenderet. Itaque magno consensu, magnaque omnium expectatione Stephanus & Malatesta copias instruunt, partiūtur inter se munia impetus faciendi, & triplici egressu ueteranas ferme omnes atque lectissimas cohortes educunt, ea ratione ut Florentini populi uexilla, quæ in locū decedentium militum in muri atque aggerum, qui erant in monte, custodiā succederent, & si casus ferret, his in locis propugnādo patriam defenderēt, donec milites re bene gesta ad solitam muri stationem reuerterētur. Ad confirmādos tamen armatae iuuetutis animos ueterum militū aliquot

E centurias interposuerunt, & quatuor cohortes cōglobatas loco medio atq; opportuno consistere iusserunt, ducibus Francisco Tarufio, & Barbarussa Bartholo, ut commode ubi res posceret, ciuibus aduersus hostes opem ferrent. Media quoque in urbe simili ratione reliquarū tribuum uexilla constituerūt, quibus addebantur quaternæ cohortes, quæ fuerūt Pacerini, Giometti Senensis, & Corsorū duæ, ex Pasquinianis. His rebus apte constitutis Stephanus Pratenfi porta milites eduxit, ad unū omnes candidis tunicis indutos, ut inter se noscerētur, & ea specie per tenebras

P

hostibus terrori essent. Malatesta autē ea Prati portula, quę ad Arnū ducit, eo consilio egressus est, ut secundum flumen totum ripę marginem equestribus & pedestribus præsiidiis occuparet, ut si forte è maioribus Aurantij castris hostes laborantibus Germanis opem ferre, & flumen tranare auderēt, uti accidit, circa uada amnis inuaderentur. E Fauētina autem porta tertia manus erupit: eo consilio ut superiore circuitu ad Germanorū castra uerteretur, & diuerso metu illato Germanos eo temporis momento distineret, quo eos Stephanus adoriretur. Pasquinus Corsus quum præmississet expeditam suorum centuriā, duos hostiū uigiles extra munitionem excubantes ita oppressit, ut altero occiso, alter quam sauciatus ad suos confugeret, qui adesse hostes semisopitis nūciauit, atque ita Pasquinus ad munitionē castrorū impetum fecit, pauloq; post conclamantibus iam ad arma Germanis, Stephanus gradū intendēs, ut imparatos & incōpositos inuaderet, apprehēsis & superatis munitionibus in castra transcendit, impigre rem gerente Ioāne Taurino, qui inter Pasquinum & Stephanū ipsū aggerē adortus, iaculatusque ardentestubas, Germanos ita submouerat, ut undique frustra resistēte hoste, Etrusci certatim in castra irrumperent, atq; hos animosa Florentinæ iuentutis cohors Dante Castelliono signifero audacter irrūpente consequeretur, & prius quā Germani Lodroni ducis superuentu adhortationēq; componi & conglobari possent, sædo incepto exitūq; ad diripienda tabernacula discurrerent. Quo tumultu ingens non militū modo, sed fœminarum & lixarum numerus per tenebras trucidatus est, atq; item multi ex eius noctis statione, qui impetū irruentium numero, atq; animis impares sustinere nequierāt. In ea rerum perturbatione Lodronius admirabili constantia circiter duo milia hominū in recessu castris arę conglobati, retinerēque ordines, neque usquā acie excedere iussit. Stephanus semiparta uictoria, nisi milites prædę cupiditate adducti dissipatis uiribus pugnam subiissent, increpitare reuocarēq; suos conatus, in phalangē hostium densatam nō semel impetum fecit: sed postremō, quōd immota prætentis hastis egregie resisteret, & mox inducente Lodronio in dispersos & imparibus pugnātes armis impressionem faceret, nōnullis utrinq; cadētibus, ipse Stephanus uehementer est uulneratus lanceę cuspide, quę in os recepta ei dentes excussit, & inguine pudēdisque alabardę mucrone ita trāsfixis, ut exturbatus è munitione in fossam deiiceretur, multiq; simul uulnerarētur, atq; in fossam conciderēt. Interfecto Virgilio Romano, qui diu Stephano comes repugnarat, Zagonēq; uiro ingēti proceritate corporis, atq; animi uigore terribili, per femur transfixo, & Ioāne Taurino hastarū impulsu extra aggerē eiecto, Etrusci se receperūt: uel ob id præsertim nequaquā redintegrata pugna, quōd iam ab Oliuetano monte tormēta disploderētur: uerereturq; Malatesta ne Aurātius è Giramonte suorū stationes inuaderet, quas discessu militum ciuili præsidio, si grauior pugna incideret, nequaquam fore firmissimas arbitrabatur. Id uero uti postea cognitū est, Malatestam magnopere

agnopere permouit, quōd equitatū è castris hostium signo tuba proposito, eductum decurrere secundum ulteriorē Arni ripam senserat: utpote qui nō temere timeret, ne si conglobato agmine humilioribus uadis tranarent, non facile sustineri possent, quin ipse erepta ab hoste receptus facultate, porta urbis excluderetur, & populus ipsis ambobus ducibus extra urbem diuerso prælio occupatis, portāq; interclusis, incumbēte Aurantio aliquod grauis, uel summę etiam calamitatis detrimentū acciperet. Nec tamen deerant, qui Stephano laudē astruentes, assererent à Malatesta receptus signum maturius datum fuisse, obtrectatione nō dubia alieni decoris, ut parē exitum ac ipse nuper ad Catelinā portam fuisset expertus, incōsultę audacię eruptio tulisse uideretur, apud ciues qui nō æque prudētiam cauti ducis, q̄ bellicosi audacię è repub. esse iudicabāt. Cæterū ab hoc irritato conatu Florentini in uniuersum non obscuro dolore, neq; inani concepta tristitia turbabātur: propterea quod ad extremam esculentarū rerum inopiam erat peruentū: nam neq; equis, neque asinis, neq; etiā felibus pepercerant. Nec defuere è plebeiis, qui mures auide confectarentur. Frumētī autē ea erat penuria, ut panes ex milio uetere & panico, atq; ea olirā scandellęq; segete ad iumenta in alimentum destinata, confici, uendiq; inciperēt, & uulgus ignobile ea nigri milij segete culmosa, aliās dicata suis, quam Transpadani melicam, Etrusci uero ipsi faginā uocant, uesceretur. Vini nusquā erat copia, nisi quę sacrificiis atq; agris in medicinę usum seruaretur, potarēt omnes aquam hilariter: sic ut ipsi ciues frugi homines hæc à militibus incommoda tolerantissime ferri mirarētur: laudarētq; eos q̄ fideli perseuerantia, nusquam excitato tumultu, suisq; contēti stipendiis, pro militari tantū gloria alienę libertatis causam aduersus exterar gētes generose defenderēt. Sed quum nullus belli exitus desperatis auxiliis, nisi ualde lugubris atq; durissimus prospiceretur, uersabat iam multorū animos cura ingēs publicę salutis, prudentiorēque iam plane ea ominabantur supplicia esse subeunda, quę Romani nuper pertulissent, si uinci armis q̄ pactione se dedere mallent. Neq; tamen quisquā reperiebatur qui effari auderet: adeo erat certum his, qui ferociam animi deditiois cogitatione remisissent, fœdę mortis supplicium, ut plerique tacite animos desponderent, eum subituri casum quē uel iniqua fors publicis rebus attulisset. Primus omniū Zanobius Bartholinus, qui dudum è tota ciuitate libertatis defensor, grauitate cōsilij, industria, & uigilantia singulari, cū summo imperio legatus extiterat, simulato corporis morbo nequaquā occulte cōcepta animi ægritudine, è curię limine se subduxit, q̄ autoritate rationēq; multorum efferatorū ciuiū insanix mederi posse desperaret: agitarētq; animo quānā ratione cōsilij affectę ciuitati prodesse posset, & quū nihil deditiois pactione utilius atque salubrius fore iudicaret, se penumero de ea re in arcano cū Malatesta & Stephano fuerat colloquutus, per quē tentādum Aurātij hostis animū esse statuebat: occasio uero eius tractandę rei nō semel petita est, quum munera ad ducē in castra mitte-

rentur: idoneus autē interpres erat Cécus Perusinus cognomēto Strabo, astu atq; prudentia militari insignis, propterea q; Malatesta fidus. Is Aurantiū reperiēbat nequaquā abhorrentē ab honesta cōcordia: quum ille ducēta tantum milia aureorum nummū ad persolūda militi stipendia postularet, subindēq; peteret Mediceam familiā seruato libertatis nomine, uti antea consueuissent, pristinae dignitati restituendam: & obiter à Clemēte Pontifice prāteritarū offensionum obliuionē se impetraturū polliceretur. In quas condiciones non Baucius modo Valorius, pro legato à Pontifice ab initio belli in castra missus, inclinabat, sed Aurantius ipse, undecim iam prope mensium obsidionis tædio affectus, & quod maxime urgebat, pecuniæ inops: q; multo lusu alex ingentē pecuniā uim stipendiis destinatam, gemēte Valorio legato, importunissime perdidisset, & Conradus Hessius, uetus Germanorū dux, & ualde felix aleator, eam ferme totam abstulisset, adeo importune ut quum Hispani atq; Itali debita stipendia flagitarent, Aurantius pudendis circumuētus difficultatibus, nihil potius atque expeditius reperiret, q̄ ut expressa, uel non acerbis conditionibus deditiōe, ærumnoso bello finem imponeret. Ad ea persuadenda ipsius Valorij authoritas plurimū ualebat. Quoniam ex arcanis mandatis à Pontifice de patriæ salute sollicito etiā atque etiam admonebatur, ne expugnandæ per uim urbis casum necessarium duceret: darētq; operam, ut sine sanguine uictoria quæreretur, q; nequaquam sibi deleta patria, sed incolumi, opus esse prædicaret. Eadē etiam Pontifex perscribi ad reliquos duces, Ferdinandūmq; in primis Gonzagam iubebat, ea conditione, ut his certis præmiis gratiā seruatae patriæ relaturum polliceretur. Hæc ubi Cencius è castris rediens Malatesta renunciabat, cum bona spe concordia Zanobio cōmunicabantur, & per eum sedulo, & quantum fieri poterat occulte, ad eos emanabant ciues, quos incolumis patriæ cura totius obstinatę factionis obliuisci cogeret. Verum recta salutariq; paucorū prudētium, insana multitudo imperitorum populariū facile superabat, ipso præsertim dictatore peruersissimis opinionibus imbuto, & rem ad extremū uiolēti conatus casum deducere cupiente: ita ut accersendum cum omnibus copiis Ferruccium, defensis Volaterris ingenti uirtutis opinione à popularibus sublatū, & periclitari extremo conatu. Etrusci imperij fortunā statueret. Itaq; Ferruccius è senatuscōsulto reuocatur, & quid fieri oporteat ex præscriptis mādatis docetur. Sūma consilij hæc erat, ut per Pistoriensium mōtes ad urbē Florētiam duceret, & decedens dextrorsum à Fesulis, ipso Malatesta erumpente, atq; excipiente occasione nobilis pugnae edendæ, qua patria obsidione liberari posset, opportunissime præberet. Ferruccius qui quassata mœnia reficiebat, acceptis à senatu literis, Marco Strozza, & Baptista Gondo, qui Florentia missi fuerant, uiris prætoris, urbis custodiam commēdat, cum singulis militum cēturiis attribuit Nicolaum & Gualterotum Strozzas, Alexandrūmq; Monaldum. Imperat etiā Volaterranis decē obsides, qui castra subsequantur, captōq; itinere secūdum Cæcinam

A Cæcinam amnem, ad uada Volaterrana descēdit, atque inde per Liburnum, antiquæ Labronæ turritum oppidum, Pisas contendit. Ibi aliquot consumpsit dies apparadis his rebus, quæ ad profectiōem pertinerent, imperandisq; præsertim pecuniis, ut milites qui stipendia seditiose flagitabant, tumultu à Corforum cohortibus orto, præbita pecunia pacarentur. Eam autē uiritim mercatoribus imperatā, usque adeo impotēter extorquebat, ut quibusdā præsentem laquei mortē horribili uoce interminaretur: aliis porro, in summa domus cœnacula contrusis, nisi pecuniam expedirent, fame pereundum esse denunciaret. Quæ sæuitia acerbitatēq; usus, sicuti Volaterranos afflixerat, ita à Pisanis magno scœnoris impendio patrimonia distrahere coactis, tantam auri summā, quæ mēstruo stipendio satis foret, corrasit. Exinde Pisanos ad unum omnes qui arma ferrē possent, tanquā ueteris memores libertatis, propterea q; ab iusto odio Florentinis suspectos, patria excedere iussit: quanquā Pisano rum optimates octoginta numero, obsidum nomine Florentiæ seruarentur. Adduxerat paulo ante Pisas aliquot exercitatorum militum cohortes Paulus Ceres, Rentij filius, dux impiger. Cum eo belli gerēdi cōsilia Ferruccius communicat, cogitq; in unum omnes copias, productis autem omniū uexillis, quum inspicerentur singulę cohortes, censa sunt tria milia peditum: galeatorum uero equitum numerus, & pileatorum Epirotici generis leuioris armaturæ, qui erant peltati, quingētorū summam implebat. His præerat Nicolaus Mafius è Nauplio Peloponnesiaco uir egregie fortis, cui Pulledro, Epirotica lingua, cognomen fuit. Galeatos autē thoracatosq; ductabant ueteres ac clari nominis præfecti Carolus Ciuitella regulus, & Amicus Arfula. Præter has copias sollicitarat etiam montanos Pistorienses homines Cancellariæ factionis, qui sicuti promittebant suis illac iter habentibus præstō futuri sperabantur. Sarcinariis autē iumentis multis undique uiolento imperio contractis, supra centum ligneas tubas, quæ sulphuream flāmam euomerent, imposuit: atq; item decem minora tormenta, quæ moschetos appellāt, & ligneis cantheriis imposita subitaria in pugna ad cōfirmādas acies peditibus præsidio aduersus equites esse consueuerunt. Cum his copiis eōq; apparatu, & cum aliquāta cōmeatus copia, biscoctiq; præsertim panis, more nautico, quæ properantibus per nemora & syluas sufficeret, uel si nihil omnino parati commeatus, montanorum agrestiumque hominum tenuitate nancisceretur, reluctante genio Lucensi porta signa eduxit: conuersusque ad quosdā præfectos fatali proloquio: Fortissimi uiri, inquit, ad subeundam durissimi euentus fortunam ire iubemur, neque reformidanda est ulla periculi uis imminens, quum omnino senatui sit parēdum qui nos alit, & in dextris nostris suprēmæ salutis suæ spem reponit. Apparebat enim eum quibusdā secus ac consueisset parū alacriter loquutum fuisse, quasi diuinaret, qua sorte ad alienū arbitrium suscepta expeditione esset pugnaturus. Reliquit autem in præsidio Pifarum, qui Odoardo Giachinotto prætori parerēt, cum singulis cohortibus, Mat-

thiam Varanium Camerem, & Bettum Ranucinum Florentinum, Michaelémq; è Montopoli, & cum his Epiroticæ stirpis inquilinum cum ala equitum Mufacchinū, Mufacchio uetere fortiq; equitum præfecto genitum. His rebus constitutis per Lucesium agros, atq; inde subter Pificiam, & Colodium oppida ita agmen duxit, ut signa sensim ad læuam in superiores montes erigeret, confragosisque & syluestribus locis recta uersus sancti Marcelli pagum progreditur. Interim Auratius de cōsilio itinerisq; hostium per speculatores certior factus, cōmunicatū cum paucis totius negotij consilium per hunc modū mature explicat. Ferdinandum Gōzagā in obsidione relinquit, & cum eo ferme omnes Hispanos pedites, multoq; maximā Italicarum cohortium partē. Ultra Arnū porro suis in castris Lodronium consistere, obseruareq; hostium motus, atque intentius euigilare iubet. Scribit autem ante omnia ad Fabritiū Maraldum, atq; Vitellium qui in agro Pisano circum oppida Vicū, Sanctæ crucis, & Focensium pagos æstiuabāt, ut coactis cohortibus ad præcidendum Ferruccio iter, uestigiisque, insistendo quanta possent celeritate maturarēt. Ea quoq; Hispanorum tyronū manus, quæ per aliquot menses Clauerio duce diuagata per agrum, & mutando loca raptō sese aluerat, tanquam edicto Cæsaris stipendiis castrisque, exclusā ad Altopasum confederat, Vitellianas cohortes est subsequuta, adhortante ipso Vitellio ad nauandam ea expeditione operam, qua omnē consternationis, & diurnæ secessionis noxam redimerent, & noua promereri stipēdia properarēt. Præmittit etiam è castris Roscium, Martium Columnā, & Scalengum cum suis cohortibus, atque item Roscij alariis equitibus Theodorum Bischetmium Epirotarū equitum præfectū adiungit. Hos subsequitur ueterum Germanorum legio, ipseque postridie cum uniuerso leuis armaturæ, & cataphractorum equitatu è castris proficiscens, tranato flumine Arno uersus Pistorium cōtendit. Noctu autē iter faciens peruenit ad locū, cui Lagoni nomen est, castaneis arboribus frequētē, qui locus est fere medius inter Pistorium & Gabinianum oppidulū. Ibi aliquantisper substitit, ut equos modica quiete, & milites leui ientaculo recrearet, atq; interim nuncios opperiretur, qui de itinere hostiū certius referrent. Eo modo quiescenti superuenit cursu citato fessus sacerdos, qui Auratium requirēs, adesse Ferrucium, eūmq; sancti Marcelli oppidum intrasse, direptūmq; incendiisse, unde ipse uix effugerit, anxie nunciavit, subdēs Ferruccianos in tergo à Cæsarianis premi, quod ex multo sclopettorum strepitu nosceretur. Ab hoc nuncio bonæ spei plenus Aurantius, quum lagenas poposcisset, & uina latis pateris funderentur, circumiectisque in coronam ducibus Francisco Prateo, Rossalique Hispanis, & Zucero Epirotæ hilariter propinaret, densissimus repente cælo dudum sereno imber effusus est, usque adeo largus, ut cunctos sub diuo perpotantes late perfunderet, & ad omen à quibusdam uerteretur. Arrisit ad id sublato lætiore cachinno Aurantius, & commilitones, inquit (uti uideo) in hostes nequaquam temulento agmine prouehemur, postquam

A postquam nobis superi uina coronantes pocula benigne propitiisque diluunt. Hæc fuere suprema eius uerba, continuo efferrī signa iubētis, quum paulo ante ducibus sua munia in omnem eminentis pugnae casum tam sobrie quàm opportune per hunc modum dispensasset. Hos enim quos diximus duces cum uniuerso leuis armaturæ equitatu præire iubebat, quibus præsidij causa addiderat Pompeium Farinam cum trecentis pernicipibus sclopettariis, monueratq; eos ut passim, si qua paulo angustiora in itinere reperirent loca, per quæ difficulter equitatus transire posset, idoneis tumulis certas sclopettariorum manus imponerent, ut quum hostes conspexissent, si forte premerentur ad ea præsidia sensim se recipere possent. Quòd si planiora occurrerent loca quæ non inepta equestri prælio fore prospicerent, tam diu distinere hostes lento certamine niterentur, quoad ipse cum cataphractis superueniret. Vbi equites ad Gabinianum oppidum peruenerunt, & portas sibi pandi postularunt, oppidani non aliter eos se admissuros responderunt, nisi Aurantius fidem daret sine maleficio milites ingressuros. Erant Gabiniani aduersæ factionis, qui edocti de Ferruccij aduentu fallacibus responsis tempus extrahebant, quorum consilium non multo post ab Aurantianis est intellectum, quum oppidani è sacra turre cōspectis è longinquo Ferruccianorum uexillis, eorum scilicet qui præcurrebant equitum, sacri campani æris sonitu adesse iam Cæsarianos hostes significarent: atq; eo modo dum expectatur Aurantius, qui fidem præsens oppidanis daret, quòd multum interesset ad uictoriam parandam, eo opportuno plenoque com meatu oppido potiri, equites circūflecentes se subter mœnia uersus sancti Marcelli oppidum excurrerūt, & cum antecursoribus hostium leues pugnas ferere cœperunt. Siquidem Ferruccius sanctum Marcellum ingressus, paucis interfecit, & eorū domibus qui erant aduersæ factionis crudeliter incensis, Gabinianum petere statuebat, ratus hostes nequaquam tanta celeritate occursuros. Dum oppido egredēretur, conspexerat turbam mulierum cum liberis rerum suarum onera capitibus portantiū, quæ aduersa porta exiissent, in montes altissimos euadentem. Nonnulli propterea locorum periti milites, qui de aduentu hostium certius cognouerant, Ferrucium cohortari cœperunt, ut eodem montiū dorso, quo ire pergerent mulieres, agmina educere uellet, quòd id montanum iter angustam uiam, & utrinque abruptissimos haberet deiectus, sic ut hostes illac non facile persequi possent ascendētem in ea

E Apœnini iuga, quæ demum æquiores quanquā longiores uias dextrorsum haberent, & per eas ad Scarpariam & Mugellanum agrum descendere possent. Paulus Rentij filius leuem putabat impedimentorū iacturam, modo incolumes elusis hostibus eo peruenirent, quo uocarentur. Sed Ferruccius elato spiritu id consilium, quod timoris & fugæ indiciū præbere posset, detestatus, recta progredi cœpit. Præibant equites Carolo atque Arfula ducibus, & quum non amplius duobus millibus passuū Gabinianum abesset, antesignanæ cohortes, quas ductabat Bernardus

Strozza, cui cognomentum Captiuantio fuit, ad Gabinianam portā applicarent, postremæ aciei uexilla ad portam sancti Marcelli adhuc erāt. Iter non admodum erat impeditum, sed paululum per accliuia descendere oportebat, quoniam sancti Marcelli oppidum in ima ualle positū est, & perpetuis undique montiū iugis præcingi uidetur. Iam Casariani qui cum Roscio, Theodoroque, ut diximus, præmissi fuerāt, insistentes uestigiis nouissimos carpebant: nam Roscius expeditam sclopettariorū manum sublatis singulis in clunes equorum aduexerat, quæ procurfando displodendoque magnopere hostes uexabant. Maramaldus autem à Calamecha uico, ubi pridie hostes castra fecerant, eos sanctum Marcellum petere conspiciens, ad læuam fidis uia ducibus usus, per superiorū montium & syluestrium tramitum compendia ad Gabinianum peruenerat. Alio quoque breuiore itinere, quanquam aspero, Vitellius non procul ab oppido dudū cōfederat. Interea Ferruccius albo uectus equo districtum tenēs gladium suos hortabatur, ut compositis ordinibus ad præoccupandum oppidum, quod erat in conspectu, festinarent, propellerentque urgentes hostiū equites, nam Carolus & Arfula singulari uirtute dimicantes, non sustinebant modo, sed redintegrato sæpius utrinque impetu, per decliues ripas aduersos, & terga uertentes hostes se recipere cogebant. Dum tumultuosissime magnoque strepitu pugnaretur, quod è Ferrucciana acie certæ sclopettariorum manus emittebantur, & Pompeiani, quos diximus, equitū præsidio missi, equestri prælio se immiscuerant, multique iam ceciderant, Maramaldus ab aduersa porta, & partim à facile disiecta mœniū maceria oppidum est ingressus, Ferruccio iam ab anteriore porta signa inferēte. Atque ita per oppidum atrox & cruenta editur pugna, sic ut in medio foro magna contetione certaretur, nam Ferruccius ingenti animo in pedes desiliens, abrepta pedestri lancea fortissime rem gerebat. Nec suis deerat Maramaldus, quin magna ui factō cuneo, toto plateæ spatio potiretur. Interim ex Ferrucciano agmine pars sequuta ducē, ingressaque oppidum operam nauabat, pars deflectens secundum murum, apud castaneti ingētes arbores idoneum nacti locum, quo se aduersus insultātes equites tueretur, displosis sclopettis aduersa glandium procella hostes obruebat. Ab his, ut postea cōpertum est, qui erant numero ferme quingenti, quum Aurantius adducto cataphractorum agmine, ut prælio interesset per arduum ripæ callem eniteretur, uectus spadice equo, & gladium uibrans, gemina glande traiectus equo decedit, nec tamen statim est agnitus, quum argentea ueste, & auratis armis carptim exueretur. Ferunt eum prius quam uulneraretur cum Nicolao Masio, qui primus occurrerat, singulari certamine collatis equis contendisse, quum Græcus ferrea claua ei galeam pertunderet, ipse uero equestri mucrone ad eum perfodiendum iteratis ictibus uteretur. Sed Masium cataphractorum impetum ueritum, ad castaneas refugisse, Aurantium autem audacius se prouehētem lethalia uulnera sustulisse. Eodem fere tempore Vitellius in agmen secundæ hostiū aciei,

A aciei, quam Paulus Rentij filius ductabat, ex obliquo peropportune inuectus, ad primam fere impressionem ita perturbauit, atque disiecit, ut omnibus uexillis in unum de more conglobatis potiretur, uel acerrime resistente Paulo, qui dimisso equo constantissime pugnans, aciem componens, & pugnam instaurans, ad oppidum perumpebat, ut Ferruccio opem ferret. Ceterum ubi Aurantium cecidisse, & cataphractorū agmē, fœdum uisu, atque incredibile dictu, se totum retro in fugam præceps dedisse uulgatum est, Ferrucciani sublato uictoriæ clamore se conglobare, & perterritis insistere cœperūt, ac nisi Germani qui se nihil adhuc commouerant, sed phalangem suam instar arcis ad sociorum receptum non procul ab oppido in ordine continebant, in uiam progressi tumultuarios hostium procurfus repressissent, proculdubio nemo equitū fugere destitisset, quum eorum plerique, & ante alios Rossales exemplum Antonij Hisceræ qui cataphractis præerat, sequutus, intenta fuga usque ad Pistorij portas profugissent, tanta perturbatione, ut & in castris ad Gonzagam, & in urbe ad dictatorem interfecti Aurantij, fusi que exercitus fama deferretur. Eodem puncto temporis Vitellius Pauli cohortes oppidum intrantes urgendo cædendoque aliquandiu persequutus, opportune deflectēs ad portam qua Maramaldus intrarat, ut ei maturam opem ferret, signa intulit, & usque adeo sæuum certamen renouatū est, ut in plateam coaceruatis cadaueribus impeditam penetrari uix posset. Sed Ferruccius & Paulus ex longa pugna, maximoque meridiani temporis feruore fatigati, in quandam editiorem domum se receperunt, atque inde sclopettis rem gerere perseuerarūt, donec ab equitatu leuis armaturæ, qui Rossalem fugientem præ pudore sequi noluerat, confertis turmis conglobato, hostium equites ad unum omnes profligati deletique sunt, quum paulo antea cohortes uel quæ oppidum ingredi nequiderant, uel quæ Ferruccij iussu extra remanserant, Aurantiumque interfecerant, clauis utendo ferreis, quibus galeæ quidem uix resistebant, prostratæ fuissent: neque ea die magnopere uictis profuerunt preparatæ ad id tubæ sulphureum uomentes ignem, quum aliquot tantū in Germanos & equites iacere licuerit, nec direptis & perturbatis impedimentis, Moschetti expediri, aut catheriis uti sperassent, imponi nequiuerint. Ferruccius & Paulus aduersæ pugnæ exitum, atque infestam Florentino nomini fortunam agnoscentes, quum ipsorum milites aut interfecti, aut capti essent, expugnatisque atque direptis singulis oppidi domibus Maramaldus certa uictoria iam potiretur, se dediderūt, mōxq; Ferruccius, » uti erat armatus, ad Maramaldum perducitur. Tum uero Fabritius: An » quum Volaterris tympanistam meū contra militiæ morem laqueo im- » pie suspendebas, te unquam ad manus meas peruerturum putaras? Tum » ille: Hæc non iniqui semper Martis fors est, quæ tibi bellum gerēti ob- » uenire potest. Sed tu si me occidas, neque utilem, neq; decoram ex mea » nece laudem feres. Sed itidem obiurgās, & ex mercatore ducem factum appellans, uictor ei galeam, & thoracem detrahi iussit, gladiumque gut-

turi impedit, & militibus conficiendum reliquit. Erat Ferruccius excelso corpore, excelsoque animo, sed admodum superbo, tumidioréque facundia, ita ut nō longo quidem belli usu edoctus, sed naturali quodam Etruscæ solertiæ uigore præditus, singula munia cum admiratione nō ciuium modo suorum, sed militum implendo, strenui militis & iusti penè ducis speciem præferret, sed qui adunco naso, palloréque multo & oculis sanguineis insitam feroci ingenio crudelitatem fateretur. Audiu ego postea à Maramaldo, quum eius cædis damnaretur, se nequaquã ex priuata iniuria, sed quodam non impiò pudore percitum eum seruare noluisse, ne incolumis hostium dux, postquam tantus imperator cecidisset, seruaretur. Quando sibi honestissimum fore duceret, si eum in gratiam militū, Germanorūque præsertim, pro uictimā Aurantij manibus immolaret. Cæterum Aurantij cadauer iam armis omnique amictu nudatum sub ipsam cataphractorum fugam Tentauilla Gallus eius familiaris, agnitum collectūque extra oculos militum asportauit, & stragulæ lanæ uesti inuolutū in sacello collocauit, donec parta uictoria susceptus in ceruicem robustioris equi, brachiis & cruribus utrinque pendens, lugubri humanæ miseriæ spectaculo Pistorium est deuctus, non absimili fati sorte ac Borbonius fuerat ereptus, quum uterque in limine uictoriæ suæ ceciderit. Ferunt in eo qui nondum trigessimū ætatis excefferat annum, perillustres liberalis animi, & pugnacis ingenij uirtutes, quibus studia militum, ut alibi diximus, cum insigni gloria, & non obscuro quodam dolore Cæsaris promerebat, quum militibus defensi Neapolitani regni oppida, tanquam sua quæ aliena erant, profusissime largiretur, & ante alios semper in acie conspicuus pugnam ciceret. Ortus erat Salonia familia apud Sequanos illustri, præferebatque indolem inclyti futuri ducis, nisi id summæ gloriæ decus intèpestiua præuaricatione, quæ temporis spatio atque integra ætate pararetur, præferuidus affectasset. Cecidere ea in pugna paulo minus duo milia hominū utriusque partis, nam multi postea ex uulneribus perierūt. In his autem fuere acerrimè pugnantes Ferruccianarum cohortium præfecti, Capitaneus Borgenis, & duo è Corsorum gente, Paulus & Franciscus, atque item Carolus Ciuitellæ comes, qui equestri prælio longe omnium promptissime dimicarat, & Alfonsus Stipicianus Farnesia matre genitus ipsius Pauli Ceritis propinquus. Ex Fabritianis uero Ioannes Maius inter Brutiarum cohortium præfectos pugnacissimus, & tres cum eo signiferi occisi sunt. Amicus quoque Arfula Martio Columnæ pecuniæ redimenti traditus, necatusque est, quod Scipionem Columnam patruelem suum, Malliana in pugna, ipsius Amici manu interfectū fuisse diceret, ignobili hercle facinore, sed usitato huius seculi Romanis, qui iniuriarum perpetuo memores, uindictæque auidi, inimicorum sanguine propinquorum suorum manibus auidissime parentare consueffent. Mafius uero à suæ gentis equitibus captus, æquo iure militiæ facile se redemit. Captiuantius quoque Strozza grauiter uulneratus, curatusque apud ho-

Astes, mille aureorum nummūm pretio dimissus est, quum Paulus Ceres eadē militiæ lege aureis nummis quatuor milibus à Maramaldo libertatem impetrasset. At Florentini uel hoc aduerso Ferruccianæ pugnae euentu uehementer perculsi, nihil se animo demittebant, nihilque obiter ad petendæ pacis consilia flectebantur, nam populares insanæ cōtumiaciæ & summæ acerbicatis homines, quorum peruicacibus ingeniis resp. regebatur, extrema supplicia à Barbaro hoste perpeti, & captæ conflagrantisque patriæ interitum conspiceret, quàm deditioe se uictos fateri malebant. Et quoniam suprema auxiliorum spe decidissent, deuenissentque ad ultimam alimentorum inopiam, quæ una nō ciuium modo & imbellium tanquam propinqua morte, sed militum uires atque animi frangerentur, ad id extremi consilij decretum decurrebant, ut longè grauissimo impetu ad salutem, aut si nō ita fors ferret, non indecorum commune exitum, in hostes erumpendum esse censerēt, ipso ante alios concitante dictatore, cuius mētem inueterato deprauatam odio, atque ipsa afflictarum rerum desperatione perturbatam, neque religio, neque erga patriam pietas, neque ulla demum prudentiorum consilia sanare poterant, quin in ipso honore magistratus, ipsoque iam prouiso periturae libertatis & cadentis urbis funere, mortem opperendam decerneret. Huic diro insistentes consilio, per eos dies quibus Ferruccium Pisis mouere iusserant, à Malatesta Stephanoque intente & grauiter postulabāt, ut in eandem committendæ pugnae sententiam deuenirent, & fortibus explicatis consiliis, expeditisque efficacibus armis secum adesse uellent, qui pro libertate salutēque patriæ, supremi certaminis aleam subire stauissent. Ad ea duces, quod ita ex usu salutēque ciuitatis, & sua dignitate rebantur esse, de scripto his uerbis dictatori, decurionibus, decemuirisque responderunt, ut eos iusta militiæ ratione à temerario exitiabilique decreto deterrent, utpote qui honesta pactione, ut antea per Cencium Strabonem Aurantij sensus pertentassent, de deditioe transigere, quàm rem ad periculosissimum prælij discrimen deducere, multo fatius atque salubrius esse iudicabant. Quum sæpe alias accurate deliberando, excelsi reipub. præfides, de eruptione consultaretis, semper nobis una atque eadem sententia fuit, ut id periculosa aleæ discrimen tanquam funestis exitus, libero ore detestaremur. Nam pro disciplina cuncta bellicæ rationis momenta diligenter expendētes, facile prouidebamus, nos iniquissima locorum & rerum omnium cōditione cum hostibus pugnaturos, quandoquidem numero uirium inferiores, uti præclare liquet, & uos omnes factō sapius periculo perspexistis, nisi temere & cæco impetu hostem adoriri expugnareque nō possumus, munitissimis scilicet & distinctis uallatum castris, æquitate loci fretum, & multo tormētorum apparatu instructum. Itaque nihil à priore sententia discedimus, nostri namque muneris atque existimationis est, ea afferre consilia, quæ ciuitati tutata, atque salubria sint, ea uero quæ certum incommodum, & luctum, atque adeo summā calamitatē prænunciēt, repudiare penitus atque dāna-

» re, nec mediocris subinde animis nostris bellici decoris cura infideat, ne
 » si militiae parum peritis, quod syncere dictum uos æquo animo laturos
 » scimus, temere atque indulgenter obtemperemus, nō obscuræ inscitia,
 » tumentisq; arrogantia apud uniuersas gentes damnemur, & superos
 » hoc tanto admissō piaculo grauiter offendamus, inexpiabilemq; subea-
 » mus inuidiam, si male sano præcipitiq; nostro consilio, patriam uestrā
 » omnium florētissimam, & quod ad Italiae publicum decus attinet, aua-
 » ritia atque immanitati Hispanorum & Germanorum occupandam at-
 » que delēdam, teterrimo urbis Romæ exemplo obiiciamus. Sed postquā
 » à nobis nunc hoc unū postulatis, ut quæ erupturis uia inter omnes ma-
 » xime difficiles, tutior atq; aptior uideri possit, demonstramus. Primum
 » omnium scire uos oportet, castra hostium ita perductis & coniunctis
 » munitionibus esse permunita, ut nequaquam è montibus, sicuti specu-
 » lando deprehendimus, aliunde instructa acie descendere liceat, quā
 » duabus omnino uis, quarum altera est secūdam Roscianam uillam, &
 » subter Margaritæ Monticiæ templum, qua ad ipsa Aurantij castra per-
 » uadere possumus, altera relinquitur per uallem, quæ ad Gallū, ubi Hispa-
 » norum sunt munitiones, perducit, nam utrinque aggeres aliquāto lon-
 » gius quā alibi inter se distant, ut sine detrimento ad ipsas usque muni-
 » tiones perueniri posse appareat. Neq; enim è Fridiana porta conseruatis
 » ordinibus erumpere licet, quōd euadentibus tormenta hostium Oliue-
 » tano in podio constituta & certius collibrata immineant, quæ singulare
 » incommodū afferre posse facile demonstrant, sic ut Germanos etiam è
 » suis Puluerosæ castris, cognito nostrorum egressu nihil moraturos cre-
 » dere par sit, quin à tergo uehemēter atq; celeriter incumbant. Pari quo-
 » que ratione quo pacto Catelina porta tuto educi agmina possint, non
 » uidemus, quū hostiū munitiones adeo mœnibus sint propinquæ, ut in-
 » tra teli iactum portam despiciant, egredientesq; non maioribus mo-
 » do tormentis, sed ipsa sclopettorū procella obruere facile possint, prius
 » quā cōponi atque instrui ordines queant. Quod si sancti Georgij por-
 » tam respiciamus, liquido nihil infanitus & perniciosius accidere posse
 » iudicandum est, quā si illac erumpere conemur, quandoquidē in con-
 » spectu sit Barducciæ casæ propugnaculū, quod portæ opponitur, mul-
 » titudine tormentorum undiq; permunitū, quo uetari potest & egressus
 » ipse, & tota adimi instruēdæ aciei facultas. Barduccio quoque cōiuncti
 » sunt perpetui aggeres, qui directa serie totius protractæ munitionis ad
 » Giramontem usque pertinet, & usque adeo urbi proximi sint, ut aliun-
 » de quā duobus uis, quæ diximus, itineribus tentari eruptio nequeat.
 » Caterū nos magnopere permouet, omnemque audacioris cōsilij ratio-
 » nem & spem perturbat, dubius & anceps qui proponitur expugnandæ
 » munitionis euetus. Sed esto quod impigre aggeres cōscendamus, atque
 » ipsa hostiū munitione uictores potiamur, num idcirco sperandū est, ut
 » Germani atq; Hispani sibi desint: nec se colligēdi instruēdiq; spatium ha-
 » beant: ut dispersos, & in expugnanda munitione fessos, in ordinatōsque
 » nostros

A nostros conferta acie nequaquā inuasuri credantur? An nō Italicas cō-
 » hortas, quæ & in tergo & dextrorsum sua minora separatim habent ca-
 » stra, in tanto tumultu cessaturas, quin accurrant, putabimus? Et non re-
 » cte suspicabimur Lodronianos Germanos è Puluerosæ castris, & tyro-
 » nes quoq; Hispanos superato Arno laborātibus suis occursuros? Quod
 » si planioribus locis iuxta Arnū maiore circuitu, ut quibusdam uideri
 » potest, sit erumpendum, infelici certe audacia, atque infausto consilio
 » agmen nostrū per patētia loca perducetur, quū uniuersum hostiū equi-
 » tatum uestigiis extemplo insequuturū, & pedestres copias equestri nu-
 B datas præsidio perrupturum facile ominari possumus, præterquā quōd
 » aliquāto minore cohortium nostrarum numero id iter sit tentandum,
 » quum necessario relinquenda sint firma præsidia in munitionibus, quæ
 » sunt ad sancti Miniati, sanctiq; Georgij colles, quæ urbem tueri ualeat,
 » si forte hostes animaduerso neglectōq; longiore nostrorum itinere, nō
 » absurda occasione adducti, commodēq; inuitati, montem inuadant &
 » occupent, atque inde urbem uacuam militari præsidio confestim ado-
 » riantur. Proinde pensitatis utrinque uiribus rerūque periculis in hoc
 » decretum descendimus, ut nos confirmare non pudeat hostes undique
 C numero, uiribus, æquitate loci, apparatusque rerum omnium esse supe-
 » riores, meliorēque ideo quā nos fortuna, uti factō sapius periculo, o-
 » mnino pugnaturus. Nihilō secius tamen profitemur, si imperabitis nul-
 » lum uel salutis uel existimationis nostræ discrimē reformidaturos, mo-
 » do ea quæ dictator in rem opportuna sapius promisit, egregie præstet:
 » ostendemusq; proculdubio, neq; fidē neque industriam, neque si dicere
 » fas sit, uirtutem probis dignam ducibus nobis erga uos omnino defuif-
 » se. Hæc tradita decurionibus, & per omnes ordines lectitata, quanquam
 » iniquis auribus atque animis acciperentur, aliquos tamen de salute pu-
 D blica maxime sollicitos impulerunt, ut in tanta negotij difficultate sen-
 » tentias à præfectorū primoribus separatim exquirendas censerent, uel
 » ob id quōd Malatesta & Stephanus de scripto significarāt, se omnes co-
 » hortium præfectos pridie aduocasse, propositōq; pugnae cōsilio, & qua
 » nam parte quoue itinere, si ineundi prælij opinio probaretur, erūpendū
 » foret, affirmarāt eam esse omnium sententiā, nisi iniquissima cōditione
 » prælio certari non posse, sic ut ciuitatē maxime euidenti supremæ cala-
 » mitatis periculo obiici constaret. Itaque quū ab aliquibus probatē uir-
 » tutis & fidei præfectis sigillatim sententiæ exquirerētur, neminem fere
 E reperiebant, qui tantæ rei difficultates audacioribus eleuaret uerbis, aut
 » ullam omnino prospere edendi prælij spem promitteret, quanquam ad
 » unum omnes se dicto atq; imperio obtemperaturos, & fortē nauaturos
 » operam pollicerentur. Sed unus ante alios ætatis honore, & longo mi-
 » litia usu facile superior Pasquinus Corfus, qui sub Ioanne Medice spe-
 » ctata cum laude ordines ductarat, quanquā inculta facundia nō inepra
 » tamen usque adeo libere commemoratis difficultatibus atque periculis
 » differuisse uisus est, ut nihil stultius atq; dānosius fore testaretur, quā

si eruptione pugnandū statuerent, propterea que infensis toruīsq; oculis eum populares intuerēt, & nonnulli comprehendendū, atque extemplo capite puniendū dicerēt. Quo rumore ad eius aures perlato Pasquinius postea curiæ limine abstinuit, nec nisi suorum cohortibus stipatus in area uersari ausus est. Neque propterea magistratus quin obstinate in sententia persisterent, persuaderi ullo modo poterant, nam identidē singulis diebus ab utroq; duce flagitabant, ut omnino ad erumpendū corpora atque animos & necessaria arma compararēt. Quibus importunis ex postulationibus duces ita & descripto semper respondebant, ut magnopere ea consilia detestaretur, quando manifestum totius belli, summæque rei discrimen agnoscerent, ideoque pacis atque cōcordiæ æquas rationes preferrent, ac obiter postquam de conditione loqui cōpissent, postulabāt, ut sibi ad Aurantium duos legatos mittere liceret, quorum fideli industria eius introspecti explorarique sensus omnes, atque referri certius possent, quoniam de eius uoluntate postulatīsq; diuersa ab his quæ magistratus dicerent, audiebantur, nec ea quidem de causa, ut ipsis tractandæ compositionis negotium eriperent, & sibi usurparent, quod publici magistratus muneris esse faterentur, sed ut exploratius quæ tractarentur agnoscerent, sibi que, uti deceret atque æquum esset, tempestiue cauerent. Id uero præclare confirmabant, si superbus hostis honestas pacis conditiones repudiaret, & libertatis nomē reuellere, potiri que ad arbitrium dedita ciuitate contenderet, aut si populus ab omni cōcordiæ mentione auersus foret, pugnandūque decerneret, ipsos non recusaturos uel certissimæ mortis periculum, quin donec uita suppeteret, pro salute dignitatēque urbis decertarent, quando se nusquam aut nobilius aut honestius uitam morte commutaturos arbitrarentur. Sed id unum præcipue ab æquitate summi magistratus postulare, ut aduocato maiore populi consilio, ipsis concionandi libera facultas daretur, scilicet ut propositis instantium discriminum difficultatibus, an eadē omnium foret, quæ tum decurionum esset repudiandæ cōcordiæ atq; appetendi prælij uoluntas, numeratis suffragiis explorarēt. Quod si ex mora & proluxa cunctatione temporis beneficio frui posse considerēt, subindēque remediū certum afflictis rebus alicunde afferri posse sperarent, sibi magnopere opportunum & plane necessarium uideri, urbem multitudine imbellium exonerasse, quo inopia leuaretur, quum iam fames urgeret: Ipsos etenim certis præsiidiis eam turbam in tuta loca mœnibus feliciter educturos, deceptis scilicet, aut si ita casus ferret, strenue repulsis hostibus. Tum uero se daturos operam, ut milites æquissimis animis obsoniorum omnium, uini que inopiam ferrēt, modo illis præsentī pecunia ad diem stipendia soluerentur, & quando cuncta alia eos alimēta deficerent, pane etiam cibario atque fursuraceo contētos fore. Interim dum senatus his grauissimis dissentientium ducum responsis seuerisq; obtestationibus angeretur, fere uno tempore in curiam certius allatum est, Aurantiū postridie cal. Augusti cum delecta parte exercitus è castris

ad

A ad opprimendum Ferrucciū contendisse, posteroque die eo euentu conflixisse ad Gabinianū, ut ipse in primo congressu caderet, & eius equites terrore concepto in fugam uerterentur. Sed mox tanta uia à reliquis dubibus instauratam fuisse pugnam, ut Ferruccianæ copiæ ipsarum duce interfecto, & Paulo Cerite capto, amissis uexillis funditus delerētur, nec iam ulla spes reparandi exercitus superesset. Quo atroci nuncio, quamquam in uniuersum ciuitas admonebatur ut ad deditōnis tractandæ conditiones tempestiue decurreret, nihil tamen principes popularis factionis qui erant in magistratibus tanto communi periculo permouebantur, sed magis ac magis duces urgebāt, ita ut ab his in ipsum cōmittendæ pugnæ decretū præsentem operam exigent, qua eorum uirtutis simul & fidei in extremo reip. discrimine periculū facturi essent. Erat is peruicaciū animorū habitus usque adeo stabilis & confirmatus, ut Malatesta magnopere miraretur, cur Florentini præfides nihil omnino de priore sententiarum ferocia remitterent, quandoquidē res aduersæ alias comminuere uel insolentium spiritus solerēt, ipsis autem aduocato periculo mirum in modum auerterentur: sic ut hæc non ab inusitata animorum fortitudine, sed à uiolenta quadam rabie, desperationēque rerum proficisci prædicaret. His de causis fiebat ut nonnulli ex primoribus popularium eam Malatestæ oris libertatem, & obsequendi contumaciam tanquam dubiæ fidei implicitam aperte calumniarēt, adicerentque non ideo illū, qui natura pugnacis esset ingenij, reformidare prælij euentum, quod hostium uires insuperabiles putaret, nec quod urbanas res æquo impensius propter annonæ inopiam afflictas arbitraretur, repugnare magistratuum uoluntati, officioque suo deesse, sed eum prorsus Clementis promissis atque muneribus corruptum militiæ sacramentū negligere, ob idque se dicto atque imperio audientem minime fore statuisse. Nec defuit feroculus notus senator Andreolus Nicolinus, è decurionum numero, qui diceret Malatestam quum ueniret in curiam comprehendendum esse, atque extemplo Pauli Vitelli exemplo capite mulctandum. Quam atrocissimi de se iudicij cogitationem Malatesta facile subodoratus, usque adeo grauiter tulit, ut quū inermis, & paucis à pedibus feruis humili uectus mula, quod esset tenuissima ualetudine, ad decuriones cōsultandi causa ascendere cōsuesset, uir æque ferox & suspicax, numerofo satellitū comitatu septus, eo die ad senatum accederet, ita dispositis in limine atque atrio curiæ scalisque, & superiorum conclauiū singulis foribus, armatorū præsiidiis, ut aduersus omnē intestinam uim quæ inferri posset munitissime se confirmaret, & libero ore in confesso quereretur fidē suam in dubiū à quibusdā cōtumeliose reuocari, despicique sua consilia, quæ de cōpositione protulisset, studio quidē propensissimo conseruandę ciuitatis, postquā ipsis cuncta omnino aduersa, hostibus autem, si tot irritos conatus enumerarent, prospera atque felicia prouenissent. Propterea se superos orare, ut eam mentem senatui darēt, unde ipsorum consilia complecterentur, quæ reipub. salutaria forent,

q ij

postquam eò esset deuētum, ut minime prolixa deliberatione opus esse iudicarent. Decuriones ad ea mitissimis uerbis responderūt, diluerūtque adeo apposite totam eam suspicionem, ut ipsi & Stephano binos legatos ad Ferdinandum Gonzagam mittendi facultatem concederent, (ad eum siquidem mortuo Aurantio militari consensu summa imperij authoritas reciderat) quibus de compositione loqui referreque liceret. Tum uero Malatesta discessit, & re cum Stephano communicata, legati confestim ad castra hostium missi sunt. Sequenti die dictator cum decurionibus atque decemuiris legatos audiit, qui eam esse mentem Caesaris à Ferdinando referrebat, ut incolumis libertas ciuitati seruarietur, & his quidem conditionibus, quæ neque immodicæ, neque ab ulla parte omnino spernendæ uideri possent. Sed adeo malefana erat populariū uoluntas ut nihil sibi ex conditionibus detrahi uellent: quibus futurum intelligebant, ut reductis Mediceis, atque patitiis, popularis status forma mutaretur, unde ipsos qui tum publica munia in lucro haberēt, magna ex parte excludi apparebat. Nam plerique non ad decus reip. sed ad priuatum quæstum magistratuum honores reuocabāt, quibus mediocres & nonnulli ex fece populi homines ditari consueuissent, postquam nobilitas percussa popularium metu in exilium abiisset. Itaque non multum inter se consultantes propositæ concordiaē cōditiones superbe repudiarunt, & ad pristinum experiundæ prælij fortunæ decretum redierunt, tanta obstinati animi perseuerantia, ut Malatesta eam esse senatus ultimam uoluntatē significarent, ipsorum ducum, cōsiliis uti nolle, sed ab his tantum fortem fidelēq; militiae operam requirere. His acceptis mandatis duces usque adeo intempestiuam atq; execrabilem decurionum, dictatorisq; præsertim pertinaciam stomachati, quòd ipsorum uel certissimæ rationis consilia nihil ualere, atque improbe despicerentur ab his qui militiae imperiti corruere, & secum in eandem ruinam extremæ calamitatis, patriam cæca libidine trahere mallent, quàm necessario non iniquæ pactionis remedio sese suaque omnia confirmare, his uerbis per Cencium Strabonem descripto responderūt. Postquam uerbis excelsi reip. Præsides immota manet mens, ea penitus aspernari consilia, quæ toties opportuna periculo quo premimur syncere studioseq; protulimus, nunc tandē arbitrati sumus sicuti uiros militares, & nō obscura præditos dignitate decet, oportetque, cūctas scilicet militiae rationes ad bellicū decus reuocantes (id enim unum ipsa uita charius esse debet) nobis mature consulendum, ne uobiscum si impio uestro imperio parendū putemus, in idem exitium cum inexpiabili existimationis nostræ infamia perducamur, quandoquidē nihil turpius atq; ignominiosius nobis accidere possit, quàm si huic urbi, quam undecimū iam mensem impigre defendimus, uolumusque non modo incolumē, sed saluis etiam, quod maximè optatis, liberæ ciuitatis legibus florentē, horribile supremi excidij periculū ab insana inauspicata pugnae cupiditate procreemus. Proinde certum est interesse nolle, neque nos duces præbere

huic

A huic peruersæ, ideoque exitiabili funesteque eruptioni. Illud autē ut hoc
 » consilij suscipere uel uoluerim impulit, quòd uniuersæ ciuitatis iudiciū sequi iustum honestūq; sit, quum multo maximæ partis ciuiū uoluntates ad deditionem proclinas intelligamus, & idcirco ciuibus
 » maius consiliū uti poposcimus, denegatum fuisse suspicemur, quo non dubie aduersis suffragiis pertinacia uestra frangeretur. Hæc scripta quū à decurionibus legerentur Cencius militari libertate insolentes quosdā sermones, quibus magistratuum offendebantur animi, ita serere cœpit, ut ex transuerso decurionum obtutu nō obscurus omnino metus ei in-
 B cuteretur. Itaque uim apparitorum ueritus ille celeriter se explicuit, scilicetque magnis passibus descendit. Quum ea ducum responsa uerbaque Strabonis aliena profus ab eorum mentibus & plane contumeliosa uiderentur, decemuir cum decurionibus dictatorēq; in unum coeuntes, utpote qui elati atque seueri aduersa uel acerba audire nunquam antea didicissent, raptim Malatestam ipso honore militaris imperij abdicandum censuerunt, solēniq; diplomate cum summa uerborum lenitate perscripto, quo se dimitti perspiceret, ad eum extemplo duos senatores, qui ea in re magistratuum decreta certius referrent, miserunt. Hi fuere
 C Andreas Nicolinus, legatione dum Bononiæ esset apud Pontificē functus, & Franciscus Zattus, ambo populares, auersi que penitus à cōcordia studio salutēque ciuitatis. Habebat eo tempore Malatesta trans Arnū Binianis in ædibus Catelinæ portæ propinquis, expectabatq; ut magistratuum mitescerent animi, & ad meliora consilia uerterentur. Proinde admissis legatis, atq; his mandata quæ habebant referentibus, usque adeo uehementer conturbatus iracundiæque correptus est, ut Nicolinum districto pugione repetitis ictibus, sed dextra tamē debili uulneraret, quòd arrogantius quàm deceret proloquutus uideretur, uixq;
 D illum astantes milites ut legatis parceret obnixè deprecantes, lenita ducis iracundia morte subtraherēt, ipse uero Zattus grauissimo metu perfunderetur. Eius à Malatesta editi facinoris perinde atrocis atq; superbi fama celerrime peruasit in curiā, & inconditū tota urbe tumultū ita excitauit, ut eodē prope momētō temporis cum ciues ipsi, tum milites ad arma decurrerent, & tota area singularum tribuum uexillis cōpleretur. Hic armorū strepitus ad id Malatestā impulit, ut occupandæ Catelinæ portæ consiliū caperet, & Marguttē Perusinae cohortis præfectū eò conuolare iuberet, à quo fores refringerētur, & tormēta quæ in propugnaculo erant in hostes obuersa, ad terrorem atque perniciē ciuium, si quid hostile auderent, illico conuerterentur. Tum uero dictator è fenestra armatas tribus prospectans, & subita exardens iracundia, quòd Malatesta perfidiose atque insolenter legatos uiolasset, tanta animi perturbatione casum est indignatus, ut sibi omnino in hostes, armato consequente populo erumpēdum, ideoque honeste cadendum esse statueret, sibiq; intratum equum dictatoriis operimentis exornatum adduci iuberet: iamque desumptæ lorice dictatoriæ potestatis paludamentū, quod pau-

Io ante in hos usus confici curarat, superindueret, & singularis amentia quodam furore percitus, spumeis labris & dentibus infrendens descendere pararet, sic ut eum plerique ex populari factione, qui desperata uenia plurimum de salute dubitabant, si aduersariis succubissent, dictatorem laudando, quatiendóque arma, magnopere concitarent. Eóque die profecto lugubre ciuitatis spectaculum Raphaël furibundo similis edidisset, nisi constantissimi probique animi uetustissimæ familiae ciuis Cecottus Tosinghus efferuescētis animi motum in dictatore graui dehortatione mitigasset. Is enim propius accedēs, Patere, inquit, Dictator, ut uoce liberi ciuis utar, & te nō importune tui muneris, tuæque dignitatis, & publicæ omnium salutis admoneam. Nihil enim incommodius & pestilentius in magnis consiliis præcipiti iracundia esse potest. Proinde compescenda est hæc tua ardentis animi uis impotens, eaque omnis ad rationem salubréque consiliū omnino conuertenda uidetur, ne cuncti, si eodem impetu cum externo atq; intestino hoste pro dignitate tui imperij dimicaturū subsequamur, uel non inulti miserrime tamen Barbarico gladio pereamus. Nam esto quod duces ad sanitatem redeant, & milites dicto audientes esse uelint, non uideo tamen qua uia nobis erumpendum, nisi mcenia demoliamur, ut egressuris latus aditus paratur. Neque enim quatuor horarum spatio tot armatae cohortes Caelinæ porta educi posse constat, sic ut si sensim educantur, non ante instrui queant, quàm hostilium tormentorū non dubia atque inuitabili procella consternantur. Hos Tosinghi sermones nequaquam conuictiose prolatos, ita nonnulli alij æque prudentes exceperunt, quod Tosinghus magni in re militari usus haberetur, nam ab adolescentia Pisano bello præclara cum laude ordines duxerat, ut in dictatore impetus omnis cōceptæ iracundiæ deferueret, & sese reprehēdi ciuili modestia pateretur, omnēsque prope qui aderant, ut ex uultu singulorum agnosci poterat, petendam pacem potius quàm experiunda arma iudicaret. Accidit autem ut eadē hora trans Arnū magna multitudo ciuium in aream templi Sancti spiritus conueniret, & Malatestæ causam, factique ipsius nomen, quanquam uiolato ciue nō magnopere improbaret, detestareturque palam magistratuum acerbiter, qui uel honestas concordiaē conditiones abnuerent. Decuriones autem offensi iracundia, atque alienatione Malatestæ, ne rempublicam in summum discrimen adducerent, dissimulata iniuria Nicolini, Zanobium Bartholinum, quem tanquam amicissimum Malatestæ maxime idoneū iudicabant, ad eum inter duos supremi magistratus uiatores miserunt, ut molliendó, exorandóque operam daret, ne ex eius perturbatione respublica detrimentum pateretur. Is facile placato Malatesta, uti optimus ciuis, & publicæ salutis amatissimus rogauit etiam eum priuato nomine, ut in negotio impetrandæ concordiaē sicuti cōperat satagere uellet, quādo iniquissimum esset atque miserrimum uniuersam ciuitatem extremæ labis calamitatē subire, si paucis perditæ obstinationis, desperatisque hominibus assentiretur, qui

A qui improbi atq; impij sui exitus famam ab excidio deletæ patriæ quærere properarent. Excusauit Malatesta paucis uerbis iustæ iracundiæ suæ impetum, quem in Nicolinum effuderat, Cenciūque Strabonē paulò post in castra ad hostes misit. Is Ferdinandum aliquanto molliorem reperit, quòd eum Valorius de salute patriæ sollicitus, magnis precibus Pontificis nomine diligenter, atq; uehementer obsecrasset, ut de concordia transigere maturaret, ne paucorum pertinacia, & sua cunctatione urbs nobilissima in periculum supremi casus deuocaretur. Iam enim excitati in urbe tumultus fama strepitusque in castra peruenerat, exindéque alacres siebant milites, qui opulentissimam urbem prædæ suæ destinassent. Nec multo post magistratuum peruicacia meliorum impulsu, atq; ipsa prorsus necessitate superata, ex senatusconsulto quatuor legati ad Ferdinandum decreti missique sunt. Hi fuere Bardus Altouitus, Laurentius Strozza, Petrus Franciscus Portinarius, & Iacobus Morellius, qui apud Ferdinandum atque Valorium summæ Cæsaris atque Pontificis auctoritatis nomen præferentes, his conditionibus de compositione pepigerunt. Ante omnia constituendæ atque ordinandæ reipub. facultas arbitrio Cæsaris permittitor: sic tamen ut incolumi libertate Florentini suis antiqui iuris legibus utātur. Ciuitas multæ nomine octoginta aureorum nummū milia, ut stipendia militibus præberi possint, quadraginta in præsens, reliqua intra sex mēses persoluito: de promissa uero pecunia obsidibus cauetó: & quos imperet Ferdinandus numero quinquaginta ciues nominatim traduntur, qui in castris custodiantur, donec pecunia repræsentetur. Florētini his urbibus & oppidis atque arcibus, quas præsidii obtineant, confestim excedunt: & quos in carceribus Florentiæ, Volaterris, & Pisis custodirent extemplo dimittantur. Malatesta & Stephanus militiæ sacramentum, quod antea populo Florentino dixerint, solenni renunciatione facta statim eiurato, obligatæque fide Balanzoni Belgæ Cæsaris cubiculario promittunt, se tādū in custodia urbis cum his copiis quas satis esse putauerint, permanuros, donec cōcordiaē conditionibus plane sit satisfactum, alimētaque ciuitati omnis generis cōmeatus à Cæsarianis interea præbentur. Ipsi uero Malatestæ officij atque muneris sit, tamdiu quàm Cæsarianæ copiae dimittantur, Florentiæ permanere, atque ipse demū urbe excedito, quum id facere Pōtificis imperio iubebitur. Cunctis autem Florentini nominis ciuibus, libera mi-grandi Romam facultas esto, & quibuscunque locis placeret, domiciliū E figere, habitareque impunè potestas conceditor: cunctiq; uel Etruscæ, uel cuiusuis gentis milites, qui Florētinorum stipēdia fecissent, & propterea uel exilio, uel pecunia, & bonis à Pontifice multati essent, ea nona pœnæque liberantur. Mediceorum animis acceptæ offensiones, iniuriæque syncera fide deterguntur. Hæc uero perscripta tractatæque sunt in castris ad Monticiam uillam quarto Idus Augusti, anno à partu Virginis trigésimo supra millesimum & quingentesimum, ea lege ut Ferdinandus Gonzaga, & Baucius Valorius prolixè pollicerētur, se intra spa-

tium duorum mensium curaturos, ut Carolus Cæsar & Clemēs Pontifex cuncta ex formula æquissimi iuris comprobaret. Per hunc modum compositis rebus milites utrinque commeari cœperunt, introiitque urbem ipse Valorius magna frequentia gratulationeque populi susceptus, dimissique sunt omnes qui erant in custodiis, & traditi obsides, quos Valorius iudicio suo nominatim eligendos perscripserat, ex eorum numero qui Mediceo nomini inimicissimi fuisse dicerentur. Sed hi non multo post perfoluta pecunia, uti fuerat constitutum, in urbem redierunt: primi autem omnium Germani ueteres, quos Aurantius adduxerat, acceptis stipendiis missionem impetrarunt. Secundum eos Hispani, ultimo loco Itali. Cæterum uixdum compositis rebus Florentini longe grauissimum salutis suæ discrimen è seditione militari subierunt. Forte accidit ut ex Pyrrhi cohortibus, duo noti nominis milites apud Hispanorum præsidia in rem suam euntes, quod ditioze cultu essent, non simultatis, sed latrocinij causa interficerentur, atque eorū cadauera, uti postea ab exuuiis cognitum est, ad occultandū facinus in puteum deiicerentur. Qua crudeli iniuria offensus Pyrrhus, pares insidias idoneo in loco tendens, bis totidem deprehensos, quos patrata cædis conscios putarat, occiderat: exinde creuere odia, & utrinque accensis ad uindictā animis, captis repente armis concursus est, tanta ui, ut tumultuario prælio certaretur, dirimereturque tamen authoritate atque intercessione ducum: sed nondum pacatis Hispanis, qui demum confirmatis uiribus eo animorum impetu Italos quosque depositis armis, nihilque tale expectantes adorti sunt, ut multos interficerent. Tum uero Martij Columnæ, Castalique & nonnullæ ex Roscianis cohortes sese in unum conglobarunt, & cum irruentibus Hispanis uehementissime conflixerunt, quod Italici nominis decus aduersus Hispanos, qui superioribus annis hisde de causis seditiones miscuissent, defendendū putaret: promittentibus præsertim Germanis neutris opem laturos. Verum quum tyrones Hispani, qui erant trans Arnum non longe à Lodronianis castris, cognito suorum periculo, instructa acie ut ueteranis essent auxilio superuenissent, subindeque Italis creuissent præsidia, atrox certamen contractū est: eoque Hispani iam perducti erant, ut non dubiam cladem accepturi crederentur, nisi Ferdinādus in eo ualde aspero exitiabilique tumultu, quod nihil deprecando deterrēdoque authoritate ualuerat, Tamisium monuisset, ut Germanorum phalāgem promoueret, Hispanisque se applicaret: quod Itali propter uetera in externos odia, deletis semel Hispanis, nequaquam ipsis Germanis parsum crederentur: ob idque præsertim quod euulgatū esset Malatestam ex condicto, ut Italiam excusso penitus externæ gētis iugo, seruitute liberaret, urbe copias suas educturū. Eo inexpectato promotæ phalangis aspectu Italicae cohortes commotæ, sese recipere cœperunt, tanquam impares, & insolēter premētibus Hispanis terga uertere coactæ sunt: tanta perturbatione, ut suis castris atque tentoriis pellerentur, & dum Hispani direptione tabernaculorum occupati essent, neque Sabellus è Rosciana uilla se commo-

ueret,

A ueret, ut pulsus opem ferret, Arnum trāsierunt, quū iam tria Malatestæ uexilla cōspicerentur: atque eo modo exuta impedimētis sub Fesulanis collibus dispersum per uillas confederunt. In eo tumultu ferunt amplius trecentos utrinque fuisse desideratos, sauciatos autem bis totidem: sed Italicas cohortes maius accepisse incommodū, quod rerum suarum iacturam fecissent. Hisdem diebus Maramaldus, & Vitellius, atque item Zuccerus, cum maiore parte equitum leuis armaturæ, in Pisanū agrum à Ferrucciana uictoria descēderunt, positusque binis castris in utraq; superiore Arni ripa, & impetratis à Lucensibus muralibus tormentis, urbē

B intercepto multo pecore, obsidere cœperunt: quum uero Vitelliani usque ad sancti Marci portam excurrerent, Michaël è Montopoli, quem Pyrrho singulare detrimentum intulisse diximus, cōtineri non potuit, quin ad aperta porta profileret, & cum hostibus leue certamen cōtraheret, quo ipse audacius pugnas occubuit. Nec multo post Odoardo Giachinotto prætori, à Florētinis in ita concordia cum tessera nuncius est missus, à quo Aloysius Guicciardinus in eius locum successurus, statim est introductus: cui Pisani extēplo sacramentū dixere. Ipse uero Odoardus traditis iam arcibus nō multo post à Guicciardino cōprehensus est,

C diūque tortus: quod paulo antè Pisani Iacobo Corsio eiusque filio Florētinis ciuibus summa crudelitate ex leuissima suspitione ceruices abscidisset, pari supplicio affectus est. Maramaldus autem atque Vitellius Pisano agro excedentes, hic per Elſe uallis pagos ad Florentinū castellum, ille uero per Neuolæ uallis uicos ad Montecatium oppidum cōcesserunt: donec perfoluto militi stipendio cohortes dimitterentur. Recepta patria, & è sententia compositis Etruriæ rebus, Clemens usque adeo incredibili lætitia affectus est, ut eam totū id comitiale gaudium, quo Pontifex fuerat renunciatus, superasse fateretur: diceretque urbem aliās de religione benemeritam, accuratis sanctissimarū uirginum, piorūque hominum precibus, incolumē proculdubio fuisse conseruatam, quando Dij superi imminentem cladē præclara miseratione depulissent. Eo autem impensius exhilarari uidebatur, quod Aurantius, cuius ingenti merito nequaquam facile satisfacere posse iudicaret, in ipso uictoriæ limine cecidisset. Is nanque nō obscura fama ferebatur Caterinā, ipsius Pontificis neptem, suis destinasse nuptiis, ut ex ea Mediceæ domus legitima hæreditate in Etruria dominatum conderet, instante eum ad id quorūdam præfectorum turba, qui ab Auratij potius liberali comitate, quam

E à præduro parūmque munifico Pontifice, amplissima præmia se laturos sperabant. Iam enim Francisco Rufcio quodā Aretino impellente urbē Aretium ditionis suæ facere cogitarat, Aretinorum studio non absurde comparato, quum arcem eorum à Florētinis ædificatam, gemētē Valorio funditus euertisset. Cæterum Pontifex, quod suæ existimationis pietatisque fore existimabat, tueri nomen, quod sibi desumpserat, moderata utēs ultione, paucissimorum pœna cōtentus fuit: Duodecimuiratum creari iussit, cuius magistratus authoritate ciuitatis status regeretur. Is

constabat ex lectissimis ciuibus, qui omnibus temporibus Mediceo nomini mirifice studuissent, & tum antè alios usu rerum, ciuilique prudentia laudem ferebant. In his fuit princeps ipse Baucius Valorius, in quem Pontifex omnè arcani cõsilij summam contulerat: & secundũ eum Zanobius Bartolinus, Matthæusque Nicolinus, & Armannoctius Detus, ambo iureconfulti, Aloysius item Stufa equestris dignitatis, Antonius Gualterotus, Andreas Minerbettus, Leonardus Ridulphus, Philippus Machiauellus, Octauianus Medices: & ipse quoque Raphaël Hieronymus dudum dictator, & aduersarũ partium princeps, postremo autem loco Nicolaus Troscia popularis ordinis. Ab his creati sunt noui decuriones, & reliqui ex priore formula magistratus: Raphaëlque ipse duodecimuirali honore cõtentus, abdicarat se dictatura, suffectusque fuerat in eius locum Ioannes Corsius optimis instructus literis, & Mediceæ familiæ multis nominibus addictus. Exinde creati sunt octouiri, qui uita & necis traditam à decurionibus habent potestatem. Ab his aliquanto post in curia cõprehensi, reique facti maiestatis, capitali supplicio dånati sunt Baptista Ceus, & Aloysius Soderinus, & secundum hos aliquot post dies Bernardus Castellioneus, Iacobus Gerardus & Franciscus ipse Carduccius, qui acerbissimus popularium partiũ fuerat dictator. Hi pro multis debitas peruersis ipsorũ moribus pœnas dederũt, priuatis quidẽ criminũ nominibus in quæstione cõuicti. Non enim eo nomine damnabatur quòd Mediceo nomini infensissimi hostes fuissent, & pertinacissime pro tuenda libertate propugnassent: id siquidẽ nõ honestũ modo, sed ualde etiam decorum putabatur, libertatis nomen cõstantissime defendisse: quanquam id esset inane imperitis scilicet & sæuis ciuibus, principatum impotentẽ tyrannidique proximum sæuissime exercentibus. Ceus ante alios acerbæ malignitatis ciuis, uti è singulorũ confessione tormentis per octouiros expressa, descriptaque publicis in tabulis rerum capitalium, ad memoriam eius legitimi iudicij sempiternã cõstat, perpetuo suæ sententiæ tenore cõcordiam detestatus, supremũ in eundẽ pugnæ cõsilium, tanquam salubre uehemẽter extollebat: usque adeo affiduus ut Malatestam, quòd dicto audiẽs non esset, neque antea ad Puluerosam Stephano Germanorum castra inuadẽti maturam opem tulisset, capite plectẽdum apud decemuiros decurionẽsque censuisset. Neptẽ porro Pontificis nouẽnem puellam, quæ claustris Vestalium uirginum feruaretur, in ipsa muri corona inter duas pinnas collocãdam, obiciendãque hostium tormẽtis suasisset, atque item ut Mediceorum domus Kurbis ornamẽtum decreto publico excinderetur: quod ut certius à senatu impetrari posset, sapius ac sapius cum Foiano egit, ut inter sacras cõciones, in eam sententiam populũ perducere conaretur. Soderinus autẽ ex legatione Bononiensi, impudenti mendacio retulerat, infirmissimas esse Cæsaris uires, atque adeo exhaustum Pontificis ararium, ut non diu ali, continerique exercitus eorum posse periti rerum homines existimarent, confternatos esse Germanos, nec procul abesse à seditione, frustra

utique

A utique expectatis stipendiis. Hispanos autem ducibus nequaquam parentes, rapto uiuere, diuagariq; per Etruriam manipulatim. Quibus falsis euulgatis rumoribus populum ab omni concordia consilio deterri, retardarique posse sperauisset: proptereaque Foianum cucullatũ acerbissimas in templis habentem conciones, ut eadem populo nunciaret, hortatus fuisset. Bernardus Castellioneus insana propè truculentia, uti efferato ingenio uir, quum antea Auratio bellariorum dona detulisset, Vastio cohortati ut Pontifici alias optimo ciui, nec nominis sui clementia defuturo, patriam concedendam curaret: superbe responderat, subla-

B ta atque ostentata argentea pelui, quam habebat in manibus, exclamans non alio modo Florentinos, quam in cineres redactam patriam ea pelui reddituros. Dixerat quoque sapius in aduersarum partium ciues inuectus, si hi unam tantum haberent ceruicẽ, se illam cupidissime uno dextræ suæ ictu, distincta latiore sica detuncaturum. Confessus etiam est se perpetuis sententiis in patritium ordinem, ipsosque Mediceos, tamquam tyrannos, inimicissime fuisse proloquutum, adeo ut neptem Pontificis nunquam reddendam esse, sed quum adolesceret, contrudendam in Marmarucos fornices, ubi tum sceddissimum erat lupanar, inuerecunde censuisset, semperque in senatu à sententia quarendæ cõcordia procul abfuisset, incitassetque iuuentutẽ per Dantem fratris filium, notæ ferocia apud turbidos ducem, ut nullam aliam quam in armis, internitioneque inimicorum, salutis spem esse putaret, & obiter in aduersam factionem effuse grassarentur. Hæc tamen diræ, uel malefanæ uoluntatis crimina, nequaquam ab ipso reo confessæ, sed ab inimicis maligne affixa, impositaque fuisse plerique crediderunt, scilicet, ut inuisus, effusæque terribilis, & indomiti animi fenex è republica tolleretur. Gerardus autem q; semper maledicentissime de Cæsare atque Pontifice fuisset obloquutus, sæuãque malignitate Caponium probe & sapienter rempub. administrantẽ, temuleta accusatone in discrimen capitis adductum, dictatura spoliasset, & in senatu ad contumeliam sacrosancti Pontificis, petenda esse auxilia ab immanibus turcis pro tuenda libertate censuisset, turbidumque se & periniquum in omni actione ciuẽ præbuisset, promeruit ut ab amicis Caponij immitioribus tormentis torqueretur; & ab octouiris cupidissime damnaretur. At Carduccius sicuti recentis dictaturæ honore cæteris superior, ita quum acerbius à Norio torqueretur, grauiora confessus est: arguebatur enim non obscure in rempublicam perfidia, quòd

E literas à Balthasare Carduccio apud Galliẽ regem legato missas, pro cõcione legi ad populum uetuisset, inuertique demũ eas nefaria interpretatione per Donatum Giannottum scribã iussisset, scilicet ut postquam ille nihil certæ opis ab eo rege, qui amicitiam Cæsaris commodo suo appeteret, populo Florentino nequaquam expectandam significasset, ciuium animi tota sustinendi belli spe deciderent, & ad parandam pacem uerterentur, scelestoque demum hortatu suo seorsum iuuentutẽ concitasset, ut in uillas suburbanas Mediceæ gẽtis, & Iacobi item Saluiati cru-

delibus incendiis defæuissent, ut propter eam Barbarici maleficij atrocitatem ciuitas omnis desperata uenia, à cogitatione concordia penitus auerteretur, sed multo maxime eius famam prægrauabat, quòd dictator inconsultis decurionibus atque decemuiris, ad Antonium Franciscum Albicium Aretij tum legatum, ut copias omnes in urbem adduceret, maligne perscripisset, ut ciuitatem imparatam, & ob id de còcordia cogitantem, ad gerendum bellum erigeret: contra rempub. enim fecisse censebatur, quòd eius rei còsilium magistratibus nequaquam communicandum existimasset. His tamen omnibus concessum est, ut maiorum sepulchris inferrentur. Zanobio autem Bartholino Malatesta, Raphaëlq; Hieronymo Ferdinādus Gonzaga salutem impetrarūt. Dātem Castellioneum Stephanus Columna imposita sacrificuli cuculla secū abduxit, tāquam uirum egregie fortem, qui singulari certamine pro dignitate patriæ dimicasset. Cæterū Raphaël in Pisanum carcerem relegatus est: nam erumpente publico odio, summa deflagrabat inuidia, quòd in tormētis conuictus esset fecisse aduersus rempub. quum è Genuensi legatione rediēs, atque ante collegas præcurrēns còfirmandis ciuium animis, & ad gerendum bellum incitādis, Cæsarem atque pòntificem usqueadeo imparatos esse, atque adeo rei nummaria inopia pressos dixisset, ut prius omnino eos decocturos, quàm Florentinorū mœniū, uel unam tantum pinnam caperēt, uanissime testaretur. Quo mendacio tantum diuturni belli detrimentum patriæ attulisse credebatur, primis quoque inchoātis dictaturæ suæ diebus, quum se à còcordia minime abhorrentē fingeret, deq; mittendis legatis maiore populi aduocato còsilio ageretur, ac ideo collectis suffragiis manifeste pacem ab omnibus fere peti animaduerteter, nullo ea de re facto decreto, nō modo optimos quosque ciues, sed ipsos etiam populares ex conscientia animi perosos belli incòmoda, tam improbe, quàm impudēter decepisset. Pontifex autē eo animo fuit, ut Raphaēli parceret, nisi ille ex importuna uerborum contentione cum præfecto arcis indignabūdus, non dubiæ libertatis beneficiū festinata morte præuenisset. Effudit autem Pontifex totum còtumeliæ suæ odium in Foianum cucullatum, qui eum illoto ore in sacris concionibus intēperantissime lacerasset. Cōiectus siquidē in barathrum molis Hadriani totius insanæ facundia suæ pœnas fœda morte persoluit. Nobis competum est damnatos euadere, & longe è castris primo, & ex urbe demum profugere potuisse: quòd post ipsam deditiōem antequam caperetur, & de his ferretur capitalis sentētia, duorum fere mēsiū spatium intercesserit, quum interim Raphaël literis Nicolai Scombergi, antistitis Campani, amicissimi hominis admoneretur, ut si pacatum sibi uellet Pontificem, continuò ad eius pedes supplex ire maturaret. Sed is ita hærebat curia, ut ambitiosa quadam ingenij uanitate, quòd esset lectus inter duodecimuiros, non dubia noui honoris cupiditate teneretur, & qualis dudum fuisset summæ potestatis obliuisci nō posset, quin sibi per amplum in ea republica qualiscūque futura esset, locum destinaret. Fit enim aut

imbecillitate,


- A imbecillitate, aut superbia humani ingenij, ut non facile quisquam ubi peccauerit, uel secum ex còsciētia se deliquisse fateri uelit, nec ideo alienæ seueritatis & malignitatis impetum magnopere formidet. Carduccium angusta domi res, quòd auaritia incorruptus ex dictatura abstinentissimas manus retulisset, necessitate quadam in urbe retinebat, quòd ad opimam alicuius urbis præfecturam aspiraret, quæ dictatoriis & consularibus uiris uetere còsuetudine deberetur, usqueadeo ut ea spe uir aliqui peracutus & callidus, seipsum deprauante ingenio stultè deciperet, arbitrareturque dictaturæ suæ actiones ad duodecimuirale iudicium
- B deuocari non debere. Audiui ego à Philippo Nerlio patritio, qui actionum urbanarū diurnales còmentarios scripsit, à Carduccio fuisse rogatum, ut pro se Volaterranam præfecturam sibi paulò ante è senatuscòsulto destinatam, impetraret, ipsum uero eo respòdisse uultu sermonēque, ut id petere ausum castigaret, qui præmia ab his quibus magnopere nocuisset, promereri posse ineptissime speraret, ideòq; si saperet ad tiora consilia uerteretur. Eo autē die, quo in curia custodia traditus est, quum duodecimuirali imperio uocaretur in curiam, nec statim ire uellet, postulauit ab Antonio Alberto sibi ex cognatione amicissimo, ut
- C pro se in curiam ad magistratus ascēdere minime grauaretur, diceretq; suo nomine Carduccium quidē paratū uenire, sed timere inimicorum insidias, ne sibi in itinere uim inferret, scilicet ut Albertus, ex uultu uerbisq; qualis esset erga se magistratum uoluntas exploraret. Officium præstitit Albertus, renuntiauitque nullum aliud à duodecimuiris respòsum retulisse, quàm ut diceret Carduccium satis prudentem existimari: quo responso non obscure admoneri uidebatur, ut sibi caueret. Sed nō multo pòst eo ambigēte hærentēque aduenit è curia ostium pulsans publicus uiator, qui eum argenteam præferēs clauam in curiam deduxit,
- D atque inde custodia traditus est. Quibus argumentis & ex multis quoq; sermonibus ipsius Pontificis, coniectari licuit, eum ad clemētiā uti personæ memorem decebat, procliuem futurum, si amici eius ciues, recentium offensionum obliuisci, quàm ciuili sanguine manus imbuere maluissent. Non defuere siquidem ex ciuibus, qui priuato incitati odio Pòntificem ad exercendam crudelitatem impellere conarentur, sed is cūctis in rebus, quæ pœnam aut præmium respicerent, uel supra æquum temperatus, importunam uindictæ libidinem moderatissime contriuit: ut pote qui incendiarios, maleficòsque extremæ peruicaciæ homines, exilio multasse contentus fuerit, quum aduersarum partium principes, Thomam Soderinum, & Alfosum Strozam honoris causa in uillas ipsorum uoluptatibus dicatas relegasset, reliquam uero turbam publico damnatam iudicio, eodēque nomine relegatam, per Italia oppida disseminasset, ea conditione ut pro merito nonnulli efferatos spiritus retinentes, insalubribus locis, sicuti Grauiscis, Centumcellis, Terracina, & ad superum item mare Senogallia, Pisauri, & Rhauennæ sedem fortirentur. Per hunc modū temperatæ seueritatis urbe perniciosus

ciuibus repurgata, aduenere ab Augusta Vindelica decreti Cæsaris diploma, solennibus latæ membranæ codicillis perscripta, obfignatâq; aureo sigillo, quibus Cæsar diserte explicabat, se idcirco ab Hispania uenisse in Italiam, ut sublatis bellis certam atque optimam pacem afflictis Italiæ rebus apportaret, contentiones tolleret, partâque cum omnibus, quibuscum antea armis contendisset, concordia, sacrum bellum contra Barbaros Turcas indiceret, quo nihil sibi antiquius atque nobilius, uel reipub. Christianæ utilius fore existimaret: Vnos omnium uero repertos esse Florentinos, qui pacis & tranquillitatis nomen odissent, animos feroces iniquissime retineret, & cum priuato, tum publico commodo obstinatius aduersaretur, utpote qui antea rebelles animos induerint, Mediceam familiam, à qua priuatim & publice commoda atque ornamenta ingentia omnibus temporibus accepissent, patria pepulerint, oblitq; profus beneficiorum & immunitatum, quas superiorum Cæsarum indulgentia liberalitateque retulissent, ab ipsius demum autoritate discesserint: ipsorum copias & duces aduersum se Neapolim miserint: aduentatq; exercitui suo portas occluserint. Quas multiplicis iniuriæ contumelias, quum pati non posset, & suæ dignitatis esse statueret rebellem ciuitatem perdomare, coactum fuisse inferre arma: postquam tæta sæpe concordia, atque æquissimis oblati conditionibus, uel uitio temporum, uel pertinacium quorundam ciuium malignitate corrupta, à pace se profus alienam ostendisset, proptereaq; integrum fere annum obsederit: se tamen cum armis famæque perdomitam iure optimo expugnare, atq; militibus diripiendam tradere posset: nihilo secius Cæsareæ clementiæ nunquam oblitum populi respicientis poenitentia fuisse contentum: atq; ipsum Pontificis maxime precibus adductum cõseruare uoluisse. Quum uero, sicuti ex deditiõnis conditionibus liqueret, ipsius Augustæ potestatis, imperatorisq; arbitrij sit leges condere, & reipub. ordinare, ideo optimum fore existimabat, quod perpetuam ciuitatis tranquillitatem respicere uideatur, Mediceam familiam reduci, atq; restitui in pristinam dignitatem. Et quoniam præclare manifesteque constat, in liberis ciuitatibus nunquam uigere concordiam propter diuersa dissidentium facile ciuium studia, easque improspere semper atq; infelicitate regi, nisi stabili perpetuoque reipublicæ capite gubernentur: declarat Alexandrum Medicem, quem sibi generum ascuerit, reipublicæ caput: cuius singuli magistratus auctoritatem sequantur: eaque dignitas ad liberos eius legitimos pertineat: atque his deficientibus, ad proximiores Mediceæ stirpis totius eius præminentia & dignitatis iura deuoluantur: subindeque Cæsar cuncta ueterum beneficiorum atque immunitatum priuilegia, quæ aliis promeruerint, sincero affectu confirmat. Hæc ut perpetuo seruentur imperat, & his qui uolauerint decem myriadum puri auri multam indicit. Huius diplomatis sententias, quæ latinè perscriptæ erant, Italica loquutus lingua, ut ab omnibus intelligeretur, uertit, & promulgauit Antonius Mussetola Neapolitanus iurecõsultus, qui tum Cæsaris legati munere

A nere fungebatur, membranam explicatam, aureoq; sigillo & manu Cæsaris subscriptam sæpe ostendens, & legendam his qui uellent, libentissime præbens. Ipso autem Mussetola perorante assurrexit dictator Benedictus Bondelmotes, qui nuper eductus fuerat à Volaterranæ turris carcere, in quem antea populares relegarant, is iuxta assidebat, hisq; uerbis respondit: Grata nobis atq; latissima erit hodiernæ diei recordatio in omnem æui posteritatisque memoriam: quandoquidem præclaro magni numinis munere, & inuictissimi Cæsaris beneficio, optime constitutæ reipub. ac duraturæ tranquillitatis initium auspicamur. Quod igitur felix faustumque sit Florentino populo, leges nobis latas à Cæsare, ad non dubium huius reipub. atq; apposite ordinati status incrementum suscipio, uenerorque, seruaturumque polliceor: ac pari studio atque obsequio magistratus, cunctique ciuitatis ordines qui presentes adsunt, suscipient, atque optima fide seruabunt. Tum uero ad dictatorem, legatumque simul à dextris assidentem, singuli magistratus uiritim accesserunt, tactoq; diplomate, atq; honoris causa inclinatis capitibus, quæ dixerat dictator approbarunt. Primi fuere decuriones, octouiri, & decemuii, qui ab integritate iudicij, famaque probitatis Boniuii uocantur. Ad hos tres Guelpharum partium duces defensorisque, qui magistratus in urbe uetustissimus habetur: itemque octouiri qui belli & pacis negotio præsumunt, ideoque practici nuncupantur. Hos subsequuti sunt octouiri, qui summam uitæ & necis habent potestatem. Cum his iere quinqueuii, qui ærario præsumunt: itemque septemuii, cõseruatores legum appellati. Post hos triumuii fisco præpositi, & secundum hos mercaturæ sextumuii, & quartumuii urbis munienda curatores. Postremò duodecimuii, quibus ab initio ordinanda reipub. munus fuerat demandatum. His accesserunt ex Mediceorum amicissimis uiginti & septem primores. Ita ut in uniuersum centum & uiginti primatium ciuium numerum impleant. Eo die uidere subnotarique licuit diuersissimos eorum ciuium uultus, qui ordinatim ad tribunal ascendentes non obscura iurifurandi significatione in sententiam dictatoris pedibus ibant: atq; his, quas dixisset Cæsar, legibus obtemperaturos confirmabant. Nam quum multi præ gaudio plorarent, quod se in posterum incolumi & pacata patria, intestinæque dissensionis & turbulentiæ omni malo uacua liberataque potituros prospiciebant, diuerso animorum habitu, plerique alij tristes atq; demissos uultus certi doloris indicia præferabant, usque adeo procul à dissimulatione positi, ut emigrantis & ereptæ libertatis exequiis interesse uideretur. Ea siquidem die, quæ Iulias Nonas antecessit, anni trigessimiprimi supra millesimum & quingentesimum, dictaturæ simul & decurionum nomen, antiquata ueterum magistratuum formula, sublatum est, & principatus ex decreto Cæsaris in ciuitate, uel non plane libero ciuium assensu feliciter introductus: sic ut Alexander Medices à Belgio rediens, ubi tum agebat apud Cæsarem, inauguraretur, & reipub. Florentinæ dux, quæ uox hodie Dynastam & principem exprimit, gratulatio penè omnibus appellaretur. Eiusdem anni principio, quo

hæc Florentiæ cōfecto bello tranfacta sunt, extrema terrarum in Belgis regiones, quæ Gessoriaco litori incūbunt, repentina atq; inusitata prorumpentis Oceani inundatione summā cladem subierunt, qua nobiles paulo antè urbes, frequentissimæque oppida superfundēte sese mari perire: usque adeo miserabili calamitate, ut infinita propè mortaliū multitudo intercepto fugæ remedio opprimeretur. Nā horribili prodigioque, sicuti coniectari licuit, terrēmotu concussus Oceanus, ita magno æstu intumuit, ut institutos antiquitus, & perpetua custodiæ diligentia fere quotidie ab accolis instauratos aggeres, quibus submoueri arceriq; æstuantis maris fluctus consueuerant, concitato quodā & uehementissimo incurfu perirent, interioriq; plagæ terris altissimarum & reciprocantium undarū pelagus per transcensos margines effunderet: animantiq; subinde omnis generis irritō receptus cursu, in aridas litoris partes per fugere conantia, ocyssime mergerentur: quibus longo natatu fessis & fame morientibus, marinæ belluæ non dubio pauore attonitæ, impulsq; fluctibus conterritorū piscium agmina succedebant. Prænuciarant hanc cladem triduo antè densissimi imbres, diraq; tonitrua scintillantē aëris, & crebra motatio telluris, perpetuóq; biduo cōcurrentiū inter se uentorū diuersi turbines, ita horribili pauore cōcussis mortaliū mentibus, ut quum tecta nutarent, & ingruente inuitabili aquarū mole colluctantibus scilicet elementis, tota uniuersū orbis compages resoluta, in antiquum chaos redigi crederetur. Ea porro calamitas lōge maxima incidit Caneniphatū, & Barauorū insulis, quæ Selandæ & Hollandæ à nostris hodie nuncupantur. Nam præter eas quæ inundantis maris impetu multorum cubitorū altitudine penitus submersæ fuerant, Aldebucha quoq; & Harles, & Exclusæ clara oppida, ita fluctibus oppressa deuoratq; sunt, ut uix sacrarū turrium & templorum fastigia extarent, quæ horribili æque & sæpe metuenda excidij memoria cladem testarentur. Sed nonæ Nouēbres tantis malis finem attulerunt, quum postridie calendas, sereno (quod mirum fuit) cælo, sed mox portentosum in modum ab repentina effusi imbris, & certantium inter se uetorum procella commutato, dira ea tempestas accidisset: tāta admiratione mortaliū, ut nulla ab orbe condito maior & grauior ullis gentibus clades, post diluuium Mosaycis literis celebratū, incidisse crederetur. Nec multo post sequenti mēse Ianuario, par prope exitij clades Lusitanis, in ipsis procul dubio uisceribus terræ furente debacchātq; Aeolo, illata est: cuius impetu urbs Vlyssipo in primis incomparabile detrimentum sensit, & post eam Coloniam, Sanctæarenæ, & Azembugeræ, Almerinique urbium publica priuatæque ædificia, inusitato terrēmotu conuassata proscissaque magnam uim mortalium ruinis oppressere, & nonnulla etiam nauigia turbulento inflati maris hiatu absorpta sunt: sic ut Tagus infanis allidentis maris fluctibus repulsus, discedentibus in utranque ripam suis undis, sicca in medio uada obstupētibus cunctis ostenderet: nemóq; iam rota prope Lusitania tectis suis confideret, subsultante scilicet solo, ideóque

- A ideóque non cito desituram terræmotus uim ita præmonstrāte, ut regis & reginæ exemplū sequuti uniuersū fere incolæ tabernacula apertis in locis castrensi more erigere cogerentur: neque in his tamen soluti metu pernoctarent, quum repentinū aliquem terræ hiatum quo absorberi possent, non temerè extimescendū arbitrarentur. Hisdem quoq; diebus Ferdinandus Caroli Imperatoris germanus frater Cæsar est appellatus, suscepitq; eius nouæ dignitatis ornamenta apud Belgas, opulentiore atq; augustiore apparatu, ad Aquisgranum urbem, Caroli magni olim sede sepulchróque clarissimam, quæ antiquis Nuagerra fuit: quum superiore
- B biennio Bohemici regni diadema apud Pragam suscepisset. Nam sicuti Marcomannorum, qui hodie Morauī sunt, & Bohemorum, qui Ercynio saltu circumdantur, & Slesitarū, qui Sarmaticos attingunt fines, frequentiam & cultum Germani autoritate atque opibus superiores facile superabant, ita utriusque pompæ spectacula, cum ipsius Caroli imperatoris præsentia, tum opulentissimorum procerū, & antistitū admirabilis comitatus incomparabilē illustrium hominū conuentum repræsentasse censebatur. Nihil enim uel pretiosius, uel operosius excogitari potuit apparatu atq; instrumento utriusque aulæ, quum in eum totius
- C Europæ ad exornandū triumphū lectissimæ opes, insigni studio certantium inter se gentiū, collatas fuisse appareret: sacris nanque cærimoniis & ludis equestribus, geminatóque præsertim epulo totius eius pompæ apparatus constitit: in quo accumulati luxus exquisitissimæ & copiosissimæ dapes alendis etiam plebeis hominibus superfuerunt. Imperator ipse usus eo prægrandi ense, quo Carolus ille Magnus omnibus sacri belli præliis uti consueffe fama erat, quanquam esset à multo uetustatis situ æruginosus, clarissimum quenque Germanorū & Belgarum leuiter contactis humeris equestri dignitate nobilitauit: dimissisq; con-
- D uentibus uni ei curæ institit, ut consentientibus Christianarum gētium regibus, pia arma in Solymanū, nimio plus immodicas uires extendentem, uerterentur. Nanque tum constans apud pios mortales fama erat, quorundam etiam uatum oraculis comprobata, nullis quàm Austriacorum fratrum certissimis auspiciis, Barbarorum uires malo nostro in immensum sese attollentes posse superari: quod existimare crederéque fas erat, postquam & his Ferdinandus à matura iam indole summæ pietatis atque uirtutis Pannoniæ atque Bohemiæ regna bellicosissimarum gētium paterno Austriæ imperio dudum adiecisset, & fraternæ demum
- E amplitudinis, imperatoriæq; dignitatis successor & hæres esset designatus: Carolus uero augustiore maximarum uirtutum & opum concursu exaggeratus, undique uictor inusitata felicitate ad Occidentem per Oceanum auriferis regionibus potitus, Christiani imperij terminos ad Antipodas usque protulisset.



PAVLI IOVII NOVOCOMEN-
SIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXX.



Armorum maxime ingentē terra marique appa-
ratum, & qualem nulla maiorum aetas uiderit,
aut litera meminerint ad admirationem poste-
ris traditurus, paulò altius belli causas repetam:
ut magis illustria sint, quę mox dicentur. Paca-
ta Italia Cæsar è Belgis, apud quos alterum iam
annum egerat, aduerso Rheno profectus, Ra-
tisponam ad Danubium uenit, ubi totius Ger-
manię cõsiliū multis de causis, & sanãdis præ-
sertim Lutheranorum mentibus, erat indictum, eo enim tempore cele-
berrimis in urbibus uehemēter conuulsa erat Christiana religio, ob id-
que in partes diducti plerique populi inter se bello cõtendebāt, adeo ut
Germania armis, opibus, ac ingeniis florens, dum insanis erroribus ser-
uit, sublato cõsensu, atque interrupta religionis auctoritate, grauissimū
uulnus acceptura uideretur, eò præcipue quòd eius dirę pestis uenenum
ad animos potentiū peruaserat, qui impie atque arroganter ea dogma-
ta tuebantur. In his erant, Federicus Saxonum, & Philippus Langrauius
Cattorum principes, Carolo & Ferdinãdo infensi, ueteresque hostes Au-
strię domus, cuius opes & dignitatem maxime infringi debilitarique ea
religionis conturbatione existimabant. Vuillermus quoque Boioarię
regulus, qui multis præclaris cùm familię tum uirtutis subsidiis fretus,
ad imperium aspirarat, æquo animo ferre non poterat Ferdinãdum su-
perioribus comitiis, ueluti adoptante fratre, Cæsarem appellatum, que-
rebatúrque Romanum imperium una in Austrię domo, tanquam hæ-
reditarium, perpetua quatuor Cæsarium successione confirmari, adeo ut
eum uitio creatū diceret, & noua subinde comitia, ueluti prioribus am-
bitu largitioneque corruptis flagitaret. Angebat etiam Vuillermū ge-
nus suum à præalta stirpe repetentem ignominia repulsã, quam tulerat
in petitione regni Bohemorum, superante suffragiis Ferdinando, quã-
quam ipse Bernesthenij & Cauphonis procerum, qui auctoritate maxi-
me ualebant, amicitia & studio plurimum inniteretur. Quibus de cau-
sis fiebat, ut Cæsar nequaquã eorum syncera fide aut egregia uoluntate
uteretur,

Auteretur, qui uel pie sanctęque de sacris potestateque Pontificis senti-
rent, proptereaque minus facilem eius causã cognitionem iudicaret,
quanquam à Laurentio Campegio Cardinale legato, cuncta prope fir-
missimis rationibus resellente, tractari, & iure optimo damnari posse
Lutheri placita uiderentur, ea enim non reiicienda modo atque abolen-
da, sed risu excipiēda esse censebant, qui sacrarum literarum peritia me-
diocriter ualerent, quando nulla constantia plures discipuli ipso magi-
stro infaniores, prouecta in immensum interpretandi libidine à primæ
rebellionis argumentis impudentissime descuiissent, ut ipsi de nomine
B peculiare sectas conderent, & imperita multitudo ad factiones atq; in-
testina bella traheretur. Dum hæc exploratis procerum animis pertra-
ctant, & profani iuris controuersias finiunt, certis rumoribus affertur
Solymanum innumerabilibus instructum copiis è Byzatio in Mysiam
peruenisse, eadem confirmant Clementis, Venetorumq; litera, magnus
timor Germanis incutitur, Noricisq; præsertim, qui proximis Barbar-
orum incursionibus abacta pecora, raptos in seruitutem liberos cum
uxoribus, & fratres trucidatos, incensaque ædificia, repentina belli clade
confpexerant. Fama erat ea de causa redire in Pannoniam Solymanū, ut
C Viennam expugnaret, à cuius mœnibus paulo ante fortiter repulsus, cū
ignominia discessisset, aut si Germani duce Carolo Cæsare contra pro-
dirent in aciem, de totius fere terrarum orbis imperio decertaret: ipsum
enim se unum esse, ad quem Romanorum imperiū legitimo iure perti-
neret, dicere solitum ferebant. Quoniam magni Constantini, qui uni-
uersi orbis Augustus imperator extitisset, sedem, & sceptrum, atque ur-
bes eius imperij teneret, uti proauus Mahometes expugnata Constanti-
nopoly, & Constantino supremo Græcorum imperatore superato occi-
soque, hæc omnia iure belli capta Ottomanicis regnis adiecisset, pro-
Dpterea quū de Carolo sermones incidere, uel litera scriberentur, eum
non Cæsarem, sed Hispaniã regem superba dissimulatione uocare con-
sueuerat. Elatus enim tot suis, maiorūque suorum uictoriis, quibus à
Mæotide ad Erythræi Indicique maris angustias, & ab extremis Illyrici
finibus ad Armeniã terminos imperium protulissent, decorum maxi-
me & nominis sui fama dignum putabat, in Germaniam penetrare, ter-
rorem, cædes, incendia circumferre, ostentareque aciem, ut Carolū acer-
bissimis suorum cladibus permotum ad pugnam prouocaret: sperabat
enim eum nequaquam uniuerso prælio certaturum, quòd Germanos
E per causam Lutheranae superstitionis inter se dissentire didicisset, unde
sibi non dubiã, erecto trophæo ex aliena infamia laudem pararet: quòd
si eo animo esset Cæsar, ut prodire non dubitaret, & patentibus campis
Christiana signa committeret, tum uero ipse sua occasione ad optimã
spem exploratæ uictoriæ uteretur, quando pedestres magna ex parte no-
strorum copias circumducto innumerabili equitatu, fame enecare, spe
prælij late frustrari, ac demum funesta necessitate cedentes & dissolutos
in fuga proterere facile posse uideretur. Ceterum suã dignitatis esse sta-
r iij

ruebat Ioannis iniurias defendere, quem ipse in Pannonia regem constituisse. Is quanquam Ferdinandum maiore semper animo quam uiribus contra se bellum gerentem contemnere poterat, Caroli tamen potentiam ueritus, qui ex propinquo copiis, pecunia, autoritateque fratri opem laturus esset, à Turcis auxilia petere cogebatur. Fuere qui crederent Solymanum inuito Ioanne in Pannoniam uenisse, Polonorum scilicet & Gallorum cohortationibus inductum, quoniam hi Cæsarem qui bella gerere per legatos singulari felicitate cōsueffet, grauiissimo bello periculosisque præliis implicitum uidere percuperent, illi uero Ioanem uti affinitate Sigismundo regi coniunctū, in Pannoniæ regno cōspicere mallent, quàm Ferdinandum, uti grauem aliquando è tribus regnis hostem Sarmatiæ futurum. Sed de hoc quum nihil pro uero sit cōpertum, haud temere censuerim hos magnos piósque reges, tanta infamia liberandos, adeo ut arbitrer Solymanū non magnopere his de causis & precibus permotum, tantum itineris suscepisse, sed ueterem potius suum, Ottomanorūque principum morem secutum, qui exercendo militi bella ex bellis serere, nihil è uetere disciplina segni ab otio corrupti sinere, & finitimos quosque tanquam ueros hostes, præde, uictoriæ ac laudis materiam putare consueffent. Quo instituto alternis annis uniuersas copias educendo, omnibus gentibus, cum quibus collatis signis sint cōgressi, præter unos Scythas, bello superatis, supra uiginti Asiae atque Europæ regna imperio suo adiecerint. Ferdinandus, ubi fit certior Solymanum prima agmina per Thraciam extendisse, ad eum cum muneribus, & æquissimis de pace fœderēque mandatis, tres legatos mittit, quorum princeps erat Leonardus Negarola, nobilis Vicentinus, literarum & multarum linguarum peritia insignis, ij in Triballorum finibus obuiam facti Solymano, humanitèrque suscepti, nihil plus retulerunt, quàm ut castra sequeretur. His Ratispōnæ nunciatis, Cæsar Germaniæ proceres, legatósque liberarum ciuitatum alloquitur, docet in eo communi & grauiissimo rerum periculo nihil tutius esse consensu, nihil diffensione calamitosius, proinde excitarentur ad id clasticum, quo fæuus & Barbarus hostis cunctis catenas & compedes, & templis ac urbibus uastitatē denunciaret, se constantissimo animo paratum esse contra hostes proficisci, ad tuendam religionis causam, ac nominis sui dignitatem, si ipsi fortiter & alacriter coactis copiis Christi uexilla & uictrices aquilas sequerentur, atque unà more maiorum, pro salute omnium & uetere gentis gloria bellum susciperent, acciturum se confestim Hispanorū & Italorum expeditas cohortes, magni roboris auxilia, quibus Germanorum statariæ legiones firmarentur, Clementēque Pontificē in hos apparatus magnam auri uim collaturum, uti esset pollicitus, si hæc gnauiter parari & egregia fide administrari didicisset. Ad ea principes legatīque propensissimis animis responderūt, in animo esse Germanis omnibus, ut ab antiquissimis temporibus factum meminissent, salutem publicam & communem omnium, imperiūque præsertim existimationem

tueri,

A rueri, propulsare iniurias, & Christianæ religionis hostes bello persequi, Cæsarem uero prolixè collaudare, qui se eo bello imperatorem futurū profiteretur, & externa item auxilia defendēdis, adiuuandisque Germanis esset adiuncturus. Idcirco ipse, fraterque Ferdinandus darent sedulo operam, ut ea quæ usui essent, mature & diligēter expedirēt: ipsos enim ex uetere formula tabularum Romani imperij, uti esset descriptum, æstimato prouinciarū atque urbium censu, delecturos milites, & ad conditum Viennam undique in una castra transmissuros. Itaque fit decretum è summa concilij, ut in aliud tempus Lutheranae causæ cognitio differatur, cæterisque cōtrouersis & rebus omnibus postpositis, omnes in unum belli apparatus animos intendant. Igitur Cæsar Alfonso Vastio in Italiam perscribit, ut ueteres præfectos aduocet, & per eos cohortes conscribat, & quantum maxime potest sclopettariorum numerum pareat, simulque Hispanos omnes Tridentinis alpibus ad se celeriter in Noricum adducat. Andreae quoque Auriæ iniungit, ut pari studio triremes ac plures onerarias militariter exornet, & aduersus Turcarū classem in Græciam traiciat. Accersit etiam è Belgio, Burgundiæque grauis armaturæ ornatisimum equitatum, & ab Hispania complures nobiles ueteranosque milites, & sibi quoque priuatim, cohortium prætorianarum nomine, duodecim milia Germanorum, ex his qui in Italia plura stipendia meruissent, mercede conduxit, quibus præficiuntur Maximilianus Hebersthenius, atque Tamisius Italico bello clari duces. Vni Galli multis de causis, quas suo loco memorabimus, nihil huic bello sese miscuerunt, réxque Britannus ab infami repudio legitime uxoris, quæ Cæsaris erat matertera, uti plane hostis deprauatum & penitus alienum ab amicitia & religione animum ostendit. Interea Clemens dabat operam ut pecuniæ à quæstoribus undiq; cogerentur: uolebat enim in tanto rerum discrimine, uti communem omnium parentem decebat, erga rempublicam præclarum pietatis studium ostendere, conciliandis præsertim Lutheranorum animis, qui eo beneficio atque ea liberalitate ad sanitatem reduci posse uiderentur. Erat ærarium Pontificij imperij penitus exhaustum superiorum temporum calamitate, recentibusque iacturis ac impendiis, nam Etrusco bello decies centena milia aureorum nummūm expendisse ferebatur. Quamobrem in senatu decretum est, ut quinque decumæ sacerdotiis imponerentur, quæ res minores sacerdotes, sacratasque uirgines, & sacras hospitaes domus uehementer afflixit: nam exactores cū imperio in prouincias emissi, dum priuato quæstui studerēt, incredibili acerbitate humana & diuina omnia perturbabant, adeo ut plerique sacerdotes templa desererēt, & passim sacrata uasa & antiqua donaria conflarentur, erant & qui prædia dicata altaribus uenditarēt, ut decumæ soluerētur, neque honestissimus sacri belli prætextus, ac extrema prope necessitas inuidiam leniebat, quoniam Cardinales qui opima sacerdotia possiderent, immunes euaserant, quasi illis ad tuendam Romanæ aulae amplitudinem, de solito uitæ splendore ni-

hil remittere moderatūque liceret, quum ex aduerso plerisque egētibus F
ultima uitæ alimenta raperentur. Per hunc modū coacta pecunia Hip-
polytus Medices Cardinalis, qui bello interfit, legatus efficitur, ut in
summæ nobilitatis excelſiq; animi legato summa authoritas & digni-
tas emineret, eoque pignore tradito Clemens propensissimam uolunta-
tem erga Cæsarem præclare testaretur. In eum iuuenem alterum & uige-
simum agentem annum natura fortunæque certatim maxima dona co-
gesserant: specie formæque corporis ac ingenij rara felicitate insignis
erat, & super hæc spectacula edendo, donandóque liberalis famam con-
secutus, adeo studia populi commouerat, ut sugillata Clementis auari-
tia, quadam naturæ similitudine Leonis patruī memoriam reuocaret, &
opes iam uel infanis ipsius sumptibus pares esse cœperant: nam ei Cle-
mens Pompeio Columna, ad Neapolim, uita defuncto, eius sacerdotia
ac officia quæ erant amplissima contulerat, quāquam esset ætatis ac in-
genij uigore ad tractanda arma, quā ad obeunda sacra paratior: pro-
pterea quum ex lectissimis hominibus comitatum instrueret, aliquanto
plures milites, quā togati uiri ac antistites proficiscentem sunt secuti.
Eius aduentus Ratisponæ cum à Cæsare, Ferdinandóque rege, tum à Ger-
manis lætanter exceptus est, nam ingentem pecuniam multóque ui-
ros fortes, & notos centuriones, ac militares equos adduxerat, & super
hæc sine ullo fastu Cardineī cultus, oris habitum ingenuæ promptæque
uirtutis plenum præferbat. Igitur consiliis cum Campegio communi-
catis, atque eo in Italiam dimisso, quòd tum maxime neruorum dolori-
bus laboraret, magnam auri partem effudit, cōducendis octo milibus
equitum Hungarorum, quos se habiturum Ferdinandus promittebat,
si ad eos in finibus Pannoniæ dispersos, atque operam aduersus Turcas
nauare cupientes, stipendia mitterentur: transierant enim ad Ferdinan-
dum duo supra cæteros duces Valentinus Thuracus, & Bachithius Pau-
lus, hic Tribalus erat, ille Hungarus, admirandæ uirtutis homines, sed
fide instabili: nam uterque apud Solymanum in honore habiti diu in
Turcarum castris antea militarant: ac demum non ignobili transfugio
ad Ioannem, atque inde commutata uoluntate in Germaniam uenerat.
His Hippolytus legatus singula uexilla honoris causa de manu tradi-
dit: in queis pictæ erant imagines crucifixi Seruatoris nostri, ad commo-
uendam uel in ferreis Lutheranorum pectoribus pietatē: addidit etiam
uestes ex auro purpuræque militares, & sicas Italicas, aureósq; torques:
nec se passi sunt eorum ingentes animi liberalitate superari, quum pau-
lo post & equum insignē cursu, & gladios more gentis incuruos, æqua-
to munere repēderint. Iam prima Turcarum agmina Samandriam per-
uenerant, quum Ioannes arma expedit, Gritto negotium dat, ut Strigo-
nij arcem tormentis expugnet. Situm est Strigonium in ripa Danubij,
triginta passuum milibus ab urbe Buda, eius arx egregie munita Ferdi-
nandi præsidio tenebatur. Igitur Grittus terrestribus atque naualibus
copiis diu antea obsessam, admotis muralibus tormētis aggreditur, cu-
niculi

A niculi agūtur, per quos suppositis ignibus ab imo rotus corruat murus,
atque extremæ in propugnaculis pinnæ, ferreis pilis decutiuntur, confi-
stunt tamen fortiter in muro Germani, seque acerrime fortissiméq; de-
fendunt, sed cum rerum prope omnium inopia laborarent, & minus sa-
lubri aqua uterentur, plurésque morbus plane sæuus inuaderet, despe-
rata salute à Pofonianis auxilia, uexillo & fumo interdiu & noctu igni-
bus petere cœperūt. Erant Pofonij Thomas Agriensis episcopus, & Vul-
canus iureconsultus, Cæsaris Ferdinandique legatus: ij cognito Strigo-
nienſium periculo, ad Viennæ præfectum conscribunt, hortāturque, ut
B priusquam Solymanus Sauū traiciat, deductis è Vienna præſidiis & de-
missa grauiore classe, terra simul fluminéq; Danubio obsessis opem fer-
re maturarent. Grittus enim inconditā multitudinem Hungarorum &
Seruianorum admixtis Turcis in castra cōtraxerat, nequaquam idoneā
sustinendo prælio, si à peritis ordinum atque militiæ in subitum pugne
discrimen adducerentur. Præerat Viennensi præsidio cunctisque Ferdi-
nandi copiis Catianer, quem superiore bello aduersus Turcas egregia
cum laude Viennæ mœnia defendisse memorauimus. Erat Catianer si-
cuti in conferenda pugna fortis & impiger, ita nō semper sobrius, & tur-
C bidus in fuscipiendis consiliis alacritate quadam inanis & peruicax, siue
quòd Turcas putabat ad oppugnandam Viennam, uti arcem belli, pro-
tinus aduoluros, & propterea eam urbem nulla ex parte, præsidio nu-
dandam iudicabat, siue quòd satis uirium in sola classe futurū arbitra-
batur, terrestri itinere nihil tentare constituit, prætermittensque facile
patrandæ rei occasione Pofonianis rescripsit, ut Nasadias quantas habe-
rent propugnatoribus instrueret, pollicetur uero se paulo post grauiora
nauigia maioribus tormētis referta, atque exornata more maritima-
rum triremium, ut Nasadiis præsidio essent, cōtinuo submissurū. Hun-
D gari Nasadias uocant nauigia oblonga remorum ordine ualde expedi-
ta, biremibus prædatoriis quæ in mari nostro uisuntur, disciplina celeri-
tatéque simillima, eius generis ad sexaginta in statione erant circa Po-
sonium, quas uir Germanus cui Corporano cognomen fuit, rei nauali
præpositus, uti Catianer præscripserat, deducit, ac remige militéque &
minoribus tormentis complet: eo consilio ut in Comaria insula, quam
paulo infra Pofonium Danubius efficit, desertum quoddam castellum
occuparet, atq; inde cum grauiora nauigia è naualibus Viennæ demis-
sa applicassent, in hostiū classē inueheretur: ea erat in obsidione Stri-
E gonij distributa in stationes, ut flumine nihil omnino obsessis impor-
tari pateretur. Dum hæc ad Pofonium parantur, Grittus per speculato-
res de hostium consilio fit certior: erant enim permulti Hungari in par-
tibus Ferdinandi, qui non ualde turpe ducebant, uti libido ferret, hac &
illac transire: gens enim effera, præsentis tantum gnara commodi, atque
euentuum spectatrix, studiorum commutatione magnopere gaudebat,
adeo ut nemo fere in partibus Ioannis esset paulo notior atq; nobilior
eques, qui non aliquando cū Ferdinando rege militasset, nec satis firma

etiam fides erat apud sacros antistites, qui nō semel animos atq; opes alternæ fortunæ successibus applicassent. Igitur Gritus celeriter consilium capit præoccupandi hostis conferendæque pugnae, priusquam grauiora hostium nauigia Nasadiis coniungantur. Erant ei Nasadiae numero Posonianis ferme pares, gubernatorum uero scientia, & militum uirtute aliquanto inferiores: quamobrem in has complures sagittarios & sclopettarios Turcas distribuit, proponit præmia singulis, qui spectatū facinus ediderint, atque omnes ad præstandam gnauiter atque celeriter operam cohortatur: nec mora aduerso amne per noctem ad hostes magno silentio prouehuntur. At Posoniani, qui iam ad Comariam peruenerant, ubi ex pulsu remorum renunciantibus speculatoriis nauigiis de aduentu hostium cognoscunt, uehementer perturbantur, uti ij plerūq; solent, quibus præoccupari deprehendique contingit, dū insidias hosti moliuntur. Erat præpositus quinque Nasadiis Pestanus senex, negotij naualis admodum peritus, is Corporanum monet, ut cōgressum deuret, atque sese Posonium recipiat, ipsum à postremo agmine totius classis terga ualidissimis Nasadiis esse defensurum: non esse credendum hostes nisi magna de causa & certa cum spe, ueluti rebus exploratis, aduerso amne subisse, proculdubio totius consilij decretum per Hungaros hostibus esse delatum, profectiōemq; proditam: satis honestum uideri posse cum receptum omnibus militiæ non ignaris, postquam grauiores naues nondum aduenerint, quas etiā Catianer expectandas esse præceperit. Corporanus ingenio ferox nihil de Pestani monitis ad aures admittit, siue quod flagitiosum putaret nō expectare hostem ultro subeuntem, præliumque poscentem, siue quod suorum uirtuti nimiū confusus, aduersariorum uires magnopere despiceret, ergo prælij signū proponitur, diuiditur classis in acies tres. Pestanus omnium primus prorūpit, profluentisque secūdo cursu concitatus hostes adoritur, eo impetu quatuor eorum Nasadias perfringit, primum agmen perturbat, magnā uictoriæ spem sequentibus præbet. At Turcæ confertis nauigiis uim atque impetum inuadentium constanter excipiunt, sit præliū atrox, omitunt plerique remos, contis & gladiis rem gerunt: tormentorum sonitu ac fumo, & dissono clamore tot gentium, omnis oculorum atque aurium usus eripitur: ad hæc nebula crassior, uti fit, orta diluculo, ita amnem totum & classes intexerat, ut nauium magistri non plane perspicerent, quamnam in partem flectendi remi, & proræ essent incitandæ, erat Turcis fluminis impetus maxime grauis & aduersus, sed ea iniquitas cōiuncta inter se eorum nauigia maxime confirmabat, adeo ut contra ueluti æquata conditione, Posonianorum oculi aduersis orientis solis radiis ferirentur: tum uero Turcæ discussa nebula tantam uim sagittarū aduersis nauibus superfuderūt, ut propugnatores simul & remiges his cōfixi, sclopettorūque glandibus traiecti, in fugam uerterentur. In eo tumultu Pestanus egregie pugnans interficitur, Corporanus cum tredecim omnino Nasadiis, quæ celeritate reliquas anteibant, aduerso flumine profugit,

A profugit, reliquæ aut demerguntur, aut defilientibus in proximas ripas militibus atque remigibus uacua capiuntur, ex mille & septingentis hominibus qui in Posoniana fuerant classe, fere quarta pars interiit, cæteri terrestri itinere euaserunt, nonnulli etiam capti, dimissi que ab hostibus non multo post Posonium sunt reuersi. Post id prælium Gritus, quod cuniculis nihil profecerat, & duo muralia tormēta ab crebro usu, uti accidit, feruefacto metallo, disrupa fuerant, arcis oppugnationem intermisit, ratus circūuallatum hostem, non diu obsidionis incommoda, tanquam desperatis post naualem uictoriam auxiliis, esse toleraturum. Sub id ferme tempus Hispani, qui in agris urbium Aemyliæ uia statiua habuerant, fertilissimique tractus incolas circa Scultennam & Gabellum amnes ad Padū usque magnis detrimentis affixerant, ad alpes peruenerunt. Erant in eorum castris supra. xx. milia hominum, sed tertia ferme pars inutilis turbæ cum tantum septē milia ueteranorū peditum censebantur: cum multis enim impedimētis & iumentis onusti uetere præda secū fortunas suas omnino deferendas esse iudicabant, adeo ut nec scorta & uoluptatum instrumenta relinquerent. Hanc militū licentiā atque luxuriam, quā Vastius præcipue commeatus inopiam ueritus, castigando iubendoque cohibere, sarcinarūque numerum præscribere uellet, ad Athesim militaris seditio exarsit. Nonnulli enim centuriones opulenti, quibus adeo longinquæ & periculosa militiæ labor erat ingratus, cōcitare uulgus militum, & stipendia flagitare cœperunt, adeo ut non excessuri Italia uiderentur, nisi consternatis & in unum animi decretum consentientibus pecunia solueretur. Vastius qui ad minuendam ipsius existimationem, a paucis inimicis aduersum se exagitari multitudinem haud obscure intelligebat, dissimulandum in præsens ratus, quædā temporis necessitati que tribuit, donatiuumque pollicitus quum ad Cæsarem peruenissent, menstrui stipendij pecunia cohortes pacauit, & in Germaniam sublatis signis est profectus, nec multo post Italicæ cohortes sunt secutæ. Tanta enim alacritate in Cisalpina atque togata Gallia, Piceno, Umbria, totaque passim Etruria milites bello assueti nomina dederunt, ut duplicatum signorum numerum quisque præfectus adduceret, & Vastius nonnullos nobiles Circumpadanos opibus insignes, quos præfecturis honestarat, & in magnos bellici apparatus sumptus adegerat, superante militum multitudine, cum magna inuidia repudiare atque relinquere cogeretur: non enim Italos tum primum lata pace perfuantes tanta promptitudine uirtutēque animi eam ancipitem duramque militiam subituros crediderat, ut præcipue Germanis opem ferrent, a quibus tot clades accepissent, propterea potentes opulentosque rogarat, prolixēque inuitarat ad capeffendam laudem, quibus clientes atque oppidanos minime ad sequenda signa defuturos iudicasset. Id autem inuitus fecit, quoniam ei certum militum numerum Cæsar præfinierat, iusseratque ut cæteris reiectis signa & cohortes uni tantum spectatē uirtuti & fidei ueterum præfectorum commendaret. Ii fuere Mar-

tius Columna, Petrus Maria Rubeus, Philippus Torniellus, Ioannes Baptista Castalius, Fabritius Maramaldus, & qui nouissime omnium alpes transiere, Pyrrhus Stipicianus & Camillus Columna, Martij frater patrueles, ueteres præfecti omnes, & bellica uirtute, & studio erga Cæsarem admodum illustres: in his cohortibus fuere amplius quatuordecim milia delectorum peditum, præter uoluntarios qui undique Vienam postea confluerunt. Secutus est legiones Ferdinandus Gonzaga cum duobus circiter milibus galeatorum equitum, in quibus fuit ala ab Alfonso Atestino missa, & trecenti ueteres Hispani equites, & Græcorum aliquot turmæ accessere, & his plerique è tota Italia sine stipendio nobiles strenuèque equites, qui antea ordines duxerant: existimabant enim se ignominia notatos iri, si uti desides & parum pij sacro bello minime interfuissent. Hæc tanta multitudo ad Halam, salinis celebre oppidum, nauigiis imposita, secundo amne Oeno ad Boiodurum, quod hodie Patauia dicitur, Danubium intrauit. Sub id quoque tempus Cæsar inspectis Sequanorum & Belgarum alis, quæ erant mirifica, tormentisque maioribus, quæ Nurembergæ præsentis pecunia compararat, ratibus impositis à Ratispona Lintium deuchitur. Nunquam tot nauium, totque militum à Romanis usque temporibus Danubius tulit: erant maximi lintres, ad effigiem terrestris ædificij cum cubiculis, & porticibus fabrefacti, uisebantur latissime rates equorum agmina deferentes, erant nauigia tabulatis cõtectæ, plena com meatibus, præter hæc, innumerabilis nauicularum multitudo intermixta maioribus nauigiis sequebatur, undique audire erat consalutatum acclamationes, tympanorumque & cornuum ac tubarum concentus, & cum nauigia defuissent, etiam ripæ frondosis arboribus conuestitæ sinuosi peramœniquæ fluminis, ad iucundissimum quoddam spectaculum, equestribus atque pedestribus copiis complebatur. Interea Solymanus, qui sextis & quinquagesimis castris Belgradū peruenerat, Sauo amne multis simul pontibus constrato, innumerabilem equitum multitudinem in Pannoniam effudit, relicto in dextra Danubio, paululum ad læuam deflectens, ut intactæ superiore bello regionis copiis uteretur, & in Valeriam provinciam late fertilem, & Norico ad meridiem coniunctam, quæ Stiria hodie dicitur, recta contenderet. In eo itinere Guintium occurrit, quod Nicolizza uir fortis domestico potius quàm externo præsidio tuebatur. Id est oppidum non longe ab urbe Sabaria, in plano positum, quadrato nec magno ambitu & modicis quidem mœnibus cinctum, tenue opibus, & prorsus ignobile, nisi ab ignominia Turcarum claritatem accepisset. Igitur Nicolizza resectis propugnaculis, repurgata fossa, oppidanis & paucis militibus animo cõfirmatis, uel ob id præcipue, quod in Turcarum castris nulla essent tormenta muralia, uires minalque tanti hostis contemnere, seque ad extremum rerum exitum tueri constituit, ut inde bellicæ uirtutis & constantiæ habiturus famam, aut si cum oppido cadendum foret, Pannoniorum fidei & fortitudinis præclarum

A clarum specimen editurus. Habraimus ipse Bassarum princeps, cui Solymanus, quod nemini unquam ab Ottomannis datum meminerañt, supremi imperij potestatem communicarat, ad Guintium prouectus, Nicolizza fidem promissis & minis pertentat: nouerat enim hominem Habraimus, dum ille Byzantij legationis munere fungeretur, eumque ueluti uirum fortem ac industrium, sibi & Solymano conseruare, quàm omnino perdere cupiebat, sed quum Nicolizza nihil pacatum, nihilque demissum responderet, copię innumerabiles in coronam mœnibus admoventur, aguntur tribus in locis cuniculi, ut subditis ignibus mœnia ab imo disrupta frangerentur. Caterum quum discisso & prouente muro Guintiani præsentibus animis introrsus munitiones extruerent, & cuniculis diligenter, uel à sceminis obuiam iretur, ac in statione ubi periculum posceret, audacter consisterent, & multi utrinque tormentariis glandibus peterentur, Habraimus agmina Asaporum, atque item Ianizeros prætorianos, ad eam muri partem conuertit, quæ meridiem spectat: à Septentrionibus uero, ubi multi passim colles exurgunt, oppidoque imminent, curulia tormenta perducit, eo consilio, ut terga propugnantium hostium, ab excelsioribus locis intercedente oppido uerberaret. Ea res non statim animaduersa, magnum Guintianis attulit detrimentum, quum eodem tempore aduersi sclopettariorum & sagittariorum multitudinem uix ferre possent, auersi uero plumbeis pilis sternerentur: erant ea tormenta non diruendis muris, sed ad campestres pugnas idonea, leuitate & breuitate expedita, ita ut commode subductis rotis singula camelis singulis ueherentur. At Nicolizza quanquam suorum clade perculsus, sese non deserit, sublatæque ex ædificiis magna tabularum atque asserum multitudine perpetuam munitionem introrsus à muro, pedes duodecim erigit, qua milites protecti atque occultati commeando & propugnando, consistere possent, eo subitario opere perfecto Turcæ incertis demum ictibus tabulata petebant, ita ut pauci, & casu quidem, interirent. Sed quotidie non paruus numerus sceminarum, puerorum & senum uulnerabatur, qui conclusi domibus cum parandis alimentis, tum fauciis percurandis uacabant, quod in ligneas domos frequentes pilæ terebratis repente tabularis in nihil tale expectantes inciderent. Interim ducenti ferme equites Turcæ è castris speculabundi prædabundique ultra Neostadiū excursionem fecerunt, qui quum diu uagati ad Leopoldium uicum peruenissent, incidere in insidias, sic ut inter amniculum, qui illac præseptis ripis perlabitur, & mediam uici regionem, quæ publicum iter præbet, interclusi ferme omnes ab Hungaris equitibus caderentur aut caperentur. Leopoldenses enim ingenti stipite prælongæ arboris ita militarem clauerant uiam, ut cum is stipes in lignea tricubitali columna ad libramentum suspensus esset, & in axe uerteretur, facile quum uellent in directum extenso stipite à læua dextraque aditum aperirent, uel eo contraria ratione reducto per obliquum, leui momento præcluderent.

rent. Ea enim erat agrestis machinæ forma, quòd esset undique armata præacutis ramorum truncis late prominentibus, ut Turcæ equites qui nec artificium moliendi nouerant, nec quin infestis ingentibus stimulis induerentur, transilire audebant, tanquam indagine clausi, caperentur. Præfectus alæ Paulij Bachithij, cui à uitio distorti cruris Claudio cognomen erat, detruncata humeris hostium capita Viennam detulit, & ad omen uictoriæ, spectaculúmque coeuntium undique militum, in membris præfixit. Tum uero ex captiuis certius est cognitum, duplo ampliores copias, quàm quisquam rex Ottomannus ad bellum eduxerit, & ob id fere innumerabiles esse in castris, ipsumque Solymanum sine muralibus tormentis aduentare, ut quamprimum collatis signis, cum Cæsare conflagat, aut si hostis armatus non occurrat, ferro ac incendiis cuncta obuia deuastet. Eadem quoque legati Ferdinandi retulerunt, quos ferica talari ueste & singulis argenteis pateris donatos à Guintio dimiserat, ut literas ad Ferdinandum Cæsaremque deferrent, eas nos tum uidimus in oblongo & perangusto dentatæ chartæ uolumine aureis atque cæruleis literis Arabice scriptas obsignatasque aureo sigillo, & faculo purpureo inclusas, utpote quæ tantis inuolucris Barbari uanissimique regis superbiam præferrent. In his enim usurpatis multorum regum titulis tumidissime se terrarum prope omnium & gentium dominum ac imperatorem præscribebat, sed summa hæc erat, se uindicandis iniuriis quas Ioanni regi beneficiario atque amico suo intulissent, domo profectum in Pannoniam uenisse, processurumque infesto exercitu in ipsorum prouincias: ac si quis contra resisteret, prælio certaturum secundissimis auspiciis Dei optimi maximi & Mahometis, qui pro iustissima causa stare consuessent. Proinde si regij nominis memores esse uellent, & armati progredierentur, uno prælio finiri posse cōtrouersiam, atque ipsos totius orbis imperium in præmium uictoriæ aut duros protinus aut accepturos. Cæterum legati uti ex captiuis uariis percuntationibus fuerat expressum, multitudinem quinquaginta myriadam in castris esse referebant, & tormenta ænea curulia circiter trecenta è quibus longe maxima uix anserini oui magnitudine pilam emitterent, castra plena esse omnis opulentia, securitatis, silentij, disciplina: Solymanum ipsum, si superstitionem demeres, ab æquitate, continentia, liberalitate, magnitudineque animi tanta fortuna dignum uideri: statura esse supra mediocrem, habitu graciliore, ceruice oblonga, ore candido & exanguis, ac osseo propemodum naso, atque eo plurimum adunco, raros patere ad prætorium aditus, sed eum cuncta benignitatis officia per Habraimum humaniter implere, lautitiam sibi castrensi more large præbitam fuisse, nihilque sibi extra uini desiderium defuisse unquam: uniuersum exercitum egregie ali ueruecenis carnibus atque oriza: nullum panis esse usum, nisi subcineritij & tumultuarij: equos in uniuersum campestri pabulo contentos esse, cuius magnam copiam eæ regiones ferat, nam prata nequaquam detonsa

falcibus,

A falcibus, quod sponte tulerint, præalte adultum & plane siccatum præbent, unum esse in castris Habraimum, ad quem ueluti exæquata cum Solymano militaris imperij potestate, rerum omnium summa respiciat, eum esse ingenio excelso, graui, expedito, & ad uirtutem exornandam maxime procliu & liberali, penes hunc maximarum & secretissimarum rerum arcana recondi, adeo ut Solymanus in eius uiri consilio, fide, ac uigilantia secure conquiescat, ab eo proximam dignitatem tenere Aiace & Cassimum magistros equitum, quos Bellerbecos uocant, huic Asiaticorum, illi Europeorum Sanzachos parere, secundum hos Michalogli Mustaphæ nomen celebrari, qui uoluntariis equitibus præsit. Ii sunt eorum lingua Acanzi, qui longe lateque præcurrere, regiones explorare, demorari, distineréque hostes, atque omnia ferro atque igne uastare soliti sint, hunc esse Turcica stirpe ortum Ottomannis uetustate originis parem, militari prudentia clarum, antecedere eum castra duorum dierum itinere, & sicuti superiore bello fecisset, ante alios cum centum milibus equitum intra proximos Austriæ fines esse præcursum. Interim Habraimus quum plures dies irrito conatu in oppugnatione Guintij contriuisset, quòd abscedere incepto neque Solymani neque suæ dignitatis esse statuebat, duo infinitæ magnitudinis propugnacula ante fossam erexit, hæc non murum modo, uerum & turrim, quæ erat in angulo ad Austrianam portam altitudine superabant: ea etiam ratione muri angulum complexus, ut ex primo, quod erat latius & excelcius, frontem hostium uerberaret, & ex secundo per obliquum ipsorum latera peterentur. Ea continenti totius exercitus labore, quatuor omnino diebus fuere constituta, & in summam educta altitudinem, ut hinc etiam Turcarum multitudinem æstimare liceat. Imperatum enim fuerat singulis prope equitibus, omnibusque farcinariis iumentis, ut casam Afaporum securibus materiam è proximis syluis in castra conueherent: scapos enim ramorum magnorum aut discissarum arborum decisis frondibus, æquali & ea quidem tricubitali longitudine ita collocabant, ut alternis ordinibus modo recta & modo obliqua serie, alteri scilicet alteris impositi ingentem lignorum struem efficerent, ad effigiem latissimæ turris, è qua non modo qui in muro consisterent, sed & qui intra oppidum uagari uellent, à sclopettariis & sagittariis conficerentur, eo opere incredibili celeritate perfecto, repletaque fossa, & compluribus in muro occisis & uulneratis, Turcæ, qua murum cuniculo disruptum diximus, in oppidum impetum fecerunt, quibus irrumpentibus Nicolizza quantas habebat copias, uti in extremo conatu necesse erat, haud cunctanter opposuit. Sed quum iam prope intra murum peruaderent prætoriani, tantus sublatus est clamor cum eiulatu ab imbelli puerorum & sceminarum multitudine, ut stupefacti potius quàm territi impetum reprefferint. Ea cunctatio sicuti subeuntes tardauit, ita animos propugnantibus in immensum adauxit. Natura enim fit, ut homines tum

f iij

maxime audeant, cum repete commutata fortuna, timere desierint. Eo modo quum praefecti cohortium milites castigando atque item uerbando nihil profecissent, pugnae finis est impositus. Referebant Turcae se integri erumpentis ab arce praesidij strepitum clamoremque putasse, equitemque districto gladio ipsis subeuntibus comminantem in aere conspexisse, eam procul dubio extitisse diui Martini speciem, qui Sabarienses omnibus dubiis temporibus certo tutelari numine cōseruasset: ceterum eius miraculi fides apud Nicolizzam relinquetur, à quo demum obsidione liberato, Viennae eam rem longa percunctatione didicimus. Porro Habraimus pudore atque ira uehementissime conturbatus; dum qui Nicolizzae animum peruincere nequit, honestissimis oblatis conditionibus expugnat, data enim fide publica euocatum ad se in castra cum summo honore uerborum eius uirtutem commendare coepit, rogauitque ut fortunae periculum facere desineret: oppidum in eius potestate se relicturum, si in uerba Solymani iuraret, & in specie praesidij aliquot Turcae ueluti tradito oppido reciperentur. Nicolizza qui ex octingentis strenuis defensoribus uix tertiam partem, atque eam confectam uigiliis & uulneribus debilitata, sibi superesse meminerat, omnino transigendum existimauit. Quid enim optatius accidere poterat, quam ipsum cum praecleara fide uirtutisque laude retinere oppidum? & cum sola uerborum inanium iactura tantam suorum multitudinem supremo metu atque periculo liberare? Quum in colloquio nullum timorem praefereat, & praesidij uires effuse mentiando adaugeret, affirmauit se antea oppidum dedere paratum fuisse ob amicitiam Byzantij initam, sed semper fuisse prohibitum, quo minus uotum impleret, à Germanis & Hispanis, feris uiolentisque hominibus, qui in praesidio essent, eos quoque tum uel exorantibus pueris ac foeminis, ut ipse exiret, agerrime permisisse. Itaque se polliceri Turcis omnibus, qui illac transirent amicum fore, eisque quos posset commeatus ex copia attrita regionis praebiturum liberaliter, & Ottomanicum uexillum in summa turre praefixurum. Id uero quod ad Turcas introducendos pertineret, ut dediti oppidi acceptique praesidij species praebetur, se praestare omnino cupere, sed plurimum uereri ne à Germanis ac Hispanis, qui Turcicum sanguinem inducti religionibus maxime sitirent, tumultu facto discerperetur, ut demum uiolato iure gentium, & corrupta spe deditiois, ad funesti belli discrimina sit redeundum: debere eum qui maximis eo bello rebus gerendis immineret, ut se inde explicaret, sponte dediti, & in ueterem amicitiam recepti, uoluntate & fide contentum esse, sicuti ipse quum oppido exiret, uti securus de salute ac reditu, sese nunquam antea exploratae fidei commisisset. Ad extremum Habraimus, uirtute atque astu Nicolizzae superatus, id tantum impetrauit, ut Ianizerorum decuriam intra portae limen admitteret, quibus introductis, & Illyrica lingua ad potandum uinum, cuius ea gens est auida, comiter inuitatis, & sibi & Habraimo cumulatissime satisfecit, cum neque Germanos neque Hispanos in praesidio habuisset.

Nec

A Nec multo post Habraimus, & ipse qui non longe subsederat Solymanus à Guintio discedunt, & in Carinthiae fines ad Muram amnem feruntur, in laeuam longe à Danubio uertentes agmina, & penitus à nostris discedentes, qui iam magna ex parte trinis circa Viennam positis castris conuenerant, ac aduentum hostium alacriter expectabant. Erat enim opinio orta primò à praefectis, uti fit, ac demum edita in uulgus, Solymanum in Neostadianos & Viennenses campos à Guintio statim esse progressurum, ut equitatu, qua parte uirium erat superior, undique praemisso acie ostentaret, & si nostri obuiam irent, iusto praelio cogrederetur: sed ab ea

B ratione alienum id iter adeo timorem antea de Turcis non ab re conceptum ex animis omnium deterfit, ut qui tanta mole uirium incubuisset, tantae arrogantiae & tanti fastus imperator existimatione & dignitate spoliatus profugere crederetur, Turcasque iam nostri milites, uti ignaros rudisque militiae munitionumque praesertim & operum, penitus irrideret, postquam oppidulum tantis circumsessum copiis, & tantis operibus oppugnatum, uiginti trium dierum spatio capere nequiuissent. Ceterum tribus de causis id iter Solymanum tenuisse postea à captiuis compertum est, primò, sicuti ipsi iactabant, ut ad Caesarem breuiore compendio contenderent, quae nondum à Ratispona Lintium peruenisse, cunctantemque Viennam deuehi cognouissent: secundò quod Neostadium, uti paludibus cinctum, magnoque tormentorum apparatu, & ualido militum praesidio firmatum, nequaquam sibi tentandum esse decreuissent, quo ab hostibus infesso, atque in tergo relicto, ad Viennam sanis hominibus minime fuerit procedendum: tertio ut tutissimo fertilissimoque itinere, inter Drauum Saumque suscepto, quum aestas in exitum praecipit & grauis imbribus autumnus suaderent, ad Belgradum reuerteretur. Nos potius credimus Solymanum perspecta totius Germaniae ad id bellum alacritate, cognitio-

D que Italicorum atque Hispanorum aduentu, de quorum numero ad eum ampliora & maiora uero, à speculatoribus ueteribusque amicis deferebatur, repressisse animi ferociam, & tuto euastare prouinciam, quam anticipati euentu nostrorum uires collatis signis experiri maluisse. Sub id ferme tempus quo Nicolizza Guintij maxime laborabat, Viennae militaris seditio exarsit, non modo propinquitate hostium periculosa & penè exitialis, sed disiunctione animorum, & disciplinae conturbatione grauissima, nisi dii immortales celerem atque inexpectatam opem rebus propè perditis attulissent. Rochandolfus enim regiae familiae magister, quum in

E aduentum Caesaris, totque regulatorum & legatorum hospitia praepararet, Hispanos qui in Pannonia militabant, urbe excedere, & in proximis campis extra tendere iusserat, illi id se facturos pernegabant, nisi merita stipendia praebentur, quod Viennensium hospitibus assueti, omni castrensi suppellectile pecuniisque carerent, in hos Rochandolfus contumacius haerentes impetum fecit, excitisque more militiae ad arma Germanis & Viennensibus tormenta curulia prouexit: nec se deserunt Hispani quamquam numero inferiores, & in oblongam regionem conglobati sensim pedes

*Bonacho affectum
de Tabernaculo, habet
como de hano, gno
como poli thesta*

f iij

referunt, portamque occupant, quæ in castra deferebat, admissuri in auxilium Hispanos, qui dudum ab Italia uenissent, atque item Italos, qui ut in aliena terra, uiribus essent firmiores, antea cum Hispanis cohortante Vastio priuatum foedus inierant. Res eò perducta est, ut quum Rochandolfus, uir admodum iracundus & ferox, armatus in equo uehementius urgeret, & tormenta producerentur, contraque Hispani obuersa sclopetariorum cohorte consistenterent, penè crudeli praelio certaretur, tantus erat utrinque furentium ardor ad conferendas manus, ut deprecantibus summis ducibus qui aderant, non modo non parerent, sed promiscue omnibus minarentur, adeo ut Vastius, & Antonius Leua, Hippolytusque legatus qui eò ad uiscendum belli apparatus à Ratispona decurrerat, quum deprecando orandoque nihil ualere, sese intra proximam domum recludere cogerentur. Dum arma quatiant, atque ignes tormentis imminet, haud dubie caeleste aliquod numen Christianis rebus adfulsit: sponte etenim ueluti ex aquato utrinque periculo milites arma depresso humi, Rochandolfo ira deferbuit, adcurrere duces, dictæ sunt conditiones, atque æquis auribus acceptæ, promissa item stipendia in pacandis utrinque animis, Antonij Leuæ, qui in sella humeris hominum inter armatos illatus ora conuerterat, autoritas plurimum enituit, Vastio præsertim, legatoque & Ludouico Lodronio inter armatos iratosque iam deposito metu sese miscerentibus. Paulo antè ad Cremetium, quod est oppidum in ulteriore Danubij ripa inter Lintium & Viennam, Hispani auctore Hieronymo Leua, seditionem mouerunt. Iusserat Cæsar, ut milites nominatim per manipulos atque centurias recenserentur: nam æmuli atque inimici ipsius Vastij, ut eius dignitatem & gratiam conuellerent, Cæsari detulerant, falsum ab eo in cohortibus numerum militum referri, ob id Petrum Consaluum Mendocium triclinij præfectum Cremetium miserat, ut milites inspiceret diligenter, & descriptis sigillatim stipendium numerari curaret, antea siquidem præfectis cohortium uniuersa pecunia dabatur, ut illi iudicio suo in ea diuidenda uterentur, quum discretæ cohortes in templum instituto ordine à quæstoribus citatæ essent, & unicuique militi stipendium de quæstoris manu solueretur: militibus nouum morem approbantibus, uni omnium ex Leuaniana cohorte reclamare, tumultumque miscere cœperunt. Hæc ubi uidet Vastius, qui initia seditionum audacter opprimenda esse didicerat, districto gladio in medios irrupit, duos qui seditionis commilitones incitarant, ex conscientia sceleris è templo profugere conantes uinciri iubet, ex his quæstione habita Mædocius cognoscit seditionis auctorem esse Hieronymum Leuam, qui ad Athesim eius consternationis, quam diximus princeps extitisset. Itaque Mædocius re ad Cæsarem per tabellarios delata, breui mandata recipit, damnatusque Hieronymus Macicæ castrorum magistro traditur, atque ita ad minorem ignominiam in tabernaculo iugulatur, uir egregie fortis, ingenio ualidus, eloquentia uero & uultu antiquis ducibus comparandus. Ferunt Mædocium aliquanto libentius atque maturius de reo supplicium sumpsisse, propter similitudinem

A tatem Mediolani conceptam, quum Hieronymus in tradenda arce ipsi Mendocio Cæsaris literas afferenti, parere recufasset. Leua sublato ceteri in officio permansere, retulitque Mædocius, se plenissimas optimis militibus cohortes reperisse, adeo ut ea res ab inuidis conficta maligneque delata, ipsi Vastio apud Cæsarem gratiam ac beneuolentiam magnopere confirmarit. Dum hæc fiunt, Michaloglus iubente Solymano, ex uoluntariis prædatoriam manum emisit duce Casono, qui superiore bello uastabundus ad Lintium usque præcurrerat: huic præcipit, ut iter non intermittat, longe lateque totam eam regionem peruagetur, quæ est inter Danubium & alpes, ut de Cæsare hostiumque copiis certius cognoscat, ac demum id præstet, ut maxime funestam & luctuosam Germanis aduentus sui memoriam relinquat. Erat per se Casonus uir impiger & prædæ audius, sed eo etiam promptiorem operam pollicebatur, quod superiore incursione se maxime illustrem atque opulentum euasisse meminerat. Igitur in tres alas ad quindecim milia equitum, modicis tamè interuallis, diuiduntur, in agris late, pagisque præsertim, & in fuga plena timoris atque tumultus, magnam mortalium omnis sexus & ætatis multitudinem improuisi repentinique opprimunt: senes inualidi feminaeque cathenis & laqueis tracti, equorum cursum adæquare coguntur: ædificia item, & in his infantes pueros, barbara feritate succendunt, adeo ut per centum & quinquaginta fere miliaria rectis & trasuersis itineribus cuncta ex continenti fumo, flammis atque ignibus collucerent. Casonus ad Lintium usque prouectus, quum ad Anasum amnem tertio ab urbe lapide peruenisset, tantum terrorem intulit Lintianis, ut rex Ferdinandus, quod ibi nullum esset militum præsidium, ab Hippolyto legato cohortem Italicam posceret, cuius præsidio Anasi pontem tueretur. Is primus omnium à Cremetio rediens, conspectis ab aduersa ripa Turcis, de eorum aduentu nuntium attulerat: itaque eo confestim mittuntur uiri fortes Sfortia Baleonus atque Otho Montacutus cum ualida sclopetariorum manu. Hi contractis aliquot ligneis doliis ad caput pontis subitariam munitionem erigunt, continuoque reuocant Hispanicam equitum alam, quæ in prima trepidatione, Rosale ueterano duce, quin Danubium transiret retineri nequiebat. Sed Casonus siue ponte non animaduerso, quod frondosa arborum prospectum impedirent, siue uado superius improspere tetato, siue ut credi par est, quod non usque adeo audendum putaret, ut ad oppidi portam progrediretur: ad laeuam deflexit, nec ibi rex Ferdinandus uti oppido diffusus diu constitit, sed ad Aciliam urbem, quæ Strabinga dicitur, ad Cæsarem ut copias pararet, ea nocte contedit. At Casonus coacta ingenti prædæ, euastat atque uniuersam regionem, quum paganos ad arma concurrentes passim cæderet aut eluderet, eodem fere itinere regreditur, Solymanum ratus aut Guintij, aut in proximis supra Neostadium campis esse reperaturum. Sed is iam promotis castris ad urbem Gratiam, Stiriae Metropolim, quæ est ad Muram amnem, iter intenderat, id uia consilium ex falsa opinione susceptum, Casonum importune decepit, atque ei pariter supremam

prope attulit calamitatem: nam ubi ex frequentibus incēdiis cognitum est Turcas ad Lintium usq; regionem latissime & crudelissime populari, ex omnibus castris copiae sese effuderūt, ut transeuntibus occurrerēt. Germani enim ad recuperandā prādam, uindicanđasque iniurias uehementer excitabantur, & quisque dux priuatum sibi consiliū desumebat, quum in uniuersum consultādi & coeundi, & tempus exiguū, & hostiū inaudita celeritas, omnem facultatem eriperent: non enim prāatorias tantū alas euagari, sed adesse robora equitatus, atque ipsum etiam Solymanum aduentare crediderant. Itaque Vastius à Cremētio Danubium traicit, & per nemora uersus diui Hippolyti oppidum ad hostes fertur. Federicus Palatinus omnium auxiliōrū quae Germania contulerat, imperator, ad Viennā superato Danubio castra mouet. Austriani duces Sigismundus Prandēser, & Ricianus à Neostadio copias educūt, Ludouicus Lodronius alio opportuno loco castra constituit, idē Bohemi, Morauīque equites, & ipsi ante alios Hungari impigre faciunt, loca ad tendendas insidias quāritant, per quae transituros hostes arbitrātur. Vastius frustra syluas & nemora triduo peruagatus, quum & cōmeatus deficeret, & Turcae retro conuersi, longe abessent, iam senescente in his locis eorum fama, Cremētium & mox Viennā copias reduxit. Secāt mediam Austriam Norici perpetui montes, qui ab alpiibus Rhaticeis oriuntur, seseque mollioribus sensim iugis ad Danubium usq; demittūt, adeo ut in ripa fluminis perangustū iter equis nōnunquā & curribus relinquāt, ea montium cōgeries usq; ad Vindeliciae fines pertinere dicitur, castellis satis frequens, multis annibus irrigua, pecoris abundās. In hac regione multae atq; latissimae sunt conualles, partim aratris culte & pascuis fertiles, partim syluis atque nemoribus impeditae, eae ad exitus fauces habēt, pertinentes ad eam planitiem, quae Noricū à Pannonia citeriore disternat, & ad Sabariā Vspriniūque perducit. Ad hos conuallium exitus nostri duces, uti quisque ab oppidis fumo & sclopiis significatione facta de Turcarū aduentu cognouerat, distinctis locis copias admouerūt, intentē expectantes undenam hostes essent erupturi, quum in quadā conualle circa frumentarias molas ad amniculum Casonus aquationis cōmoditate inductus confedisset, Neostadienses de aduentu hostium certiores facti, utpote qui in propinquo erant, primi omniū cum quinque milibus peditū ad occupandas fauces aduolarunt. Erat despectus in uallem ab edito collium iugo, ita ut nostri conspectis hostiū castris, ut eo decliui mollique descensu quin continuo decurrerēt, contineri nequiverint, erant eae cohortes quatuor expeditae Hispanorū atque Italarum sub Ludouico Coueio nobili atque impigro, sed ea die nimis praecipiti atque praepropero duce. Nam qui modicis passibus & silēti agmine descendere debuerant, effuso cursu & clamore edito, praecipites ierūt, adeo ut cum fatigati & cursu & armorū pondere peruenirent, excitatis iam ad arma Turcis, numero & uiribus impares essent, ita occisis paucis fundatoribus, qui obuij primò fuerant, adcurrentium mox equitū uim fer-

re

A re nequiverunt: cecidere in prima fronte ingentibus gladiis obruncati Ferdinandus Cabreria praefecti Sardiniae filius, & Franciscus Rocha centurio, Villazanēque signifer, & Martinus Gorea nobilis Tarraconensis: milites magna ex parte sunt caesi, nonnulli in paludem profugientes umbilico tenus totā noctē latuerunt, caeteri agiliores conscensis montibus euasere, ipse Ludouicus uallum rusticae areae concitato equo, saltu superauit, & ad Germanos est reuersus: ij Sigismundo & Riciano ducibus cum ab alto sociorum caedem fugamque conspicerent, ut instructa acie descendere atque opem laborantibus ferre uellent, nulla ratione adduci potuerunt. At Casonus ne sibi in ualle & palustri impeditoque in loco, ubi dilucesceret, cum pedestribus hostium copiis esset dimicandum, captiuos quatuor milium numero, ne oneri essent, barbara feritate ad unum omnes interficit, & intēpesta nocte duobus factis agminibus castra mouit, alterum Ferisio duce, ad meridiem perrexit, succiso nemore, & patefacto exitu, quod mirabile fuit, equitū securibus, nullo accepto incommodo ad Solymanum peruenit: alterū ipso Casono duce per Storabergi oppidi uallem erumpēs in Palatinum incidit. Is ad Leopoldium uicum, cum XII milibus peditū, & duobus equitum grauis armaturae, tormētisque uiginti curulibus in acie constiterat, forte tum orta erat ex proxima palude nebula densior, quae mutuū utrisque aspectū omni ex parte sustulerat, qua demum dilabēte, in aduersos Palatinus tormenta dispodit: his uehementer Turcae perterretur, & cum deflectere paululum uolunt, ut pilas euitent, in paludem proximam equos imprudēter adigunt: ibi multi tenaci in uoragine impliciti perierūt, nonnulli equis longo cursu debilitatis & macie consumptis, cum extricare sese nequirent, pedibus euasere, multo maxima tamen eorum pars ad nostrorū acies se conuertit, solis peltis protecti, & districtos gladios in humero deferētes, adeo intrepide, ut ante densissimam hastatorum phalangem decurrerent, spectantibus & conseruantibus locum atque ordinē non modo peditibus, sed ipsis etiam equitum alis nihil se in praetereuntes euadentesque incitantibus. Tum Palatinus conuersus ad suos: Spectatores ergo, inquit, non bellatores erimus cōmilitones: si ut sese ultro hostes nostris cuspidibus induant expectamus: incitate acriter equos atque hastas intendite, ut praetereūtiū agmina perrumpamus. Nec mora signo tuba dato, armati equites in latera densatis cuneis incurrūt, magna equorum atque hominū strages editur, postremum Turcarū agmen interclusum à primis, undique urgentibus cataphractis caeditur & profligatur, pauci euadūt, sternitur eorū uexillum, & ad Palatinum defertur, cecidit & ibi Casonus, uti impigrū ducē decuit, supremo uirtutis opere edito. Nam à nouissimo agmine, ut suis spatium ad euadendum praerberet, diu acerrime ferrea ingenti claua dimicans restiterat: erat enim inter omnes insigni crista conspicuus: ea fuit ab aurea uagina in fronte exurgens ala uulturis, quae ut ab omnibus nosceretur appensi atque ideo uolitantis plumei ueli mapullā trahebat: ea demū Caesari dono data, occisi eo pra-

lio Cafoni fidem fecit. Ceterum Turcæ amiffio duce uex illóque, & tertia fere fuorum parte desiderata, quum in patentes campos euafiffent, uix emenfi iter feptem milium paffuum in Lodronianas copias inciderunt. Lodronius enim ubi tormentorū boatum audiuit, ratus quod erat, Palatinum cum Turcis prælio congressum effe, eò figna conuerterat, unde cauæ per anfractus ualles iterato repercuffu acceptū armorum ftrepitū reddebant. Nec mora Turcæ confpiciuntur, & ante alios fere trecenti, qui amiffis equis in nostros pedibus tanta ui tantæque alacritate impetū fecerunt, ut fe fe lanceis induere, & offerre tormentis minime dubitarēt, modo nostros uel femiuiui traiectiq; uulnerarent, tantus inerat aut de- G fperatis aut deuotis animis, mortis contemptus, his celeriter interfectis affuere equitum agmina, modo cōfertis, modo diffipatis ordinibus: in hæc Lodronius tormenta emitti uetuit, ne nostri qui terga fugientium cædendo è Palatini castris fubfecuti fuerant, uti erāt hostibus permixti, temere fternerentur: ita Lodronius omiffis tormētis magnum fpatium directa peditum acie complexus: atq; item pari confilio Ioachinus Brádeburgenfis cum duobus milibus equitum lunata acie uenientes exce- pere, ibi uecordia fiue temeritas hostiū debitas inuenit pœnas: nam ficu ti intermittere fugam, atque etiam feruida ora conuertere cœperant, ut dextras confererent, & fe minime animis fractos ostenderent, ita ui atq; imprefione noftrorum perturbati pecorum modo cædebantur: nulla enim eis lorice, aut galeæ, rari arcus, hafte rariffimæ, utpote quas per nemora diuerfis cafibus effregiffent, nec deerant qui cædis fatietate aliquos caperent, ut ostentari poffent, & demum facri belli iure pro feruis uenderentur, tanto accepto incommodo, Turcæ uti fe fe è noftrorū manibus explicabant, agminatim in patētes cāpos efferebantur. Equi enim eorum, quanquam continenti tot dierum labore & inedia confecti, natura tamen agiles, & in extrema neceffitate uehementer incitati, facile Germanos, qui grauioribus armis & equis utebātur, uel in modico fpatio reflexi in gyros eludebant, eo modo proffigatos nequicquam perfe- quētibus Germanis latiffima planities excepit: ea utrinque parua habet nemora folo herbido & raritate arborum adeo peramœna, ut equeftri- bus præliis tota Europa nulla commodior effe uideatur. Hæc exitū habet ad Neocrichum oppidū, cuius mœnia abluit modicus amnis, uirentibus ripis & aquarū falubritate ponendis castris opportunus. Ibi dum Turcæ, ueluti fuperatis omnibus eius diei difficultatibus conquiefcere parant, & equi uiri que promifcue fuma laffitudine defeffi è profluēte X bibūt, & tenuis alimenti, ex falita carne atq; ea ficcata in puluerem, reliquias expediūt, nouorum hostium fuperuentu perturbantur. Catianer enim ipfe, & Turrianus equitū magifter cum tribus milibus equitū diu quæritado hostes euagati, accepta demum, ut diximus, per manus ex fumo & tormētorum bombis fignificatione Neocrichum decurrerāt, ita tumultuarium prælium exoritur, multi Turcæ uti in gramine ftrati de- prehēfiq; dum equos frænant, ephippiâque fubstringunt, late cædūtur, mox

A mox ita æquatur pugna, ut cum fortiffimi quique ualidioribus utentes equis in tergo confatiffime dimicarent, reliqui capto moræ fpatio ad euadendum antecederent, & fæpe conuerfi ac demū auerfi certamen redintegrarēt, noftri tamen omnibus rebus ac animis præfertim superiores ita perturbatis, fessis, uulneratiffique inftabant, ut paffim per amplum eorum numerū profternerent: reliqui tamen magna ex parte euafuri uiderentur, nifi, quod summā Turcis attulit calamitatē, & feroces adhuc eorum animos latè perfregit, nequaquā ante expectati Hungari fuperueniffent. Valentinus enim & Paulus, itémque Balthafar Pamphilus, & B Claudius è montibus decurrētes, cum fingulis alis in transfuerfos impetum fecere, atq; eos ad æquato equorū curfu per fe xaginta amplius ftadia terga cædentes fuit perfecuti. Erant enim equorū pernicitate, & armorum genere, & pugnādi difciplina Turcis fimillimi, & eò terribiliores, quòd recentibus equis aduenerant, & Turcica lingua ad eos perterrendos, dum fugam increpitāt, & fuperbe inftulant feris ululatibus utebantur. Ea die quum à tribus exercitibus tribus in locis effet pugnatum, fuma uirtutis laus penes Hungaros fuit, eò tamen æquiore conditione, quòd tribus iam præliis proffigatos, & in fugā coniectos, neque po- C ftremò paratos ad prælium deprehendifsent. Vni Auftriani Sigifmundo & Riciano ducibus, qui biduo antè commilitonū cædem ab excelfo loco defpectarāt, & fe demū in Neoftadium urbem recreātorum corporū caufa fe receperant, tantæ uictoriæ participes effe noluerunt: eos enim fomno uinóque feultos in tãta occasione, Rauber Labacensis antiftes uir grauiiffimus, ut arma caperēt & oppido exirent, excitare non potuit. Quum Hungari in fequendi finem feciffent, Turcis effugium patuit, folitudines fyluarum petētibus, fed ij demum pars ad Ferreocastrum, pars ad Vefprinium & Balatonē lacum, in manus effuforum ad prædā popu- D lorum deuenērūt, adeo ut ex octo milibus uix pauci ad Belgradū, nulli uero ad Solymanū in castra peruenerint. Porro Cæfar, ubi Solymanum didicit ad Gratiam contēdiſſe, Lintiana in arce duces ad confiliū uocat, fentētiâs exquirat, an breui & recto itinere ad hostē fit properandum, ut Stiria maturam opem ferat. Gratia, Lintium, & Viēna urbes ita inter fe fitæ funt, ut æqualium fere laterum triāguli figuram efficiant, fed à Lintio Gratiam iter est expedito equiti trium dierū maxime afperū, & conuehēdis præcipue curulibus tormentis impeditū: id enim, quum à Danubio refferis, per Velfienfium fines, & Salifburgā, quæ antiquitus Iu- uauia dicebatur, per petui mōtes & abruptæ ualles excipiunt. Erant qui E dicerent cum Turcis æquiore cōditione poffe cōffigi, fi in regione mōtosa & perangufta, per expeditos pedites bellum gerēdo, equitatus hostium, quo illi maxime ualerēt, inutilis redderetur. Id confiliū quanquā maximas haberet difficultates, quòd ab ore strenuorum ducum proficifci uidebatur, eò Cæfarē adduxit, ut Apontius Hispanus, qui apud Antonium Leuam castrorum præfectus fuerat, ad explorādum iter mitteretur, fed is paulo pōft, quum deferta paffim omnia ingolarum pauore &

fuga comperisset, pauca atque ea incerta de hostium itinere speculatus, P
Lintium rediit: tum uero ex omnium sententia pronunciatum est, ut Viē-
na peteretur: ibi enim conuenisse totius Germaniæ copias: ibi prouisa re-
frumentaria commoditati tati fluminis, tantisque minorum amnium,
qui ab utraque ripa in id influerent, rerum omnium deuotionibus nō
defuturos commeatus: & denique ibi recensendum lustrandumque; uniuer-
sum exercitum, & si hostis regrederetur, ante urbis mœnia collatis signis
esse confligendum. Non defuere tamen qui petendę Viēnæ consilium, uti
diuersum ab hoste & à gerendo bello penitus alienum, haud obscure dā-
narēt, quasi hostis, in ea calamitate prouinciæ à Cæsare omnino fuerit
persequendus: sed aliam inferētis bellum, aliam propulsantis rationem
esse constabat, adeo ut dignitate integra Cæsar prætorio in Viennensibus
campis semel posito, ignobiles hostium motus excursionisque specta-
re, & inanem strepitum superbi hostis à multo terrarum spatio prouocā-
tis simul & recedentis, irridere posse uideretur. Itaque Cæsar, Viennam
classe deuectus, Hispanos atque Italos decurrentes more militiæ, & pu-
gnæ simulachrum edētes cum summa admiratione ac uoluptate inspe-
xit. Antecedebat Vastius cum pedestri fraxineo conto, auratis armis, &
sua insigni proceritate cōspiciuus. Is dēfando & celeriter explicando co-
horres, ad uarias acierum effigies, quanta arte superioribus bellis pugnatū
esset edocebat. Sequenti die Cæsar Germanos inuisit, ferina pelle conte-
ctus, ut uel ea militari comitate quale esset erga eos studiū, usurpatō gē-
tis habitu testaretur. Tum Federicus Palatinus, uirtute animi atque oris
habitu antiquis Germanorum ducibus, qui quondam Romana arma ex-
ercuere, per similes, iuxta peditum phalanges, displosis miro ordine tor-
mentis, quadrata equitum agmina traduxit. Ibi uidere erat prægrandes
equos ferreis bardis protectos, ingētia uirorum corpora lōge pulcherri-
mis murita armis, omnibus intortæ & rutilantes barbæ, atque ora bellicū
uigorem spirantia, quales antiqui Teuthones Cimbrique fuissent, ex li-
terarum memoria, referebant. Neque enim gregarios equites, tot reguli
tōtque liberæ ciuitates, sed maxime generosos aut fortibus factis illu-
stres, dum certatim studio atque opibus excellere cuperēt, ad id bellum
miserāt: nam quicquid in Germanico nomine aut exquisiti roboris, aut
delecti floris fuit, à Vistula amne ad Rhenum tam late quàm litora lami-
bit Oceanus, & Rhætici Iuliique alpibus, ac Hercyniæ sylua cōcludi-
tur: id totum aut iussu principum nomina dederat, aut sponte conscri-
ptis adhæserat, quādo nihil tale unquam à maiorum suorum, uel anna-
lium recordatione contigisset, ut cōsensu uno Germania omnis pro pu-
blica salute ac dignitate arma capere cogeretur, præsertim aduersus eas
gentes, quæ ab ultimis Asię Syriæque; & Aegypti finibus uenissent, ut Ger-
manos Romanorum armis indomitos & uetere militiæ gloria, & præsen-
ti libertate spoliarent: quibus maxime rebus supra ceteras gentes, omni-
bus seculis absque ulla dubitatione floruisse. Nec Bohemorum castra
longe aberant, Slesitarum & Morauorum copiis adaucta, quas gentium
incli

A incli tyti duces Hardechius & Berneſthenius adduxerant. Præerat omni-
bus Bohemis Sedilſaus Lipſa, ſummi magiſtratus honore inſignis. Ea
gens cum lingua, quæ Illyrica eſt, tum caſtrorum diſciplina, & armorum
genere plurimum à Germanis differt, curribus caſtra uallantur, ingenti-
umque ſcutorum ordine firmantur acies, equites peditesque; peritiſſime
ſclopettis utuntur. Mos eſt & genti in Hercynio ſaltu latrociniis aſſuetæ,
paruas è chalybe ſecures, ad certiſſimos icſtus eiaculari, ferreas item cla-
uas cubitales, cathena haſtilibus appenſas, ambabus regere manibus, at-
que his armatos magnis icſtibus proſternere. Hi populi regiones ad Al-
B bim in Hercynia tenent, quas olim Marcomanni & Hermaduri tenuerunt.
Ferdinādo regi parent, quum regē nequaquam è popularibus, ſed
ab externis nationibus, quem uirtute atque iuſtitia potiorē putauerint,
uetere inſtituto ſibi deligant: ita ut modo Hungaris, modo Polonis, &
uti hodie uidemus, nonnūquam Germanis Bohemiæ regnū deferatur,
grauis & contētioſa ambitione principum: nam qui Bohemorum rex eua-
ferit, in creando demum Cæsare ſeptimi ſuffragij prærogatiua & potēs
& inſignis efficitur, adeo ut quum Germani ſex proceres, ad quos comi-
tiorum ius poteſtatisque; pertinet, ex pari numero utrinque terni diſſideāt,
C addito demum, utri libuerit, ſuffragio ſuo Bohemus cum magna gloria
Cæsare pronūciet. Nec defuere aliquot Polonorum turme, nō publico,
ſed priuato conſilio bellū ſecutæ conuiuēte ad ea Sigifmundo rege, qui
ſicuti nō temere cauebat, ne inducias uiolaret, quæ ſibi cum Solymano
erant, ita ne Chriſtianiæ cauſæ deeſſet, fortiſſimis uiris oſtēdendæ uirtuti
locum præclara diſſimulatione relinquebat. Quum tatarum copiarum
numerus iniretur, reperiēbamus Cæsarem, nō deductis urbiū præſidiis,
nonaginta deſcriptorum peditum, & triginta armatorum equitum milia
in aciem eſſe producturum, nequaquam adnumeratis peditum atque; equi-
D tum miniſtris, qui ſeruorum loco, ſi labores officiique reſpiceres, aſtina-
ri poterant: ſi uero ætatis, ingenia, equi atque arma cēferentur, nemo eſ-
ſet militiæ peritus qui eos putaret uel robore, uel uſu, uel ipſa ſpe, ueris
militibus inferiores. Erant enim tum ad Viennam, coniunctis in caſtris
ſupra ducēta & ſexaginta milia hominum, quibus Ariouiſtus Vilermi Ba-
ioarij frater Patauieſis Epiſcopus commeatū in tres meſes ſe præbiturum,
certa pactione, receperat. Neque enim unquam ab ulla memoria tantum
inſignium ducum, lectorumue militum ullis in caſtris coiuiſſe credide-
rim, ſi ſingularum gentium nobilitatem, ac famam aſſiduis quaſitam bellis,
E & priuata uirtutis decora, animo reputemus. Nā cohortes fere integræ
ex his conſtabāt, qui paulo antè centuriones ſigniferique; fuiſſent, & tur-
mæ refertæ erāt ueteribus præfectis, aut iis qui egregie pugnādo, & præ-
clarum nomē, & militaria dona, torques aureos, & aurata calcaria me-
ruiffent. Porro in quota parte uirium cēſebitur curulium tormētorum
apparatus: qui in ueterum caſtris aut certe nullus fuit, aut qualiſcunque
fuerit, is omnino ætate noſtra ſit deridēdus: cum operoſas è materia tur-
res & machinas tremēda effigie, & aſperis ſuis tantum nominibus terribi-
t ij

les, maiores nostros timuisse uideamus: ea tum apud Cæsarem tot erant F egregie fabrefacta, ut perpetua eorum corona, instructæ acies præcingi & late muniti, ad nõ dubiam uictoriam, facile posse uiderentur. Omnium enim ducum id fuerat decretum, nihil à flumine Viennâq; discedere, nihil omnino progredi in apertos campos, ne hostium equitatus sua multitudine atq; audacia à latere insinuat, ab urbe demum Danubiôq; interclusis nostris, omnem supportandi comæatus facultatem eriperet: hoc uero ordine exercitus noster expectare hostem paratus, non procul à mœnibus amplissimo in loco statuebatur. Tres peditum hastatorum quadratæ phalanges, latis inter se distinctæ spatiis, pari & æquata fronte contra G hostes sic locabatur, ut ipsis mediis interuallis equitatus omnis bipartitus reciperetur: neq; enim putabatur numero exiguum, aperto in loco extra pedites, trecetis ferme turcarum equitum milibus esse obiciendum. Dextrum cornu equitum Cæsar, laeuum Ferdinandus eo modo desumpserant, ut leuis armatura sclopettariorum, quæ uiginti milium numerum efficiebat, undique hastata quæ diximus agmina, relicto triginta passuum spacio coronaret: horum acies longior & rarior erat, & quinque tantum militum ordinibus in latitudine constabat, ut expediti & nihil inculcati, habili manu, dum primi sclopettos emittunt, & secundi implent, alternatim H bus eo modo ordinibus, perpetuam gladium procellam effunderet: neque enim multum referebat, si tenuior esset, quonia sclopettariis omnibus, si urgeretur, paratus erat ad proximos hastatos receptus. Circumdabant ergo & frontem & latera atq; etiam terga, continuata serie, quæ duobus tantum in locis erat interrupta, ut egressus liber atq; expeditus, quum oporteret, equitibus desatis absque ulla peditum perturbatione præberetur: ante uero leuem armaturam constituta erant tormeta, ea ratione, ut postquam diu emissa feruefactaque usui esse desinerent, in ualli more firmissimo quodam munimento irrupturis hostibus opponerentur. Soli Hungari extra munimenta se pugnatos professi à Valentino Pauloque ducibus in ingentes alas expandebatur. Hæc ipsa spectantibus præ gaudio manabant lachrymæ, ueluti concepta non sine ingenti spe, de Barbaris certa uictoria, si se audacius superbus hostis efferret, ac nostros totis copiis adoriretur. Cæterum Solymanus, qui è sua uetere disciplina capos quærebat, in queis nostros expanso & circumdato equitatu, nunquam cominus oblata pugna, fatigaret, ubi de apparatu consiliisque Cæsaris certius cognouit, ultra Muram est profectus. Is amnis antiquis Sauaria fuit, effunditur in Drauum paulò infra Petouiam, urbem Romanorum castris & hybernis clarâ: eo superato Turcæ ad Marpurchum oppidum delati, tumultuariis potibus effectis, Drauum trāsierunt, atq; ita Solymanus qui uniuersum prope Terrarum orbem eius suscepti belli fama comouerat, nulla memorabili re gesta undiq; repulsus & casus Stiria excessit, & inter Drauum & Sauum directo itinere ad Belgradum est reuersus, passim scæuitiæ suæ uestigia relinquens, & sæpe respectans, an Cæsar in tergo esset, quando postrema agmina à paucis Illyriis & Coruatis equitibus caderentur.

Ferunt

A Ferunt eum supra triginta milia Christianorum capitum in seruitutem abduxisse, & aliquot milia diuersis in locis, per Michalogli præfertim equites, trucidasse: nam dispersæ agrestium armatorum manus, dum coire in unum conaretur, à repetinis astutisq; equitibus passim ex insidiis circumuenti, facile opprimebatur. Cognito Solymani discessu Cæsar omnium opinione celerius in Italiam redire constituit, deprecante Ferdinando, ut postquam innumerabiles copiarum tanto sumptu tantoque labore coiissent, ea occasione atq; eo apparatu uteretur, aduersus Ioannem, quem plane destitutum, & in magno regionis spatio disiectum à Solymano, & Buda B urbe, & tota demum Pannonia facile essent expulsi: sed Cæsar quod hyems suberat, & comodissimis itineribus sibi alpes omnino transeundas iudicabat, in proposito discedendi perstitit. Inuitabat enim eum ad festinandum mira cæli serenitas, eo suspectior in reliquum tempus, quod per plures dies æstiuæ potius quam autumnalis extitisset: eam tum, ut ex nature causis credi par est, in celo per XV dies apparens crinitum sidus, siccatibus plane terris attulerat: pestilentia quoque contagiis serpens, & in urbe, & in castris, & in ipsa demum aula multos cotidie, & insignes quidem, rapiebat, ut non modo Cæsarem, sed etiam constantissimum & grauissimum C quemque magnopere perterreret. Id uero Cæsar & communi causæ & fratris precibus dedit, ut Italicas cohortes omnes relinqueret, quæ adiunctis Austriacis copiis in Pannonia cum Ioanne bellum gereret: ipse autem cum Hispanis & Germanorum Maximiliani atque Tamisij legionibus in Italiam proficisceretur. Delectus uero Italis dux est, Vastio efferente, Fabritius Maramaldus, nec de stipendiis quicquam est constitutum, ut cohortes ad præstandam operam accedi, ac in officio contineri possent. Ea res primò reliquorum præfectorum animos uehementissime pupugit, quod unus cæteris omnibus, non sine aliorum dignitatis offensione, præferretur. Vt uero D in uulgus militum emanauit, centuriones & signiferi notique milites, ueterum præfectorum suorum nomina & amicitiam secuti, se in Pannoniam non esse ituros testari, nisi rex Ferdinandus, aut ipse Vastius, aut Antonius Leua imperij militaris munus susciperent: gregarij uero milites palam dicere missionem esse petiuros, nisi trimestris pecunia solueretur, quam per se non multum pecunioso regi, & tum maxime exhausto, defuturam esse intelligebat. Oderant & plerique Maramaldum, uti uolentem, & in exercenda disciplina nimis seuerum, minimaque errata militum aut morte aut inflatis uulneribus sapienter punientem. Vastius E non uno in loco ad milites uerba fecit, cohortes monendo ut sacramentum militare respicerent, & decus quod tanta alacritate & celeritate aduentus, sibi ipsis ac toti Italiae peperissent, remanendi perseverandique constantia tueri uellent: ad eos enim recuperatæ Pannoniæ laudem & gloriam esse peruenturam, nec fortes uiros unquam eguisse stipendiis, omnia uirtute uictoriaque parari, quæ certa atque explorata uideretur: quantum ad ducem pertineret, eum semper satis generosum & dignum uideri, qui esset rei bellicæ peritus, & strenue hostem ferire, ac profligare didicisset: in Fa-

t iij

britio tamen nō desiderari honestos natalēs, & excellere comitatem, & ipsum quum ui corporis ac ingenij uigore nemini cederet, etiam etatis honore ceteros anteire. Sed in hoc præcipue spectari debere iudiciū Cæsaris, qui eum uti potiore delegisset, & modestiam, parendique obsequium in milite, ante omnia requirere, & maxime comēdare esset solitus. His cohortationibus Vastius tantū profecit, ut stipēdio præbito parari atq; inflecti posse uiderentur, sed ad id Cæsar quæstorū malignitate durior est inuētus. Nondū enim persoluēdi stipēdij dies aduenerat, uerū id equitate quadam, milites sibi deberi postulabant, quum nouo & longinquo bello sub hyemē illigari, sine pecunia nollēt, & arma quoq; discedētes ab Italia stipēdij nomine acceperant, quæ quarto demū mense per partes, leui cū incōmodo, soluerentur: ita accidebat, ut quibus arma publice diuēdita fuissent, illi maxime in alimēta uitæ pecunia carerent. Interim quum Vastius è castris in urbē ad explicandas huiusmodi difficultates perrexisset, nox aduenit opportuna miscendæ seditioni, utpote quæ incerta luce pudorem metūmq; demeret, & ob id flagitio & petulantia locus crescente licentia præberetur. Forte allātus erat ex urbe nigerrimus panis, planēque mucidus, quem emptum milites infixūmq; hastilibus ita commilitonibus ostentabāt, ut cum insigni dolore bileq; Ferdinandi regis nomen maledictis incesserent, qui in regno suo, ipsōque belli initio, re frumentaria negligētissime procurata, externos exercitus ad se præcipue defendendū augendūque uenientes, eo corrupto & ob id pestifero cibi genere, alendos putaret: & paulo antē insolentius etiam egerat gregarius Hispanus, qui prætorium ingressus simili pane ad Vastij pedes cum execratione duorum Cæsarium proiecto, magnas turbas exciuerat. Itaque milites ante tentoria in coronam coeūntes, dum aduersa atque aspera de stipēdio, de comēatu, de Hungarici belli difficultatibus proloquuntur, ad signa Parmensium ex omnibus cohortibus plurimi cōfluxere. Ibi Titus Marconius Volaterranus, ceteris turbidior & eloquentior, coaceruatis iumentorum clitellis impositus, seditionissimo quoque cēturionum incitante, ut pro dignitate salutēque omnium liberrime differeret, ita locutus fertur. Ergo, inquit, Commilitones, uti audistis, Hispani in Italiā ibūt, & nostro malo in uetera hyberna concedent, atque etiā quod pudeat, præclari hospites cum uxoribus nostris cubabunt? nos uero exulabimus, & in Pannonia, hac hyeme, cum glacie & niuibus bellum geremus? pugnaturi scilicet pro egentissimo rege, & eo quidē si Hungaros spectemus, insitio & peregrino, cōtra indigenam acceptum suis popularibus, supērq; cætera omnia Turcarum copiis ac opibus longe firmissimū: & quod fortibus uiris maxime mouere stomachū possit, duce Maramaldo, qui sepe cæcus ira, præcipiti crudelitate, ita latera nostra auide gladio petere est solitus, ut non aliunde libentius, q̄ ex nostra cæde & supplicio, ducis nomen usurpet: neq; uos qui saepe signiferi centurionēsque fuistis, usque adeo insanisse crediderim, ut sine ulla spe stipēdij, aut comēatus, aut uictoriæ, aut denique


A deniq; reditus, sub gregario duce militetis. Profecto non tam me iuuat huc uenisse pro laude Italici nominis, uel non pluris q̄ triginta denariis aestimatū, & si hæctenus undena stipēdia meruerim, quàm hodie dispu det hunc cœdum ante finiti, quàm cœpti belli exitū spectare. sed in regia fortuna nullus est pudor, sicuti nec ulla æquitas in referenda militi gratia: militare enim operā hodie reges una belli necessitate metiūtur: hæc una, inquam, nobis præmia expedit, amorē cōciliat, auget dignitatē: quæ omnia demū post uictoriā parta pace, penitus obsolescunt. Ita uobis hodie euenit Cōmilitones, Cæsar & Ferdināus grauissimo belli metu liberati, ut hæc nostra multitudo exonerentur, nos tanquam pecora, in Pannoniā detrudere contendunt, ita ut sperēt nostro sanguine uictoriā esse relatueros, aut in aduersa nostra fortuna, nullā omnino iacturā facturos, si nos Turcæ, & Hungari Danubij glacie, & Alpinis niuibus interclusos, fame & ferro penitus absumpserint. Verū hæc fortasse nō agnoscitis, sicuti nec plane nouistis, quid hic dirus, & uere sanguineus cometes euibratis in Italiā radiis, portendat: certe hic nec Solymano nec Cæsari fatalis adfulget, quū uerius nobis calamitatē ac interitū minetur: illi enim pari consilio securitatis atque prudentiæ pleno, uia fati aperire noluerunt, dum in diuersa abeunt, atque omnes cōmittendi prælij casus deuitāt. Ergo si illis plane licuit, & salua quidē maiestate, egregie cauisse, ne prælij aleam subirent, quū utrinque dimidiis terrarū orbis præmium uictoriæ spectaretur, nos minime cauebimus, ne eò demittamur unde nullus nisi funestus exitus esse uideatur? quū id absque flagitio & optimo quidē iure, nulla præsertim proposita mercede, facere possimus? Hoc modo ualde præclarū tanto bello finē impositū uidetis, in quo uni omnium Itali pro laude & donatiuo contumeliā ferimus, & ob id fortasse in Pannoniā relegamur, ut in Italiā, hoc flore militū detractō longēq; semoto, Hispanorū & Germanorū coloniæ deducantur. Profecto nimis miserū uidetur, ablegari in solo Barbarico, ubi omnia hostilia occurrant, nec ullus desertos & errabundos omnino pacatus locus excipiat. Experiemur quoque uel inuiti quàm graue sit, atque intolerandū corporibus simul atque animis, hyberni & ancipitis belli ærumnas pati, atque interim ægro animo, & molestissima reputatione meminisse, quid domi ab Hispanis atque Germanis, liberi, fratres, consanguinei, & ipsæ denique uxores nostræ patientur. Itaque hodie, cōmilitones, pluris interest recte sapere, quàm fortiter pugnare. Ad certam salutē, ad uerū decus occasio quæ se nobis præbet, in præcipiti uertitur, mature factō opus est, & priusquā Hispani uasa conclament, nobis est prouolandū, ut magno interuallo castra & prima agmina Cæsaris antecedentes, primi omnium Italiā intremus, si prolixè consultando paululum cunctemur, & Vastius aderit, & ipsi præfecti nostri aduenient, Italici sanguinis proditores, qui nos suo quæstu, & malo nostro in has difficultates adduxerūt, scilicet deprecātes, & denique fallacissimis artibus multa stipēdia pollicentes. At uos, si uiri estis, eos tanquā publicos hostes à colloquiis ar-

» tēbitis, atque etiam iure optimo, ut ueterum scelerum pœnas pendant, F
 » interficietis: non deerunt in hac corona uiri fortes, atque etiam magni-
 » tudine animi & uitæ innocentia illis multo meliores, qui nos educant,
 » agmina subsidiis firment, aciem instruant, & hac uestra uirtute uestrisq;
 » animis feliciter utantur. Vos si sapitis expedito consilio corpora atque
 » animos ad iter parate, Dij maturantibus ubique aderunt: nam facile uo-
 » ti compotes euadūt qui præoccupant. Hæc dicentē excepere turbidif-
 » simi quique ex uariis cohortibus laudādo atque approbādo cuncta or-
 » dine, uti Marconius perorarat, mōxque fremitus tota concione est au-
 » ditus, qualis apud consternatos ad arma esse consueuit, inde euulgata
 » profectioe signa sunt reuulsa, & densato agmine ad Neostadiū iter est
 » directum, nec mōra in agmine tribuni militares tumultuariis suffragiis
 » cum imperio creantur, nec his ubi nomen est recitatū, honoris recusā-
 » di facultas relinquitur. Hi fuere Montebellius Vmber, Nerius Tiphernas,
 » Molearius Parmensis, Sanctiūque Picens, & à Mediolano gemelli
 » fratres Gluffiani, qui ad octo milia hominū secum traxere: reliqui par-
 » tim pudore, partim metu suspēsi apud Maramaldū, Torniellūque in
 » obsequio permanerūt. Eo modo profectos Vastius, præfectūque, & ple-
 » rique centuriones prouecti equis ad sextū ferme lapidē consequuntur,
 » orant, ut consistere, nec tantū scelus admittere uelint, parata esse stipen-
 » dia docent, & precibus minas addunt. At illi obaudire, nihil morari, ira
 » simul atque flagitio efferata ora conuertere, adeo ut in aduersos mino-
 » ra tormenta disploderēt. Ibi Vastius dum retentare agmen, & tribunos
 » deterrere reuocarēque ad imperiū conaretur, non mediocre uitæ pericu-
 » lum adiit. In ea interpellatione Molearius, qui, ut sese expurgaret, atque
 » operam sedādæ seditioni polliceretur, paulū extra agmen in colloquio
 » hæserat, interceptus à Castalio præfecto iugulatur. Vulneratur & C.
 » Anguillius Florentinus, capitūque, ut eo indice seditionis authores
 » quæstione habita noscerentur: eo atroci factō, semel consternatis, ira in
 » immensum accenditur, ita furentibus similes multa milia progressi, ad
 » Martis lucū perueniūt: id oppidū quod portas clauserat succensis ualuis
 » expugnant, atque diripiunt, continuatūque & maxime extentis itineri-
 » bus cuncta obuia crudeli rabie populātur, omnia exempla scelerū pas-
 » sim edunt, avaritiæ, libidinis, immanitatis. His iniuriis Ferdinandus ue-
 » hementissime cōmotus, quod recuperandæ Pannoniæ tota spe decide-
 » rat, & ab his à quibus summū beneficiū expectabat, inexpiabilis iniuriæ
 » detrimenta pateretur, omnibus Stiria, Carinthiaq; populis scripsit, ut
 » nemini Italico parceretur. Id irati animi decretū quāquam in supplicia
 » meritos ederetur, tamē aliquāto acerbius & atrocius est uisum, & pro-
 » fus eo rege indignum, qui in omni actione antea pietatis ac humanita-
 » tis laudem ferre concupisset, quoniam neminem eo periculo eximeret,
 » adeo ut tot reliqui milites, tot legati, totque sacrati antistites, atque ex
 » omni Italia honestissimi uiri in id cædis discrimen cum sceleratis ho-
 » minibus miscerētur. Ad hanc edicti famā decurrentibus undique Ger-
 » manis

A manis ad obsidendas itinerum angustias, multæ cædes factæ, in disper-
 » sos præsertim & alimenta quærentes, sed ubi cōglobatæ cohortes, ad ue-
 » stigia cædis, & ad ipsa cadauera perueniebāt, tum uero animis ira ac in-
 » dignitate percitis in ædificia grassabantur, sic ut passim cubitalibus lite-
 » ris ex carbone, incendiorum causam præscriberent, ut subsequentes id
 » nequaquam temere, sed uindicandis iniuriis factum scirent, cauerentq;
 » ne ipsi pariter in saltibus impediti Germanorum insidiis sternerentur.
 » Interea Cæsar profecturus, Viēnæ edixerat, ut hoc ordine in Italiam ire-
 » tur, ex primo agmine cui ipse præesse uolebat, Ferdinandus Gonzaga cū
 » B leuis armaturæ equitibus antecederet, inde Vastius cū Hispanis, & præ-
 » toriani equites succederent, interposito autē biduo subsequeretur Hip-
 » polytus legatus, cum toto legatorum sacerdotūque & togatorum or-
 » dine, quorum omnium comitatus erat amplissimus, tertium & postre-
 » mū agmen, in quo Albanus regulus cum Hispanico equitatu erat, Ger-
 » manorum legiones clauderent. Sed hunc ordinem militari consilio cō-
 » stitutum Hippolytus abrupit, iuuenili quadam impatiētia leuitatēque,
 » quum natura feruido & uolucris ingenio ulla in re nullam moram fer-
 » re, & nulli, uti accidit in amplissima fortuna, parere didicisset, adulanti-
 » bus præsertim clientibus nonnullis, & centurionibus, quos incredibili
 » sumptu sibi ascuerat. Ii enim eum insana libidine militare imperiū affe-
 » ctantem, tanto exercitu dignum ad maximas res ingenti ausu gerendas
 » dignum esse dicebant, ita optimo quoq; familiarium frustra depre-
 » cante, relicta sacerdotali purpura, galerōque quem maxime fastidiebat,
 » ferina pelle contactus, cum paucis armatis equitibus præcurrit. Id factū
 » ad altioris consilij recessum plerique reuocabant, ceu legatus in summa
 » rerum opportunitate consternatos milites ad patrandum aliquod insi-
 » gne facinus in Italiā stipendio præbito esset adducturus, sed intimi ami-
 » corum, qui eius ingenium ætatis uoluptatibus occupatum, & nullo ad-
 » huc stabili uel grauiore decreto satis firmatum sæpius excusserant, nihil
 » tale uerebantur, in eam tamen suspicionem adductus est Cæsar, ut eum
 » qui spiritu ualeret, & Pontificia pecunia potiretur, ad occupandam Flo-
 » rentiam contendere iudicaret: allocutus enim milites fuerat, & secū ad-
 » ducebat Ruffium præfectum, à cuius cohortibus seditionis initia ema-
 » nasse ferebant. Itaque præcurrentē Cæsar, nec reuocantibus ipsius nun-
 » tiis obtemperantem ad oppidum sancti Viti cum Ruffio comprehendī
 » custodiri que iubet, ne pax tanto sumptu, tantōque labore omnium in
 » E Italia parta, eius adolescentis audacia turbaretur. Verum nō multo post
 » Cæsar, cum certiora de ea re didicisset, nec patruī Pontificis animū acer-
 » biore offensioe exagitādum putaret, uiolatique sacrosancti legati in-
 » famia permoueretur, quinto die eum emisit, retento Ruffio, qui & ipse
 » demum facile impetrante Ferdinando Gonzaga affine, custodia est edu-
 » ctus, quod eum præclaro multorum signiferorum & centurionum te-
 » stimonio, culpa uacātem castrensis prætor absoluisset. Quum in itinere
 » Cæsar esset, Paulum Iouium qui has cōscripsit historias, in agmine ade-

quitantem ad se uocauit, ut eius paulo durioris facti famam leniret: natus enim idoneum hominem, uti sibi notum, ac Hippolyti familiare, per quem cuncta ordine ad Clementem scriberentur, docuit, non uoluntatis, quæ esset egregia erga Pontificem ipsumque legatum, sed summae necessitatis fuisse consilium: quid enim acerbius accidere potuisset uel ipsi uel Pontifici, si Italia, ipsaque in primis Florætia seditioforum militum incurfione in discrimen noui belli fuisset adducta? scire se quantopere Clemens paci quietique studeret, qui iam pridem graui iudicio & Alexandrum Etruriæ principatu, & Hippolytum senatoria dignitate contentos esse uoluisset, ut diuisa & communicata in unum consensum, diuersarum uirium potentia, Mediceæ domui firma & diuturna felicitas pararetur. Bellorum initia sapientibus maxime esse pertimescenda, quæ cum ab imperitis plerumque temere atque imprudenter ferantur, ubi demum creuerint, nisi grauissimo conatu periculoque, uix à maximis & prudentissimis regibus tolli uel opprimi possint. non debuisse Cardinalem, qui tanti muneris personam gereret, desumere sibi habitum militarem, ut seditiosos & castrorum atque militiæ desertores consequeretur, & cum iis, quæcunque ea in exitu forent, consilia communicaret: nequaquam enim eum quieti uel moderati animi dedisse signa, cum neque edicto, neque precibus audiens esse uoluisset: quorsum enim eius dicta factaque tenderent, quis non insanus minime diuinaret? quum ille & sua & aliena dignitate uel improbe uel arroganter abuteretur? profecto eum uti antea tentasset, Florentinæ ciuitatis ocium conturbare cupiuisse, aut certe reliquisse præclaram eius importuni consilij suspicionem, quum nulla cum spe uel laude totam castrensis disciplinæ rationem intempestiua excursione corrupisset. Cæterum se ea & quidem propensissima uoluntate, qua semper fuisset, Cardinalem loco fratris habiturum satisfacturumque ei molliore excusatione, cum in Italia antecedentem foret consecutus, id uero se in summa testari quicquid fieri iussisset, id non suo sed Clementis commodo factum fuisse, quum etiam publicam Italiæ quietem, unius inquieti hominis amicitia chariorè habuisset. Sibi uero pergratum fore, si id totum animi sui iudicium, uti ab æquitate præsentiumque rerum ratione minime alienum, ad Pontificem accurata fide perscriberetur: quod mox Iouius diligentissime fecit, & id quidem æquissimo animo tulit Clemens, quum & captum simul & dimissum Cardinalem uno tempore cognouisset, sæpe querens eius ingenium à deterrimis adulatoribus fuisse deprauatum, quanquam in ea re Cæsar se ipso suspiciator & asperior extitisse uideretur: erat enim in Cæsare, nisi naturam acerbiore facto exagitates, summa æquitas, rara modestia, patientia singularis, adeo ut in tanta fortuna nihil repentinum aut insolens, uel iudicio uel sermonibus eius excideret. At Hippolytus ubi custodia est emissus è sancti Viti oppido, quod Virunum nonnulli antiquitus fuisse putant, ingenti cursu Venetias contedit, bis cum summo uitæ discrimine per infessos à Germanis saltus feliciter elapsus, quum Mercadus Hispanus

A nus dux itineris, Germanicæ peritus linguæ, ostentatis cultu ipso regiæ aule insignibus ea pericula depulisset. Porro tribuni militares quum incredibili celeritate continuatis die nocteque itineribus ad Vacoriū peruenissent, quod hodie Villacum dicitur, in ripa Draui amnis confiterunt: is amnis aquarum mole & suo rapido cursu concitatus, nequaquam uado superari poterat, pons uero sublicius quo iungebatur oppidi portæ, ita erat insinuatus, ut per mediam oppidi regionem ad aduersam portam uia militaris extenderetur. Quum Vacorienses in muro essent, & in ulteriore ripa non exiguam equitum & peditum armatorum multitudinem ostentaret, tribuni in lunato ripæ tractu extensis ordinibus aciem instruxerunt, quæ aspectu ipso & genere armorum late splendentium, & sclopettariorum multitudine terribilis non rudibus modo populis, qui à multis annis armatos exercitus non uidissent, sed exercitatis etiam militibus terrorem incutere poterat. Pollicebantur Itali, si ponte transitus præberetur, & uehali comœatu iuuarentur, se continenti agmine sine maleficio eorum finibus excessuros: si id minime concederetur, ipsos sua industria & paruo quidem cum labore inuētuos uiam, qua succis proximis arboribus flumen transirent, subindeque adnixuros ut Vacorienses inhumanitatis & contumaciæ pœnas darent. Parati erant oppidani comœatum dare, ponte oppidoque recipere, sed per cohortes separatim, ut singulæ per oppidum cæteris omnibus exclusis, sine periculo transmitterentur. Eam conditionem minime probantibus Italis, quod neque tuta esset, neque ex dignitate uideretur, oppidani qui fortunas suas cum desperatis minime in periculum temere deuocandas esse existimabant, ponticulum subitarij operis à proximo maioris pontis capite iuxta oppidi murum ad frumentarias molas celerrime perfecerunt, atque ita ad mutuam securitatem utrisque integra existimatione, præclare atque opportune consultum. Drauo superato, quintis demum castris, & multo pacatioribus quam antea itineribus ad Tiliauentū flumē est peruētum, atque inde dissolutis cohortibus milites uario itinere, uti quisque patriæ proximus, cum execratione eius infestæ militiæ domū sunt reuersi. Nec multo post Cæsar Italiam intrauit, singulari Veneti senatus studio liberalitateque passim susceptus: eam uero pacati amicique animi modestiam præ se tulit, ut Venetæ ditiosis urbes se minime ingressurum esse testaretur: nolebāt enim qui ualidissimis copiis cinctus aduentabat, ullam omnino affectati Italiæ imperij suspensionem præbere, quum paulo ante ab diro bello tot urbium excidia pertæsus, ut pacem adferret, ea quæ uictoricibus armis tenebat, incredibili æquitate magnitudinēque animi, ueteribus dominis reddidisset.



PAVLI IOVII NOVOCOMEN-
SIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXXI.



Duentante in Italiam Cæsare, Andreas Auria cum trigintaquinque onerariis & quadraginta octo rostratis nauibus Messanam uenit: ibi cum instrumenta bellica & nauticos præcipue commeatus, nequaquam ingenti cura ac diligentia à præfecto Siciliae, quem tum importune morbus inuaserat, parata atque expedita reperisset, aliquanto serius quàm uolebat, in Graciam traiecit. Audierat enim Himeralem, Otomannicæ classis præfectum, in Ambracio sinu aliquãdiu defedissee cum septuaginta triremibus imperite & nequaquam militariter instructis, utpote quibus usu periti nauæ gubernatoresque deessent, & remigum turba, magna ex parte ad naualem operam rudis, uti ex mediterraneis sæpe hominibus impotenti imperio in naues cogi solita, uulgato per singulas triremes morbo laboraret, sic ut eum nullo prope negotio si maturasset, oppressurus fuisse crederetur. Erat tum ad Zacynthum insulam Veneta classis, sexaginta triremium Vincetio Capellio præfecto, qui insulas & urbes litoraque Veneti imperij uigili cura tuebatur, utrique iure foederis amicus & hospes, nulli socius, spectator tantum: sed ex professo illis futurus hostis, qui subiectis Veneto nomini populis terra aut mari uim intulissent. Fuere qui crederent Venetos, ut neutris æquitate officij deesse uiderentur, uno tempore & Auria de Turcarum classe per Corcyraeos mioparones significari iussisse, & monuisse item amice atque opportune Himeralem ut Ambracio sinu, quamprimum educa classe, Ionio mari excederet, ne ab Aurianis triremibus, quæ apparatus ce leritateque præstarent, dum parum salubri in statione moram inutilem trahit, deprehensus opprimeretur. Itaque Auria à Lacinio promontorio, quod hodie Columneum uocant, dimissis in altum onerariis nauibus, ut recta ad Peloponnesi insulas cursum dirigeret, Iapygium Salentinorum, legendo magnæ Graciæ oram tenuit, indeque Corcyra & Cephaleniam præteruectus Zacynthum uenit. Constiterat in acie Capellius pene hostilis paratiquæ animi speciem præbens, ut apparatus atque ipsam

A ipsam nondum uel diuturna pacẽ senescentem, maritimi negotij disciplinam ostentaret, & uetera quidem odia memoriam subibant, quibus Ligures Luciano Auria duce, ipsius Andreae tritauo, ad internitionem prope Veneti nominis ad fossam Clodiam dimicassent, atque inde Auria subirato tristiquæ animo Luciani interitum desleret, qui uictor eo nauali prælio cecidisset, sed sanctissima religionis & foederis iura ita animos continebant, ut quum utrique imprudẽtes uel incauti uideri nolent, præbito insigni spectaculo concursuri uideretur, neque inutile uel iniucundum posteris futurum putauerim, si acierum ordo paucis uerbis explicetur, quando ætate nostra nequaquam simile contigerit, ut id literarum memoriæ mandemus. Collocarant in alto Veneti ingentem onerariam nauem quaternis funibus à puppe prorâque ad totidẽ anchoras, in obliquum ductis, firmissime deligata, ab hac utrinque binæ galeaciæ ingentiũ tormentorũ apparatus formidabiles ita constitutę erant, ut ex interuallo onerariæ nauis frontẽ non æquarent, & utrinque tantum spatij relinqueretur, quantũ satis esset, ut à læua dextrâque uiginti singulæ triremes quę erant in cornibus, erumpere possent, tertia uero acies ex reliquis uiginti triremibus, in qua erat ipse Capellius, in tergo subsisteret, hinc aut inde allatura opem, uti prælij casus & incurfus hostium poposcisset. eo pacto onerariæ nauis ad emittenda tormẽta latum & uacuum mare, à fronte & à lateribus relinquebatur, & galeaciæ in altum exportectæ, triremium latera tuebantur. Ab Auriana Classe tres speculatiuæ triremes antecedeabant insigni uelocitate, tres uero acies quindecim triremium eo ordine subsequerentur, quẽ in agmine nauigationeque tenuerant: ubi uero in conspectum Venetæ classis est deuentum, Antonius Auria, qui primo præerat agmini, in dextrum sensum deflectens, remos sustulit, ut sequentes expectaret, & Andreas, qui medium tenebat agmẽ, D suo cursu progressus, sese introrsus ad cornu dextrum applicauit, Saluatus uero Rhodiarum & totius tertij agminis præfectus, interim in læuam ita concitauit remiges, ut puncto temporis ad medium agmen prouheretur, adeo ut æquata omnium triremium fronte, uno parique impetu concursura crederentur. Reddidere ueri prælij simulachrum tormenta utrinque ad consalutationem honoris causa, exemptis pilis, miro ordine displosa. Venit ad Auriam Canales nobilis uir atque item fortis, Ionij maris custodię præpositus: per eum Capellius, portus, stationes, com meatus amice obtulit, excusauitque se, quod integra senatus fide confociare uires, & publicos hostes persequi nequaquam liceret, obstare enim foedus, antiquitus cum Ottomannis percussum, quod ipse etiam Solymanus renouasset. At Auria Cæsaris nomine gratias egit, quod senatus eo animo esset, ut maiorem æquitatis atque iustitiæ, quàm ullam bene gerendæ rei rationem respicere cogeretur, sperare se tamen Cæsaris auspiciis talem ad ingentem uictoriam Venetis occasionem esse præbiturum, ut eæ foederum cõpedes, ab ipsis ultro pietatis & certæ uictoriæ causa cupidissime frangeretur. Et certe quum hæc animo reputamus, nostros

rum temporum conditionē deflere, Christianorūmq; principum infamiam detestari lubet, qui dum inter se bello aut odio dissident, ita Ottonianis parcunt, ut qui toties superari delerique potuerint, non immerito adaucta in immensum potentia, ad totius orbis imperium aspirēt. Himerale enim tum in fugā acto, atque eo, si persecuti forent, facile deleto, quæ reliqua unquam Solymano classis superfuisset: quānam Byzantij, Cæsarianæ Venetæq; classium impetum tulissent, nisi tyrones prætorianos, aut eunuchos ad custodiam fœminarū domi relictos, mœnia egregie defensuros credamus: quū in Pannonia procul ageret Solymanus, & Græci ex ipsa uetere libertatis ac imperij sui memoria, ut rebellare ex tuto possent, non quidē accessum Christianæ classis, sed uix ipsam tantum aduētus famam, erectis animis expectarēt. Cæterum Auria ubi didicit Himeralem superato Galli promontorio, quod antiquis Acritis fuit, ad Maleam contendere, Antoniū Auriam cum delectis septē triremibus qui persequeretur misit, sed ille ad Cytheram insulam usque frustra persecutus, quod hostes Argolicum sinum prætergressos, Atticę Sunitum atq; inde Chalcidē petere audiebat, ad classem est reuersus: ea tum in Sphragiæ insulæ portum, quem nostri Sapiētiam uocant, supra Methonem ad explicanda consilia se contulerat: iam enim onerariæ ab alto, remissioribus usæ uentis, in conspectum se dederant. Fuere qui dicerent Methonem oppugnandam esse, & ante alios Saluiatus impiger iuuenis, Rhodiarū triremium præfectus: profitebatur enim se eam turrim, quę subiectum mare despiceret, & ceteris munitior esse uideretur, effracturum maioribus tormentis & protinus occupaturum, utpote qui situm urbis interiorēsq; munitiones apprimē nosset: superiore siquidem anno in eum ipsum Sphragiæ portum cum aliquot triremibus e Melira insula noctu illatus, præmissis ignobili nauigio per simulationē exponendi mercimonij, in cuius carina armati cōditi erant, felici dolo urbē occuparat, Iano Mario, uiro Græco summæ uirtutis id facinus ingenti animo patrante: sed occisis custodibus, occupatæque porta, & iam capta urbe, nostri milites aliquanto prædæ, quā decoris auidiores, quū ad diripiendas domos solutis ordinibus discurrerēt, facile à Turcis, qui animos receperant, turpiter cæsi expulsiq; nobilis uictoriæ initiū fœdo exitu corruperunt, ob id Auria ex priore periculo intentiorē firmiorēque custodiā adaucto Turcarū numero futuram ratus, Coronē oppugnare cōstituit. Distat ea urbs à Methone duodecim fermè passuum millibus, si terrestri itinere petatur, mari uero paulo minus uiginti: nā Acritæ promontorium medio fere interuallo in mare procurrat, & in læuo promontorij latere sensim litora curuantur. In hoc sinu sita est Corone, adeo porrecta in pelagus, ut magna ex parte maris fluctibus alluatur, altera pars cuneata in latam cuspidem, transuerso muro eoque fenis turribus insigni & ferrata porta, proximā litori, quam insulam uocant, penitus excludit, & ita à mari recedēs sensim attollitur, ut perpetuo saxo mœnia imposita ad trianguli formam oppidū efficiāt. In oppido, ut

firmiore

A firmiore nobiliorēque, Turcæ domos habent, Græci insulā inhabitant, ad extremū uero oppidi angulū præalta in rupe arcē Veneti quondā fecere, quæ mediterranea despicit & suburbana recta: hæc uiam militariē excipiunt, quæ in septentrionē perpetuo accliu collis dorso in campos extenditur, sed ea suburbana quū ad sagittæ iactum à porta oppidi processeris, alio intermedio muro portæque diuiduntur. porro ad mare ab utraque urbis parte duę sunt percōmodæ stationes: nam quū Euri Vulturique uel è diuerso Fauonius & Corus sæuius perflauerint, ex hac in alterā nauigia repente cōfugiunt. In læua statione ex uetusti operis molo portus efficitur, uerum adeo angustus, ut uix septenas triremes tuto recipiat. Auria terra marique explorato urbis situ, cohortantibus maxime Græcis, qui ad nostros è suburbanis ædificiis cupidissime transierāt, aggressurus urbem, in hunc modum ad oppugnādum, loca muniæque distribuit: circumductæ primò sunt in amplissimā coronam naues onerariæ, & ante eas triremes, ut totam eam conuexi muri partē, quæ insulā à mari præcingit, contractiore ambitu complecterentur, proiectis in litus sub muro anchoris, ut inde per ductarios funes ergatarū beneficio attracta nauigia, quātum maris uadum pateretur, ad mœnia promouerent. Scaphis autem magnarum nauium pluteis ac asseribus protectis, anchoras prouehi, & in litus ad scopulos inter tela Turcarū ab alto incidentia, collocari iubebat, ex nauium proris nouo quodam artificio pontes paribus extantibus antenis impositi tabulisq; cōstrati, à fronte prominebant, ita ut summitati mœniū æquarētur, atque inde clypeatæ armatæque cohortes procursuræ & irrupturæ in oppidum uiderentur. In duarum uero longe maximarū nauium Grimaldiæ scilicet & Rhodiæ summis carchesiis ab excelssima scilicet mali summitate, sacri, falconesque bini constituti erant, ut inde non propugnatores modo qui in muro consisterent, sed interiora insulæ certis ictibus peterentur. Terrestres uero copias ita diuisit, ut Hieronymus Tutauilla Sarnensis comes duceret Italicas cohortes, & à læua parte supra molem, latū propugnaculum septem tormentis quateret. Hieronymus uero Mendocius cum Hispanis à dextra, paulo à mari longius, non insulæ tantū, sed & oppidi murum totidem tormentis & scalis aggredereetur. Ipse Andreas locū sibi delegerat apud molē, Sarnensi maxime propinquū: Pontificiæ autem triremes contraria in parte Antonio Auria deposcēte, dextrū cornu tenere, Saluiatus in medio Rhodias mœnibus admouit. Nunquā ab ulla

E memoria, tantum tormentorum ad unam oppugnationem collatum fuit: nam à terra quatuordecim, à mari uero centū & quinquaginta muralibus tormentis uno undiq; tempore murus est uehementissime uerberatus: minorum uero tanta uis fuit, ut neque prospici quicquā neque exaudiri facile posset, fumo scilicet in crassissima nebulæ morē late diffuso, & crepitu reboatūque tormentorū cuncta quatiēte. Apud Sarnesem Itali magno animo, sed irritō incēpto ad proruptū murū scilas apponere, & scandere conantes, ter à Turcis acerrime propugnātibus infi-

u ij

gni detrimento accepto sunt repulsi. Neque enim tantum muri dirutū fuerat, ut attingere scalā possent, & undiq; ab latere minoribus tormentis sternebantur, nec Turcæ è muro saxa, ignes, feruentem arenam, calcēmq; & picem liquefactam prouoluere ac infunderē subeuntibus cessabant. Sarnensis in his periculis fortiter æque atq; feliciter uersabatur, nec reuocandi milites locus erat, nam implicati inter se hastis & in casarum angustias, quæ muro suberant, metu retrusi quanto magis à muro recedebant, tanto apertius ac certius uulnerabātur. Periere in eo conatu receptūque Theodorus Boschites Græcus, qui in Italia alā equitum cum laude præfuerat: atque item Frācisus Carnaus è Neapoli, & Iacobus à Capua, strenui centuriones, & cum his trecenti fere milites & supra mille uulnerati debilitatīq;: in quibus fuit Alfonso Capanus signifer, cui sclopetti pila ab alto demissa, perfosso oculo linguam abripuit. Ex altera parte Mendocius nequicquam quassato muro, quum omnia ardua ad ascensum forent, cauto consilio prælij fortunam nō subiit. At nauales focij felicius, quum Auria subeundi & scalas afferendi uti antea edixerat, tuba signum dedisset, in insulam peruaserunt, cedentibus muro Turcis metu pontiū, quos superstantibus armatis appropinquantes continuo apprehensuros murum omnino crediderant. Primus ex nauē Grimaldia imberbis Ligur genere humilis, sed eo saltu satis clarus uexillū in hostili muro defixit, proximi ei succedere Hidrontino è Galeone miles, ac demū Lamba Genuenses, atque ita multis interfectis insula capta direptāq; est, refugientibus infra oppidū per ferratā portam Turcis, qui ex eo quem diximus turrato muro, nostros præda occupatos uagantēsq; sclopettis & sagittis uulnerabant. At primis tenebris Sarnensis suos, qui sub muro conditi protectīque multis horis substiterant, incolumes ad se recepit, & tota nocte laboratū est in erigēdis munitionibus, quibus in oppugnando oppido ipsi milites tormentāque ab hostiū ictibus tegerentur. Sequenti die plures Turcarū equitum manus, ut Coronæis opem ferrent, in conspectum se dederunt. nanque singulos fere proximorum oppidorū præfectos, & fama Aurianę classis & auditus tota Peloponneso tātus tormētorum strepitus, exciuerāt, aderat à Lacedæmone, quam Misitrā uocant Zadares, cui Tridigito cognomē, is à Londario Charitena Messenēq; expeditos equites circiter septingētos adducens, secundū litus iter facere cœperat, ut à dextro latere in urbē irrumperet, erat inter suburbana tecta, ei portæ, quam diximus, in statione collocatus cum cohorte Theodorus Spinula, iussuq; Sarnensis milites intra sagittæ iactum intercisa militari uia transuersam fossam opportune duxerant. Itaque Zadares quum ab Erasmo Auria qui in id litus triremem obuenterat, tormentis peteretur, à litore discedens trium amplius milium capto circuitu ad læuā peruenit, sinuosq; itinere intra suburbana tecta se intulit, magno impetu ad portā prouectus adeo ut Theodorus irruētium uim ægre sustineret, eratque res adducta in maximum discrimen, nisi Sarnensis Theodoro cum paucis repugnanti peropportune

A tunc opem tulisset, submisso Petro Tolfio cum trecentis sclopettariis: ij postremam partem Turcarum agminis, retro auertere, ingressiq; suburbana, ita reliquos in fugam desperato ingressu urbis compulere, ut quū Turcæ concitatis equis effugere conarentur, in fossam inciderent, ibi Zadares labente equo præceps datus interficitur, nec ulli ex Turcis omnino parcitur: eo modo multis occisis, capita ad munitiones deferuntur, quibus conspectis Turcæ qui oppido arcique præerant, siue metu, siue comæatus & tormentarij pulueris inopia, adducti, ea conditione urbem atque arcem dederunt, ut cum rebus suis armisque in pacata loca discedere liceret. Coronæ capta, atque ibi præsidio Hispanorum constituto, & receptis in fidem Græcis, disputatur in consilio an in longo portu, qui parum à Coronæ distat, ut certus tutusque in ea ora Christianis classibus sit receptus, castellum ædificare expediat, aut Iuncum oppugnare, id hodie Nauarinum, Pylum antiquitus fuit, subiecto portu insigni, ignauia custodis Veneti, qui postea capite pœnas dedit, Bazeti in Methonensi uictoria traditum. Cæterum Auria multis de causis & quod nunquam defuturos portus nostris classibus speraret, ea cōsilia abiicit, & ad oppugnandas Patras iterum adita Zacyntho cum classe descendit. Deferuerant ad apertam urbem incolæ Turcæque, & in retractiorem locum sub arce præalta fossa muroque munitum milites cū magna puerorum & fœminarum multitudine se receperant. Expositis copiis subuectisq; tormentis octo muralibus Sarnensis ad mille sclopettarios secernit, qui defensoribus murum nudent, cæteros uirgultorū singulos fascas adferre iubet, ut æquata fossa ad murum scalæ deferantur. Non diu tormentis restitit murus, Coronæo uetustate debilior. Primus omnium Ioannes, Traiani Cabanilię filius, castrorum præfectus in fossam desiliit, subsequente ipso Sarnensi cum tribus signiferis & integris demum cohortibus, scandique murus certatim est cœptus, sed defensores Coronæis uirtute constantiaque dissimiles, impetum nostrorū fuga in arcem facta, diutius non tulerunt. Ita urbe paruo labore, & pene sine militum nostrorū uulnere, celeriter capta direptaque, ad arcem in edito sitam tormenta subuexere. Erat oppugnatio futura difficilis, si eam militari more Turcæ defendendam suscepissent, sed exemplo Coronensium, atque item eius imbellis turbæ misericordia adducti, quum tantam multitudinem diu alere, uel in tanto seruitutis ac uitæ discrimine tueri posse desperarent, emissis ad Auriam oratoribus ea conditione deditionem fecerunt, ut recepti in fidem inuiolatique, saluo in primis fœminarum pudore, cum singulis uestimentis in Etholiam traicerent: id egregie Andreas præstitit, adeo ut inter alas militū utrinque extensas exeunte trium fere miliū capitum multitudine, cū nonnulli petulātius fœminas atrectare, atque his ornamenta detrahare inciperent, corripī, extemploque suspendi, aut iugulari iusserit: horum supplicio cæteris ab omni licētia deterritis, eo ordine Turcæ ad naues sunt deducti ut Sarnensis & Saluiatus antecederēt, ipse postremum agmē cogeret uultu seuero

imperioloque, & ad sumenda supplicia, si qui paulo licentius iussa contemnerent, maxime parato. Quærebat enim iustitiæ & præclaræ fidei famam apud ipsos præsertim Turcas, ut eæ gentes religione ac ingenij captu nobis dissimiles, facto periculo manifeste perspicerent, in Christianis ad militare decus nõ deesse fidem ac humanitatem, qui adeo moderate uictoria uirtute parta uterentur. Exercitu ad Patras relicto & terrestri itinere subsequi iusso, Auria ad Naupactei sinus angustias tremeibus est deuectus, ibi fauces adeo coarctant eum influentis Ionij maris sinum, ut uno minus stadio, à Peloponneso Aetolia distet, quam ad Hellepontum interfluo mari Europa atque Asia dirimantur. His angustis gemina antiqui operis castella imminet, quæ Dardanellos appellant. Fuere olim in Achaia Rhium, & in Aetolia Molycreum, sed Aetolicum Achaico Baiazetes, super addita turre ingenti, & duplici muro adiecto, multo ualidius atq; munitius reddiderat. In his tormenta inusitata magnitudinis, multiplici fenestrarum ordine ad libellam aquæ ita constituta & collibrata erant, ut uel exiguis & humilioribus nauigijs ingressus, & exitus præcluderetur: nam utrinque ad aduersam regionem emissa bipedalis diametri saxæ pilæ facile perueniebant, uti eadem ratione ad Hellepontum hodie fieri uidemus. Auria citerioris castelli præfecto per Græcos homines extrema supplicia comminatus, si expectandam tormentorum uim putaret, facile pepigit, ut Turcæ incolumes castello excederent, quibus nequaquam cunctatè eductis, quicquid uel annonæ, uel bellici apparatus in castello erat, diripiendum militi concessit. Reperiuntur thoraces, balistæque ueteres, itémque lorica & peltæ more gentis, cum militari & minime pretiosa suppellectile. Ea spolia quum Auriarum triremium milites nauæque efferrèt, cæterisque aduentantibus ostentarent, adeo appropinquantium cohortium animos dolore ac inuidia exagitarunt, ut quum opimiorum fuisse prædam crederent, & tardius uenissent, ob idque præda penitus excluderetur, continuo seditio nem miscerent, ipsi Auriæ uehementer irati, quòd primo ad Coronem, & inde ad Patras, & tum etiam ad Rhium, quasi Turcarum sanguini passim parcendum putaret, eas res ciuili pactio ne, quàm ferro & bellica uicificere maluisset, ita præmia laborum & uulnerum solatia militibus eripi, atque interuerti prædam, ut ipse inde apud hostes intempestiuam humanitatis & clementiæ laudè priuato nomine ferat, & soli prope nauarum Ligures ditentur: ipsis uero armatis militibus terræ & maris incommoda perpeffis, nec locus ad perfectam laudem, nec spes ad certa probatæ uirtutis præmia relinquuntur, & quod fortibus uiris minime sit ferendum, omnium ceruicibus & iugulis laquei & pugiones, uel in minimo delicto, & sublata quidem spe dicendæ causæ proponantur. Hæc quum multiplicatis per coronas militum sermonibus dicerentur, & iam plane consternatæ essent aliquot cohortes, Neapolitanus signifer, quem strangulati ad Patras amici militis dolor incitabat, uexillum sustulit, alta uoce commilitones inuitans, ut se ad opulenta castella euntem extemplo sequerentur,

A sequerentur, ibi non uisuros crudelem ducem, & ingentem prædam uirtute quæsituros. Nec mora, illum quinque aliæ cohortes Italorum sunt secutæ, hisque uexillum Hispanorum accessit, iere citato agmine non tam iratis, quàm audis animis in propinquos Græcorum pagos & uillas, execrante eos Auria potius quàm reuocâte. Iam Sarnensis cum ualida manu expeditorum militum traiecerat in aduersam Aetoliæ continentem, ut exploraret castelli situm, & ponendis castris munitionem inciperet, quum Turcæ in nostros faciendo operi intetos protinus erumpunt: sed egregie Sarnensis per sclopettarios eorum impetum sustinet, multisque uulneratis intra portam compellit, interim nõdum perfecta castrorum munitione, equites Naupacto egressi in conspectum se dedere, ut castellanis opem ferrent: nostri quanquã pauci pro castrorum spatio, quod erat amplissimum, uti ad continendas omnes copias usitata ratione dimensum, alacri tamen animo in munitionibus consistere, in aduersos sclopettis rem gerentes, & nõnunquam erumpentes, ubi audacius prouectos hostes conspexissent. Cæterum Turcæ multis in gyros decursionibus ad castra factis, late omnia speculati, quum sese prouehere audacius, & cominus pugnare nollent, Naupactum redierunt, intromisso equite ad castellanos, ut eorum animos spe celeris auxilij confirmarèt. At Sarnensis, qui ea spe traiecerat ut copias omnes cõfestim subsecuturas crederet, ubi de cõsternatione discessuque militum certior est factus, intermissis castrorum opere ad Peloponnesi litus, ubi Auria constiterat, cõfestim rediit, & ad eos pagos est profectus, in quos desertores milites diuertisse dicebantur, ducibus præsertim Græcis, qui suas iniurias cum lachrymis deferentes, è proximis uicis ad castra decurrerāt. Eos Sarnensis nequaquam seueres, sed comiter reprehensos, quòd adeo leuiter insanire cõpissent, haud magno cum labore ad officium reduxit: iam enim eos admissi facinoris poenitebat, & satis uerecunde signa & centuriones agnoscebant, quum uillas & pastorales casas omnibus esculentis raptim consumptis, & ignobili etiam collecta præda uacuas fecissent: sed reis & ex consciëntia poenã meritis Auriæ seueritas tantum pauorẽ adferebat, ut nõnulli metu supplicij præstare dicerent cum Turcis pacisci, & apud eos stipendia facere, quàm ad sæuum ac inexorabilem ducem reuerti. Sed Auria regionis & temporis rationem habendam existimans cunctis pepercit, ita tamen ut seueritatem ac iracundiam uultu sermonisque retineret, nec ueniam deprecantes recipere uellet, nisi uti cohortes decumaturus ad arbitrium militaris imperij se dederent: is pauor omnium animis incussus, pro poena ad retinendam imperij existimationem Auriæ satisfecit: nec mora, ad delendam secessionis infamiam parati animis in Aetoliam sunt traducti, simulque exposita in litus tormeta duobus circiter millibus passuum supra castellum, ut tutiore itinere cõuehi possent: nam è castello Turcæ ea litora tormetis infestabant. Ea Christophorus Auria uir impiger negotio præpositus attracta funibus & impulsis militum humeris, per ceteras laboribus distributo, in castra conuexit, eodemque tempore Cabani-

lia cū trecentis sclopettariis antecedens, opportuno & antè, ut diximus, F explorato loco castrametatus est. Dum hæc administratur, Turcæ Naupactō magnas peditum & equitum copias educunt, & in nostros pleno passu deferuntur: iam enim & à Corintho, & ab oppidis quæ sunt ad Acheloum amnem, totaque Pelopōneso & Aetholia, præfecti equitū raptis quas poterant turmis, Naupactum conuolarāt, nec Sarnensis, haud quaquam ea multitudine territus, sibi deest: ad quatuor milia peditū in unū agmen cogit, & quadrata acie contra hostes progreditur: extra ordines uero delectam sclopettariorum manum rem gerere iubet, in tergo castellum relinquebatur, & in nostris munitionibus præsidium erat G relictum, quo eruptiones cohiberi possent, & in ipsam castelli portam tormenta perire atque opportune directā fuerant. Insultantibus undiq; & procurfantibus Turcis, nec pedestres copias in aciem producentibus, Sarnensis se recipere, & in castra se conferre cœpit: in tergo extraordinarij ad angulum dextrum quadrati agminis cōstituti, sine periculo insequentes Turcas repellabant: circumueniri enim nō poterāt, & cum aliquantū in aduersos procurrerēt displosis sclopettis tutissimus ad agmē erat receptus. Prælio ad occasum solis protracto, Turcæ nulla re memorabili gesta Naupactum sunt reuersi. Sarnensis in castra copias reduxit, H totaque ea nocte quæ secuta est ad aggeres fossasq; perducendas milites in opere fuerūt, cōstitutaque suis locis tormēta muralia quæ exterioribus ædificiis protegebātur: oriente autem sole turres quæ prominēbant magna ui quassari cœptæ, nec Turcæ cōstantissime & acerrime propugnando ulla in parte timoris signum dabāt: erant enim in his plerique ueterani Ianizeri in custodia oppidorū atq; arcium relictī: ad extremū is exitus oppugnationis fuit, ut perfracto muro multisq; intro-uariis casibus interfectis, nostri in castellum irrumperent: trecētī ferme Turcæ, nemine capto, trucidati: nōnulli insigni animorū cōtumacia media in I clusi turre, seipos & turrim totūmq; penè castellum, non sine nostrorū clade, succenso tormentario puluere cōcremarunt, tanto ruētium murorum crepitu, ut litora ueluti terræmotu pertremērēt, & triremes, quæ suberant ad sagittæ iactum, lapidum fragmentis penè obruerentur. Andreas è prora prætorix triremis prælium spectauit, donauitque Sarnensem & Saluiatum singulis ingētibus tormētis: tanta enim uis æneorum tormētorum in castello reperta est, ut septuaginta milium aureorū precium excedere diceretur. Ea demum tormenta stupendæ magnitudinis Arabicis inscripta literis, ad uictoriæ monumentum Genuam delata, in K portus mole cōstituit, ubi de piratis ad Planasiam insulam superatis, sacellum Deiparæ uirgini ex manubiis antea consecrarat. His cōfectis rebus posito ad Coronem Hispanorum præsidio, atque urbe tormētis, & multorum mēsiū commeatu diligentissime permunita, Médocium ita animo cōfirmavit, ut fidem daret, & prolixè polliceretur se, uel priuato sumptu, si id Cæsar facere differret, in eius auxiliū classē esse transmissurum. Interim Saluiatus suis triremibus in initimū sinū prouectus, ad Lecheum

A Lecheum usque portum, hodie diui Demetrii uocatum, sub ipsa Corintho pauorem circumtulit, & ueteris Sycionis, quam hodie Basilicā appellant, & quæ in aduersa parte est, Creusæ litora succēsis hortorum ædificiis latè uastauit. Nec multo post Andreas appetēte hyeme, & acceptis à Cæsare literis, quibus discessum à Pannonia Solymani, & suum in Italiam aduentum significabat, felici usus nauigatione, Neapolim, atque inde Genuā est reuersus. Interea Clemens per Tiphernates iter habens, asperis inusitatisque itineribus superato Apœnino, ne ingrata patriæ B mœnia conspiceret, per Aemyliam Bononiā uenit, excepitq; Cæsarem Mantua profectū: nec quicquam ea hyeme memorabile uel cottidianis cōgressibus est actū, q̄ ut lis de repudio Hērici Britannię regis toties agitata pronunciantē Pōtifice finiretur. Exardebat enim iam tres annos rex ille, alioqui multarū uirtutum laude insignis, sæuō ac impotenti amore Annæ Bolanæ, quæ in aula reginæ liberius educata, eō infantiæ amatorē regem propulerat, ut Catharinam Ferdinādi regis filiam, ipsiusque Caroli Cæsaris materterā, præstanti pudicitia, & singulari humanitate modestiāque reginam, exturbandā domo repudiādāque decerneret, scilicet C ut ipsa in uacuum thorū ex pellicatu in spem mascula atq; legitimæ proles reciperetur. Neque enim Hēricus aliam prole ex Catharina suscepserat, quam puellā iā prope nubilē, quæ suauitate formæ, & morū elegantia plurimū excellebat. Huius impij infanīq; cōsiliij fautor extiterat Thomas Eboracēsis Cardinalis, perpetuis adulationibus summum potentix locum apud regem cōsecutus. Is docebat Catharinā uxorem legitimam esse nequiuisse, quoniam Arcturo fratri antea denupfisset, uetari id sacrosanctis noui ac ueteris instrumēti legibus, neq; Iulium pontificem, quæ diuino iure essent constituta, uel accepto multo auro, rescindere potuisse. proinde repudiandam esse, ne incestus crimine perpetuo D pollutus, post mortem sempiternis inferorū ignibus damnaretur: neq; idcirco filiam uideri spuriam debere, quoniā optima fide eam factis ritē nuptiis genuisset: si uero legitimam ex totius insulæ delectu uxore duceret, ipsum & sibi, & regno ad certam successione suscepta uirili prole consulturum. Addebat Thomas nō deesse ex Parisiorum gymnasio sacrarum literarum professores, qui secūdas nuptias ritē fieri posse, dānato E priore coniugio, ualidissimis rationibus comprobarēt. Hic Thomas magno fortunæ ludibrio, quum summū dignitatis atq; potentix fastigium teneret, & seipsum auaritia, ambitione, superbiāq; tumentem capere nequiret, præceps datus improbæ adulationis pœnas fœda morte persoluit. Ferunt eum Frācisco regi occulta fide, & egregia in diuersum simulatione cōiunctū, utpote qui Gallico auro, regiūsq; muneribus maxime gaudebat, magnis artibus repudio fauisse, ut Henricus à Cæsaris amicitia ex ea longe grauissima cōtumelia penitus diuelleretur, & subinde Gallico nomini, absq; ulla spe receptus, arcto & necessario quidem fœdere iungeretur. Caterum Clemens, qui ut eam controuersia aliquādiu aleret, continendis in officio regum animis, tāquam ambigui iuris

ad duodecimuirale iudiciū reiecerat, ubi uidet diuersa petentes integra F
 auctoritate diutius non posse distineri, ius & æquum ita Britanni regis
 amicitia prætulit, ut Henricum omnino moneret, se ei intra certū tem-
 pus aqua & igni, & Christianis sacris interdicturum, nisi repulsa Anna
 Catharinam in pristinū coniugij locum recepisset. Ea inanis intempe-
 stiuāq; seueritatis comminatio inexpiabili malo summōq; detrimento
 reipublicæ postea cessit: quando rex ille non multo post ab auctoritate
 Romani Pōtificis, suāque pristina pietate discesserit. Actum subinde est
 de tuenda pace, quam tanto sumptu, tantisque periculis quæsiuissent: nā
 in eam pacem, quæ publico fœdere biēnio antè Bononiæ fuerat cōstitu-
 ta, Genuenses nequaquā adscripti fuerant, queis tum maxime infensus
 erat Franciscus. Genuæ siquidem imperium, uti antiqui Gallorū regum
 iuris, nec inclusum recentis fœderis legibus repetebat: adeo ut negocia-
 tores Ligures Lugdunensi emporio pellerētur, nec alicui importare eo-
 rum merces fas esset, & à Massiliensibus trierarchis infesto ubique mari,
 Genuensium nauigia magno ciuitatis detrimento caperētur. Minaba-
 tur quoque Frāciscus se in subalpinis Salassorum oppidis equitum & pe-
 ditum copias hybernorum specie transmissurum, ut cliētibus suis præ-
 sidio essent: nam Franciscus Salassus regulus, pulso fratre, & matre custo-
 dia tradita, qui partium Cæsaris erant, in Galliam ad Franciscum se cō-
 tulerat. Venerant quoq; Bononiam summæ auctoritatis uiri Acromō-
 tius atque Tornonius Cardinales, qui à Pontifice postulabāt, ut Hispani,
 uti cōfectis bellis & pace parta, tandē Italia deducerentur, si id fieret,
 Franciscum regem omnes superiorum temporū iniurias satis æquo ani-
 mo esse laturum: quòd si inueterari alique in Italia Cæsaris copias, ad au-
 gendam eius potētiam conspiceret, se libertati dignitatique amicorū &
 ueterum clientium suorū, qui sibi in Italia non deessent, æquissimo iure
 consulturum. Veneti quoq; ullo alio, quàm ueteri fœdere, illigari uole-
 bant, seque omnino præstaturos profitebantur, quòd disertè in fœderū
 tabulis essent polliciti, maturāq; opem Francisco Sfortiæ protinus al-
 laturus, si alicunde bellum eius finibus inferretur: neque enim ex digni-
 tate Veneti senatus fore, si ueluti tributum nomine annuā pecuniā tuende
 paci pēderent. Ipsos enim nequaquam uereri, nouum armorum motū,
 nec si bellum fortè ingrueret, ut semel partam pacem tuerentur, uel ma-
 gnis sumptibus esse paruos, sed Veneti nequaquam permoti sumptu,
 qui erat exiguus, dum sese nouo fœdere excluderēt, duas res opportune
 cōsequerentur, in quibus tuendæ existimationis ac libertatis maximum
 inerat momētum. Nolebant enim Franciscum regem, ueluti desperata
 in reliquum tempus ipsorū societate, ab se penitus alienare, atq; illum
 eò prorsus adigere, ut cōmutato animi decreto, nouam sibi amicitiam
 nouāque fortunam quærendam putaret: è qua demum dissimulata
 in præsens grauiore iniuria, minores principes, uti ingratos & auersos,
 ulcisceretur. Nec Cæsarem omni suspitione metuque uacuum omnino
 finire, uel sapientis consilij fore arbitrabatur: ne ille Gallos penitus cō-
 temnédos

A temnédos esse putaret, si tota in ipsius nomen ac amplitudinē consen-
 tiente Italia, undique tutus & principū longe maximus redderetur: ex-
 æquari enim tantorū regum potētiam ac uires incolumi Cæsaris amicitia
 cupiebant. Propterea non obscura fama ferebatur, admonitum fuisse
 in Pānonia Solymanum, ne uniuerso prælio decertaret: quoniam copia
 Cæsaris, & numero, & animis, & disciplina insuperabiles uiderentur, sci-
 licet ne ex unius pugnae euentu in alterutra uictoria, aut Cæsari, quo ni-
 hil grauius, aut ipsi Solymano, quo nihil miserius accidere posset, omni-
 bus foret seruiendū. In Clemētis quoque pectus altè descēderat iniuria
 B ex iudicio Cæsaris grauiissime cōcepta, quum Cæsar disceptator & arbi-
 ter Rhegij & Mutinæ principatum Atestino Alfonso, prædamnatis Pō-
 tificij imperij iuribus, adiudicasset. Optarat Clemēs, ut si aliqua de cau-
 sa uel ambigui, uel parum æqui iuris, secundum se litem dare nollet, iu-
 dicialis arbitrij præfixum tēpus elabi pateretur: in ea enim dilatione ne-
 que præiudicari Alfonso, neque sibi & Pōtificio nomini multū noceri:
 sed iureconsulti Cæsaris aliquandiu Pontificis legatum in spem secun-
 dissimi litis euetus maligne ludificati, accepta pecunia, uti credidit Cle-
 mens, ut sentētiam ferret, Cæsarem populerāt. Eius rei gestæ nuncius eo
 C ipso forte die nonarū Maij è Belgio in Urbem uenerat, qui, uti erat Vr-
 bis excidio maxime luētiosus ex acerbissimæ cladis memoria, Clemē-
 tis animū magnopere perturbauit. Itaque excludētibus sese Venetis, at-
 que id dissimulāter probante Pontifice, fœdus est renouatum in sesqui-
 annum. Eæ fuere leges, ut cōmunibus copiis atque pecuniis, si bellū in-
 ferretur, id ad tuendam pacem propulsarent. Dum pax esset, X X V mi-
 lia aureorū nummūm ex uetere censu, Pōtifex, Cæsar, Frāciscus Sfortia,
 & Alfonso Atestinus: itēq; liberæ ciuitates, Florētini scilicet, Genuē-
 ses, Senenses, Lucenses conferrent, quæ ad alendos centuriones præfe-
 ctosque equitum Antonio Leuæ dispensanda traderentur: eū enim bello
 D ducem designarāt, custodēque pacis & ocij apud Mediolanū esse uo-
 luerant. His rebus cōstitutis, quæ præcipua in omni eius uita Clementis
 laus fuit, Hispani ita dimissi deductiq; sunt, ut ad Coronem in Pelopō-
 nesum multo maxima pars, alij ad Sicularum urbium præsidia, alij in Sa-
 lentinis & Calabria ad tuēdas arces mitterentur, nōnulli ultro in Hispa-
 niam redirent: ob id factum sapiēter atq; feliciter, populi totius fere Ita-
 liæ, Galliaque præsertim Cisalpina, Pontificis prudentiā, Cæsaris æqui-
 tatem, Venetiq; senatus iudicium atq; operam eximiis laudibus celebra-
 E bant, quòd eorum incōparabili beneficio à rapacissimis sequissimiq; mi-
 litibus liberati, de libertate, de uita, & de reliquis fortunis tum primum
 bene sperare inciperent. At legati Cardinales Acromōtius atq; Torno-
 nius, qui ab initio interstrepere, reclamationēque, & libero ore cōqueri cœ-
 perant, quòd ea principum cōiuratione, nō iniqui fœderis prætextu, gra-
 uissimam & minime ferendam Gallis omnibus cōtumeliam inferrent,
 postquam eos Clemens subtiliter admonuit, ut pacati conuiescerent,
 facile intellexerunt, quantum in dimittendo dissoluēdoque Cæsaris ex-

exercitū, momenti uerteretur: quid enim uel optatius, uel ad omnem belli occasionem cōmodius Gallis accidere posse, quā ut Hispani ueterani, à quibus tot clades acceperint, paucorū mēsum fœdere percusso, Italia, ipsaque Alpiū custodia detrahantur: Quādo enim Cæsarem illos, qui in diuersissimas regiones distributi dispēsiq̄ue essent, in eum numerum eāmq̄ue disciplinā, uel in magna belli necessitate coacturum? propterea desinerēt repentini atq; adaper̄ti esse: præsētia dissimulare, futura prospicere, & pręteritorum memoriā retinere inciperent: patientia ac tolerantia omniū rerum necessitate sēpissime superari: hac uia isse Cæsare, illa Gallos, atq; ita non immerito, & ipsos ingentia incōmoda ab æquitate Fortunę, & illum amplissima beneficia retulisse. Per eos dies, in gratiam Cæsaris, in numerum Cardinalium ascitus est Gabriel Merinus à Betica, ex infimo hominū ordine quondā ab Ascanio Sfortia, ac demū à Leone in lucem Pontificiæ aulę prouectus. Erat is ingenio ad omnia obsequia, obeundāque maximarum rerum munia, ualde acuto paratōque, sed literarū penitus experto: ita ut Clemens non obscure reprehēdi posse uideretur, quōd nonnullos tum uirtutis eximię pręrogatiua candidatos, quum hūc efferret, eodem galero cohonestare minime uoluisset. Cæsar primo uere Bononia profectus, Ticinum uenit, ut campos & sua uictoria, & Gallorum clade percelebres, & manentia adhuc castra, & munitiones inspiceret, monstrante singula loca Vastio, ac eius pręlij uentus enarrante: iuuabat enim Cæsarem tum maxime lætum, & curiose diuagantem ipsis in locis uestigia figere, quibus insigne aliquod facinus editum cōstabat. Nec Vastius honestissimo officio deerat, quum de se ipso parcissime loqueretur, & nomina meritāq; fortium uirorum Cæsari cumalata cum laude commendaret. Mediolani demū, summo omnium, & Francisci præsertim principis studio susceptus est. Is in priuatā domum digressus, arcem ipsam Cæsari tradidit, ædificij laxitate atq; elegantia, itēmq; bellicorū instrumentorū apparatu, toto terrarū orbe memorabilem. Inde paucos pōst dies superato Ticino amne, ad Viglebani uenationibus intētus aliquandiu defedit, donec paratam esse classē, & idoneas ad nauigandū tempestates esse ex literis Aurię didicit, atque ita Genuā est profectus. Excepit eum hospitio Andreas in suburbanis hortis, quos regio apparatu ita instruxerat, ut discedēti Cæsari ea ornamenta dono daret. Erant enim aulę serica, & intertexti auro & purpura lecti, itēmq; exquisitę artis signa & tabulę: quę omnia eo nomine suscepit, ut ea hisdem in cubiculis & cōclauibus sibi reuersuro in Italiam, asseruari uerecunde & comiter iuberet, nec multo pōst oram soluit, prouectusque ad Stachades insulas, quarum primę Massilię portum efficiūt, biduo ibi constitit. Attulere ei dona tenerrimi commeatus Tendanus Comes Gallicę classis pręfectus, atque item trierarchi: suborto demum secundo uento in altum uela dedit, & paucis diebus in Hispaniam peruenit. Eodem quoq; tempore Clemens uia Flaminia Anconam est profectus. Eam urbem paulo antè per simulationem Turcici belli præsidio occupatam,

A occupatam, Pontificiæ ditionis fecerat, redactis in ordinem decurionibus, qui arrogantius quā deceret, libertatis nomen pręferētes, Pōtificum imperia contemnebant: ea de causa suspectos ciues relegandos curauerat, donec arcem loco opportuno conderet, ut ordinata demum republica nobilissimo emporio, sua libertas non soluta ad arbitriū multitudinis, sed astricta æquissimis legibus redderetur. Inde Pontifex Deiparę uirginis Lauretanę templum adiuit, & ad aram maximam miraculo & uetustate memorabilem sacra confecit, modicisq̄ue demum itinēribus per Recinates, & Septempedanos, qui Sanseuerinates hodie dicuntur & Camertes, in Urbem est reuersus. Ineūte ætate eiusdem anni crebris nuntiis allatum est Turcarum classē Gallipoli eductam, in Peloponnesum cursum tenere. Nec multo pōst Mendocius, qui Corone in præsidio erat, Petro Toletano proregi Neapoli literis significauit se terra marique uehementer obsideri, sed egregie defensurū urbem, dum alimenta suppeterent. Verum capitum omnium inita ratione, nequaquam tantum frumenti, & reliqui commeatus omnino reperiri, ut id tota ætate suffecturum existimaret. Proinde Cæsare etiam atque etiam monebat, ut ante omnia Græcorum studio, & uoluntati quę esset mirifica, deesse nollet, si Coronę defendi uellet, & ad id maiores copias summitteret, facile sperari, ut Turcę rebellantibus Græcis tota Peloponneso paucis exceptis arcibus, pellerētur. Sed ab Aurię præsertim maturam opem implorabat, adeo ut quum hostilis classis apparatū eleuaret uerbis, ut certa spes parandę uictorię iniiceretur, etiam eum moneret, ut datę sibi fidei memoriā retinere uellet. His rebus cognitis Cæsar Aurię pręcipit, ut classē instruat, ad id pecuniam curari iubet, & duodecim triremes, quas Aluarus Bazanius in Hispania ædificarat, se continuo transmissurum pollicetur. Igitur coactis circiter triginta onerariis nauibus, & uiginti septem triremibus, Aurię Neapolim uenit: ibi ueterani Hispani, qui efflagitatis stipendiis ab authoritate Vastij, proregisq̄ue discesserant, occupatęque Auersa urbe, & fœde direpta, magna detrimenta circumiectis Campanię oppidis intulerant, persoluto stipendio nauibus sunt impositi Roderico Macicao duce, qui erat castrorum pręfectus. Conscendit & triremes cum manu nobilium militum Federicus Toletanus, ipsius proregis filius adolescens, ut eo sacro bello prima militię rudimenta deponeret. Vastius ipse, qui se iturum dixerat, suborto uentris profluuiō Neapoli substitit: fuere qui crederent dolore contumelię adductum potius, quā occupatum morbo, ea expeditione maritima operam pręstare noluisse: quoniam nuper Bononię dum fœdus iniretur, sibi prælatus esset Antonius Leua, articulari etiam impeditus morbo, qui in Italia, si bellum ingrueret, fœderatorū omnium esset imperator. Dum hæc parantur, Andreas ut Coronę animos confirmaret, ne desperatis auxiliis durius sibi consulerent, Christophorum Pallauicinum in familiam Aurię adoptatum, expediti & maxime pugnacis ingenij iuuenem, cum uelocissima trireme Coronem mi-

fit. is interdiu per mediam Turcarum classē directa prora in portum inuectus, obsessos ingēti alacritate compleuit, nec multo post inspectis & diligenter exploratis rebus omnibus, ut de hostium consiliis ac uiribus certiora ad Auriam deferret, meridiano fere tempore improuisus erupit, fœlici audacia inter medias hostium stationes elapsus, adeo ut spectaculum miraculo proximum cunctis præberet, & persequentes uelis & remis, extēto maxime cursu, frustraretur. At Auria è Neapoli Messaniam prouectus, ubi de maritimis terrestribusque hostiū copiis, & de apparatu numeroque triremium certius didicit, omnem spem & rationem inferēdi præsidij in celeritate positam ratus, nequaquam expectato ab Hispania Bazanio in Græciam cursum intendit. Audiebat enim prædonū accessione quotidie adaugeri hostiū classē, Morūque præsertim archipiratam Alexandrinum expectari, cuius cōsilio, ac disciplina præfecti Turcæ in omni eius belli administratione uterētur. Quum uero Zacynthum uenisset, docentibus Venetis, aliquanto ampliorem & instructiorem quàm putarat classē hostium ad Coronem stare comperit. Nam Luphtibeium Gallipolis Sanzacum, cuius præfecturæ maris imperium esse consuevit, & Solymanum Acarnanē, Morūque ipsum circiter octoginta triremes cōgisse, magnūque numerum propugnatorum ex Ianizerorum ordine in triremes distributum esse referebant, adeo ut nostros nisi pleniore uento uterentur, Ottomannicæ classi impares futuros esse iudicarent, & nonnulli propterea triremes Hispanicas omnino expectandas atque euocandas arbitrarentur. Cæterum Andreas, ut de classe stationēque hostium certius exploraret, Christophorum Auriam cum insigni sua trireme speculatū misit: is cum Acritem promontorium superasset, in proximo sinu uniuersam classē conspexit iuxta litus, obuersis ad terram puppibus longo ordine collocatam: confestimque inde persequentibus Turcis ad Auriam reuersus retulit duplo ampliorem triremium numero quàm antea ad Coronem uidisset hostes adauctos, eosque sibi uideri non alio consilio sub Acrite in statione consistere, quàm ut configerent, quum nostri superato promontorio ad Coronem prouerentur. At Auria, qui neque Bazanium expectabat, neque multum ea hostilis classis amplitudine terrebatur, nihil cunctari, & instituti itineris cursum tenere constituit. Itaque suborientibus Etesis, qui uenti æstate pomeridianis horis ab Occidente perflare consueuerunt, nostri hoc ordine acie instructa Acritem superant, & recto cursu ad Coronem deferuntur. Antecedebant duo maximi galeones, quorum nauigiorum formam alio loco descripsimus, alterum ipse Auria magno sumptu ædificarat, alterum pari magnitudine adduxerat Belhomius Siculus: his erat iniunctum, ut in leuam uela conuerterent, & quum hostium classis à litore proueretur, deiectis anchoris medio inter utranque classē loco consisterent, ut quum opus foret, tormenta quæ erant eximie magnitudinis, in aduersam disploderent: hos onerariæ naues plenis uelis sequebantur: in tergo fuere triremes omnes latissima

A tissima fronte onerariarum agmen cogentes, dextrum cornu Pontificiæ Rhodiæque triremes, quibus præerat Saluiatus, læuum Antonianæ hosti proximum obtinebant, mediam uero aciem ipse Auria tenebat. Turcæ ad primum conspectum à litore non discedentes procul tormenta emittere, & demum prouehi cœperunt, ut ex propinquo rem gererent, cohortante ante alios Moro, qui audentius in nostrorum latera, & denique in terga uertebatur. Nam nostri quum propositum suum tenerent, & nihil in læuam conuersis prorsus recta ad Coronem contenderent, fugæ speciem præbebant, eò præsertim quòd triremes à dextro cornu, metu tormentorum adductæ in altum magno capto circuitu ferebantur, & pleræque aliæ ex media, Antonianæque acie onerarias consecutæ confusus, quàm deceret inter eas sese insinuabant, quanquam nullum prope detrimentum ab hostium tormentis acciperent, nec galeones cursum intermiserant, quum consistere debuissent. In eâ perturbatione nostra classis Morus Luphtibeium est cohortatus, ut pulcherrimæ occasione non deesseret: sed illo cunctantius & consideratius prouehente sese, Auria ab onerariis triremes explicauit, & ad Coronem secundo uento est deuectus: duæ onerariæ implicatis inter se antennis, quum cæterarum cursum æquare non possent, in tergo hæserunt, ad has opprimendas extemplo uniuersa hostium classis aduolauit. Tum uero Hispani nequaquam pro sua uirtute, uti deserti & negotij naualis rudes insano pauore conterriti, in scaphas desilire cœperunt, ut nostros consequerentur: in suam Hermosilla ipsius scortum cum magno auri pondere demiserat, in alteram Petri Sarmenti signifer desilierat, nonnulli, mirum dictu, quamquam natate nescirent, quòd eos scaphæ non caperent, in mare præcipientes se dabant, ut ad nostros enatando perfugerent. Andreas conuersa pratoria à scaphis funium oram sibi porrigi magna uoce petebat, ut onerarias remulco attraheret: sed illi nequaquam funis caput attulerat, ut qui erepto cōsilio tantum de fuga occupati metu cogitassent. Itaque Turcæ scaphas opprimunt, & circumiecta triremium corona, onerarias adoriuntur in minore nauem erepentes, Hispanis, quod nunquam aliàs acciderat, animos despondentibus eam capiunt, ex hac multis interfectis in excelsiorem transcendunt, in ea cruentum editur prelium: nam amissa prora & medio ponte, Hermosilla ad puppis castellum se receperat, & ab ima carina ferreo tormento saxea pila ingens emissa triremes duas, interfectis ad triginta Turcis, uehemēter affixerat. At Auria perturbato, sed ingenti animo, ignominie loco ducens, si in oculis nostrorum naues circumuentæ atque expugnatae caperentur, cohortatus trierarchos ut proras conuerterent, & remis contenderent, ad opem ferendam: in hostes cursum intendit, id conspicati Morus & Luphtibeius, & Solymanus, quòd iam pleniore Fauonio ad Coronem sensim detruderetur, & ab ingēti colubrina, quæ in turre erat cōstituta, emissa pilæ ad ipsorum triremes, uel in trium miliū spatio perueniebant, magno tumultu explicare re mos, & desertis nauibus se recipere cœperunt, in eos Auria ad LX

pilas ferreas cōtorfit, & in multo spatio cōtinēter diuerberatis eorū pup-
 pibus est persecutus, iam Antonio Auria ad oppugnādas onerarias con-
 uerso. Ibi Hispani qui egerime pugna sustinebāt, quū Turcis, uti pau-
 lo atē ipsis acciderat, cōmutata fortuna, animus cōcidisset, in medio na-
 uis ponte repugnare audacius cōperāt, & Antoniani mirabili celeritate
 undique scandētes in summa castella euasere: in ea contētione trecenti
 ferme Ianizeri, qui singulari uirtute naues occuparant, à suisque deserti
 fuerāt, interfecti aut capti sunt. In his fuit Iusuphius senex, mille Ianize-
 ris præpositus, quē Auria sericeis uestibus, atq; aurea torque donatum,
 ut ad similitudo quoque liberalitatē hostes prouocaret, ad Methonem sine
 pretio dimisit. At præfecti classis, uti postea cognitū est, ad grauissimas
 uerborum cōtētiones descēderunt, quū Luphtibeus à Moro, Solyma-
 nōq; Acarnane, & denique ab omnibus increparetur, quod cupiētibus
 militibus, & singulis obtestantibus trierarchis, æquissima conditione di-
 micare noluisse: sed ille secretiora mādata à Solymano imperatore sibi
 data dicebat, ut omnino seruaret classem, atq; omnē pugna aleam sedu-
 lō deuitaret. Interea dum ad onerarias naues pugnaretur, Mendocius in
 deserta hostium castra erupit: nam cōspecta nostrorum classe, atq; inde
 magno timore cōcepto, terrestris exercitus, nequaquam plane collectus
 uasis, effugit: in his castris nō exigua copia commeatus, & castrensis su-
 pellectilis est reperta. Itaque Andreas re feliciter gesta, frumētum, uinū,
 & reliqui commeatus magnam copiam tormentariūque pulueris cadōs
 plures exponit, Macicā, cohortibūq; eius urbem custodiēdam tradit,
 Græcos cōsolatur, hortaturq; ut ea obsidionis & belli incōmoda patiē-
 ter ferant: Cæsarem enim in ea præcipue cogitatione uersari, ut in eunte
 uere, terra, marique in Pelopōneso cum Turcis bellum gerat, eūmq;
 nihil ducere honestius, aut ad gloriam splēdidius, quā benemeritā de
 se Christianōq; nomine Græcorum gētem, ex diuturna seruitute in læ-
 tissimā restituere libertatē. Fuere qui existimarēt Turcas uniuersa classe
 exui ea die facile potuisse, si Auria Bazanianas triremes expectare, q̄ in-
 firmis uiribus à Messana festinare maluisset: sed alij eas grauiore reſtio-
 réque consilio in freto Siciliae opportune substituisse dicebant, ne Italiae
 litora penitus omni nauali præsidio nudarētur. Neq; enim uniuersas tri-
 remes in unius pugnae periculū deuocari Cæsar uolebat, utpote qui ne-
 quaquam præclare exploratā haberet Gallorū uolūtatem, qui augendā
 atq; adornandā classi ad Massiliā toto eo anno magnopere studuissent.
 At Auria uetere exercitu in naues imposito, à Corone discedens ad insu-
 lam Ticanussam, quam Veneticam hodie uocant, supra Acritem consti-
 tit, ratus Methonensi portu egressuros hostes, ut prælio contēderēt. Sed
 quum nullis artibus elici, neque tuto oppugnari possent, uti erant mole-
 ipsa, turribūq; protecti, Corcyra uenit, atque inde Messanam est reuer-
 sus. Nec multis inde diebus Morus cum Venetis onerariis nauibus, quæ
 mercaturæ causa Syriam petebant, infidiaretur, cum Hieronymo Cana-
 li apud Cretam, nocturno prælio cōfligit, ex tredecim Mori triremibus,
 quatuor

A quatuor perfractæ demersæque sunt, tres captæ, reliquæ magna ex parte
 remigibus nudatæ Alexandriam ex fuga petiuerūt: in his trecēti fere Ia-
 nizeri, qui Memphim deportabantur, itēmq; ad mille Turcæ ex nauali
 turba interfecti: neq; enim Veneti prædonibus parcunt, quod cathena-
 ris seruis ad remum minime utātur, unus fere omnium Morus, quum no-
 men profiteretur, iam graui uulnere trāsuersa fronte suscepto, seruatus
 est, & cura ingens adhibita accitis medicis ut sanaretur: ambo enim mu-
 tui erroris ueniam deprecantes, egregia simulatione testabantur, se simi-
 litudine triemiū, & falsa de hoste coniectura deceptos: nam Mortis pro
 B Aurianis Venetas se adortū fuisse prædicabat: Canales uero se pro Mo-
 ro Barbarussam credidisse, qui tres Venetas triemes superioribus annis
 interceptisset. Nec Solymanus eam iniuriā iniquo animo tulit, Venetōq;
 legato ad Byzantiū, demissa & in erroris excusationem composita ora-
 tione satisfacere contēdenti, Canalem recte militaritēque fecisse respō-
 dit, qui uim illatā fortissime repulisset. Ex Cæsarianis uero tres triemes
 Adurnio duce, quæ omnium postremæ in ora Brutorum uecturæ & mer-
 cimonij causa aliquandiu hæserant, ad Palinurū à Sina prædone, cui Iu-
 dæo cognomen fuit, circumuētę captæq; sunt. Sub id tempus Clemens
 C Pontifex Catharinam iuniore Laurētio Medice genitam Hérico Fran-
 cisci regis filio despondit, appetentēque colloquium rege, Massiliam, ut
 ibi nuptias insigni conuētū habito celebrarent, nauigare constituit: ma-
 xime decorū enim sibi futurum rebatur, si qui Cæsaris filiam domi suæ
 tanquam nurum erat habiturus, regiē quoq; & longe nobilissimæ stirpi
 suum sanguinem inferuisset. Ea affinitas uti ambitiosius expetita, atq; id
 maxime colloquium importuno tempore quæsitum, uehemēter Cæsa-
 ris animum commouit, adeo ut minores quoque principes, & Italiae to-
 tius populi magnopere terrerentur, quasi Pontifex qui dudū tanta pru-
 dentia cum laude, afflictæ euastatæque Italiae pacem atque ocium pe-
 perisset, deprauato demum animo & commutata uoluntate renouandū
 belli causam esset præbiturus. Constabat enim Cæsare urbe Mutina Al-
 fonso Atestino adiudicata adeo Clementis animum perturbasse, ut ple-
 rique eam iniuriæ molestiam, quam nec ille simulanter deuorasset, alie-
 nato plane stomacho percoqui minime posse existimarent. Sed Clemēs,
 qui cōsilia sua assiduis cogitationibus euigilata terminarat, magno sibi
 artificio & temperamēto Cæsaris pariter & Francisci regis amicitia tuē-
 dam esse arbitrabatur: periculosum enim esse prædicabat unam tantum
 E amicitiam colere, quæ cum alias excluderet, durissime seruituti proxima
 uideretur: Pontificiæ siquidem dignitatis & æquitatis esse, communiē se
 omnibus parētem atque beneuolum profiteri, neq; adeo Gallorum re-
 gem tanti nominis, & qui Christianæ religionis sapius defensæ propa-
 gatæque titulos præferret, contemnendum existimare, ut colloquium
 cupienti piēque petēti, quum id ipse bis Cæsari dederit, omnino denege-
 tur. An ne aliter excindi abolerique posse Lutheranae hæresis malum, q̄
 si Franciscus consilio faueat, autoritate & uiribus adsit, & in eam præ-

fertim causam, sensus, & consilia Gallicæ plena pietatis, cum Cæsare cō-
iungat: se profecto ea mente in Galliam proficisci, ut pacem atq; ocium
confirmaret: quid enim alienius à natura sua, & quid denique stultius,
quàm pacem euertere, qua ipse ante alios tãtopere gauderet, & ut ea diu
frueretur, cum acerbissima rerum omnium conturbatione, summa uitæ &
dignitatis pericula subiisset? Proinde timere & maligne suspicari define-
rent, qui sua in rempublicã merita minime nossent, aut quid superioribus
tēporibus essent perpetrati obtuso uel ingrato ingenio minime memi-
nissent. Igitur inclinante ætate Ioannes Stuardus Albanix regulus
cum uiginti triremibus è Massilia ad portũ Veneris uenit: eius uxor Ca-
tharinæ sponsæ matertera erat, ipsæque iungendæ affinitatis author, &
sponsalium præcipuus interpres extiterat. Itaq; Albanus sponsa ad Ni-
ceam prouinciæ mari deuecta, ut ea inde terrestri itinere Massiliam per-
ueniret, conuersis inde uelis, Liburnum est profectus. Iam Clemens per
Etruriam Pisas uenerat, expectatãque idonea tempestate, quum ad ma-
re descenderet triremes Gallicas conscendit: affuere ex composito à Mes-
sana redeuntes cum sua quisque classe, ipse Auria, Aluarésque Bazanius,
& Saluiatus, qui ante portum decurrentibus cum insigni ornatu uexil-
lorum triremibus, displosisq; omnibus tormentis, Pontificem consa-
lutarunt: eo die qui ipsi omnium lætissimus fuit, Clemens ad Herculis Mo-
neci portum, qui Villafrancha dicitur, perflãtib; Euris, atque inde bi-
duo post Massiliam peruenit. Exceptus est ab Anneo Memoratio regis
familiæ magistro, incredibili apparatu sumptuq;: post die rex ipse cū
Heleonora regina, tribusq; liberis affuit, totius Gallix nobilitatem tra-
hens. Nec multo post in soleni Cardinalium episcoporumque confessu
medius inter liberos in genua procumbens, hilari osculo exceptus alle-
uatúsque est. Orauit tum Latine & luculenter Ioanes Bellaius episcopus
Parisiensis, quum cum cōgressum summæ fœlicitatis maturum iam pu-
blicæ pacis fructum fessis Christianorũ rebus allaturũ ominaretur. Gra-
uissimis inde consultationibus extracti aliquot dies, tanto consiliorum
silentio, ut ne arbitrum quidem, qui lumen proferret, nocturnis collo-
quiis admitterent: ipsorum enim cubicula paries tantũ cum secretis fo-
ribus dirimebat. Fama erat utrunq; mutuis cum lachrymis recentes ca-
lamitates defleuisse, repetissq; origines antiquorũ cōsiliorũ, ueluti uno
ordine cōnexis erroribus, quibus demũ in tantas carceris miserias deci-
dissent. Nec deerant curiosi abditarũ rerũ interpretes, qui subtiliter ex-
cepta auribus, aut ingenij libidine cōficta enumerãdo, Clemeti grauem
inuidiã apud Cæsare conflaret, quasi ille iam regi certissimo fœdere iun-
geretur, ut quũ per occasionẽ cōmouere uiriũ lacertos possent, in Italia
bellũ renouaret, quo simul & hic Mediolanũ repeteret, & ille Rhegio &
Mutina potiretur. Augebant suspiciõne maturatę nuptiæ, quæ impares
regio sanguini uideretur. Siquidẽ nobilissimus adolescens Héricus quã-
quam ætate tenerior, Catharinã celebratis insigni cõrimonia nuptiis, ex
uirgine mulierẽ prima nocte reddiderat: cui quãquam materna oppida
in

A in Aruernis, atq; item centũ milia aureorũ nummũm cum unionibus
multisque gemmis & pretiosa thori supellectile, coniugalis mundi no-
mine affluenter accessissent, nihil tamẽ exæquari uidebatur, nonnullis
dotem simul & nouæ nuptæ natales obliquo sermone eleuantibus, qui
Pontificem maxime suspectum Cæsarianis reddere contendebant. Vn-
de & illud falsè dictum Philippi Strozæ legati apud regem in uulgus e-
manarat. Regiis enim quæstoribus, quum illis representata dotis pecu-
nia solueretur, admodum exiguã eam dotem esse pro regis domus for-
tuna dictitantibus responderat, se plurimum mirari, quod ea dignitate
B homines, nequaquam arcani regij participes uiderentur, postquam ne-
scirent Pontificem insigni chirographo tres inestimabilis pretij gem-
mas, quarum insana cupiditate maximi reges deflagrarent, in supple-
menta dotalia promississe: illis uero læto uultu quãnam essent requiren-
tibus, quod è sacratia detractas iri putarent, arridens subiunxerat, a-
pud peritos rerum, eas fore Genuam, Mediolanum, atque Neapolim.
Quæ res, sicuti risum mouere potuit, ita & mox apud Cæsarianos suba-
maræ suspiciõnis aculeos reliquisse uidebatur. Nobis certe constabat
Clementem alienato maxime ingenio, eam Cæsaris sententiam pertu-
C lisse, qua ille Alfonso Atestino Rhegium & Mutinam adiudicarat, adeo
ut iniuriam libero ore conquestus, contra morem, barbam alternante
manu demulceret, & aliàs irati animi decretũ in colloquiis, nimia diffi-
mulatione fateretur. Cæterum Massiliæ conuiuuiis, saltationibusque tri-
gintaquatuor dies insumpti, tanta principum, minorũque ordinum
contentione & cura, implendis totius munificentix ac humanitatis offi-
ciis, ut is conuentus eãque nuptiæ, neque iucundiore comitate, neque
effusiore sumptu, neque liberiore lætitia celebrari potuerint. Aderant
tres regis filij in quos ora hominum uertebatur. In Francisco Delphino
D eminebat ingenium graue, multa reconditarum rerum cognitione de-
fixum. Henricus autem iucunditate animi, corporis & cultus militari ha-
bitu, sermonis alacritate, Gallorum naturæ similior, studia fauentis po-
puli promerebatur. In Carolo autem puero id erat decus oris, ea eruditi
& admirabilis ingenij suauitas, ut nemo eo rege, prole felicior haberetur.
Honestauit nuptias Heleonora regina, serenitate, modestia, mundi-
tiis, tanto rege dignissima. Nec indigna erat noua nupta regio fastigio,
quum haud dubie Leonis decimi, maioris patris, indolẽ à magnitudine
excelsi liberalisq; animi, honestissimisque moribus referret. Ipse autẽ
E Franciscus sua peculiari liberalitatis laude supra cæteros principes ma-
xime insignis, seipso splendidior apparuit: singulis enim Cardinalibus
opulẽtæ ex Gallix sacerdotiis pēsiones dono datæ, honestatq; sunt am-
plissimis muneribus, qui uel studio partium, uel Pontificis gratia polle-
bant, & ij ante omnes præcipua benignitate, qui optimarum literarũ, &
præstantis ingenij fama noscebantur. Hos rex ipse omnis elegatiæ arbi-
ter, & nobilissimarũ artium peracutus æstimator, in summã familiarita-
tem erudito sermone pertrahebat. Neque passus est se donis à Pontifice

superari, nam quum Pontifex monocerotis bicubitale cornu, aureæ ca-
latae basi inclusum, ad depellenda epulis uenena, dono dedisset, id latif-
simo aulao rependit, in quo Belgarum arte, suprema Christi cœna cum
discipulis, serico atque auro intexta uisebatur. Dedit & cupiditati Hip-
polyti Medicis Cardinalis, quum ingenuo pudore maiora dona repu-
diasset, mansuefactum leonem eximiae proceritatis, quem è Mauritania
Hariadenus Barbarussa cum legatis transmiserat. Discessurus autè Pon-
tifex, quatuor uiros Gallos legit in senatum, commendatione atque iu-
dicio regis delectos. Ii fuere Odettus Castellio, cui Anneus Memorani-
us aulae magister erat auunculus, & Philippus Bolonius Albani frater,
& Claudius Gibrius Philippi Sciabotti amirantis auunculus, & Ioannes
Venurius, ab innocetia comitatèque ingenij regi charus, & cæteris ata-
te superior. His rebus confectis, concluso iam prope hybernis tempesta-
tibus mari, circiter idus Nouembres, è Massilia soluit, tenuitq; portum
ad uada Sabatia, inde conscèsis Aurianis trirēibus, quum Gallicas re-
misisset, Centumcellas peruenit, terrestrique demum itinere in Vrbe
est reuectus: ita ut adueniēs alterutra sui fama frueretur: aliqui enim, ut
in libera urbe impune accidit, eum sapientissimum appellabant, quod
neptem suam maximi regis nurum, & in domo sua Augusti Cæsaris fi-
liam rara fœlicitate conspiceret: & contra alij criminose admodum id
factum uituperarent, quasi deposita sacrosancti Pontificis persona, pri-
uatis familiae commodis, quàm publicæ quieti consulere maluisset.

FINIS LIBRI XXXI.

PAVLI IOVII NOVOCOMEN-
SIS EPISCOPI NVGERINI HISTORIARVM

SVI TEMPORIS LIBER XXXII.

Vix dum exacta hyeme Cæsar frequentibus amicorum
sociorumque literis admonebatur, ut etiã atq; etiam
prospiceret caueretque maxime à Francisco rege, qui
conquiescere & pacem pati minime posse uideretur.
Agitare enim illum animo nequaquam pacato ingēs
bellum, confisumque recenti Clementis amicitia, id
unum opperiri, ut alicunde bellū erumperet. Propterea perpetuis Gal-
lorum

Alorum legationibus sollicitari aliquos Germaniæ regulos, qui Austriae
domui ueteres hostes fuissent, & Vlderico Virtébergensi propinquitate
ac amicitia coniuncto auxilia præbituri dicerentur. Inter quos emine-
bat Philippus Lantgravius Cæthorum princeps, ingenio ferox, armis
& clientelis potens, & super hæc Cæsari uehementer infensus. Huc enim
in disceptatione hæreditatis cum Henrico Nansao litigatē, ab se Cæ-
sar penitus alienarat, quum ipsius iudicio secū dum litis euentum tulif-
set Henricus: unde ille è Ratispona, nõ dum peracto concilio, perturba-
tus iratusque discesserat, adeo ut ab eo iudicio ad Martem appellaret, &
B se suo iure iniquissime fraudatum superbo orè quereretur. Itaque non
obscure parabat bellum, auro Gallico, ut plerique existimabant, oppor-
tune subnixus, profitebaturque se Vldericum in paternā ditionem, uel
repugnāte Cæsare, armis esse reducturum. Errabat exul iam multos an-
nos Vldericus, domo pulsus à Sueuis, quum illi Reitlingēsium inuitrias
uindicassent. Maximiliano siquidem uita functo Vldericus infano con-
silio Reitlingum admotis castris oppugnarat & ceperat. Id non tulere
Sueuorum fœderatæ ciuitates, quarum in fide erant Reitlingenses. Ita-
que decreto publico Vldericum bello persecutæ, eo impetu intulere ar-
Cma, ut recepta urbe uniuerſa etiam Virtembergensis ditionis oppida in
potestatem redegerint. Id Vlderici patrimoniū Carolus Cæsar, uti opti-
mo belli iure captum, coemit à Sueuis, qui bellicos sumptus ea pecunia
refarcire maxime cupiebant, Ferdinandoque fratri & domui Austriae
adiicit. Vlderico demum opem imploranti à Gallis & Heluetiis, & op-
pida sepius repetenti, cuncta irrita aduersaque obuenerant, iacuitque in
obsuro prouincialibus inuisus, quod esset ingenio turbido, crudeli, fu-
rioso, adeo ut uxorem clarissimis natalibus ortam, quæ Vilermi & Ario-
uisti Baioariæ principum germana erat, uecordi impetu diuerberaret,
D agitarētque calcaribus, quum prostratæ iumentis more temulētus & in-
sanus insideret. Cæterum ex ea susceperat Christophorum, militari in-
dole iuuenē, in hunc repudiato patre Baioarij auunculi, atque item Phi-
lippus Lantgravius beneuolentiam & studia sua contulerant, & in eum
apud Virtembergenses mirus amor populari quadam charitate resede-
rat, quum illum ab arrogantia uesani patris immeritas exilij luentē pœ-
nas cum dolore conspicerent, adeo ut eum, desiderio ueterū principum
suorum, paratis ad defectionem animis requirere uiderētur. Postularat
Christophorus aliquādiu Augusta in aula uersatus, ut certis paterni im-
Eperij oppidis, quæ maternæ dotis erant, æquitate ac indulgentia Cæsaris
donaretur: sed in eam liberalitatem Cæsar adduci non potuit, utpo-
te qui iuuenem ingenio patri dissimilem, nec obscuro prouincialiū stu-
dio in spem repetendi imperij erectum, prouinciæ paulo ante suæ castel-
lis minime insinuandum iudicabat. Ab hac repulsa Christophorus ad
Franciscum Gallia regem confugerat, qui ea tempestate insigni largi-
tione alacritatēque Germanorum procerum amicitiam expetere, item-
que miserorū & exulum causam tueri erat solitus. Nec multo post ipse

& Vldericus patet regi bellicæ arcis montem, quod hodie Pellicardum F uocant, præfenti pecunia uendiderunt. Id est in finibus Heluetiorum, ad Rauracam Basileam, inter Rhenum & Vosogum montem qua iter est in Tullingos, maximamque inde Gallis præbet opportunitatem ad conducendas ex Germania copias. Qua coemptione Franciscus iam pridem Ferdinãdo, Caroloque Cæsari non obscuram suspicionem nouandarum rerum iniecerat. Sed tum quietis rebus in fama erat Lãtgravius, quem uulgo ferebant, ubi Christophorum in paterni imperij ditionem reduxisset, continuo in Italiam turbandis Cisalpinæ Galliæ rebus, cum ingentibus Lutheranorum copiis peruasurum. Is enim à maiorum sacris religionéque, contumaci atque insana quadam ambitione discesserat, ut nouæ eius superstitionis professione & patrocinio, supra opes suas clarior atq; ualidior haberetur. His de causis Cæsar graui consilio dabat operam ut pacē in Italia tueretur. Iam enim totum id tempus effluerat, quod in fœdere præscriptum Bononiæ fuisse meminimus. Itaque Christiernæ & Francisci Sfortiæ nuptias omnino maturãdas existimauit, ut sollicitum & dubia spe nutantem principem in fide confirmaret, liberaretque omni cura Venetos, & Insubres, ipsūque Pontificem, qui Franciscum procreãdis liberis operam dare, propagareque Sfortianum nomen, insigni sobole cupiebant, ne Cæsar cœlibis, & sæpe languentis principis hæres, Mediolanēsi imperio potiretur, de cuius possessione ad exitium totius Italiæ funesto euctu paucis antè annis esset dimicatum. Magna igitur omnium lætitia & gratulatione, adducta è Belgio puella, nuptiæ Mediolani celebratæ sunt regio sumptu, & ob id populis admodum graues, sed toleratæ tamen alacribus animis, quoniam nudata Cæsaris uoluntate, amplissimam spem diurnæ pacis attulisse uidebantur. Feltrium demum Vrbinatum principem, qui Veneti exercitus erat imperator, restituta ei Sora urbe incredibili beneficio sibi deuinxit. Abstulerat ei Soram, ut suo loco diximus, multis ante annis Ferdinandus Hispaniæ Rex: eam uero Carolus Cæsar Ceurio nutritio suo, qui tum incōparabili authoritate pollebat, dono dederat, cesseratque demū eius hæredibus, adeo ut Cæsar qui liberalitatem suam erga nutricij posteros perpetuam uolebat, pecunia ingenti Soram coemere cogere, quo munificentiæ genere eximium eius studium eò præclarior apparuit, quod in promerenda hominis uoluntate eam urbē dono daret, quam antea pene promissam in præmium partæ de Gallo rege uictoriæ, petenti Piscario concedere noluisse. Feltrium enim Mediceo nomini, Clementique præsertim ualde infensum, & maxime idoneum disturbandis illius consiliis existimabat, quum ab Umbriæ Picensique finibus molientē res nouas pontificè expeditis armis urgere facile posse uideretur. Quin & Columnæ familiæ proceres, tanquam peculiarēs Pontificum hostes, Cæsarianarūque partium defensores, nouis muneribus profectus est, qui è propinquo urbi Romæ imminerent, explorarent consilia motūsq; suspecti Põtificis, atque eum in obsequio fœderis, occulto quodam metu

continent.

A continent. Quamquam Pontifex prolixè testaretur se nunquam eius fœderis & amicitia iura uiolaturum. Quid enim sibi uel ad familiæ fœlicitatem optatius, quàm Cæsaris filiam in domo sua nurum conspiceret? Quid denique ad personæ dignitatem atque amplitudinem maius atque præstantius quàm parta pace uti, perfruique illa digna pio Pontifice Christiana tranquillitate? unde & afflictis urbanis rebus diuturnam securitatē parare, & indicto concilio perturbatæ religionis cærimonias ad ueteris cultus censuram reuocare confideret? Sed eum tunc Pontifex suæ antiquæ simulationis fructū ferebat, ut quum uera diceret, ancipiti B eius ingenio nulla fides haberetur. Honestauit item Cæsar Melphitano principatu Andream Auriam, ac eius propinquos, & trierarchos uberioribus stipendiis sibi obstrinxit: in eius enim uiri consilio uirtutēque, totius Liguriæ opes & classes, copiæque nauales sitæ erant. Ita Cæsar uindictæ rectissime prouisum iudicabat, quum nulla omnino defectio ab his foret timenda, quos magnis præoccupatos beneficiis, in fide ueterēque obsequio confirmasset. Veneti siquidem, uti antea pepigissent, se Franciscum Sfortiam defensores pollicebantur, & Alfonso Atestinus recepta Mutina se totum ad Cæsarem contulerat. Nec deerat studium Mantuano, qui Montisferrati principatum sibi adiudicari æquitate Cæsaris expectabat, quum Bonifacius uxoris frater, eurrētē equo lapsus, sine prole deceffisset. Interea ad Coronem Hispani Græciq;e, quamquam aliquot nauigia plena cōmeatu, hybernis tempestatibus eò ab Sicilia fœlici cursu peruenissent, multarū rerū inopia laborare cœperunt: ante alia summa erat penuria uini & pecoris, panis furfuraceo similis erat: nam ad terendum triticum molis quotidiano labore manu ductis utebantur. Cisternæ quoque ab assiduo tormentorum strepitu, commotis scilicet ab imo parietibus, adeo crebras & insanabiles rimas cōtraxerāt, ut uel hyemales aquæ à copiosis imbribus, minime in æstatē suffecturæ crederentur. Nullos enim egressus tutos Turcarū stationes incursionēsq;e relinquebant, nam expediti equites ex insidiis undique prodibant, magnum numerum milionum, armigerorūque puerorum, & lixarū, quum ij paulo longius ad colligendas oliuas progredierentur, insidiosis incurfibus interceperant, nonnullos milites ante portam repentina inuasiōne oppresserant: ita enim euagabantur, ut nullo in loco diu permanerent, & omnibus ex partibus improuisi adessent, ut potē qui rectissimo & minime barbāro consilio, remotam à mœnibus & maxime longam obfidionem instituebant, ut nostrorum uim atque impetum frustrarentur, nunquam sese ad iustum prælium offerrent, & nusquam ex propinquo ad pugnæ casum expositi, consistere uellent, editis in collium iugis speculæ erant, in queis die noctūque uigiles excubabant, ut cuncta quæ uiderent, in castris nunciaretur. Ea erant ad Andrussam oppidum Messenij agri, quod à mari ipsaque Messene urbe quondam nobili, quæ hodie Petalidia dicitur, introrsus septem milibus passuum distat, & à Corone trigintaquinque ad Tiffoum amnem, qui Panisus olim fuit. Existima-

bant enim Turcæ ex tanto interuallo nostros nullam unquam expeditionem esse desumpturos, quæ uix quatuor dierum itinere ab armatis hominibus militari passu confici posse uideretur. Cæterum milites Hispani brumalibus ferme diebus, cum tedio tam lentæ & diuturnæ obsidionis, tum multarum, ut diximus, rerum inopia adducti, à Macicæo ducere petere cœperunt, ut contra hostes ad insigne aliquod edendum facinus educerentur, quando iam plane cuncta deficerent, & longinqua spes esset expectandæ classis, quæ uasto & sæuo mari nequaquam ante calendas Apriles, nisi infano ausu, committi posse uideretur: inutili enim eque ac ignobili ocio tempus teri, absumique interea sensim cuncta famis subfidia, & contabescere concepta ualeitudine militum uires, & timeri debere pestilentiam, quæ conclusis, & inusitato cibiorum genere uescentibus, cum sese aperiret annus, minime defutura crederetur. Postremo præstare in acie mori, & non inultos quidem, quam desperatione ac inedia cōfectos tanquam scæminas in suprema necessitate immanibus hostibus dedi: quod si quid audacius tentent, & uirtutis innatæ totiesque spectatæ periculum faciant, facile posse incautos, & nihil tale suspectantes Turcas opprimi atque deleri: nunquam enim Fortunam cōclusis, & misero ac infami ocio desidibus ad futuram, uterentur iniquæ sortis beneficium, & rationem & disciplinam non ad cautæ prudentiæ nomen, sed ad unam tantum inuicti animi magnitudinem reuocarent, futurum profecto ut ipsa præsentium rerum necessitas expeditam uiam nobilioribus factis aperiret. At Macicæus, qui muneris impositi ac officij denique sui probe meminerat, compescere has uoces, & docere quantum flagitij admittetur, si præsidio temere excedendum putarent, ipsos nequaquam eo consilio uenisse, ut in mediterraneis Peloponnesi hostes querēdos arbitrarentur, quos à mœnibus primo aduētū, desertis castris effugere cogissent, parsimonia & tolerātia, uti sepe antea fecissent, eas difficultates posse superari: neque se dubitare, quin ad prima ueris signa classem Cæsaris, & noua auxilia sint uisuri. Proinde eius infani cōsiliij penitus obliuiscerentur: quid enim leuius & denique stultius esse, quā paucos sine equitibus in aliena & incognita regione, cum iusto prope exercitu, ualido imprimis equitatu, & multis prætorianis cohortibus longe firmissimo, dimicare: & quod aures uix ferre possint, relinquere desertam urbem per aliquot dies in potestate Græcorum, quos uel fidelissimos, neque pro natura gentis leuissimos, ipsa famis, & futuri supplicij metus inducere possint, ut facile fidē fallant, & protinus ad ueteres dominos rebellent. Proinde sibi in animo situm esse pro disciplina tueri urbem, eamque Cæsari seruire, & omnia aspera prius perpeti, quā desertæ urbis, & proditi exercitus infamiam subire. Quid enim acerbius fore, quā in ipsa scælici temeritate, si etiam Fortuna uotis annuat, nullā omnino laudē ferre, & contra etiam militari iudicio pœnam promereri? porro quid calamitosius, quā in aduerso euentu cum ignominia leuitatis atque stultitię in uestigio pœnitere simul & perire: mollitiem eam esse animorum non magnitudinem,

A tudinem, uti falso nomine appellarent: non enim eos esse uiros fortes, qui dolore fatiscerent, & famis metu frangerentur, adeo ut salutē proicere, indecoroque uite exitu miseris finem afferre, quā statutum cælo fatum expectare malint. Erat Macicæus, uti ab obscuro Cantabriæ oppido nō natalibus, sed insigni uirtute clarus, fortibus factis, & multa corporis ac ingenij patientia, ab infimo peditum ordine, uti antea Nauarro, Ioannique Dorbino contigisse constat, ad præfecturam castrorum prouectus, ob id maiore lenitate comitatęque imperij uim exercebat, adeo ut non elato, sed temperato ingenio in consiliis uteretur, & ad declinādam inuidiam nunquam usurpata ducis appellatione sese cæteris ceturionibus cœquaret, inter quos eminebat spectatæ nobilitatis Didacus Touarres, eius sententię facile princeps, & usque adeo uehemēs, ut quū alios pene omnes secum traheret, uix illi à Macicæo resisteretur. Cæterum re in præsens dilata, & continuo demum triduo magnis disputationibus in utramque partem habitis uehementer agitata, Touarres, & Hermosilla Macicæum expugnant: ille uictus precibus atque iudicio militum dat manus, eundemque esse decernit, testatur tamen se inuitum trahi, & nimia eorum cupiditate ac intēpestiua desperatione, totius belli summā, & salutem omnium in id discrimen adduci, in quo nulla prope spes secundi euentus, aut omnino tuti receptus emineret: ad id quoque fortiter audēdum magnopere cogebatur à Græcis de sua salute libertatęque sollicitis, inter quos rei bellicę peritia, & Turcarum stipendiis clari plurimum eminebant Lazarus ceteriore Macedonia oriundus, & Buseus dignitate equestri, & ipse ante alios Barbatius Græcorum longe fortissimus: is Turcicę peritus linguę, singularē totius regionis ac itinerum omnium notitiā tenebat, hortabaturque ut se duce, & antesignano ad eam expeditionem uteretur: se enim daturum operam, ut occulto itinere ad hostes cōsopitos, aut nihil tale uerentes, maturē atque opportune peruenirent. Macicæus, qui alienam temeritatē sua prudentiā & diligētia maxime sarcire cupiebat, ante omnia integro triduo cauit nequis omnino Græcorum urbe egrederetur, ac demum Lifcanio atque Mendesio ceturionibus urbe cōmendata, qui cum agris ac ætate grauibus in custodia relinquebantur, hisque iniunctū est, ut portas continuo obseruaret, ne profectiois fama ad hostes deferretur, de secunda uigilia educto agmine ad Andruffam Barbatio duce contendit, sinuosis & inusitatis itineribus, ut culta ac frequentia loca, & Turcarum custodias deuitaret, ea nocte dimidia fere itineris parte confecta, nam à brumali solstitio longissimæ noctes erant, & exorto sole in caua & nemorosa ualle copias condidit, atque eo inclinante in uesperā, curatis quiete ciboque corporibus, eo gradu ad Andruffam perrexit, ut paulo ante aurorā hostibus appropinquaret. Erat in oppido Caranus ē præfectis prætorianarum cohortium uirtute insignis, & cum eo circiter tria milia peditum, in quibus fere sclopettarij ē Ianizerorum ordine mille & quingenti, cæteri ē genere Asaporum partim sagittarij, partim hastati erant: extra oppidū uero Aco-

mates, cui à præstanti forma Iusello cognomen fuit, in suburbanis tectis ad mille delectos equites continebat. Summa omnium, & Macicai, Barbati que in primis sententia erat, nullo cum strepitu, & suspensis quidè passibus stabula & castra equitum pertransire, adoriri que extemplo oppidum: murus enim uti non uno in loco confectus ex cratibus argilla, que ad lateritij parietis crassitudinem, & partim uetustate, partim incolarum negligentia proruptus, non omnino difficilem scanfuris, & subleuatis aliorum humeris militibus aditum præbebat, ita diuisis inter se muneribus & copiis Macicaus ad oppidum progreditur, Hermosilla contra hostium equites quietus consistit, sed tanto silentio negotium parari non potuit, quin nonnulli agafones, & stabularij Turcæ casu excitati nostros sentirent, & in dubia luce collucetibus sclopettorum funiculis perspicerent, ij primi omnium uigiles quorum nulla prope erat diligentia, & demum equites sopitos somno clamoribus editis excitant. Nec cunctatur Hermosilla, experrectos, & adhuc imparatos, prius quam coeant, atque equos ascendat, magno impetu inuadit, Turcæ eo casu perturbati, ædificiorum ianuis sese tutantur: nostri stabula perripunt, multos trucidant, ignemque stramentis iniiciunt, ut equi, uiri, arma, atque ædificia eodem igne concremarentur. Tum uero cuncta tumultu, clamoreque misceri, sed palide terribilis erat equorum hinnitium fremitus, qui dum uincla abruptunt, & ambugi terrefactique ardētibus caudis & crinibus undique deferrentur, iuuuati tumultus strepitum reddebant. Eo modo res ad improuissimum casum importune deducta, excitatisque in oppido Turcis, nostrorum spem fregit, atque animos imminuit. datum enim est spatium Carano ad capiēda arma, & iam Turcæ ad muri perrupti aditus portamque, adcurrerant, animaduersaque paucitate nostrorum, defatis ordinibus, ubi periculum posceret, intrepide præliabatur. Hermosilla delēdis equitibus intento, & serius quam oporteret auxiliū ferre conante, Macicaus dum portulam, quæ erat in latere, ualuas reuellit, sclopetti glande per frontem traictus, cadit. Interficitur & Didacus Touarres, eandemque fortunam milites muro portæque proximi subeunt, auctique animis Turcæ, in deprehensos clara iam in luce, & disiunctos facta eruptione deferuntur. Nostri ab accliuu accessu in æquum locum retrogressi, recepto & coniuncto sibi secundo agmine, & conuersa in hostes fronte, se recipere cœperunt. Hermosilla per sclopettarios late insequentes summo uebat, terga agminis tuebatur, atque expeditos ad latera disponebat adeo perite & constantem, ut undique Turcæ audacius prouētes, certis prope ictibus sternerentur. Iam equites qui ab incēdiis euaserant, & qui in remotis mapalibus tendebant eō frequētes adcurrerant. Acomates cristis conspicuus in acie circumfusis alis uersabatur, sed nostri ea animorum constantia gradum referebant, ut otobatis duce, ac itinere plane fatigatis, quum fortuna deesset, egregia uirtus ad sustinendum redintegrandumque prælium superesse uideretur. Turcæ magno ad stabula detrimento accepto, & pluribus ex Acomatis militibus desideratis, quod oppressi delectique penitus non fuissent, pro uictoria ducebant,

A cebant, atque ita lentius urgere abeūtes, & in frequēti peditum agmine persequi cœperant, sed Acomates, rapiente fato, quum occasione deesse nollet, traditos à Carano sclopettarios circiter ducentos ab totidem equitibus in clunes equorum confessores recipi iubet, & nostros persequitur, alios equites sagittarios ac hastatos aduocat, & à postremo nostrorum agmine non discedit, sed dum multa passuum milia prouectus, audacius in nostros equum adigit, sclopetti glande per lunatam peltam traicitur, eo cadente, nostri purpuream mitram multo auro intertextam cum cristis, atque item clypeum rapiunt, Turcæ corpore potiuntur. Eo modo duce amisso, multique illatis & acceptis uulneribus persequendi finem fecere, indeque nostri quietiore agmine Coronem sunt reuersi: nec diu ad Andruffam Turcæ moram traxere, nam auribus ac naribus nostrorum decis, atque his ad ostentationem æquatam cladis Byzantium transmissis, ad Londarium, quod Megalopolis olim fuit, reliquum hyemis egerunt. Turcis uero discedentibus, à Corone iterum Andruffa à nostris est repetita, ut tot fortium uirorum cadauera relicta feris atque uolucris humarentur, & in his sepeliēdis uicini Greci ab oppido Callamata, quod olim Phare dicebatur, singulare Christianæ pietatis officium præstiterunt, & à nostris Macicai caput, quod hostes in prælonga hasta præfixerant, plane agnitum, cum honore Coronem est relatum: nec multo post suborta pestilentia, multiplicatis funeribus, uastare Coronem cœpit, eo grauior, quod supra cæteras difficultates accesserat. Quibus de causis Hispani, uti in summa rerum desperatione accidit, nacti nauigia, quæ frumentum à Sicilia detulerant, susceptis Grecis cum eorum suppellectile, ablatisque tormētis oppidum uacuum reliquerunt. Fuere qui dicerent Hispanos non metu aut iudicio suo, sed iussu Cæsaris Coronem reliquisse: neque enim crediderim tantum momenti in unius urbis possessione fuisse reponendum, ut in nullum

D prope exitum Cæsar grauissimis sumptibus id bellum alere uoluerit, quum constet eum Venetis, & Pontifici, ac ipsis denique Rhodiis, qui in Melita erant, eam urbem tuendam possidendamque obtulisse, postquam in eos sumptus pecuniam conferre grauarentur. Cupiebat Clemens prudenti sane consilio, in multos annos Turcarum metu liberari, egeratque Byzantium cum Ludouico Gritto, per Gerardum Florētinis mercatoribus iuri dicundo præpositum, ut reddita Corone in decem annos induciæ essent Solymano cum omnibus Christianis, quod maxime ut fieret Habraimus appetebat: nam excitato iam pene Persico bello, in orientem

E animi omnium atque arma uertebatur. Pacis siquidem & belli iura, uti alio loco diximus, in eius uiri iudicio atque autoritate posita erant: neque enim Christiano nomini erat inensus, ut credi par est, & paternam religionis memoria, secus ac cæteri Turcæ & Scythicæ præsertim stirpis, qui inexorabili odio nostros homines persequuntur. Induciæ quoque & ipsi Gritto magnopere placebant, quum in Pannoniam ad eas res componendas esset profecturus: sed dum Cæsar, uti plane interclusus, hinc dedecoris metu, & illinc præclara comoditate, animi consilium tardius explicaret,

tranfigendi negotij tempus effluxit, ita ut Cæsar quum Ferdinādo fratri
 assiduis attrito bellis, quietem atque otium parare, & grauiſſimis subin-
 de eius belli ſumptibus parcere reſtituta Corone cōmode poſſe uidere-
 tur, ab ea cunctatione ſummæ utilitatis occaſionē amiſerit. Sub id quo-
 que tēpus Philippus Lantgravius Cattorū princeps, Ferdinādo regi bel-
 lum intulit: Aderat Vldericus, uti memorauimus, belli cauſam ad æqui-
 tatis ſpeciem præbens, & ob id ab omni nobilitate liberaliter adiutus.
 Nam Germaniæ reguli, uerſto more gentis, implorātibus mutuā opē,
 non a deſſe nefas eſſe putant. Hoc ſanctiſſimo liberalis amicitia iure, hu-
 miles & infirmi ſe ipſos ab iniuria & ſuperbia potētiorum facile defen-
 dunt. Igitur quum in ſigni ſtudio undiq; auxilia gratuito præberētur,
 Vldericus paucis diebus ad quinque milia galeatorum equitum coegit.
 Adductę item ſupra triginta peditum cohortes, à Villermo Fruftemberg
 go ſummæ nobilitatis iuvene, Argentinenſes quoque & Vlmenſes tor-
 menta bellica contulerunt, nam libera Sueuorū ciuitates, quæ iam pri-
 dem ſocietate conſenſerant, diſſoluto demum fœdere, ſeparatim rebus
 ſuis ita conſulebant, ut tum Vldericus earum ciuitatum amicitia & ui-
 ribus opportune atque fœliciter uteretur, quibus antea dum id fœdus
 uigeret, ditione ſua & domo fuiſſet expulſus. At Ferdinandus ſuo more
 per legatos bella gerere ſolitus, quum ad parāda auxilia per Vindelicia,
 Noricum, atque Bohemiam diſcurreret, copias ſuas Philippo Palatino
 commiſerat. Huic regio genere orto, & defenſæ ab ſe Viennæ gloria il-
 luſtri, peritiſſimi duces parebant, Conradus Heſſius, qui in euafſtāda ur-
 be Roma Germanorum princeps extiterat, & Maximilianus Habſte-
 nius in Italia clarus. Hi tres legiones externorum peditum ductabāt, ac-
 ceſſerantque ſubitarij delectus ex ea regione cohortes, cū iuſto tormen-
 torum apparatu, & ad has duo milia armatorum equitū. Interim à Cæ-
 ſare ſuſtinendo, extrahendōque bello, per mēſarios pecunia parabatur:
 ſed id aliquanto minore diligentia fiebat, quàm grauis & repentinus ho-
 ſtium aduentus poſtularat: Lantgravius enim Necharo amne ſuperato,
 trinis caſtris in Virtembergienſium fines exercitum induxit, adeo celeri
 ac improuiſa irruptione prouectus, ut regij nullis ſpeculatoribus uſi, nō
 prius de aduētū hoſtium certiores ſint facti, quàm armatæ acies in pro-
 pinquo colle conſpicerentur. Ea re cognita Palatinus qui ad uicum
 Loffen in ualle conſtiterat, equitatum repente educit, ad explorandum
 leuis armatura præmittitur, Lantgrauiani ſigna promouent, tormenta
 diſplodunt, prælium equeſtre committitur, admifcentur utrinque expe-
 diti pedites. Quum diu eſſet dimicatum, & regij multitudine hoſtium
 premerentur, Palatini equus tormento icſtus cadit, ipſe uehementer in
 talo eadem pila uulneratur. Duce eo modo pugna excedente, & urgen-
 te hoſtium equitatu, fit magna perturbatio regiis in caſtris. Non deſt
 occaſioni Lantgravius, & productis legionibus incumbit. Quum uero
 ab equitibus quæreret, quonam in loco eſſent hoſtes, & eos in Loffen
 eſſe, qui exploratum excurrerant, reſponderēt, Victoriæ, inquit, milites,
 omen

A omen accipio, poſtquam hoſtes in fuga eſſe nūciantur, id enim nomen
 Germanice fugā ſignificat. Neque inane eius nominis augurium fuit.
 Nam regiæ copia omnes nec tentato quidem certamine in longe tur-
 piſſimam fugam coniectæ terga uerterūt, graui admodum Maximilia-
 ni, Heſſique periculo, qui retentare conglobarēque ſuorum aciem,
 & conuerſa fronte ſe recipere conabantur. Ab ea uictoria Vldericus, &
 Stocardiæ, & omnibus fere ueteris imperij ſui oppidis incredibili popu-
 lorū alacritate eſt receptus. Aſperga, in quam Palatinus ex uulnere con-
 fugerat, biduo tormentis oppugnata deditioē fecit. Auracum poſtre-
B mo & ipſum altercatione militum, qui in præſidio erant, ſine uulnere in
 poteſtatem conſeſſit. Nec multo poſt quum Lantgravius Auſtrianæ di-
 tionis ſines ingreſſurus, atque inde demum impellentibus Gallis in Ita-
 liam peruafurus eſſe diceretur, Ferdinando regi pax data, deprecantibus
 Germaniæ regulis, ea conditione ut Vldericus beneficiario iure ab Au-
 ſtriana familia ducto, ditione ſua potiretur. Inuidebāt quidem Auſtriæ
 domus fœlicitati, ſed eam exæquatis uiribus incolumem uolebant. Cæ-
 terum Lantgravius apud Gallos occulte inuidia deſagrabat, quod eo-
 rum auro inſtructus, ſecus quàm magnis pollicitationibus ſe facturum
C oſtenderat, in tanta occaſione gerendarum rerum, reſpreſſo impetu, ſum-
 mæ ſpei uictoriam omiſſiſſe uideretur, ſic ut præclare conſtet Ferdinan-
 dum una maxime pecuniæ inopia id uulnus accepſiſſe, quum multis die-
 bus ab Hiſpania nequicquam opem expectaſſet. Curarat enim Cæſar
 per menſarios certum auri pondus in ſtipendia militum, ſed id aliquan-
 to cunctantius quàm circumuento fratri, in ea celeritate hoſtium, expe-
 diret, adeo ut uictus exutusque prouincia, pacem petere cogeretur, ho-
 ſtes tamen ut aliquid ſpecie honoris Cæſaris nomini tribuere uideren-
 tur, tormēta bello capta remiſerunt, & Virtembergienſis iunior prouin-
D cialium ſtudio inſignis, ad declarandū ſtudium ſuum in reliquum tem-
 pus, tributo tenui ſibi impoſito, nunquam ſe illaturum arma Auſtria-
 nis principibus repromiſit. Interea Clemens diuturno ſtomachi uitio
 tabefactus, ſexto calendis Octobres moritur, anno Pontificatus undeci-
 mo, ætatis uero quinquageſimoſeptimo. Inerat ei ab ſeuero ore geſtu-
 que & ſermone ipſo grauitas naturalis, exulta, uti uidimus, per omnem
 ætatem, ciuili æquitate, moderatione, & patientia inſigni. Sed deerat in
 eo, qui fortasſe in Leone fratre ſuperfuit, generoſi & liberalis animi ui-
 gor, dignus principe, & uti uolebat exiſtimari, Medicea ſtirpe progeni-
E to. Ea ſiquidem erat natura eius ingenij parſimonia & diſſimulatione
 gaudens, ut illiberalis & durus potius quàm ſeuus atque maleſicus eſſe
 cenſeretur. Neminem enim plane oderat, quum neminem adamaret,
 præterquam ab occultiore cauſa conciliatos, his certe unis adeo intem-
 peranter fauit, ut ad ſummos honores, aut ad ſummum authoritatis lo-
 cum, ſtabilēſque diuitias nullo pudore prouheret: multorum uero cō-
 ſtanter obliuiſceretur, qui ab optimis literarum ſtudiis, ueterēque obſe-
 quio commendationem & præmia meruiſſent. Hos quidem perblande
 y iij

appellabat, ut imagine gratiæ detineret, sed occulte oderat tanquam F creditores. Et hercle nisi Gibertus literarum & uirtutis amore incensus, uti erat in administratione reipublicæ, optima eius sæculi sorte, Clementi intimus, negantem cuncta prædurumque principem molliendo fallendoque ad beneficiæ decus reuocasset, præclara profecto aliquot, sæcundaque ingenia dolore simul & pertinaci sterilitate perirent. Dedit tamen omnia uel semper nolens, quæ suis parum benigna facie denegarat, & inimicis quidem sapius & indignis, qua in re aliquando suspirans se miserum esse confessus est, quum animus aut præfenti utilitate inductus, aut ignobili compulsus metu, ad id inexplicabili necessitate, uel reluctante iudicio raperetur. Ex uno enim & triginta Cardinalibus, quos legerat in senatum, uix unum atque alterum probabat, quod eos præteritis honestioribus, nequaquam exquisito decoroque delectu, uti desiderasse uideri cupiebat, sed uel subita inter impotentes regum preces, armorumque strepitum circumuentus & coactus edidisset. Cæterum qui occultare naturæ uitia, & studia hominum promereri expedita liberalitate nesciebat, eximiam certe laudem adsequabatur, facilitate aditus, perurbana comitate, & populari quadam molestissimarum rerum tolerantia: nunquã enim infimorum etiã hominũ uel preces, uel spes ipsas, iratus aut fastiditus abrupit. In eo quoque enitebat, quod certe familiæ proprium fuit, rerum prope omnium, præcellentiumque artium notitiã atque celsura singularis, eo admirabilior quod nullis prope literis inniteretur, uerũ ingenio ad infimas artes sumptuariasque rationes adeo demisso hæretique, ut opificũ arcana subtilitatesque operũ nimia & prope turpi solertia scrutaretur. Et certe is fuit, quæ nemo unquam in paruis rebus fefellerit, ut obiter nõ sit mirũ, si in magnis demũ, quæ publicam salutẽ respiceret, sapiissime fuerit deceptus. In grauiore etenim cõsilio omnẽ uim summæ eius prudentię fatalis auaritia pernitens elidebat, utpote qui in proferenda pecunia, quũ opus foret, adeo suspensus & anceps tristi cunctatione torqueretur, ut in perleui momento gerendarũ rerũ occasio facile deperiret. Hic uir profecto alioqui peregrie cautus, & maximarũ rerum experiens, nequaquam ullo plane illustri uel expedito spiritu, ultima animi decreta promere, & cõsilia terminare didicerat, uti tũ maximẽ publicæ salutis interfuit, quũ ipso cõsultate nõ omnino improuisa clade obruti fœde periimus. Sed excusare eũ hoc loco lubet & profecto iuuat, tãquã nõ minore ignauiã suorũ ducũ, quã hostiũ perfidia in eas miseras præcipitatũ, postquã excellẽti demũ cõsilio, ab insigni Cæsaris æquitate feliciter ducto, pacẽ pepererit, magnãque Italię partẽ luctuosa Hispanorũ militũ acerbitate liberarit, hoc certe honestissimo facto, in ipsa saltẽ morte, qua omnis inuidia facile extinguitur, præclarã uirtutis laudẽ meritis, nisi uti posthumus, patre crudeliter interfecto, priusquã ab utero matris in hãc lucẽ ederetur, plane infœlix male auspiciatã & uere lugubrem Põtificatũ sui memoriã reliquisset. Sæuũ enim id bellũ, & quo Roma funestis à multis sæculis nõ sensit, pestilentiã prope

A prope incuitabilis, dira fames, & prodigiosus Tyberis auctus, accumulatis cladibus exceperẽ: adeo ut omnis ordo & denique populus uniuersus, diu expectata & demũ audita eius mortẽ, magnopere lætaretur, iocatiq; summa libertate nonnulli gratias agerent Curtio medico, qui firma uertem ualitudine, innatõque membrorũ robore præualidum, in multa spe longioris uitæ, nouis præceptis & cõmutata uitæ ratione, dubio procul occidisse credebatur. Laudauit eum in funere Laurẽtius Granius Signinus antistes Romana facundia, ita relatis in fatalem iniuriam cladum acceptarum causis, enumeratisque uirtutibus, ut Cardinales reipublicæ B probẽ atque opportunẽ consulturos diceret, si proximis comitiis Pontificem pari animi uirtute, sed ea aliquanto fœliciore creauissent. Peractis in funere nouendialibus factis Cardinales trigintaquinque conclauẽ sunt ingressi: nam plerique è prouinciis in urbem ad comitia cõuolarant. Eminebat inter omnes in toga candida Alexander Farnesius senatus princeps, quem per quadraginta annos senatorẽ, atque omnes ætatis honore superatẽ, Roma patria, præclare maiorũ imagines, eximia atque inueterata uirtus, & præcellẽtes literæ magnopere commendabant, adeo ut Clemens, quum toties represso, & rursus erũpente morbo, C omnem uitæ spem cõstanter abiecisset, eum sibi successorem testamento scripturum affirmaret, si Pontificatus hæreditate pararetur. Propterea Hippolytum Medicem etiam atque etiam fuerat adhortatus, ut unum omnino Farnesium collatis amicorũ studiis, attollẽdum ornandũque susciperet, quãdo nemo in administranda reipublica, & tuenda dignitate sacrosanctæ maiestatis eo potior esse uideretur. Subinde asseuerans eius summi beneficij memoriã, uti in homine pernobili sanguine progenito, nequaquam esse perituram. Itaque Medices & sua sponte, & suorum omnium hortatu, & amicorũ Cardinalium propensione adductus, cum D Ioanne Lothoringo, quem propter morum similitudinem uehementer adamabat, ad apertis sensibus arcte coniungitur. Hi duo longe nobilissimi totius ordinis, quum supra uiginti senatores in suffragium adducerent, Põtificatum uti uellent & dare, & eripere poterant. Igitur uix paucis cõmunicato cõsilio ad Farnesium pergunt, eũque primos comitorum æstus pacato animo in cella expectantẽ aduoluti pedibus Pontificẽ salutant. Cõsequuntur statim amici Cardinales, idem faciunt dubij: nec ipsi demũ cõpetitores & aduersarij diu cunctantur quin accedant, atque eum ueluti subita tacti religione protinus adorent. Nulla unquam comitia à multis sæculis maiore simplicitate, concordia, religione, inita, E peractaque sunt, utpote quæ ipsi Christiani nominis diui tutelares & principes, nullo liuore extracta fœdatæue, nullo corrupta ambitu, nulloque metu præcipitata haud dubie rexerint atque finierint. Paucis enim horis & ciuem optimum, & uirtutis opinione lectissimum, uti optarat potius quã sperarat, populus Romanus Põtificẽ accepit, & eo quidem uberiore lætitiã & gratulatione, quod ipsum cælestem munus Dijs immortalibus ad compescendam latronum, & sicariorum audaciã, quæ in y iiij

prouinciis & in urbe per interregnum eruperat, mira prorsus ac inusitata celeritate cumulassent. Non enim syngraphis suffragiorum obsignatis, & de more in sacra urnam coniectis, sed publico consensu, & praeclara uoce totius senatus Pontifex est renunciatus, coronatusque demum triplici tiara desumpto Pauli tertij nomine, secundo nonas Nouembres, qua die ab eo felici auspicio publica hilaritate per celebri in eius honorem nobilissimi Romanae iuuentutis per Vaticanam aream simulachro equestris pugnae edito iucundissime decurrerunt. Hisdem ferme diebus quibus defuncto Pontifici nouendialibus sacris de more parentabatur, Aloysius Grittus Andreae clarissimi Venetorum principis filius, in Transyluania, uehementi multarum gentium coniuratione obsessus, interfectusque est. Venerat is a Byzantio missus a Solymano cum amplissimis mandatis ad Ioannem Pannoniae regem, ut Budam consideret, tueretur in his regionibus Ottomanicum nomen, consiliisque omnibus belli & pacis interesset. Nolebat enim Solymanus contra Persas ad longinquum bellum profecturus, quicquam in ea prouincia commoueri. Nam fama erat Ioannem prouincialium cohortationibus inductum pacem appetere, & id demum agitare, ut quietem atque otium a Germanis atque Bohemis impetraret, ea conditione ut dum uita superesset tranquillum regno potiretur, ab excessu uitae autem iura omnia Pannonici regni ad Ferdinandi liberos transferrent. Itaque hisdem ferme diebus quibus Solymanus in Armeniam contendit, & Hariadenus cum ualida classe in Italiam, atque inde in Africam ad nauigabat, Grittus Byzantio profectus in Valachiam superato Histro peruenit. Ducebat secum praesidij causa, aliquot Turcarum equitum alas, atque item eximiam peditem manum, in qua erant plerique Ianizeri ex numero praetorianorum: praeterea multi serui liberaliter instructi, amicique & familiares Italici generis, & ante alios Hungari duo duces cum singulis turmis Urbanus Batianus, & Ianus Docia, quorum numerus septem millium summam facile implebat: nam & ingens lixarum turba cum insigni apparatu castrensi, multisque camelis & impedimentis sequebatur. Valachia olim Mysia superior fuit, finitima Bastarnis & Getis, nunc ea in duas partes diuisa est, altera propinquior Histro Moldauia, altera uero quae ad Potum atque Boristhenem uergit, Transalpina uocatur. In Moldauia imperabat Petrus, iam pridem certo foedere ab Ottomanis in amicitiam receptus. Ab hoc Moldauo Grittus explicato Solymani diplomate, prolatisque eximiiis muneribus postulabat, ut sibi in Pannoniam contedenti, consilio opibusque adesse uellet: habere enim se mandata a Solymano ad Ioannem regem, ut de pace cum Germanis ageret, statumque eius regni maxime perturbatum componeret. Accepit dona Barbarus, amicitiae dextram iunxit, deditque fidem se ubi opus foret, neque Solymani causam, neque iure hospitij inuicem amicitiae defuturum. Nec multo post Grittus hac noua Moldauae societate auctior & elatior factus in Transyluaniam deflexit, edicta passim proponens, ut ad se proceres, ciuitatumque legati conuenerent, tanquam ad rerum omnium disceptatorem & arbitrum, legatumque Solymani,

A Solymani, qui cum amplissimo munere regiae potestatis singulas Hungarici regni controversias esset cogniturus. Tantum enim sibi gratiae apud Habraimum, Solymanumque parauerat, ut inusitata liberalitate fiduciaque cuncta magna atque ardua eius industriae & uirtuti committere minime dubitaret. Erant in Gritto Byzantij nato, educatoque inter Turcas, exquisitae artes, conciliandis Barbarorum animis: nam eximio splendore uitae, multa largitione, frequentibus epulis, cultu demum incessuque, & illustri praesertim eloquentia, aulae proceres ceperat, ipsumque praecipue Habraimum, summa Solymani gratia conspicuum, nec obscure Christiano nomini fauentem, adeo felici familiaritate sibi adiunxerat, ut ex multis mercaturae monopoliis publicanus effectus, se ingentium uectigalium redemptorem profiteretur. Sed Andrea patre Venetiis ad principatum euecto, mirum in modum auctoritate atque opibus creuerat, unde profusione indies sumptu, sese uti ampliori fortuna dignum ostentabat, usque eodem largitione progressus, ut suburbanam uillam in more nostrum luculenter aedificatum, cum multa hortorum amenitate, Habraimo ad uoluptarios secessus dono daret, in qua & ipse Solymanus, cum Habraimo oblectationis causa, priuato desumpto habitu transibat, hinc ei a Turcis Beogly pernobile cognomen inditum, quod principis filium sonat. Nam domus eius ad aperta omnibus a legatis multarum gentium, maximorumque regum speculatoribus frequentabatur. Erant in specie, aut quaestu mercatores, qui uenales gemas, resque ingentis pretij Solymano dignas afferebant, eoque uno interprete & arbitro utebantur, quoniam in indicatura cognitioneque gemarum, quarum studiosissimus erat Solymanus, acre iudicium adferebat. Secutus demum Habraimi castra, & ab eo in Pannonia relictus, non modo procuratoris diligentissimi, sed & optimi ducis decus promeruit, quum Ferdinandi regis exercitu fortiter repulso, Budam cum magna gloria defendisset. Hinc eum Ioannes rex quaestorem regni fecit, ornauitque Antonium eius filium sacerdotio Agriensi maxime opulento. Quo rerum prouentu elatior factus, spes suas ad immoderata atque ardua exitiabili ambitione prouehere cepit. Nam Byzantium reuersus, producente, laudantemque Habraimo, in colloquium de grauissimis rebus, quod nemini nostrorum hominum antelucuit, cum Solymano deuenerat. Nec deerant qui eum crederent magnis pollicitationibus inductum, aliquando abiurata religione Christiana, ad Mahometis sacra defecturum, ut inter purpuratos, qui Vesirij Bassae dicuntur, adscriberetur, quod nequaquam uerisimile nobis uidetur. Quis enim arbitrabitur eum uirum, qui in omni uita decreto pius & generosus extiterit, immani flagitio nomen suum foedare, & patrem graduum senem, sua gloria & merita felicitate perfruente inflicto tanto uulnere ad mortem adigere uoluisse? Quando etiam praclare constet, asportatis thesauris, ut a periculosa Barbarorum tyrannide sese incolumi existimatione subduceret, fortunas suas in Pannonia collocare cupiuisse, ubi inter Christianos singulari cum dignitate summaque securitate degeret, subindeque se totius Pannoniae praefectura po-

titi posse speraret, si rex aliquo fatali casu esset interceptus, quum haud dubie beneficiario rege extincto Solymanus maiorū exemplo, regnum in prouinciam esset redacturus. Hac inusitata cupiditate imperiū militare, & magnas opes affectantē Hungari, in primis quos diximus Batianus & Docia, adulādo cohortandōq; magis & magis incitabant. Hi iā pridem malignitate eorū ingenij à regis amicitia discesserant, sequebāturque Grittum Solymani fauore subnixū, ut eo authore & regis æmulo, nouā sibi apud suos dignitatē pararent. Regiā siquidē maiestatis nomen, ueluti collega imposito, uehementer imminui, cōuelliq; maxime cupiebant. Erat Docia præfecto Transyluania admodū infensus, quod sibi in quadā altercatione uociferanti genam pugno contudisset. Is erat Americus Cibachus episcopus Varadinensis, uir singulari nobilitate, summa potentia, præcellentique uirtute, cui Ioannes secundum regiam dignitatem, primum honorem detulerat: nam & rex ipse sub Ludouico Transyluania præfectus, quem Vaiudā uocāt, multis annis extiterat, ita ut in unius Americi fide, uirtutēque opes suas collocasse uideretur. Igitur Americus Gritto prouinciam intrante, quum tardius & cunctātius iter facere, & parum eius aduentu commoueri, ueluti despecto Solymani imperio diceretur, Gritti animū uehementer offendit, qui præclaro initio existimationem suam egregia prouincialium uoluntate, præfectique obsequio excitari, confirmarique uolebat. Etiam fama erat Americum, Christiano animo, ab amicitia Turcarum plurimum abhorere, neque pati ut Turcæ prouinciæ finibus infuescerent, utpote qui uigilanter & strenue cauēdū arbitraretur, ne prouincia uiris & equis abundans, rerūque omnium, & auri præsertim, fruticis modo passim nascētis, maxime opulenta, in potestātē Mahometanorū hominū deueniret. Confederat ad oppidū Braxouium Grittus, quum pluribus nūciis afferretur Americum aduentare, castrametūque inde decem millibus passuum apparare sese, ut cum ornatissimo comitatu in colloquium deueniret: habebat enim secum multas equitū turmas militariter instructas. Nam Hungari ciuitatum antistites, ex sacris redditibus ualde opulenti, uetere instituto alere equites, ductarēque eos in aciem aduersus Turcas solebant, quum ualde decorū putarent religionis causam à sacratis maxime ducibus defendi. Sed tum præcipue finitimi quique proceres liberaliter adornati ad Americum concurrerāt, ut antistiti summæ dignitatis, & præfecto, cuius imperio parerent, officij causa frequētes adessent, adeo ut is comitatus iusti prope exercitus speciē præberet. Ea res Gritto ingenium uehementer commouit, quasi apertis in campis, ueluti cum hoste, spectantibus copiis esset colloquendum. Enata enim erat inuidia lethale malum, dira alieni honoris obrectatione, quum hic singulari & plane Turcico fastu parem pati noller, & ille contumaci libertate, nobilique proposito superiorem in prouincia sua minime passurus esse uideretur. Quum è conuiuio discedens Grittus concepta ira fremeret, & his nō obscure minaretur, qui imperiis suis minime paruissent, tegumē-

A tum capiti detraxit, quod erat Turcarum more oblongum ex pretiosis
 » Seythicarum Sibellinarum pellibus, manibūque dilatans: Hoc, inquit,
 » duo capita non capit, necesse ergo est, ut uni tantū coaptetur, idque rur-
 » sus capiti imposuit. Eum sermonem Ianus Docia ad uindictæ suæ occa-
 » sionem excipiens: Recte, inquit, assimilas Gritte: nam & hæc quoq; pro-
 » uincia duos ex æquo præfectos & dominos capere non potest, nec tu
 » hercle iure tuo potestatis ac imperij unquam potiere, nisi hodie expedi-
 » to uirilique decreto, & tuam & Solymani causam defendis. Americum
 » præfecto, illam inquam immani superbia belluam non nosti, cuius ego
 » feritatem ac insolentiam, si iusseris celerrime frangā. Solymanum enim
 » odit, nec regi paret, & nomen tuum contemnit, utpote qui non obscu-
 » re ad regnum aspiret, & decere ait, ut Transyluania præfectus in re-
 » gium nomen adoptetur. Quoniam in his terris Decebalus Dacus ali-
 » quando regnauerit, quem Romanæ uires, & Traiani uirtus ægre sub-
 » egerint: Puta hoc homine neminem inflatius & arrogantius de se præ-
 » dicare, neminem astutius & simulatius amicitias colere. Dona quidem
 » afferet ad beneuolentiæ speciem, atque etiam dextram perfidia po-
 » tius quàm fide præstātem iunget, ut quum prætergressus fueris, edictis
 C ac imperiis tuis illudat. Dignitati præfecto, scælicitatēque tuæ hostiliter
 » inuidet, quod in Pannonia belli & pacis leges sis daturus, & quum re-
 » gnum præclare affectet, te unum maxime timendum arbitratur, ne eius
 » consilia perturbes, auctoritatem frangas, & denique temeritatem at-
 » que audaciam castiges. Non ferendus hercle tibi est hic æmulus & con-
 » temptor, atque etiam iure optimo tollendus, ut nominis tui dignita-
 » tem in limine operum tuorum, petendæque gloriæ aditu tueare. Nihil
 » enim obrectatore socio & occulto hoste periculosius, quem præsertim
 » in tergo sis habiturus. Nam quum ex occasione animi libidinem nuda-
 D uerit, insidiosius demū atque letalius nocebit. At Grittus ubi hæc ad ani-
 mum admisit, iam plane turbidior factus, maturandū, utendūque im-
 perij uiribus censet, Docia collaudat, gratiāque egregij studij erga se
 breui relaturum pollicetur, si aliquo insigni facinore edito, Americi su-
 perbia contundatur. Ferunt Grittū nihil omnino durius statuisse, quàm
 ut Americum quoquomodo cōprehenderet, ut demum Turcico more
 cathenis uinctus, sub custodia Byzantium mitteretur: prouinciā autem
 regendam traderet Hieronymo Lascho Polono, qui maximarum lega-
 tionum honoribus functus, Byzantij, & in Gallia egregiā fidelēmq; ope-
 ram Ioāni regi præstiterat, in eam spem tot aditis asperrimorū itinerum
 E periculis, ut sicuti sibi promissum ferebat, Transyluania præficeretur.
 Sed Ioānes quum se pro Hūgaro Polonum hominem peregrinum, nec
 Hungarice satis loquētem, nisi periculose uel incommode ferocissimis
 gentibus præficere posse iudicaret, necessitate quadā Americum prætu-
 lit, adeo ut Laschus, qui ingenio multarum rerum usu, & exquisitis lite-
 ris instructo, præaltos spiritus gerebat, in ea repulsa nullā uel honestorū
 uerborum excusationē reciperet, & se deceptum & elusum ab rege gra-

uiffime quereretur. Manebat tamen in officio, & quorundā oppidorum F
 quæ rex dono dederat, in Sarmatiæ finibus poffeffione potiebatur, fed
 non obfcure alienatus interea fefe Gritto in familiaritatem clientelam
 que dederat, ut Solymani auspiciis alteram fortunā experiretur, & regi
 iterum minus familiariter induftriam fuā, & uirtutis dignitatem osten-
 taret. Cæterum Docia separatim ab Vrbanō Batiano, iuffu Gritti ualidi-
 diffima Turcarum ala, & in primis Hungarorū turmæ traduntur. Is no-
 ctu à Braxouio maxime occultus difcedit, & ad castra Americi repenti-
 nus aduolat. Quum paulo antè per Hungaros fpeculatores didiciffet, eū
 patentibus in campis uitandi æftus caufa, iuxta pagū tentoria colloca-
 fe, & ut in nullo metu, fine uigile, & fine custodia militari, cum pueris &
 familiaribus in tabernaculo pernoctare, comitatū uero eius undique di-
 uerfos in pagos effe difpartitum, ita ut tot equites non facile coire po-
 fent, quum etiam edicto in craftinum diem profectio- ni fefe cōpararēt.
 Ita Americus ignarus fuæ fortis, quum inimicos contemneret potius q̄
 timeret, à Docianis fatellitibus opprimitur. Iaceti & uixdum à cubicu-
 laris experrecto, quum late inuadentiū equitum fremitus & clamor au-
 diretur, ipfe Docia caput detruncat, castra omnibus in locis trepidatio-
 ne, luctu & fuga complentur: Turcæ equos ornamentiūque diripiunt, ex-
 citatur proximiores, cunctique demum Turcis agnitis, inertes difcin-
 ctique in multa rerum omniū perturbatione profugiunt. At Docia tā-
 to patrato facinore Braxouium reuerfus, Americi caput ab auricula ma-
 nu fufpenfum Gritto fpectandum defert. Aderat Lafchus eius cōfiliij &
 cædis prorfus ignarus, qui quum in re atroci & fubita, ut fape fit, omne
 fimplentis memoriā naturalis mifericordia fupetaret, & ob id indigna
 inimici morte minime lætaretur, conuerfus ad eum Gritus: An tu, in-
 quit, Lafche non agnofcis hoc derafum caput? magni quidem uiri eft,
 fed ambitiofi, contumacis, & maxime fuperbi. Ad id Lafchus, qui cōtra-
 cto & trifti uultu inhorrerat, Tale mihi, refpōdit, non eft uifum, quum
 fuis in humeris cōficeretur: ueluti qui plane id erūdele factū non pro-
 baret. Tum uero omnis in Gritto uerborū ac animi feuitia refrixit, adeo
 ut non fine quodā pudore iam pœnitere uideretur, statimque fubiūge-
 ret, Americum quidē iure cæfum effe, fed eum capi potius quàm inter-
 fici cupiiffet. Nec mora plerique Hungari Turcæq; difcedunt ad occu-
 pandos Americi thefauros, qui in remoto inde oppido feruabantur. Cæ-
 terum ubi de eius cæde fama percrebuit, propinqui prouincialesq; fer-
 me omnes incredibili dolore concepto aduerfus Grittū coniurant, uin-
 dicandā armis facrofancti atq; optimi antiftis mortem decernūt, ipfiq;
 publico decreto Siculi, & Saxones per Colonias Tranfylvaniæ antiqui-
 tus inferti, & Podolij Semifarmatæ ad ferendam opem euocantur. Nun-
 quam ullę gentes pro falute fua & publica dignitate ad propulfandā in-
 iuriam, uel intentiore ftudio, uel grauiore imperu, uel maiore celeritate
 ad arma concurrerunt. Paucis enim diebus fupra quadraginta milia pe-
 ditum & equitum coiuere, adducente Gothardo Saxonica ftirpis, in ea
 prouincia

A prouincia claro, Stephanóque præcipue Mailato duce electo, qui unus
 maxime Americū percolebat, & in luctu publico princeps, nefariæ cru-
 delitatis authores latronū more perfequendos puniendosque cenfuerat.
 Porro Gritus, quum tantus iratæ multitudinis tumultus cum ingenti
 armorum ftrepitu, uel ex remotis regionibus fama atque auribus senti-
 retur, incertus quid faceret, ad oppidū Meges expeditis itineribus fe re-
 cepit. Oppidani quum Turcas ab edito cōfpeffiffent, nullo modo addu-
 ci poterant, ut portas aperirent, tamen Docia & Batiani cohortationi-
 bus id impetratū eft, ut in inferiorem oppidi partem copia omnes reci-
 B perentur, ipfi uero in editiora fefe refq; fuas fubducerent. In colle enim
 erat templū cum facratif aedificiis per amplū & excelsum, quod arcis spe-
 ciem fpectantibus præbebat. Gritto id erat confiliū, ut refecto muro ad-
 iectis que nouis munitionibus, & comparato cōmeatu tantisper fe tene-
 ret, donec auxilia conuenirent, quibus incondita hostiū multitudo, acri
 & repentina eruptione pelleretur, atq; inde ipfe uel amiffis impedimen-
 tis fuperato Tiffa amne, qui olim Tibifcus fuit, in Pannoniam euaderet.
 Erat fere undiq; cinctus, hinc Danubio & Tybifco magnis fluminibus,
 inde Hercynia fylua, que non facile penetrari poterat, ita ut nullum nifi
 C redeundo ad Moldauiam effugium patere uideretur: fed eum receptum
 uti fugæ perfimile, nequaquam pro dignitate fui nominis effe ftatuebat,
 quando mori prætare q̄ indecoro deformiq; reditu demadatū lega-
 tionis munus deferere, conuertereq; id iter ignobili metu, quod tāta ho-
 minum opinione fufcepiffet. Itaque dū impigre ad munitiones mate-
 riam comportari iubet, aggerē extruit, ad laborem fuos adhortatur, nū-
 ciosq; fimul plures & tabellarios ad impetrandā opem, in amicas regio-
 nes dimittit, fuperueniūt hostes terribili clamore edito, munitiones ad-
 oriūtur, temeritate tamen ac audacia potius quàm ordine, & bellica ra-
 D tione. Propterea non terretur Gritus, per fagittarios Turcas, fclopetta-
 riosq; maxime Ianizeros rem gerit, multos uulnerat & interficit, ita ho-
 ftes, qui fine apparatu tormentorū accefferant, ad murum fagittis con-
 fixi, & glandibus traiecti repelluntur. Eo accepto detrimento Mailatus
 belli rationē commutat, obfidionē inftituit. Docet fi leuiter tantum la-
 ceffant, breui hostes fine ullo ipforum uulnere in potestatem cogente fa-
 me deuéturos. Ita diftributis per interualla copiis, late oppidū corona
 præcingitur. Interim in tanta auxiliiorū expectatione uerfantē Grittum,
 ac omnia obfidionis incōmoda forti animo fufinentē, inuafit morbus,
 E eò grauior, quoniam nihil omnino de auxiliis afferebatur. Nam Ioānes
 qui amuli incōmodo atq; periculo nō obfcure lætabatur, quū tot gēti-
 bus equiffimo iure ad arma cōfternatis, nifi fuma cū inuidia & pericu-
 lo obfiftere poffe iudicaret, alā tantū equitū ab æftiuis euocarāt, quæ len-
 tis itineribus in Tranfylvaniā mitteretur. Balibeiuf etiam & Halis, Bel-
 gradi Samādriæq; præfecti, malignitate fimul & ignauia, neq; prouincia
 excedere, neq; Danubium tranfire iniuffu Bellerbei magiftri equitū fibi
 licere perfcribebant. Ipfe quoq; Lafchus, ex focio alieni periculi fpecta-

PAVLI IOVII HISTORIARVM

tor factus, quum paulo ante discessisset, ut equites cogere adduceréque maturaret, studium suum extenuata fide remiserat, & Megefani qui aliquandiu pacati cōstitierant, & perseuerantia suorū obsidentium, & Turcarum incōmodis inuitati ex superiore loco praliabātur, & iam alimēta defecerant. His tantis circūuentis malis Grittus per Hungaros dabat operam profuse largiēdo, ut Transyluanis magno auri pōdere distributo, in Pannoniā abire permitteretur, sed omnē avaritiam in efferatis dolore animis uindictæ libido superabat. Egit demum separatim cū Moldauro, ad quem hospitalis amicitiae iure suppliciter opem implorans gemas & uniones dono miserat, ut loci custodiam à suis laxari iuberet, & se cum liberis ex cōposito erumpentē, in pacatū abduceret. Paulo antè etiam à Batiano erat desertus, qui in eo metu è castris hostiū significātibz & eripientibus quibusdā ueteribus amicis fuga sibi cōsuluerat. Itaque dubiā spe, & urgente fatali necessitate, ad condictā horam ab ea porta, quæ ad Moldauos ducebat, erupit, dextra Solymani diplomata prætendens, sed Barbarorū fraude nequaquā inuentis Moldauis, in Franciscum Scendenū incidit Americi propinquum, & Mailati maxime familiarem. Hic primus omnium contumelioso ululatu, tegumētum illud capitis è Sibellina pelle pretiosum rapaci manu insolēter inuasit, eūmque morbo inualidum & nihil resistentē immixtis equitibus comprehendit. Tū uero à Transyluanis horribili clamore sublato, eius comites copiarūque, & Turcæ præsertim cæduntur, atq; ita undiq; uertuntur in fugā, ut cūcti fere in eo tumultu admodū cruetō, quū indagine ingentiū copiarum clauderētur, interfecti captiq; sint. Seruauere tamē Turcas quātum licuit Moldaui: sed eos demum infesta latronibus itinera equis & armis exutos exceperūt. At Grittus, quum ante prætorium armatorū corona circūseptus interrogaretur cur Americū iussisset interfici, nihil se tale unquam imperasse constāti animo, & graui fronte testatus est. Cōclamātibz uero cūctis, ut ea hostia Americi manibus mactaretur, Mailatus eū Francisco ad supplicium tradidit: atq; ita caput ei ingenti machæra detruncatū est, in eius cruore proceres, & propinqui penulas militares, solenni cærimonia, more gentis intinxerūt, ut diu secum exactæ uindictæ memoriā deferrent. Sed Ianus Docia maiore ira, & grauiore supplicio affectus discerptusq; est. Gritti liberos nemo nostrorū hominū amplius uidit, sed nō defunt qui eos adhuc uiuere apud Moldauum dicāt, ueluti grādi pecunia ab auo principe redimēdos. Quū Gritti trūcus à carnifice nudaretur, locus in femorali cū gemis immēsi pretij repertus est, adeo ut ea omnis præda aureorū nummū quadraginta myriadas superasse dicatur ab his, qui domesticū Gritti apparatus in rationes uera estimatio ne contulerūt. Nec multo post & ipse Laschus à rege Budā euocatus, nō mediocri uitæ periculū adiit, cū in quæstione sub tormētis Gritti cōsilia explicare cogeretur. Sed is demū, deprecante pro eius salute Sigismūdo Samartiæ rege, custodia educus, è regia aula in Poloniā profugit.

FINIS LIBRI XXXII.



PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXXIII.



BADEM æstate Solymanus Turcarum imperator effusus ultra Euphratē ingentibus copiis, aduersus Tammafum, magni Hismaëlis filiū, bellum suscepit, ualidāq; simul instructa classe inuasit Africam, occupandæ Siciliae atque Italiae maxime opportunam. Cōceperat enim ingenti spiritu totius orbis imperium, facile Alexandri magni potētiam æquaturus, uti ab Europa metu liber, atq; omni solutus cura, postquam in eo diro insanōque Christianorū regum diffidio, cōsilia nostra nequaquam recta & illustri ratione ad pietatis gloriam, & publicæ salutis nomen, sed impio quodam liuore ad intestinam perniciē uertebatur: Franciscus enim eo animo pacē ferebat, quo bellū gesserat, indomito, cōtumaci, & plane inuidto, haud dubiè ad repetendā Italiam iterum uiuidæ uirtutis, & totius Galliae uirium periculū facturus, si Carolo Cæsari distrahendis eius opibus, alicunde grauis hostis incūberet. Idē quoque Britānus spectabat, quum iam pridē Cæsaris cognatione atq; amicitia, uxoris repudio foedissime uiolata, à Romani Pontificis autoritate discessisset. Ioannes item in Pānonia Turcarū præsidio tutus erat aduersus Ferdinandū, in eo Germaniæ motu ægre Lātgrauiana arma sustinentē, & rex Polonus cum Moscouitis & Tartaris bello cōtinerenter occupatus, his quæ sibi cum Solymano manebāt, induciis fruebatur. Tuebantur & Veneti ueterē pacem, adeo ut Solymani amicitia religiose admodū colere uiderentur. Neq; in ipso Clemente Pontifice tantū inerat præclaræ autoritatis, ut eum restinguere odia, & dissidētes cōponere facile posse sperandum foret: nam Massiliae apud Franciscū nudatis ægri animi sensibus, cōmemorando & deflēdo cōmunes misérias, ita cogitationes suas protulerat, ut uindicandis iniuriis occulte cōsilia à quiete penitus aliena cum rege miscuisse crederetur. Cæterū Persici belli causas ab ipsis usque auorum odiis repetitas, & euentus mutuis cladibus memorabiles, suo loco narrabimus. Inuadēdæ uero Africae author & cōcicator extitit Hariadenus Mithyleneus, uetere Horucij fratris cognomēto Barbaruf-

fa à nostris appellatus: is in Numidia proxima Mauritaniæ Algerij regnum à fratre antea partū adeò frequentibus uictoriis amplū clarūque reddiderat, ut nostri æque ac finitimi Pœnorum reguli, & uagi Numidæ, eius opes atq; audaciam magnopere timerent, & Solymanus ad fortissimi uiri famā iam publica uirtutis commédatione illustrem, frequenter excitaretur. Non alienum erit ab instituto opere breuiter recensere, quibus artibus Mithylenei fratres, ab una tantū prædatoria bireme ad regium fastigiū irrepererint, ut hinc quoq; in hac rerum humanarum uarietate colludentis fortunæ ostenta posteri mirētur. Igitur patre Greco, atq; eo Mahometis sacra secuto, in insula Lesbo geniti, quum in opia domi ferre non possent, arrepta bireme spes suas omnes mari commiserunt, sese Camali archipirata in disciplinam tradentes. Sub hoc Camale Horucius, qui uti natu maior ad se ducis nomē trahebat, cum Hariadeno, multa præda, multiq; seruis atq; nauigiis adactus, ac demum ascitis in societatem minoribus piratis prædabundus in Mauritaniam peruenit. Eo tēpore Algerij regulus cum fratre armis de imperio contēdebat: hic quum Numidas equites, qui hodie Arabes appellatur, pretio sibi in auxilium asciuisset: alter opportuno nouæ gētis aduētū magnopere lætatus, pecunia cū Horucio trāsegit, ut se defendēdū susciperet, paucisq; diebus Horucius cum ualida manu sclopettariorum, quibus præcipue Numidæ terrentur, eo impetu gessit atq; confecit bellū, ut Turcarū nomē cū Numidis, tum Mauris omnibus terribile esset. His rebus gestis, uti erat ingenio ualidus, uiribus pollens, & regni maxime cupidus, quum eo bello cōperisset Mauros per se inermes, ignarosque militia, ac ingenio mobiles, nullaq; inter se stabili concordia nixos, facile per partes opprimi & subigi posse: Numidas uero uagos, & inter se dissidentes, uel in amicitiam trahi, uel si abnuāt nullo propè negotio sustineri, improviso fidē abruptit, repentēq; hostis factus, quos cœptis suis aduersari posse putarat facile sustulit, breuisq; post sæuitiam liberalitatē exercēdo Algeri regno potitus est. Nec multo post finitimum quoq; regulū Circello imperantē ui dolisque aggressus expulit. distat Circellum, antiquis Carcenna colonia uocatum, ab Algerio, quod Iulia Cæsarea fuisse dicitur ad occasum sexaginta passuum milibus, antiqua ad portum mole, & operoso aquæ ductu, multiq; Romanæ magnificentia uestigiis adhuc insignis. Inde & ab Algerio mare undiq; infestum reddebat, & in mediterraneis cum expeditis cohortibus euagabatur, ita militia munera cū fratre alterna sorte partitus, ut nihil terra mariue pacatū relinqueretur. Ab eo rerum successu, ut regni fines aliquanto latius proferrentur, Bugeam magno apparatu inuasit, Hispanis, qui in præsidio erant, ad summas rerum difficultates redactis: nec prius abstinit tam forti incepto, q̄ ei dextra manus tormēti ictu abrepta est: inde ferreā sibi fecit, qua ad cubitum religata multis in præliis postea feliciter est usus. Nā Algerij non contemnendum Hispanorum exercitum Didaco Vera duce circumuentum fusumq; deleuit, & aliquanto post Vgonē Mōcatam, qui ueteranos

A ranos Hispanos ab Italia transportarat, egressum in litus, iniquo nostris loco cōmissa pugna, cōpulit in naues, subortaq; tēpestare copias fere omnes luctuoso naufragio fluctibus eiectas crudelissime trucidauit, aut ad remum trierarchis distribuit. Ad extremū immodicæ spei plenus, & rerum prouētū factus audacior, quum Tremisenij regē, amicū sociūque à Carolo appellatum, regno expulisset, imminerētque Orano, Portuque magno, quæ Hispanorum præsidis tenebantur, Punica simul & Christiana arma aduersum se cōcitauit, eo bello, uti suo loco memorauimus, superatū, & fuga in solitudines euadentē Hispani, Mauriq; equites consecuti cum paucis familiaribus interfecerunt. Horuci caput in Hispaniā transmissum circulatūque in lancea, populis præsertimque maritimis insignē attulit lætitiā, quod sublato prædonū rege diu exoptata securitas litoribus reddita uideretur. Sed Hariadenus neq; spiritus, neque bellica laude Horucio inferior, acclamātibus militibus imperiū suscepit. Is non modo regni, sed uirtutis & deniq; artiū cogitationūque omnium, quæ in fratre eximia fuerant, hæres factus, adoptatūque etiā in fratris cognomē, ad imperium totius Africæ aspirare cœpit: ratus ea, quæ parta essent, animo suo minora angustiōraque. Itaq; arma proferre, Mauris & Numidis terrori esse, modo cū his pace ac induciis uti, modo bellum gerere: porro aucta classe Hispaniæ, Sardinia, ac Balearium oram prædari, asciscere sibi novos piratas, clarus æque ac formidolosus finitimis esse. Hæc audentē & molientē nusquam fortuna destituit. Nā Hametem Numidam, magni agminis ducem, sibi infestum per insidias interfecerat, & ad Cocum oppidum Benchades inter regulos Numidas longe clarissimus, multis præliis superatus, in solitudines abscesserat. Amidamque in finibus Tremissenij regni, adeo frequentibus detrimentis attriuerat, ut sedes mutare, ac in interiora profugere cogeretur. Mari quoq; ea fortuna res gessit, ut Vgo Moncata supra Sardiniam nocturno prælio uictus grauitēq; uulneratus, amissis aliquot triremibus, uix effugerit, & Portundus Hispanicæ classis præfectus, amissa fœde classe, cum filio, impigro iuuenē fuerit inrefectus. His captis triremibus, quum aliquot etiam, cum Siculæ Neapolitanæque, tum Venetæ rostratæ, uariis interceptæ casibus, accessissent, maxime ualidus atque terribilis esse cœpit, auxitq; sibi uirium atq; animi famā, ipso Andrea Auria ad Circellum repulso: quum ille oppido tam fortiter expugnato, q̄ fœde amisso, ad quingētos milites disciplina oblitos, nec Turcarum eruptionem sustinentes amississet, duæq; tum onerariæ Ligusticæ, dum ad Circellū cursum haberent, onustæ armis, milite, cōmeatu, supra Populoniā, quod ingentē Genuæ luctum peperit, expugnata atq; demersa. Postremo arcem scopulo impositam, Algerio urbi imminētē, defensamq; per aliquot annos ab Hispanis, summa ui adortus cepit atque deleuit, ruinis profundo mersis, & iacta mole, ut percōmodus regia urbi portus adderetur. Quum hac rerum gestarum fama floreret, Solymanus è Pannonia reuersus ad eum legatos misit, qui euocarēt, summōsq; honores & ma-

ris præfecturam Byzantium uenienti pollicerentur: nõ sustinebat enim P
 animo Solymanus ignominiam in Peloponneso acceptã, quum præfe-
 ctus classis Himerales adeo fœde profugiens, Coronẽ, & Patras, castellã-
 que itẽ Naupaçtei sinus Aurianã classi expugnãda reliquisset. Ipsi quo-
 que purpurati Bassã, & eorum princeps Habraimus, in consilio & uali-
 da classe, & perito strenuõque duce opus esse differebant, non modo ad
 recipiendam Coronem, quã tum terra marique segniter obsidebatur,
 sed etiam ad tuendam ueterem existimatiõẽ: quando Baiazetes ad Me-
 thonem uictor, nauali apparatu Christianorum fere omniũ classes an-
 teisset, & tum fama erat Auriam, qui obsessis opem ferret, cum amplissi- G
 ma classe in Græciam è Sicilia traiecturũ. Et certe unus ipse Hariadenus
 inter omnes eminebat, quem ætate, & maritimarũ rerum usu, uigorẽq;
 animi, & parti propagatiõque regni gloria, Auriaẽ parem dicerent: cense-
 rẽtque unum omnino eum Christianis classibus opponendum. Ita Si-
 nas unus ex intimis ianitoribus ad eum legatus mittitur, aduehitq; eum
 celeri trireme Mangalis pirata Rhodi præfectus. Is ubi in Mauritaniam
 peruenit, ab Hariadeno summo cũ honore susceptus est: audita legatio-
 ne Hariadenus incredibili lætitia afficitur, inde haud inani spe concepta
 potiundã totius Africaẽ, si colloquendi cum Solymano potestas fieret, H
 ut quĩnam in Africa rerum status, & quãtã Christianorum classes, quĩ-
 ue animi & dissensionis eorum essent, apposite atq; ordine doceretur.
 Itaque Agim uirum fortem, & Ramadã Celebim patruelem suum Al-
 gerio præficit, his Afanem filium duodeuiginti annos natum commẽ-
 dat, classẽque circiter quadraginta triremium biremiumque instructã
 proficiscitur: circa uero Tyrreni maris oram adeptus aliquot Ligusti-
 cas naues, quã ad coẽmendum frumẽtum in Siciliam cursum habebãt,
 difficili & maxime cruento prælio eas expugnat & incendit, qua in pu-
 gna Delifufum piratam opulentum ipsius Hariadeni dolo interfectum I
 ferũt, ut eius trireme de Venetis capta, quã erat eximia celeritatis, itẽm-
 que seruis atque pecunia potiretur. Inde conuersus ad Iluam insulam,
 Rium in ea oppidum nocturno prælio capit, atque omnibus Riensibus
 in seruitutem abductis, ingenti onustus præda Byzãtium peruenit. De-
 ductus est à principibus aulaẽ ad Solymanum, ab eõque lætissimo uultu
 est susceptus, uel ob id quòd dono dabat, quos insigni cultu produxe-
 rat, aliquot pueros decora facie, itẽmq; lætissimas uirgines, eunuchõs-
 que, & Lybicas feras leones & pardos. Porro reliquis diebus quum de ge-
 rendo bello, & de tota ratione Punicarũ Christianarũque rerum disse- K
 reret, aliquanto quã solebat rarius, & difficilius admittebatur. Subor-
 ta enim erat inuidia crescentis dignitatis semper comes, ita ut plerique
 dicerent non esse Othomannici moris homines è piratarum ordine la-
 trociniis infames, regiaẽ classi præficere: non defuisse unquam, nec defu-
 turos ex principis aula, qui uirtute magnitudinẽque animi, & denique
 optimis artibus ualerent, & ad proferendum Turcicũ nomen terra ma-
 rique fortiter atque foeliciter operam præstarent: occupasse illũ in Afri-
 ca

A ca contra fas & æquum, hoc est dolis ac infidiis, aliena regna, impiisq;
 armis semper esse persecutum regulos, & gentes quã Mahometem co-
 lerent, nullos profecto ei certos deos esse, nullam fidem, ut pote qui ua-
 nissimo, atque eo quidem paternã religionis desertore, patre Græco ge-
 nitus, ab incunte ætate prædo immanis, & publicus humani generis ho-
 stis extiterit. Quum hæc efferentur Hariadenus facile intellexit quã im-
 portune abesset Habraimus, cuius amicitiam exquisitis officiis, annuis-
 que muneribus colere erat solitus. Is eo tempore ad Persicũ bellum pro-
 fectus in Comagena ad Alepum hyemabat, Euphratem ad prima ueris
 B signa traiecturus. Solymanus tamen per Aiace, & Cassimũ Bassas re-
 spondit, eius suscipiendi negotij summam ad Habraimi iudicium defe-
 rendam uideri, quòd eius præcipue hortatu suãsuque è Mauritania esset
 euocatus. Proinde si quid impetratum uellet, ad eum in Syriam profici-
 sceretur, ut ex eius autoritate atque sententia quã in rem forent. decer-
 ni, atque apparari possent. Eo modo in Syriam reiectus, quanquam non
 obscuro repulsã nomine existimatiõis suã iacturam facere uideretur,
 id tamen dissimulãter tulit, atque eò terrestri itinere omnino peruolan-
 dum esse iudicauit: uir enim noui belli nouisq; imperij maxime auidus,
 C neque ætati neque labori parcendum putabat, quominus Amani mon-
 tis iuga, uel tum obsessa niuibus, transiret. Erat tum Alepi Habraimus,
 is singulari cum honore susceptum, & in colloquiis de genere atque or-
 dine gerendi belli occupandãque Africa differentem, ita admiratus est,
 ut neminem eo peritius atque foelicius, mari gesturum bellum arbitra-
 retur, Solymanoque demum rescriberet, in Hariadeno ingenium uige-
 re omni bellicã uirtutis laude cumulatam. Propterea ipsum recte factu-
 rum, si in grauissimis consiliis ei uiro fidem adhibeat, honoris causã in-
 ter Bassas annumeret, atque ei uniuersã classis imperium tradat. Eo mo-
 do Hariadenus Habraimi mirifica uoluntate Solymano commendatus
 Byzantium redit, suscipiturque propensissimis animis: nam tãta erat au-
 thoritas & gratia uel absentis Habraimi, ut omnium plane uoluntates
 sermonẽsque adulatione uel metu ad nutus eius tãquam ad summa im-
 peria uerterentur. Aduexerat secum Algerio Hariadenus Roscettẽ Pœ-
 num, Muleassis, qui Tuneti imperabat, regis fratrem, pulsus domo ali-
 quot ante annis, & ex calamitate ad se profugũ, uti mox dicemus: huic
 facile persuaserat, ut una Byzantium ueniret, fore enim ut se authore
 ducẽque à Solymano in paternum regnum reduceretur. Itaque hoc Ro-
 E scette in occasionem Africani belli purpuratis ostentato, multisq; de
 suscipiendo bello disputationibus habitis, ad Solymanum introductus
 in hanc sententiã uerba fecit. Quod Othomannis Cæsaribus ad sup-
 plicandum ingredientibus templum præclara uoce precari sacerdos so-
 let, id unum & ego tibi precor, Solymane, scilicet ut memineris proge-
 nitores tuos hoc tibi imperium, quo nemini maius atque opulentius
 Dij dederunt, iustitia & pietate peperisse: hæc enim uia euntes nusquam
 sefellit Fortuna, & tu hæctenus ita institisti uestigiis, ut facile supra eorũ
 z iij

nomen & gloriam sis prouectus, quum inter tuos iustitiam coleres, &
 quod uera pietatis est munus, aduersus religionis nostrae hostes bella co-
 tinenter gerenda, aeternae spe laudis incensus arbitraris. Itaque captum
 est Taurunum, expugnata Rhodos, trucidatus in acie rex Hugarus, bis
 euastata incensaue Germania, adeo ut Carolus, quem tibi Christiani
 imperio & uirtute parem uolunt, quum ingentibus nationum fere ont-
 nium auxiliis niteretur, armorum tuorum strepitu terrefactus pugnam
 detrectarit. Sed quoniam ulla imperia quantum uis ampla, aut ulla uel
 perillustres uictoriae, nec excelsi animi magnitudinem implent, nec glo-
 ria fatietatem adferre possunt, idcirco aduersus Parthos, Persasque ui-
 ctricia signa praemisisti, ut ea gentes, quae a diuinis legibus impie defe-
 cere, expiatae ueluti sacris armis, & denique uictoriis tuis lustratae, ad an-
 tiquos religionis ritus reuocentur. Sed sit hoc tibi uel incepto, uel exi-
 tu maxime decorum atque magnificum, modo mihi liceat in armis atque
 periculis seni facto, ea commemorare quae expediant, & denique ea quae
 longo usu didici ad ampliorem augustiorumque tui nominis gloriam
 aperire, neque a me hoc ambitiosius dici fortasse interpretere, satis enim
 superque Fortuna rebus meis fauit, quae me domi inopia pressum, & an-
 cipiti cum spe eius flatibus uela datem, ad multas uictorias amplasque
 opes & denique ad regium nomen euexerit. Verum super haec nihil mi-
 hi melius dare Diu potuerunt, quam ut ad te uenirem, & de grauissimis
 rebus differendo in consilium adsciscerer. Nam id quo nihil in rebus hu-
 manis bellicisque praesertim utilius atque praestantius dari potest, consi-
 lium fide & rerum experientia plenissimum dabo: & quanquam senes ni-
 hil ultra adferre posse uideantur, tamen in uegeto corpore robustae ui-
 res adhuc supersunt, ut fortem operam in omne maris terraeque disci-
 men aequae praestare ac polliceri queam. Huic autem uni curae ab adole-
 scentia dies noctesque inuigilauit, Horucij fratris uiri fortissimi consilii
 ac sensibus inharens, ut nostrae religionis terminos proferrem, Christiana-
 nos terra marique persequerer, & nihil maius optarem, quam ut tuae clas-
 ses copiaque studiis atque opibus meis adderentur, & denique dux, aut
 certe signifer, quando melioribus parere non piget, auspiciis tuis effice-
 rer. Cuius uoti si me Diu compotem fecerint, breui tota Africa Hispani
 depellentur. Mauros ad Beticae uetus imperium in Hispaniam traiecisse
 audies, Poeni & Numidae tibi parebunt, & ut Sardiniam Corsicamque
 omittam, Sicilia nostra erit: ea occupata, Italiae fame enecabimus, & un-
 dique classibus aggrediemur, discordia principum laborante, infirmam
 disunctis uiribus, & quantum ad eius partem Siciliae & Macedoniae pro-
 ximam attinet, qualibet conditione seruituram, modo Hispanorum iu-
 gum excutiat. Noli enim existimare eas opes, eumque in Italia esse con-
 sensum quae fuerunt, quum Hydrunte capta non Italis modo sed cate-
 ris etiam populis maximum terrorem intulit proauus Mahometes. Is
 enim successu eius belli, ad quod sustinendum uix uniuersi Christiani
 principes suffecerunt, haud dubie urbe Roma potitus foret, ut occiden-
 tis ac

A tis ac orientis imperia secundum ius & aequum, uetere sua augusta in fe-
 de iungerentur. Sed ille ab humanis repente discessit in caelum raptus,
 scilicet ut hoc tibi, sicuti fata syderaue promittunt, consummatae uir-
 tutis opus relinqueret. Nec te hac iniecta spe summi inusitatumque trium-
 phi uel interpello uel demoror, quominus in orientem contendas, uete-
 res impiosque hostes, & ultima supplicia meritos armis persequare: clas-
 sis enim mihi erit satis, qua tibi minime est opus in mediterraneis regio-
 nibus bellum gerenti, ut dum tu Asiam subigis, ab alia parte ipsa Africa,
 quae est tertia pars orbis, in potestatem redigatur. Ante omnia autem pel-
 lendus est Tuneto Muleasses, inexplebili auaritia, foeda impotentique
 libidine, immanique saeuitia, diis atque hominibus inuisus, qui duode-
 uiginti fratribus per insidias interfectis, aut quod ipsa morte acerbius
 uidetur, praesto oculo crudeliter occaecatis, ita regnat solus, ut neminem
 sibi uel consanguineum uel amicum reliquerit, nam animo tam ingra-
 to quam perfido paternos etiam amicos, qui ipsum insigni studio ad re-
 gnum extulerunt, ut gratiae merita celeriter exolueret, ad unum omnes
 iugulauit: cum hac bellua nobis res erit, quam cum nemo amet, facile
 omnes oderunt. Numidae quotidianis incursionibus exagitant, quorum
 iniurias ita sustinet, dedecore, ignauia, & metu infamis, ut eas ferre qua-
 ulcisci malit: & hic semiuir Turcas uiros fortes in cathenis detinet, nec
 augustum nomen tuum, a quo humana diuinaque iura undique petun-
 tur, plane agnoscit, & quod minime est ferendum, Hispanis ad Tripolim
 fauet, ut Agis & Moses strenui duces Turcae Taiorea urbe depellantur.
 Hanc feram uti unguibus ac dentibus exarmatam, uel ob id facile con-
 ficiemus, quoniam apud nos est Roscettes eius frater, Pœnorum omnium
 uotis ac precibus expetitus: huius persona uel in speciem nobis erit uten-
 dum, ut res, quum copias ad Tuneti portas ostentabimus, sine ullo om-
 nino uulnere patrari possit. Tui demum erit arbitrij statuere, quem pu-
 nicis rebus praesse uelis, mihi certe satis imperij & gloriae questum erit,
 quum tibi debellatis hostibus a Perside redeunti maxima pars Africae de-
 uicta pacataque tradetur. Ex itinere uero, quod priuati muneris nomi-
 ne me polliceri iuuat, enixe dabo operam, ut suas quoque clades lugeant
 Christiani, atque Aeria si occurrat, suis maleficiis non diu exultet: hunc
 enim unum uti uerum propriumque hostem, uel a cladium acceptarum
 memoria, uel aemulatione gloriae persequendum mihi desumo, eo autem
 oppresso, tibi uni maria patebunt, & mihi crede, qui uictor mari euadet
 E facile etiam terrarum imperia tenebit. At Solymanus qui excellentium
 principum more, graui aure excepta ad animum transmittere, perpen-
 deretque inde cuncta, ac ingenti demum iudicio consilia terminare erat
 solitus, collaudato Hariadeni studio, consilium dimisit. Nec multo post
 in sententiam Habraimi decretum est factum, ut Hariadenus tribus Bas-
 sis, qui est supremae dignitatis honor, quartus adderetur, essetque ei sum-
 mum maris imperium, ita ut insulae, portus, urbes, populique maritimi
 ei parerent, ius ei fasque esset quos uellet, ubique uellet, remiges, nautas,

militēs cōscribere, & in naues compellere. His promulgatis Solymanus post die idus Maias ei uexillum, sceptrum, gladiumq; de manu tradit, monet ut promissis insigni facinore edito fidem præstet, eumque regia egressum Ajax & Cassimus Bassæ, ipsiq; prætorij præfectus celebri pompa prælatis noui honoris insignibus ad naualia deducit, octiesq; ei centena milia aureorū nummū in bellicos sumptus ex ærario depromuntur, attribuunturq; ei ex ordine prætorianorum Iannizeri circiter octingenti, nec multos Byzantij moratur dies, classiq; octoginta triremium atque aliquot biremium armis, uiris, & comætu abunde instructa, Helleponto egressus in Italiam cursum intendit, relicto cum duodecim triremibus Amurate trierarcho, qui Solymanum eiusq; exercitum ad Perficum contendentem bellum ab Europa in Asiam transportaret, isque demum omnibus transuectis, Hariadenum ad Methonem est consecutus. Quum improviso aduētū Messanæ fretum transiret, Mamertini ad arma conclamantes urbi portuque magno pere timuerunt, sed præteruectus Hipponiatem sinum in Brutiorum ora sancti Lucidij oppidum inuasit, id olim Tempa dicebatur, impositum rupi, qua mare despectat & muro haud temere munitum: sed is à terra subeuntium Turcarum impetus fuit, ut deiectis propugnatoribus diu defendi nequiverit, eò maiore incolarum calamitate, quòd nemo fuga est elapsus, quum prætor in ea trepidatione auersam ab hostibus portam diligentius reconditis clauibus obserasset. Inde ingenti omnis generis rerum ac hominum portitus præda, ad Citrarium contendit, ubi classem ædificari à captiuis didicerat, id uti uacuum incolarum fuga statim est incensum, atq; eodem igne septem triremes, imperfectis adhuc puppibus & foris, cōcremata: ubi uero à Capreis supra Neapolim uniuersa classis in conspectum est data, adeo terribili spectaculo totam eam oram conterruit, ut plerique affirmarent, si hostis expositis copiis ad mœnia repente successisset, Neapolitanos in subito metu ægre urbem fuisse defensuros. Eo cursu ad Prochitam prouectus oppidum cepit, arcisq; exiguæ custodibus sub fide se dedentibus libertatem reliquit, & quum in Caietæ portum noctu inueneretur, ita ad Speluncam superato promontorio cursum deflexit, ut occupandæ Caietæ occasionem parum nauiter prætermisisse crederetur: nam & præsidium urbi arcique exiguum erat, præsertim repentino nocturnoque in metu, & Caietana iuuetus assueta maritimis quæstibus, & in prædiis occupata ab urbe per eos dies aberat. Spelunca oppidum extremis Fundanis montibus adiacet, qua desinentes rupes, plagæ maris planicie excipiunt, ex ruina quondam antri Tyberij Cesaris insigni periculo in historiis Cornelij Taciti celebratum. Speluncani inexpectato appulsu tantæ classis territi uix tentata defensione animos desponderunt, ingressusque hostis circiter mille & ducentos imbellis maxime sexus & ætatis cepit. Refugerat in arcem Pelegrinus, qui inter Speluncanos diuitiis eminebat. Hunc Hariadenus monuit, ut sese dederet, nec uim experiretur, id si extemplo faceret, integra fide liberum futurum, si conaretur sese

atque

A atque arcem tueri, breui stultæ pertinaciæ pœnas crudeli supplicio, atq; incendio oppidi protinus daturum, nec ille metu exanguis diu cunctatur, quin spem uitæ uel in barbara fide, certi prope exitij periculo potior rem ducat: ita egresso in litus, & ad genua procumbenti concessa libertas, & quod fuit humanitatis, uxor, filius, & neptis inter lachrymas præ gaudio utrinque manantes restituti. Eadem quoque nocte ad duo milia Turcarum è classe per asperos uepribusque impeditos colles ad urbem Fundos, decem inde milibus passuum, peruenerunt: uti creditur ducibus indigenis ex eorū numero, qui superioribus annis mari capti, tædio præduræ seruitutis ad Mahometis sacra defecissent. Ea uero aduolantium & refringentium portam celeritas fuit, ut Iulia Gonzaga, Prosperi Columnæ quondam nurus, uix spatium sit naeta, quo seminuda iumento imponeretur, atque inde iam conspectis hostibus ad montes se proriperet. Ferunt Barbarussam, uti ipse postea minimè diffiteri est uisus, eam cum admirabilis formæ tum uirtutis fama florentem capere cupiuisse, ut Solymano dono daret. Cæterum Fundani cæduntur, atque omnes ferre capiuntur, facit & deditionem Stecatius prætor imbellis, qui cum turba mulierum in turre confugerat, quum successis iam foribus, & barbarorum clamore, & fœminarū eiulatu terreretur. Turre in potestatem redacta Turcæ ad spoliandum sanum conuersi sepulchris Columniorum procerum ornamenta detrahunt, uexillaque item militaria picta auro dilacerant, onustique præda ad classem reuertuntur. Alia quoque triremium manus Tarracinam diuertit, ibi quoque populo ad mœnes fuga elapso, in templa sæuitum, inualidique senes, & ægri aliquot in lectulis trucidati. Is terror à Priuernatibus propere Romam delatus, ita consternauit omnium animos, ut si hostis eo impetu ad Ostiam esset prouectus, tota ciuitas sese in Sabinum, Etruscumque agrum effusura crederetur. nam neq;

D Clemens tum grauissimo cōfliktatus morbo, consuli poterat, neq; amplius omnino quàm centum uiginti spiculatorum Germanorum, & quadraginta septem leuis armaturæ equitum præsidio, quo tum principis atque prætorij custodia stetit, publica salus nitebatur, nec ullus erat cum peregrinis & inquilinis Romanorum consensus, quum quisque priuatis potius quàm publicis rebus studeret. Coiuere tamen in eo periculo Cardinales, & effractis ærarij repagulis ex authoritate senatus Hippolyto Medici Cardinali pecuniam deprompsere, ut tuendæ oræ maritimæ curam susciperet. is alacriter cohortes conscripsit, sed eas, uti in subituario delectu accidere solet, ex pessimo & incondito hominum genere, adeo ut per summam iniuriam Priuernatibus ex itinere cæsis atque direptis, oraque Pyrgesi, & Tarquinienfi fœde uexata, nullo pudore in hostilem rabiem animos uertisse uiderentur. Porro Barbarussa uetere consilio suo innixus, quum statim in Pontias aquandi causa diuertisset, in Africam traiecit, tanta usus celeritate, ut prius eò peruenerit, quàm ab nostra ora discessisse crederetur: uoluit enim ea diuersa nauigatione fallere Muleasem, ut imparatum opprimeret, & ipse antea famam simulanter edide-

rat euastandæ Italiae, Liguriæque præsertim, & Hispaniæ, uindicâdis scilicet iniuriis, quas Auria Coroneis atque Patrèsi bus intulisset, ita ut non omnino inani coniectura, postquam Messanæ freto superato Italiae litora legere, & cuncta urere cœpisset, Liguriam, ac demum Hispaniã inuasurus esse putaretur. Et Veneti quoque; Muleassi & Pœnis aliqua ex parte timorem minuebant, quum ualidam classem instruxissent, quin decumis ex sacris redditibus sacerdotum ordini, uel id ægreferente Pontifice, impositis, ut ex ea pecunia remigibus stipendia præberentur. Quid enim petente Africam Hariadeno, Venetis opus esse tanta classe: præsertim quæ tanto sumptu & tanta cum inuidia pararetur: profecto summæ prudentiæ homines, qui Turcarum consilia Byzantij diligenter explorare & excipere essent soliti, pro certo cognouisse tot triremes aduersum Auriam comparari, ut pares & duplicatæ cladēs Christianis redderetur. Ad hæc quoque Muleasses per speculatores didicerat Roscetem fratrem, quem maxime metuebat, Byzantij in libera custodia esse relictum, ueluti aliena tum ab Africæ rebus expeditione suscepta. Neque enim ullis armis ualidius se peti atque inuadi posse existimabat, quã producto regni æmulo, in quem ex conscientia scelerum suorum omnes prope Pœnorum ordines & Numidas inclinatuos appareret. Sed quoniam ad hunc locum est deuentum, operæ pretium erit paucis enarrare quæ de Muleassio imperio, moribusque Pœnorum didicimus: nam multa digna cognitu, quæ diu solis mercatoribus comperta fuere, nobis scribentibus, uictoria Cæsaris aperuit. Africã Romani euerfa Carthagine sublatiisque regionibus, propter agrorum ubertatem multis eo deductis coloniis excolendam atque illustrandam suscipere, tenuerêque eam proconsulari imperio usque; ad Vandalorũ aduentũ, quos in contumeliã Romani nominis immani rabie fauientes Belisarius deuicit atque; deleuit. Inde facta est prouincia Græcorum imperatorũ, à quibus in eam quotãnis duces & præfides mittebantur. Postremo eam inualescente Mahometis secta, Saraceni è Syria, Aegypto, Arabiãque inducti religionibus tanta ui inuasert, ut pulsus Christianis, inuectaque & late propagata superstitione in Hispaniam usque uictores transcenderint, & cum Afri, Numidæ, Mauri, & denique omnes Pœnorum gentes noua sacra facile suscepissent, in Illiberi Bætica regia urbe, quam Granatam nostri uocant, posita est Maurorum sedes, & Cordubæ gymnasium cum celebri bibliotheca constitutum, ubi Arabicarum literarum professores, iuuentutem docendo, excipiendoque intermorientes apud Græcos optimarum sciẽtiarum atque K artium disciplinas, cum insigni ingeniorum gloria floruerunt. Nihilofecius & in his militare studium enituit, adeo ut quum diu cum Oretanis Celtiberis, & Carpétanis esset dimicatum, è Miramolino irrumpente pene omnis Hispania Punicis armis cesserit. Sed post sexcentos demũ annos, ætate nostra Ferdinandi regis uirtute obsessa captaque Illiberi, omne Punicum nomen ab Hispania pulsum. Hac tempestate in Africa opibus ac amplitudine imperij cæteris præstant Tunetani & Fessani reges, sed

A ges, sed Tunetanis ab longa imperij uetustate, eximiãque stirpis claritudine, autoritas maior & augustior, nam ab his sacra & iura omnia petebantur. supra Tuneta enim itinere trium dierum urbs est Caruenna, perantiqui templi religione, & sanctissimorum sacerdotum collegio maxime uenerabilis, & ob id libera & immunis, in qua functi fato Maurorum & Numidarum proceres uel è longissimo terrarum tractu tumulantur. Quoniam persuasum habent eorum animas, quorum ofensa sacrosancto eo in loco sita sint, uti purius expiatis, ad impetrandam caelestis uitæ fœlicitatem illorum sacerdotum accuratiore carimonia B superis efficacissime commendari. Imperium Tunetanum octingentis fere milibus passuum in ora ab occasu ad Orientem extendebatur, nam Bugea, & Tripolis emporio & gymnasio clarae urbes, quas Nauarrus in diuersis regni finibus bello cepit, Tunetanae ditionis erant, quum & ea inorsus ad Aethiopum harenas usque pertineat. Porro Fessani in Tingitana Mauritania impositi Salæ amni, qui in Oceanum magnarum nauium capax euoluitur, bellico apparatu & militaribus copiis antecellunt. egregie enim sustinent Lusitanos, cum quibus continenter bello exercentur, adeo ut triginta equitum milia in aciem educant, paratissimi C misque animis ac uiribus litora tueantur: reliquas regiones urbisque reguli quos Scæcos appellant, circa oram præsertim possident. At in mediterraneis Numidæ uno nomine dicti Arabes uagantur, cum Afris bella gerunt, uenalemque pacem habent. his mos est belli causas excitare, alere controuersias, semper armis exerceri, pecuariae, colendique agri ministeria per seruos obire, præsertim Aethiopes, quum se omnium gentium nobilissimos iactent, quod impermixti sanguinis ab antiqua Pœnorum origine progeniem ducant. Diuisi in multa agmina à Nilo amne inorsus ad Atlanticum Oceanum extenduntur, & quum incertas fedes habeant, certis tamen pagorum finibus imperia præscribunt. D Hyeme longius à mari ad Aethiopum fines recedere solent, tepore soli & clementia aeris inuitati. Aestate uero ad uixdum maturas fegetes reuertuntur, ut alieni laboris fructum intercipient. Nemo apud eos præter paucos sacerdotes literas addiscit: neque enim adeo accurate, uti Mauri, sed simplici atque expedito cultu, religionibus student, his haud dubie fide, integritate, uirtutêque animi, & denique bello & pace meliores. Incredibile dictu est quam tenui conuictu & uires & ualetudinem tueantur: nam ficu sicca, dactylis, pulticula, atque acido lacte conuiuia finiunt, tum uero epulantur, quum è uenatione falconumque aucupis, quibus maxime gaudent, prædam retulerint. Totius patrimonij eorum census est in equo pernici, quem seminudi egentissimique homines immenso parant pretio, nec mirum, quando uita & uigilia eorum omnis, si bellum desit, in latrociniiis uenationibusque consistat. Vxores adeo humiliter uiris ancillantur, ut equos curent & insternant. Aestate pariter atque hyeme equites pellicea talari tunica utuntur, quod ea peregre sustineat uentos, & in magnis feruoribus soles non

admittat, capiti linteum intortis à mento spiris non indecēs tegumentum, desilientes ab equis in clunes confidunt, parcuntque pedibus, ut uix exiguis spatiis obambulent: plicatione uero assidua, contentioneque artuum, itēque frictionibus calorem excitant. Hac exercitatione, procul à morborum cruciatu, medicinæque periculo ad summam perueniunt senectam: adeo ut fatalem horam minime præsentiant, & læti euanescente potius quam intercepto spiritu, inter colloquia liberorum leniter expirent. Ex hac gente fuit Lentigesia Muleassis mater, uirilis animi mulier, Doracis reguli soror, cuius ingenio uirtutēque Muleasses adiutus & impulsus regnum arripuit. Nam Mahometes qui multo luxu, & multa cum gloria triginta duobus annis regnauerat, quum sibi uitæ finem adesse cerneret, Maimonem inter duos & uiginti filios natu maximum legitimo iure regni hæredem scripturus esse uidebatur, nisi Lentigesia corruptis pretio regiis satellitibus, maritū in supremis uitæ angustiis, fatigatum precibus, dolisque deceptum præuertisset, ut in filium regii nominis Fortuna transferretur. Itaque Maimo qui paulo ante, affectati regni suspicione, ob præclaram bellicā uirtutis indolem, à patre in carcerem fuerat coniectus, eo expirante, dum è custodia ad imperium se proripere sperat, iussu Muleassis interficitur. Roscettes natu secundus, qui extra arcem cum uxoribus habitabat, comprehendi non potuit: ceteri fratres grassante Muleasse in suū sanguine barbarico more, partim iugulantur, partim candenti ferro oculis admotum lumine priuantur. In his fuere Barcha, & Belethes atq; Saethis stata ætate, & in spem imperij una matrum nobilitate procreati, qui quum Tunetum in ipsa Cæsaris uictoria caperetur, ob eam calamitatem cum graui probro atque inuidia reducti regis, apud nostros homines Punica seuitiæ fidem fecerunt. Ex fuga quoque biduo post, Laselles & Habraimus, & cum his fratres quatuor uixdum puberes, in Bagrada amnetum forte hyemalibus aquis late inflato trepide uadum querentes, Solax Numidarum dux interceptus, acceptoque pretio, uir æque uenalis & fauus, Muleassi ad supplicium tradidit. Porro ceteri omnium reliqui Roscettes & Abdemelech, dum supra Hadrumentum profugerent eodem pene casu, sed non iniqua sorte, in Morhabitum inciderunt, à quo, aduoluti pedibus, & salutem suam regiæque stirpis sanguinem commendantes, ita seruati sunt, ut quum in Numida opulento generosi animi laus quereretur, seuitiæ tamen arbitrium Muleassi uenditaret: accepta enim est traditionis merces, & interim illi uti deceptis custodibus, ad Bentiesem amicum suum, ulteriorem Numidarum ducem, opportune emissi. Verum & apud hunc, proditores passim grandi pecunia subornante Muleasse, aliis atque aliis petiti insidiis ad Biscarim urbem maxime mediterraneam recessere: ibi Abdemelech tēdio tam ancipitis Fortunæ omni spe regni prorsus abdicata, sacratio in otio religionibus se deuouit. Roscettes uero apud Abdalam urbis principem, & mox sacerum, adeo sollicitate atque accurate ab omnibus Muleassis dolis est custoditus

A stoditus, ut etiam ueneni metu, non alia temere in conuictu, quam semesa ab se uxorēque esculenta genero præberentur. Eo modo Muleasses paterno potitus regno, quum nemini ex regia sobole parcendum esse statueret, aliquot etiam pueros fratrum filios enecauit, paternosque amicos Manifestem & Mesuarem in primis summæ authoritatis, quorum studio atque ope Maimonem præoccuparat, uariis cruciatibus diu tortos & laceratos interfecit: quod præclari beneficij gratiam exolvere nollet, atque eos idem aliquando contra se tanquam ingratum facile molituros arbitraretur. Desauit & in aliquot nouercas, impellente Lentigesia, atque etiam concubinas patris nefaria crudelitate, quum ipse præposterus, & in mares procliuior in Mahometem patrem palam inueheretur, tanquam mulierosum ac effœminatum, qui exhausto aërio ingentes fecisset sumptus, ut ducentæ simul ad libidinem fœminæ regiis in hortis alerentur, è quibus tot suscepisset liberos, qui in imperio æmuli forent, ob idque sibi in his occidendis pergraue & plenum inuidiæ negotium reliquisset: & fuere qui existimarent patrem in supremo morbo, quum ex subita animi defectione ad spem uitæ subleuaretur, medicata potione à parricida filio fuisse necatum. Nec multo post Dorax, qui fauente sorore delectus erat imperator, aduersus Meschinem regulum Numidam peculiari nomine bellum suscepit: ab eo enim aliquot ante annis, uiuo Mahomete, cuius gratia plurimum ualebat, graues acceperat iniurias, & parte agri fuerat expulsus. Sed Meschines præpotenti hosti facile cessit, uti imparatus & inualidus, scilicet ut coactis auxiliis ad propulsandam iniuriam dum hostis recederet opportune reuerteretur. Ea contentio utrinque uario belli euentu sapius agitata, ad extremum regem ipsum in id bellum traxit, è dignitate sua existimantem, cœpto semel bello non deesse, ac auunculi eiusdemque imperatoris sui partes egregie tueri: affirmante Lentigesia id totum regio nomini ademptum uideri, quod Dorax segniter aut cunctanter adiutus amitteret. Itaque Muleasse in Doracis castra cum magno equitatu & Turcarum mercenariis peditibus profecto res eum habuit euentum, ut Meschines profligaretur, & rex ardentius ostentato erga auunculum studio suo iam plane maturas segetes incenderet. Ea inusitata ac immanis iniuriæ acerbitas quum frangere Meschinis animum nequaquam posset, adeo uehementer permouit, ut eo aduente, & tota pene Africa concitante singulos Numidarum duces, ingens & maxime periculosum Muleassi bellum sit conflatum, Roscettesque à Biscari in spem regni sit euocatus, non uno tantum sed proximo quoque regulo Numida, equites, arma, opes, insigni studio aduersus Muleassem conferente, quum quisque nisi omnes in unum icto fœdere consentirent, Meschinis exemplo rebus suis timere cogeretur. Contulere quum Meschine consilia, copias, & opes, Vlethes Iacob, atque Morhabitus clarissimi Numidarum duces, Roscettesque à Biscari educto, & regiis insignibus adornato, castra fecere non longe à Bechia urbe, quæ itinere unius

diei à Tuneto distat. Ea aduentantium hostium fama Muleassem quam suo pte ingenio pugnacem, sed tum solito timidior factum, & ex scelerum conscientia sibi diffidentem magnopere conterruit: uerum is non minus astu quam sæuitia insignis adeo egregie metum dissimulabat, ut compressis diligenti portarum custodia de Roscette rumoribus, festa hilaritate nuptias Amidæ filij celebraret, uniuersoque populo solenne epulum præberet, & singulis tribubus, præter id nouum munificentia genus, esculenta omnis generis congiarij nomine largiretur, Numidas uero propinquos, & Pœnorum optimates uariis artibus & donis sibi conciliaret. At ubi Roscettis aduentus diutius occultari non potuit, uexilla, arma, tormenta, ex arce proferre per Doracem, Numidas quos poterat mercede conducere, ex Afris equites & pedites conscribere, obsecrare prædones Turcas ut accepto stipendio pro se militarent: erat enim ea tempestate ad Tunetum tantus piratarum cõkursus, quum ibi cunctis huiusmodi generis hominibus tutissimus esset receptus, ut ea urbs Turcarum colonia uideretur. Cum his antea Muleassem certo fœdere pepigerat, ut captiuorum prædæque omnis pars quinta in fiscum referretur, magno quidem suo quæstu, & Tunetanorum emolumento, adeo ut sibi nullum omnino ex tot urbibus uestigal atque portorium uel uberius uel certius esse censeretur, sed is prouentus, uti ab hostibus humani generis iniuste atque impie quæsitus, non multo post Tunetanis, uti mox dicitur, dignam sæua atque auarissima gente peperit calamitatem. Quum Roscettes appropinquaret, qui superato Bagrada amne in profluentis ripa cum Vlethis filia epulante exercitu nuptias celebrat, Dorax ante portam urbis, quæ ad Bardeos defert hortos, in acie constitit, Muleasse degeneri animo arcis mœnibus se tenente: cum eo erant Solax, & duo fratres reguli cognomine Benaones, cum septem fere milibus equitum Numidarum, magnaque Afrorum peditum multitudo, & in quo ab uirtute & disciplina, generæque armorum firmissimū erat præsidium Caradinus Turca, cum delecta cohorte sclopettariorum, & septem curulibus tormentis: his accesserat ala prætoriana Christianorum equitum, qui ex reliquiis ueterum expeditionum in Africa remanserant, & ob uirtutem in honore habiti uxores duxerant, & nihil intereunte sobole & disciplina, extra meridianam portam in oppidulo Rebatto, à quo ipsi Rebatini dicti, templa, & domos, & familias habebant, quum Tunetani reges uetere instituto salutem suam externis & Christianis tutius quam Mahometanis & Pœnis committendam existimarent. Prouolauit ante alios Meschines, proprius Doracis hostis, cum quatuor milibus equitum, hunc Morhabitus cum ampliore agmine continenter est subsecutus: Vlethes ipse postremam ueluti subsidiariam progressis & pugnam ineuntibus cum Roscette aciem tenuit. Restitere aliquandiu Regij, Dorace primos impetus fortiter sustinente, sed Morhabiti uim non tulere Benaones & Solax, quum undique perturbati, & cum multa cæde præcipites acti in fugam uerterentur: defuit spatium Caradino ad dirigenda tormenta.

A tormenta: nam repentini hostes obliquo alarum flexu non in frontem, sed in transuersos incurrerant, tantisque eo tumultu excitatus erat puluis, ut in incertum tormenta emitterentur, nec planè dignosci posset, utram in partem prælij Fortuna in eò maxime turbulento & confuso certamine uictoriam inclinaret. Constat ab ea pulueris nube occupandæ portæ, & ingrediendæ urbis facultatē Meschinianis fuisse ereptā, quum rarecente sensim desidētēque puluere, & patefacta regionum strage, & fuga Rebatini primo equites, & demum Caradinus defata cõhorte, sed amissis tormentis ad portam se recepissent, atque eam simul atque urbem cõglobato præsidio seruauissent, Roscettes cruentiore quam pro more gentis potitus uictoria, sed urbe exclusus, quum nemo ex Tunetanis se commoueret, nullisque omnino uel à timore, uel à seditione, uti futurum putarat, in urbe tumultus oriretur, ad proximam regionem quam Martiam uocant, deflexit, ea est circa magnæ Carthaginis ruinas omnium rerum copia & fertilitate, multisque puteis & fontibus abundans, & pulcherrimis uillis ac ædificiis frequens. Ibi circiter uiginti moratus dies, quum frustra expectando urbanos motus, nihil proficeret, uel populantibus cuncta Numidis in oculis Tunetanorum, ut grauiore tandē periculo damnoque eorum animos aduersus Muleassem concitaret, totum id oliuetum immani crudelitate succendit, quod summa pariter amenitate atque ubertate conuestitis collibus à summa arce Carthaginis ad Tuneti usque mœnia protenditur. Ferunt nullum unquam uel obsessam, uel bellica clade afflictam urbi, eo acerbius ac luctuosius spectaculum extitisse: exurebatur enim continenti incendio suburbanus ager, miserias suas omni populo è muris magnis eiulatibus deplorante. Sed conturbatis ac incensis indignitate tam immans inuiriæ ciuibus rex aderat, consolando ac adhortando, ut eam calamitatem æquissimis animis ferrent: De enim ea detrimenta singulis præsentis pecunia liberaliter exoluturū, & daturum operam ut comparatis maioribus auxiliis, Meschinis, atque Morhabiti, & Vlethis prædia ad eorum prædam effusa populatione uastaretur. Nec multo post quum Tunetani supra præstita fidei sacramentum, & portas externo milite custoditas, efferatos iniuria animos à Roscettis studio penitus auertissent, Numidæ dilabi, quod eis post cõfectū præliū minime probro datur, atque Roscettē ut longè secederet, seruarētque se felicioribus consiliis, monere cœperunt. At ipse cum alij atque alij suspensum & nutantem in diuersa distraherent, Numidarū perfidiam, & fraternas insidias timens, eo animū inclinauit, non improbane Vlethesocero, ut Algerium ad Barbarussam confugeret, scilicet ut illic ulteriores spes suas ad inuadendum paternum regnum securius atque nobilius agitaret. Eo modo apud Turcam, iam tum late subactis finitimis regulis dominantem, aspiratēque ad imperium totius Africae, in cultu prope regio permanfit usque ad id tempus quo Byzantiū, uti diximus, est deuectus. Is Punicarum rerum status erat, quum Hariadenus Pontia profectus perpetuo cursu ad Bisertam improuisus appulit classem. Bi-

fertani & tædio Muleassis, & sua mobilitate impulsis, audito statim Roscettis nomine, Turcas oppido recipiunt, præfectumque repugnantem oppido expellunt: descenderant enim Hariadeno iussu aliquot Afri familiares comitesq; Roscettis, qui eum adesse, sed prodire non posse nunciabant, fatigatum scilicet nausea laceffente, atque accedente febricula mentientes. Adiacet Biferta piscosi stagni faucibus, per quas subiectum mare statis suis æstibus irrumpit, & infusum aquæ dulci sensim exorbetur & emittitur, efficitque portum lato alueo, uel magnis nauibus commodum, ab Vtica triginta fere passuum milibus distantem, ab antiquis à circumfluente lacu, qui olim Tritonius fuit, Hippodiaritos appellata. Collaudatis Bifertanis Hariadenus, utpote qui consilii sui summam in una maxime celeritate reponebat, classẽ celeriter eduxit, præteruictisque Vticã, & Carthaginis promotoriũ, eius turris atq; munitio, quã Gulettã nostri uocant, in conspectum se dedit, ita ut eam displosis omnibus tormentis in lætitiã atque amicitie signũ de more salutaret. Gulettani custodes quum salutem redderent, amice & grauius responderunt, se in eius potestate statim futuros qui Tunetanæ urbis imperio potiretur. Iam ab excelsa Tuneti arce cõspecta classis, & à Biferta totisq; litatoribus frequẽtes nuncij ingentẽ in urbe tumultũ excitant. Erat enim ciuitas erecta in expectationẽ noui regis, cum ipsius Roscettis a more, quod mite ac liberale ingenium præferret, tum odio Muleassis, quẽ aure & crudeliter imperantẽ, aliquot iam annos in luctuosa seruitute perulissent. Nec ipse adeo famæ suæ erat ignarus, ut alienatos ab se ciuium animos nequaquam intelligeret, nec præsentiret, quã parum spei in populi studiis esset reponendum, quum principum ciuitatis ora atque oculos intrueretur. Erant enim Tunetani uel ob id ei uehemẽter irati, quod uti Roscettis bello solẽni pronũciatione fuerat pollicitus, nequaquam eorũ inopiã liberalitate subleuasset, qui exustis atq; euastatis oliuetis, & uillis dũ constantẽr erũstarent, miserabilẽ charissimarũ rerum iacturã fecissent. Itaque egressum arce, & in foro concionatẽm deseruerũt, quẽ ea præmia, si pro se arma caperent degeneri uultu polliceretur, quẽ nec incolumis & uictor præstare posset. Monuere quoque restitantiẽ adhuc nonnulli, specie amicitie, & in his Abdahar (gerebat is tum magistratũ, qui Mesuar appellatur) ut cederet Fortunæ extemplõque profugeret: & tum forte de aduentu Turcarum rumor increbuerat, quæ res per se pauidũ, & ex merito infidias undiq; timentẽ, destitutũmq; à ciuibus in fugam concitauit, adeo turbata mentis ratione ut in arce aurũ, & gẽmas, & regia ornamenta relinqueret, occultata scilicet secretioribus latebris, ut his demum hostis potiretur. Primi omnium duo Hispani abrupta sacramenti fide à Muleasse ad Hariadenum defecerunt, Abezes ex Granata urbe, is erat in magistratu, qui dicitur Monifetes, & Fetuches Tarraconensis, qui custodia arcis erat præpositus. Hic Roscettis uxorem liberosque eius, qui à Muleasse in custodia seruabantur, statim eduxit, & regio cultu ornatos in solio Muleassis constituit, Mosẽsque itẽ, & Caradinus, &

Annus, & Agis prædones Turcæ detractis cathenis exoluuntur, ut cum aduentante rege, Hariadenoque his dono oblati, eximium sibi gratiæ locum pararet. Abezes autem phaleratũ insignem equum Hariadeno misit, quo in urbem adueheretur: itẽmque alios trierarchis & ducibus distribuendos, hortatusq; est ut maturaret, egregia etenim uoluntate Tunetanos, ut eum susciperent, sese obuiam ad apertis portis effusuros. Nec mora Hariadenus expositis in terrã copiis, conscensõque equo cũ quinque milibus Turcarum ad eam portã peruenit quæ stagno atque nauibus est coniuncta, ab ea ad aduersam urbis partem, ubi amplissima & edita arx in tumulum exurgit, lætã & oblõga regio pertinet, officinis rerum uenaliũ frequens, & mercatorum porticu conuentũque percelebris. At Tunetani quum Hariadenum per mediam urbem ad regiã contendentẽ, magnis gratulationibus excepissent, & in perpetua Turcarũ acclamatione nihil præter Solymani, aut ipsius Hariadeni nomen audiretur, commoueri uehementer perturbarique cõepere, incensis scilicet dolore animis, quod Roscettes nusquam compareret, diu frustra oculis requisitus expectatusque, ut æger tandem lætica, aut nauigio ad urbem subueheretur. Auxere tumultum Roscettis familiares nequaquam sponte Byzantio aduecti, qui nullo metu contineri poterant, quin mœsti oblati ueteribus amicis summissẽ dicerent Roscettẽ frustra expectari, qui Turcarum & Hariadeni fraudẽ in Asia & in cathenis quidem esset relictus. Ii etenim natura Punico nomini fauere cogebantur, magnõque cũ dolore perfidiẽ ignominiam animo sustinebant, quum speculatorũ muna obire apud suæ nationis homines & ciues, seruireque immanibus piratis metu mortis, & patriã prodere maxime turpe & flagitiosum putarent. Eo modo detecta fraude Tunetani frementes ira circa forũ conglobantur: concitatis ducẽm se præbet Mesuar, quẽ antea diximus, auctoritate, spiritu, & eloquentia Pœnorum facile princeps. Is dudum nobilioris gratiæ locum apud nouum regẽ quærens Muleassẽ repentino Turcarum aduẽtu perturbatũ, & ab amicis opem, fidem, fortẽmq; operam implorantẽ, non modo contẽpserat, uerum, difficultates atq; pericula uerbis adaugendo, hostili plane animo egerat, ut ille urbe atq; arce protinus excedere properaret. Tũ uero sua spe deceptus, uti erat mobili ardẽtque ingenio, reuocare Muleassẽ, & Turcas in arce obsidere atque oppugnare statuebat. Itaque ad populum ad arma cõsternatum ab altiore porticu cõuersus, magna uoce: Nefaria, inquit, fraude decepti sumus fortissimi ciues: Roscettes enim quẽ pro legitimo rege expectatis, in cathenis Byzantij calamitatem suam luget: nos uero nisi pro libertate extẽplo captis armis enitimur, externis prædonibus perpetuò seruiemus: expediti consilij & festinatæ operæ occasionem præfens negotium uobis ostendit: proinde qui seruire & uenudari nolunt, correptis repẽte armis Turcas inuadant, dux ipse uobis adero, ut publico consilio fraudẽ ulcisci, & patriã & libertatem pro dignitate Punico nominis tueri uideamur. Nec mora omnes ad arma conclamant, repentino impetu Turcas

inuadunt, obuios ac nihil timentes obruncant, attollitur undique clamor, magno tumultu arma proferuntur, Muleasses reuocatur, qui cum Dorace ad Restabianos hortos substiterat, ciuium ingeniis diffidens, sed tamé retentate matre euentum expectans. Erat Tunetanorum ualde ingens, sed incodita multitudo, nequaquam militaribus instructa armis, quæ uix sustineri posset, nisi uecordi impetu potius & præcipiti temeritate, quam periti ducis imperio, & disciplina regeretur. Itaque concursu undique facto ad arcem contendunt, aduolantque ad id propugnaculum, quod ascensu facilius esse uidebatur, portamque habebat pertinētem ad oppidum suburbanum, Babasuechum ab Tunetanis appellatum. In eo Turcæ uexillum præfixerant, ac inde fortiter ac intrepide propugnabant: sed scandentibus Afris, atque omnis generis tela iaculantibus, ardentibusque facces concremandis foribus itidem ingerentibus, ægre sustinere, & sese in retractiorem munitioremque locum recipere cœperant: quum Bætitus Hispanus, quem abiurato religionis cultu Turcæ Ramadâ uocabat, tormentum æneum in editiorem arcis speculâ, expedito consilio, ingentibusque celeritate impulsus humeris militum, atque ductus, in confertissimos hostes emisit: eo ictu multorum strages edita, & multo maximis cæteris illatus est pavor, quum ab tota etiam muri corona à sagittariis peterentur, & quod maxime terrebat, sclopettorum glâdibus sternerentur. Deerat Hariadeno temporis spatium, quo consiliū in re subita, opportune caperet, & quid fieri uellet, militibus imperaret: nam & hostium, quos pacatos putabat, repentinus incursum, & situs arcis nondum plane oculis colustratus, & commeatus, qui uix triduo sufficeret, ex penu atque horreis renunciatus, etiam egregie constanti, & in summis asperrimarum rerum periculis sæpe uersato perturbationē afferebant. Sed huc timorem cum singularis furentium potius quam pugnantium hostium imperitia, tum suorum militum spectata uirtus, magna ex parte minuebant: quum & ipsi successu ipso, & protractione prælij, magis spe atque animis confirmati propugnarent: illi uero, quod primis ausibus fortuna defuisset, in periculoso atque irritato conatu conspecta suorum strage & uulnerum fœditate, iam plane concepto metu frangerentur. Verum Dorax cum ala equitum Numidarum, & ipse Muleasses reuersi, prouectique per Babasuechum suburbanum usque ad portam, uel nomine ipso & clamoribus oppugnationem iam bis intermissam atque redintegratam adiuuabant. In ea rerum asperitate Halis Leuanus, è Malacha Bæticæ urbe, qui ad Mahometis sacra defecerat, uir belli peritus, utpote qui in Nauarri & Piscarij castris in Italia aliquot annis militasset, conuersus ad Hariadenum: Eruptione, inquit, nobis est dimicandum, si arcem defendere, ac omnium salutem recentemque nominis tui dignitatem tueri egregie uolumus: si cominus enim collato pede manus conferantur, non ferent nostrorum impetum, qui nunquam aciem uerorum militum uiderunt, inanisque audaciæ protinus pœnas dabunt: quum nec in seruitute nequissimi regis pacem pati, nec in ipso quietis ac otij limine, authores acceptæ libertatis grato animo ferre uoluerint.

A luerint. Quum Halis sententiâ fere omnes laudaret, & in primis Moses & Agis, uiri fortes, quos custodia eductos fuisse diximus, atque ite Haidinus Smyrneus, cui Cacciadiabolo cognomen fuit, inter piratas longe fortissimus, comprobante Hariadeno, & prælij signum dante, duabus portis erumpunt, circumuentos ab diuerso latere trucidant, insignis tribus in locis editur pugna, magna uis inermium Pœnorum interficitur, & ipse Mesuar glâde traiectus cadit. Tum uero ab oppugnatione discedit unaqueque tribus pulsa loco in suam regionem. Instate demum premētēque Turca milite, in plateis & compitis cruento maxime prælio aliquot horis est decertatum. Ad extremum Tunetani superati, atque intra domos compulsi, quum non pro rege, sed pro uxoribus & liberis certaretur, inde Halis recepit suos, cæde, æstu, siti & multo labore defatigatos. Ferunt eadem die supra tria milia Tunetanorum desiderata: uulnerata uero ad triplum. In eo successu Muleasses desperatis rebus ingenti cursu se proripuit, committente, protegentēque Doracis equitatu: nam persequentibus Turcis, quum in tumultuosissima fuga ægre sese inter horum torum macerías explicasset, parum absuit, quin in potestatem hostium deueniret. Dorax superato Bagrada amne in pacata loca suæ ditionis eum perduxit, non longe à Constantina urbe, aluitque eum liberaliter, & summa fide protexit, usque ad Cæsaris aduentum Constantina, ut literæ faxis ad mœnia incisę manifesto indicant. Cyrtha Numidiæ regia olim fuit, distatque à proximo maris litore ubi nunc tenue oppidum stationem habet nomine Collum, collonia Cullu antiquitus appellatum. Cæterum ea nox, quæ prælium & regis fugam secuta est, Tunetanis pariter & Turcis insomnis fuit: acta nanque summa cura utrinque uigiliæ dispositis in muro pariter & ad arcis exitus armatorum cohortibus: sed dies pacem atque otium utrisque attulit. Nam Pœni inter tot funera suorum & uulnera, utpote qui satis improspere uirium suarum periculum fecissent, cæso Mesuare, pacem quam bellum mallebant, præsertim quum rex ipse pro cuius imperio ac dignitate certabatur, opibus atque animo fractus in solitudines effugisset, & id quoque Hariadeno impetrare cupiebat, non ignarus eam quam habebat militum multitudinem, pertenui copia commeatus uix triduo in arce posse sustentari, summamque rei spem partamque uictoriam deuocari in apertum discrimen, si Tunetanorum animi, desperatione uenia, aut uindictæ rabie inducti, accitis undique Numidis & Afris, ad obsidendam arcem uerterentur. Itaque impetratis induciis Hariadeno, solenni sacramento dat pacem & accipit, alloquitur urbis primores, ostendit eo consilio se uenisse, ut ciuitatem sauiissima Muleassis tyrânide liberaret, liberatamque quantis maxime posset beneficiis atque muneribus auget simul ac ornaret: qua benignitate Tunetanos sub longe maximamque optimi principis tutela, breui sperandum foret diuites atque beatos egentissimis atque miserrimis euasuros. Proinde id se unum ab ipsis postulare, ut Solymano & sibi eius præfecto fidem seruet, & in ea libertate conquiescant, quam multo suo labore & sumptu, Deorumque præsertim

immortalium beneficio, potius quam ipforū merito susceperint. Quod si aliquando futurum esset, ut ipsius ac Turcarū imperij & amicitiae Tunetanos pœniteret, & Roscetem omnino desiderarent, se minime dubitare, quin Solymanus regna uel Christianis dono dare solitus, si per legatos id peterent, cum in Africam cōcesso regno, & regalibus donis aduētum esset transmissurus: sed etiam atque etiam cauerent, ne eo consilio exitialis belli potius quam tranquillae pacis materiam quærere uiderentur. Ad ea Abilchirinus, qui postea Mesuar est effectus, respondit non debere eum Tunetanis succensere, si uti ab omni annalium memoria regibus antiqua stirpe editis assueti, eo eiecto qui tyrannidē per decē annos exercuerit, alterū qui aequitatis atq; iustitiae fama floreret, sibi regem exoptarint, praesertim quum is ab ipso classe aduētus & penē dono datus esse crederetur. Non mirum idcirco fuisse si in cōtumeliae nomen commutata beneficij fama, ipsi uti fraude, aut certe opinione decepti, adeo insanire sint uisi, ut uinci armis quam dolo subigi maluerint, quando ipsis atq; Muleassi multo satius fuisset occlusisse urbis portas, quum externa classis Africae litoribus appulisset, quam incertis omnino rumoribus incaute credidisse. Proinde Tunetanos tanquā fortunae iudicio in deditioem acceptos, optimo iure paratos esse iurare in uerba Solymani, atque eo quidem aequiore animo, quod pro egenti & in suis miseriis iniqua sorte iactato, longe amplissimum & foelicissimum terrarū orbis regem nequaquam uoto, sed praeter spem arridēte fortuna, quod Punico nomini bene uerteret, essent consecuti. Compositis Tunetanis rebus & creatis magistratibus Hariadenus ante omnia operā dedit, ut Namiidarum principes sibi foedere ac beneuolentia iungerentur: quod ubi largitione atque muneribus apud homines egenos, & ad ineundam dissol uendamque amicitiam ab uenali ingenio procliues, celeriter est consecutus, Asanagam Eunuchum genere Sardum, cui maxime fidebat, atq; item Halim Leuanum, cum Ianizeris & tormentis aliquot curulibus ad recipiendas Africae urbes misit. Paucisque diebus nullo labore aperientibus cunctis portas, mediterraneae pariter atque maritimae urbes deditioem fecere: una omnium urbs Caruenna, quum se uetusta sacrorum religione, & sacerdotum domicilio immunem ac liberam existimaret, aliquandiu restitit: sed uicta excidij metu Turcarum armis facile cedens praesidium accepit. Inde Hariadenus regiam nouis aedificiis exornare simul atq; munire orsus, septum in cauedio, in quo Turcarum more pro tribunali ius diceret, instituit, conatusque est multis seruilibus operis, aperire nouas fauces, ac immittere per eas id mare, quod à promotorio Carthaginis lunato flexu ad stagni munitioes extēditur. In eo litore geminae sunt turrets, ab aequae salisque nomine à nostris appellatae, ubi olim ille insignis Carthaginēsiū portus uisebatur. Id opus ea ratione Hariadenus efficere contendebat, ut tuto, per amplōque & maxime expedito portu uteretur: nam uadosa admodum erat angustiae, quibus Guletana turris ab ortu aduersae continēti ligneo ponte cōmittitur, ita ut triremes aegre

humis

A humeris feruorum & tractoriis machinis in stagnū impellantur & educantur. Ab his faucibus Pœni leuibus tantum nauiculis, propter humilia uada, ad urbem Tunetum adnauigant: uideturque id stagnum centrum fere stadiorum diametro in orbem ueluti circino circumductum, & id multo cœno multaque uligine passim uadosum. Cæterum id opus Aquilones facile disturbarunt, inuecta scilicet aggestaque continuis aestibus ac fluctibus arena: adeo, ut quum priscaurum molium fundamenta reperissent, Hariadenus, ne ueteris portus quanquam parum cōmodi iactura fieret, suadetibus piratis incepto abisteret, quum stagnum exiguopore expleri penitus atq; obstrui posse uideretur. His rebus quae in Africa gestae sunt explicatis, ad Persas (uti promisimus) ex ordine temporū reuertemur. Sophus Hysmaël, qui apud Persas ab admirabili rerum gestarum foelicitate magni cognomē promeruit, quum immaturo profus nondum quatuor & quadraginta natus annos fato cōcessisset, quatuor reliquit filios, ex unica legitimaque uxore susceptos. Eorū natu maximus totius imperij haeres extitit, nomine Tammās: ea conditione ut reliquis fratribus regnorum praefecturas impartiretur. Hi fuerunt Helcas, Becramus, & Somirza, qui sortiti eas inter se, uti ex testamento patris adscribebatur, in prouincias suas concesserunt. Assyria, urbsque ipsa Bagadat, quae Babylon Semiramis fuit, Helcas cum Mesopotamia cessit: Becramo Media, Hiberis, & Albanis, Caspioque mari finitima: Somirza Parthia obuēnit, uicina Hircanis, qui Coraxeni hodie sunt, & ad Zagataios pertinet, qui fuere antiquitus Arij, Aracosij, & Margiani. Hi sunt Sogdianae, Bactrianaeque regionum populi. Ipse Armenia, Perside, & prouinciis Oceano Indico proximis contētus, idem quod pater Hysmaël odium aduersus Ottomannos induerat: & tum aegerrime ferebat Selymum, qui penetrasset in Armeniam, & Calderanis in campis iustacie uictor apparuisset, quanquam non omnino inultum, Persarum inuictam antea uim, sagittasque ipsas, & acinaces euasisse. Persico siquidē imperio subiectae gentes, quae hodie uno nomine Agiamij uocantur, usque adeo turgentibus dolore animis eius Selymianae irruptionis detrimenta sustinebant, ut aduersae eius pugnae memoriam renouato bello, rediuuāque uirtute abolendam esse decernerēt: quod antiquum Arfacidarum decus illustre semper antea, uno eo accepto incommodo obtriturum planēque obscuratum arbitrarētur. Is animorū habitus apud Persas uiros militares, facile iuuenem regem, & per se paternos gerentē spiritus, magnopere excitabant, ut Solymanum sibi hostem destinaret, optaretque nobilissimū bellum, quo ipsius uirtus uindicatis paternis iniuriis enitescere posset. Sed Tammās non iam regnatem annum, nulla alia exercuerant arma, quam Hircanorum, Zagataiarumque gentium quas diximus: nā penes hos ex professo diuersae factionis, & uti inter finitimos bellicososque facile accidit, apud quos armorū causae nunquam desunt: semina simultatum relicta ab Hysmaele adhuc uigebant, uel hoc uno cognomēto, quod haec gentes Cacepas à uiridi caputem in-

tegumento uocarentur: sicuti Persæ ab initio ciuilibus discordiæ, propter nouæ superstitionis causam, Cuselbas, hoc est rubra capita, appellari cõsueuerunt. Verum his bellis ex multa fatigatione uirium utrinque enatæ induciæ finem attulerant, sic ut pacis compos Tammis regnorum suorum tranquillitate frueretur, nec tamen à finibus usquam Persæ, Gordique præsertim populi, latrocinii abstinerent, & aliquando insolentius prouecti superato Euphrate è Mesopotamia in Comagenem irrumperent: uti antea Sulthanorum temporibus audere consueuissent. Gordos eos esse arbitror, qui uetus nomen adhuc retinent, & Gordianam regionem Ptolemæo notam incolunt, communi omnium opinione latrocinii infames: quod prædabundi ex notis impeditisque regionibus commeanantibus illac mercatoribus crudeliter insidiantur. Cæterum Selymi præfides, qui Syriacis rebus præerant, sæpius sibi inferri iniurias frustra questi, quum & ipsi tanquã uiolatis ab hoste induciis arma expedirent, transuectique nonnunquam Euphratem circa Byrtham incursiones in Mesopotamiam repentinas facerent, sensim præludetes graui inchoando bello initia præbebant. Quibus rebus nunciatis Solymanus uehementer excitabatur, uiriumque suarum conscius, & paternæ fœlicitatis memor, elato animo Persicum agitabat bellum: indignabaturque se à Christianis regnis quibus inhiaret, importune reuocari: quando Christiana arma laceffenti, fortiterque audenti nunquam fortuna defuisset. Pari nanque odio in nostros, & Persas infensus, utrobique religionis causas expendebat: nã sicuti Christianos continentibus armis persequi maxime pium rebatur: ita si Hismaëlis progeniem, quæ nouæ sectæ, peruersæque opinionis circa sacras leges auctoritatẽ tueretur, excindere atque delere honestissimum iudicabat. Eum itaque pari studio diuersissima bella meditantem Habraimus, qui incomparabili adeoque summa pollebat gratia inter purpuratos principes, frequentibus alloquiis impellebat, ut in Orientem arma conuerteret. Sed quoniam præpotentis, & iniusto immensæ gratiæ sub pondere perituri hominis fœdum exitum posteris tradere iuuat, Habraimi cõditiones & mores paucioribus quàm poteris uerbis attingam. Is ignobili pago supra Pragã uicum Buthrocia regionis in Epiro natus, more Turcarum præsidum Christiani nominis pueros delectus habentium abductus, Scanderbassæ à prima pueritia seruitiit. Hic ille est qui truculenta irruptione superatis Natifone, Liquectia, Soncioque, & Tiliauento altissimis fluminibus, per Euganeos fines in cõspectum usque Venetiarum excurrit: tum forte quum Venetus senatus indignante Baiazete cum Gallis ad excidium Sfortiani imperij coniurasset. Apud hunc Scanderbassam Habraimus Mahometanis initiatus sacris, stupenda celeritate, uti erat arguto ingenio, Arabice legere, scribereque, & cithara scitissime personare didicit, & quod ad muliebres illecebras pertinebat, ingenio mirus, facerrimoque sermone periocundus, ita in gynæceo gratiam famamque promeruit, ut productus ab uxore ad uirum Scanderbassam, uiri militaris natura que seueri animum, in

A omni munere tenerioris officij peracutus & dicax, semperque elegans oblectaret: ideoque Solymano Selymi imperatoris filio tanquam festiuissimi moris seruus dono mitteretur, uiuo adhuc Baiazete auo, atque eo etiam iucundas garruli pueri præcoces delicias admittente, sic ut cum Solymano ætate sibi æquali educaretur, & ad heri genium cunctis numeris elegantia responderet. Per hunc modum unice adamatus adoleuit, tantisque arridentis fortunæ suffragiis usus, usque adeo enituit, ut eum cunctos aulæ gratia præteruectum inter purpuratos legeret, eique defuncti Scanderbassæ filiam opulentissimæ hæreditatis in matrimonio collocaret, Memphiticæque demum præfectura ornaret atque ditaret. Exinde Habraimus Hungarico bello totius Europei equitatus magister Belarbeci nomen obtinuit, & singulari prudentia uirtuteque militia munia implens, Vefiris inter purpuratos dignitatem, qua nulla maior dari potest, adeptus est: quum Solymanus honoribus adaucto, ei quoque regij scribij sigillum tribuisset, & non modo consilij arcani particeps esset, sed uoluptatum horarumque omnium comes aulam circumageret, & toto summæ auctoritatis honore potiretur, ac in immensum crescentis potentia nomine à cunctis aulæ ordinibus usque adeo eminenter cõleretur, ut nemo iam esset qui ei parendum esse non duceret, postquam eum tanquam confortem imperij, uel graui cum inuidia domi & foris amplissimi quique suspiceret. Hac itaque præclara gratia dignitateque ualidus, quam ei peregregia uirtutes animi, & cunctarum aulæ artium officia paratis semper in omnes obsequiis adstruxerant, Solymanum sectetis alloquiis hortabatur, ut postquam Pannonia esset potitus uictoria suæ modum imponeret, quando Germaniæ gentes, quæ omnibus sæculis armorum gloria floruisent, minime laceffendæ uiderentur. Germanos siquidem amplitudine opum & uirium, bellicæque uirtutis fama præpotentes, sicuti lingua & moribus ab Hungaris differant: ita perpetuis etiam odiis disiungi, ut non magnopere curent de possessione Pannoniæ, satisque pro dignitate sui nominis esse statuunt, si Noricus ager, qui ipsorum gentis est, communibus Germaniæ armis defendatur. Carolum uero Cæsarem cuius longe maxima sit apud Europeos omnes auctoritas, minime sibi armis laceffendum uideri: quum è suis regnis pugnacissimarum gentium copias conscribere atque educere queat: quandoquidem ad edictum Romani Pontificis honestissimo nomine, si facrum (ut aiunt) bellum suscipiatur, immensa prope pecunia à piis hominibus ultro contributa parari soleat. Quæ robora autem peditum atque equitum pro salute publica, uel tantum ab ipsis duobus Germanis fratribus cogi, produci que in acie possint, tum manifeste deprehendi potuisse, quum Viennam à nobis summis conatibus oppugnatam fortissime defenderint: neque postea Carolus ipse, nuper amplissimis atque lectissimis auctus copiis, uti apparuit & Christiani omnes impese iactant, uniuersi certaminis aleam reformidarit. Sed quanquã illum præclare inuitatum, si se ad pugnae casum obtulisset, à te tanto imperatore, tantisque in-

» structo copiis, quod est etiã tuã non dubiã felicitatis superari potuisse
 » existimem, non diffitebor tamen de his gentibus suo mōre undique fer-
 » ro permunitis uictoriã, nisi multo nostrorũ sanguine parari posse. Hęc,
 » uti reor, non inepte te admonere possunt, ut Christianos intestinis mu-
 » tuisq; bellis implicitos confici finas: nã attritis usquequaque eorũ uiri-
 » bus, paulo pōst nullo nostro periculo certam in prædã nobis cedent, sic
 » ut Parthicum bellũ Germanico anteferendũ omnino iudicem, ob idq;
 » præsertim quòd satis supérque ad occidentem imperij fines protuleris,
 » quos usqueadeo ad remotas regiones extendisti, ut iam graue sit tueri
 » parta, atque tutelã tãdio, & nobili quodã contemptu, quã est generosi
 » animi tui immensa liberalitas, alienigenis & semihostibus donãda cen-
 » fueris. Quanto itaque magnificentius fuerit, si summũ gloriã decus af-
 » fectes, tuis coniuncta finibus, ideóq; facile imperio tuo adiiciẽda, iustis
 » armis petiuisse, scilicet ut impiã abominatẽq; stirpis Hysmaelitas, auito
 » paternóque exemplo persequendos armis, atque Asia exturbandos cen-
 » seas? Erit enim Ottomannico nomini maxime decorũ, si religionis cau-
 » sam, uti soles, egregia pietate respicias, & ad famã quoque incomparabi-
 » le facinus, si detestandã superstitionis authores ex Asia te uindice con-
 » uellantur. Sed quãnam ulla inferendi belli causa iustior atque nobilior
 » uideri potest, quã ea qua te prophetẽ Mahometis diuina dogmata ad-
 » uersus impios defensurũ profiteare: atque obiter maiorum tuorũ perpe-
 » tuos hostes, quod supremum Selymi patris uotum fuit, ulciscendos at-
 » que delendos decernas? An hos feres qui insolenter imperitẽt, & quem-
 » que finitimum, suum hostem, suãque esse prædam existimant, & te
 » quoque tuis contentum finibus, occupatum in Europa, & Asia plane
 » quiescentem, furtiuis irruptionibus prædabundi prouocare atque irri-
 » tare audeant? Nimirum qui Vssumcassanis proãui immani latrocinio,
 » legitimorum nobilissimorumque antiqui sanguinis regum in sedem
 » irreperint, & rapto etiam nunc uiuant. Crede mihi Imperator, si hanc
 » totius Asiã labem pestẽmque, tua insigni pietate uirtutẽque tollendam
 » esse constituas, erigetur tibi proculdubio media in Perside trophæum
 » incomparabilis dignitatis & amplitudinis, quod Selymi gloriã & tri-
 » umphum uel æquet, uel superet. Mea nanque sententia aliquanto no-
 » bilius erit atque celebrius. Non enim tantundem est Mamaluchos cõ-
 » ditione seruos, & Sultanos agrestis superbiã Syriã atque Aegypti re-
 » gnatores iustis armis deleuisse, quã subegisse Persas, fama rerum pri-
 » scis sæculis bello gestarum, gloria inlytos, qui Alexandro Macedoni
 » toties uicti atq; perdomiti magni cognomentũ attulerint. His frequen-
 » tibus alloquiis in otio pariter atque negotio excitatus Solymanus, ue-
 » hementer impellebatur, ut ab Europa in Asiam uertẽda arma decerne-
 » ret, ob idque Habraimus in arcano uoti compos magnopere lataretur.
 » Is nanque iusti & æqui natura tenax, quum uel Arabicis imbutus literis
 » nunquã ex intimis animi sensibus à Christiana professione discessisset,
 » tactus nõ dubia religione deo Christo uota faciebat, ipsam Mahometis
 » disciplinam

A disciplinam usque ad affectationẽ palam ostentans, scilicet ut impotens
 tyrannus tantis subnixus opibus, à Christianorum principũ odio com-
 mutata uoluntate in Persas uerteretur. Quod præclare agnosci poterat
 ex perpetuo atque mirifico in mercatores Christianos patrocinio fauo-
 réque, quo multa lucra atq; emolumenta ex uectigalibus, uel inuitis &
 indignantibus Turcis parabãtur. Propterea compositẽ egerat cum So-
 lymano, ut concessis decem annorũ induciis Christiani nominis princi-
 pes omni suspicione Turcici belli, si Corone esset reddita, liberaret. Id
 maxime cupiebat Clemes, atq; in eam rem sedulò satagebat: utpote qui
 B postquam pacem in Italia peperisset, sibi etiã ad laudẽ longe honestissi-
 mum fore existimaret, si uerã diurnãque trãquillitatis otium cunctis
 Europã gentibus, ipsiq; in primis Italiã largiretur. His autẽ impetrã-
 dis induciis, studiũ suum, & diligentia intenderat Aloysius Grittus, An-
 dreã Veneti principis filius, ipsi Habraimo ex quotidiana cõsuetudine
 intimus, atq; inde sensim Solymano mirifice commendatus. Hunc Cle-
 mens grauibus promissis ac adhortationibus accenderat per Aloysium
 Gerardum Florentinũ, Byzantij inter mercatores ciues ius dicentem, ut
 inducias impetrare niteretur. Promittebat autẽ Pontifex se Antonio ip-
 C sius Gritti filio, qui beneficio Ioannis Pannoniã regis Strigoniẽsis anti-
 stes esset designatus, id opulentum sacerdotium liberali diplomate col-
 laturum. Sed Cæsar eam de induciis occasionẽ, peculiaris spẽ commodi
 præteruectus est, quum ex autoritate Ferdinandi fratris Coronẽ red-
 diturus esse uideretur, ut illinc non ignobilis doni merito, Pannoniã at-
 que Austriã pacem pararet. Res ita cecidit, ut priusquam hæc Byzan-
 tij à Ferdinãdo offerri & trãsigi possent, Hispani præfidiarij, ducis Maci-
 cai clade exterriti, Coronẽ excedere cogentur. Quo casu nihil incom-
 modius accidere potuisse Clemes differebat, ita ut quã postea insequitẽ
 D sunt à Barbaris terra marique clades, obuenturas esse mihi hæc scriben-
 ti prænũciaret. Obtulerat prius Cæsar Coronẽ Christianis principibus,
 sed neque pontifex, neq; Venetus senatus, neq; Melitã insulã magister,
 qui eam in insulam Cruciferos equites Rhodo pulsos transtulisset, neq;
 ipse Franciscus rex præsidio tuẽdam, sumptu periculóq; deterri, susci-
 pere uoluerant. Cæterum Habraimus Mulearabẽ Damascenum sacra-
 rum literarũ, abditissimarũque artium, & magicã etiam diuinationis
 opinione Byzantij clarum, in Solymani amicitia insinuarat, ut per eum
 tanquã uatem speratã uictoriẽ Solymanus magis & magis accederetur,
 E frustra eum cõtrariis obtestationibus dehortãte matre, quã bella orient-
 tis infausta Ottomannis esse prædicabat, quandoquidẽ Persã suo mo-
 re refugientes, absumptas incendiis regiones frustra pugnam poscenti-
 bus relinquere, atque hostem acie congregi paratum intentissima fuga
 eludere consuessent, ut Turcã qui manu superari nequeant, difficulta-
 te rerum omnium atque inedia, sicuti Selymo patri uel acie uictori pe-
 nẽ acciderit, conficiantur. Maternis quõque consiliis Roxolana uxor
 teneriores preces addiderat. Ambæ siquidem multis nominibus Ha-

braimi potentiam perosa, uel ob id quod imperatorē longius abducen-
do, ab ipsarum complexibus diuellere contēderet, eum sapius Pseudo-
turcam, & ex animo Christianum per contumeliam appellabāt. Sed hęc
muliebria impedimenta facile reiiciebat Solymanus, non obscura cupi-
ditate maximi triumphī incensus, & praeinsita magnis regibus uanitate
in appetenda gloria uaticinatione Mularabis facile inflatus: qua in re
persuadenda mirus & efficax magister extiterat Vlamanes Persa, qui à
Tammafo ad dicendam causam citatus, quod eius milites apud Tauri-
sium auarē seditiosēque egisset, metu pœnē ad Solymanum paucis antē
annis transfugisset. Hunc enim uirtute bellica illustrē atq; inimicorum
æmulatione & inuidia circumuentū, Habraimus fouendum, attollen-
dūmq; susceperat, sic ut Vlamanes Persico bello se fortē fidelēmq; ope-
ram præstiturum profiteretur. Itaq; Solymanus bona spe perpetuæ fœ-
licitatis, confirmato animo Habraimi consilia complectitur, utrunque
militiæ magistrū admonet, ut Sangiachos excitis atq; instructis omni-
bus ipsorū copiis ad signa uocent, Europeiq; omnes in Asiam traiciāt,
& ad Niceam inter se coniungātur. Lustibeyum autē cum parte copia-
rum in Peloponneso Coronē obsidere iubet, & ab se Aloysium Grittum
in Pannoniam dimittit, ut ibi in procuratione regni Ioāni regi adsistat,
dētque operam ut rex in officio permaneat, Hungariq; proceres in fide
contineātur, & quātum fieri possit in Germaniæ finibus pacem tueatur.
Ipsē ex suæ superstitionis consuetudine uotis pro uictoria nūcupatis, in
tēplo ritē seipsum lustrat, & Vlamanē Persā itineris duce usus in Lycao-
niam ad Iconium, quod hodie nomen retinet, progreditur. Non enim
eò quod ierat Selymus pater, in Persas eundum censebat, quum ille fini-
strorsum per Ancyram, Sebastam, & Amasiam, per Trapezuntios fines,
superato ad Arsengam Euphrate in Armeniam penetrarit: quoniam id
iter multo longius & asperius putabatur, quā id quod ab Iconio per
Cæsaream ad Malathiam, ubi Euphratis per Antitauri ualles erumpen-
tis celebris est traiectus, quam urbem antiquitus Amaltham fuisse, ut
ex dimensione Ptolemæi constat, conuicimus. Hinc Mesopotamiæ Per-
sarum ditionis fines sese aperiunt, quos Solymanus sine maleficio præ-
teruectus, pabulo, & uenali comœatu, qui passim ab infirmis incol-
lis præbebatur, contentus, quartis & quinquagesimis castris, ex quo è
Nicea Bythinia discesserat Coim peruenit (quod oppidum in Arme-
nia maiore in ruinis Artaxatæ clarissimæ quondam urbis conditum
fuisse alibi diximus) tanta Turcarum admiratione, quod nulla paulò ua-
lidior Persarum manus occurrisset, ut Solymanus ueritus insidias sub-
sistere, castrāque munire cogere, quum nondum fidelibus nunciis
ubīnam Tammaffus esset, & quid pararet, pro certo didicisset. Sed Vlamanē
cum Alcanzarum equitatu præeunte, & ex notitia locorum diligen-
tius consilia hostium explorante, reperiēbat eam esse Tammaffus men-
tem, ut nullo in loco diu consistere, uerum urbes deferere, & sese in mō-
tes subducere cogitaret, nullōque modo iusta acie confliendum arbi-
traretur,

A bitraretur, ratus expectanda Hiberorum & Albanorum auxilia, qui le-
uiss armaturæ operam præstare, & cataphractos Persas antecedere con-
sueissent, ut ex occasione Turcas tanti itineris cursu fatigatos, & cōmea-
tibus indigentes, ac uti accidit, sub alieno celo aduersa ualeitudine ten-
tatos adoriretur. His rebus exploratis Solymanus castra mouit, recta
profectus in eam regionem, in qua Tammaffus copias cogere ferebatur,
& quum eum deserta urbe regia Taurisio ulteriorem montibus suppo-
sitam regionem petiuisse perspiceret, ita Taurisium nudatum in cœnibus
intrauit, ut continuo ostentatis tantum copiis, nihilque uexatis incolis
B egrederetur, & ad urbem Sultaniam non multum inde distantem con-
tenderet. Diximus alibi Sultaniam Persarum olim regiā, quæ adhuc ue-
rustæ suæ dignitatis templorū ornamiēta retinet, à Tamerlane Scytharū
duce clarissimo fuisse deuastatam: quum ad eam urbem per multos dies
regionis ubertate fretus, Solymanus statua haberet castra, expectabun-
dus ut Tammaffus è montibus descēderet, atq; in aciem prodiret, ut direptæ
prouinciæ iniurias uindicaret, & nominis sui famam nihil reformidato
hoste tueretur. Eam regionem, quam Solymanus non procul ab urbe
Sultania amplissimis occupabat castris, altissimi præcingunt montes,
C quorum iuga perpetuis obfessa niuibus è longinquo etiam spectantur.
Hi montes antiquitus fuere Niphates, Caspius, Coathras, & Zagrus, ori-
ti proculdubio ab ipso patre montium Caucafo, coniuncti inter se long-
ga & diuersa serie latissimas dirimunt prouincias: & ad ortum solis per
Zagataios ita diffunduntur perpetua quadam cathena protracti, ut ad
Indicum usque Oceanum, Malibarræque regionis prominentem pla-
gam se extendant. Hæc in Cumerum extremum Indiæ promontorium,
non secus ac Italiæ Apenninus dissecat, contra Zeilam insulam, florē-
tissimum Indici diuitiis emporium, definit. Cum in ea loca cāpis utiq;
D ad edendā nobilem pugnam aptissimis, Tammaffus descēsurus putaretur
(is namque in Coraxenos penitus abscesserat) turbidior & seuior tempe-
stas, quā unquam antea per id anni tempus Persæ meminissent, ex illis
montibus descendit, usque adeo inusitata, quod esset paulo antē æquino-
ctium æstiuum, ut plenissimis imbribus, atq; his cōcreta ex niuibus gla-
cie repentina hyems inuecta uideretur. Nam certatium inter se uentorū
ea fuit rabies, ut trāsueris flatibus niuosa montiū culmina uerrentur,
præaltāq; nix subiectis cāpis incideret: qua horribili procella Turcarum
castra euerfis tabernaculis sterneretur, iumētāq; & antea alia magnus ca-
E melorū numerus interiret, & ingens lixarū, & agrorū militum multitu-
do oppressa protinus extingueretur: nō paruo etiam ipsius imperatoris
periculo, quum circa eum pleraque tentoria, eadem procella dissiēte,
concidissent: Cuius mali remedia intempestæ noctis tenebræ, & extincti
passim ignes, ita præpediebāt, ut Turcæ eo aduersissimo omine magno-
pere terrerentur, donec orta luce sol utique præclarus, salutaribus radiis
multos prope rigentes & attonitos refouit, & quod ad reliquā uitæ se-
curitatem opportune pertinebat, campos hoste uacuos detexit. Nam fu-

praetorum usque adeo tantæ procellæ detrimētum, improuisi hostis aduentus & incurfus maxime timebatur: nec deerant qui affirmarent eum intempestiuæ uehementissimæque procellæ turbine à Persarū hostium magis diro carmine, & notis genti cantaminibus cælo euocatâ ad Turcarum exitium. Quo graui incommodo, & quod maxime efficax uideri poterat, non leui ostento permotus Solymanus, recreato tantisper exercitu, & collectis uasis castra sinistrorsum mouit, capto itinere in Assyriam: multis de causis id suadente Vlamine, qui Solymano nō dubiam spem occupadæ Babylonie iniecerat. Eam urbem cum totius prouincię præfectura tribuerat Tamas, post Becrami fratris mortē, Mahometi satrapæ, cui Cani cognomen fuit, Hūc Vlamanes uetustæ amicitie nomine sæpius antea sollicitarat, magnis oblati muneribus, ut ad Solymanū deficeret. Id enim si faceret ipsum pro annui, & circumscripti honoris præfectura perpetui atque opulenti dominatus satrapiam esse consequuturum à Solymano: qui neque rationē à præfectis exigere, neque eos uel medio critere ditatos expilare consueffet: contraria ratione ac Persarū reges, qui nobilissimis prouincialibus perpetua non obscuræ sæueritatis officia tenuissimo stipendij munere obiecto imponere essent soliti. Sed Mahometes his Vlamanis muneribus atq; promissis incorruptus, nunquam adduci potuit ut fidē falleret: sic ut Vlamanes hominem obstinatum admotis armis terrēdum, & ad defectionem cogendū arbitraretur: quoniam eum nequaquā firmis militum præsidis munitum esse didicerat: propterea quod paulo antè ad primos rumores traiciētis in Asiam Solymani, magnā partem sui equitatus, & defloratis quidem omnibus reliquis alis, ad regem id postulantē misisset: neq; eum egregia Babyloniorum uoluntate uti constaret: propterea quod nonnullos ciues quorum nomina non omnino certis criminum indiciis delata fuerāt, seuerius in quæstionibus distortos, præcipitiq; demum iudicio dānatos, ut bona in fiscum redigeret, ultimis affecisset suppliciis. Ob eas res Vlamanes maiore animi fiducia Solymano cōfirmabat, si recta Babyloniam ire pergeret, inexpectato improuisoq; aduentu Mahometē facile oppressurum, cessuramque sibi Babyloniam nullo obsistente externo milite, & à Babylonis alienatis iam pridem animis nullum morē spatium facturis, quin uenientē ad apertis portis exciperent. Non defuit fortuna Vlamanis, singula ut accidit probe diuināti: nam quum magnis antecedens itineribus per compēdia uiarum raptato Alcanzarum equitatu, nihil eum moratibus fluuiis, ubi non procul à Babylone abesse renunciaretur, Mahometes qui nunquā ad se uētuos Turcas putarat, rebus omnibus imparatus, atque deprehensus animum despondit, & se per Mesopotamiam ad Bethlim desertam urbem regia profugit: tato fortunæ arridentis successu, ut Solymanus non multo post à Babylonis auidissime propter odiū in Mahometē, susciperetur. Ea in urbe clarissima Caliphæ sacrorū principis sedes est, qui à cunctis Mahometani nominis regibus excolitur, ueteremque obtinet prærogatiuam adoptandi, & ex certâ cōemptionis

cerimonia

A carimonia confirmandi Assyriæ regis: sicuti Sultanos etiam Memphiticos recēti adhuc memoria à Saracone Comanorum duce repetita, qui Aegyptiis ante trecētos annos principatum eripuit, ut ibi Mamaluchorum seruatorum imperium conderet. Ab hoc Calipha Solymanus ueteris superstitionis instituta sequutus insignia atque ornamēta suscepit, multaque largitione propitiatis sibi Babyloniorum primoribus, & populis item liberali congiario delinitis, ea in urbe antiquissima, propter Semiramis, pensiliumque eius hortorū memoriā hēmare constituit. Amplissima nanque est omnium urbium cogniti orbis, si prisca structurae mœnium ambitus rectis dimensionibus æstimeretur, nā urbis Romæ magnitudinem exuperat. Sed in tanta uastitate uidere est præter cultissima rura, & innumerabiles hortos ædificiis coniunctos: atque item peramdena uiridaria pomiferis, & odoratis consita arboribus. Visuntur etiam latissima arua, quæ ad segetem aratri proscinduntur, nec in ea syluæ nemoræque defunt, captiuis & inclusis feris dicata, ut ad uoluptatem præfectorum atque primatum iocunda atque expedita uenatio suppeditetur. Mediam urbem interfluit Euphrates lapideo sumptuosi operis ponte iunctus. Is à confluente Tigri amne ita suis atq; alienis crefcit undis, C ut maioribus etiam nauigiis usque ad Oceanū Persicum tutissime pernauigetur. nam apud Balzaram emporium, quod est in insula, Terdonis nomine antiquitus uocata, quā bicornis amnis efficit, mercimonia & commeatus omnis generis excipiuntur, quotidianaque nauigatione ad Ormutium freti Persici urbem & insulam deuehuntur. Vtranque autem ripam profluentis, frugiferis arboribus atque uinetis esse consitam constat, castigato non secus alueo, ac Rhēni per Germaniam descendētis, miro passim cultissimorum litorum ornatu conspiciamus: Babylonij in uniuersum quanquam Syris & Arabibus sanguine permixti eundem D fere colorem, staturæque habitum, & ciuiliū morum cōsuetudinem, ac nostri homines præferunt, quod eodem quo nos fruuntur cælo, & sese excolant literis, & à reliquis barbaris captu ingenij, atque humanitate plurimum distent, mercaturam solertissime exercēt, uariis præsertim fericæ telæ textrinis. Verum nobilitas equestris militiæ studio tenetur, sagittisq; maxime gaudet. Ac fuit aliquādo tempus, quo è Babylonia accepta ab Indis aromata Asiæ mercatoribus diuenderentur, quæ ætate nostra per Arabicum sinum Alexandriam deuehi uidemus: quanquam multo maxima pars Lusitanis classibus ab India per incognitum paulo E antea Oceanum Aethiopicis litoris in occidentem deferatur. Cæterum quæ ab antiquis scriptoribus de Babylonis pensilibus hortis, regiæque admirabilis structuræ, crassitudinēque mœniū referuntur, nequaquam sunt extra fidem: nam horum ingētium operum præclara monumenta adhuc extāt. Exurgit siquidem prætorium Regalis amplitudinis instar arcis, editiore urbis parte, quæ oriētis solis radios excipit, & præterfluentem despectat Euphratem: mœnia quoque partim lapide, coctilique laterculo constructa, uel laceffente atque absumēte uetustate, prisca opus

B iij

Excep, mi' loui, no
Bagdat non est illa
decantata prima, semir
rami dy Bablon, quæ
iam hinc nulla, quæ
erat. sed alia in eadē
Merozo Hamio. 2.7.

lentissimorum regum magnificentiæ testimonia relinquunt. Tanta uero propensione Mesopotamiæ, Assiriæque urbes Solymano deditioem faciebant, ut ad eum qui sine uulnere tanta potitus esset uictoria, usque à Balsera emporio, quod est ad ostium Euphratis in Persicū sinum erumpentis, legationes uenirent, & Mesopotamiæ ad unā fere insignes urbes Caramida, Meredinum, Orfa, & Afancefa, Turcarum præsidia acciperent, & per totius Babyloniam prouinciæ oppida Turcæ milites in hybernis constituerentur. Nam præter copias, ex Europa atque Asia minore in eius belli expeditionem perductas, etiam tetrarchæ cum Memphitico Bassa, qui sunt eius Sanzachi Alexandria, Iudææ, utriusque Syriæ, & Comagenæ, ad imperatorem peruenerant. Per totam autem hyemē magnæ celebritatis spectacula edita sunt, acciditque ut hisdem fere inchoati iam anni Saturnaliis festis, diuerso ritu Carolus Cæsar ex Africa uictor, Neapoli equestres ludos ederet, & à Solymano Assiriæ & Mesopotamiæ regnis potito, apud Babyloniam festæ hilaritatis, diuersique apparatus spectacula celebrarentur. Cæterum Solymanus recreatis per hyemem copiis, nunquam instaurandi atque exornandi exercitus, Persicæque belli curam remisit, utpote qui Tammafum redintegrato impetu inuadendum decerneret, Habraimo atque Vlamane identidē ut fortuna uteretur suadentibus, adactus quippe Aegyptiacis & Syriacis copiis, in spem ueniebat Tammafum ex Hyrcaniæ montibus ad pugnam conferendam in patentes campos posse elici, & si id metu occupatus abnueret, ad grauissimam Persici nominis contumeliā, ueluti exprobrata ignauia, Taurisum regiam ipsius urbem in oculis occupari atque uastari. Igitur adulto iam uere è Babylonia profectus, ductante Vlamane per idoneas regiones ad Taurisum iter intendit. At Tamma qui Solymano apud Babyloniam hyemante Taurisum redierat, ut qui hostem reuersurum minime credidisset, cognito eius aduentu, uti imparatus, & uetere suo innixus consilio, ne usquā acie configeret, in Coraxenos iterum se recipere instituit, certas tantum suorū manus passim relinquens, quæ sese persequentibus hostibus ostenderet, & montium ualliumque notas angustias tuerentur, obseruarentque eorū itinera, nec nisi ex insidiis & carptim insequentium hostium agmina abruptis & iniquis locis lacefferent. Eo modo recedentem, & aliquot dierū itinere prouectū Vlamane frustra persequutus, & per captiuos incolas exploratis Tammafi consiliis, uti iussus erat, ad Solymanum rediit, suasisque ei, ut Taurisum desllecteret, & confessione hostis retro per asperos montes fuga elabentis sese uictorem ostēderet, ex usque uictoriæ eius regia potiretur. Itaque Solymanus indignante animo, eoque ad quādam superbi contemptus iracundiā concitato, quod nusquam Persæ, uti maxime cupiebat, ad iusti prælij occasionem se offerrent, Tammafumque ipsum in asperas maximæque steriles, & frequentibus rupibus impeditas regiones abscedentem, cōsequi posse desperaret, secus ac superiore anno fecerat, Taurisum, quod nullo præinctum esset muro, hostili irruptione inuectus est, miser

A feros incolas magnis affecit detrimētis, quanquam inermes essent, ideoque uictoris imperium se paratos subire demisse profiterentur: nam milites contineri non poterant, tametsi à cædibus temperarent, quin singulas domos inuaderent, & ubi lubebat cunctam libidinis atque rapinæ licentiam exercerent. Ante omnia autem Solymanus Vssumcassanis atque Hyfmaelis ornāmēta ex regia, quā antea Selymus properatē deformarat, tolli iussit, sic ut nec picturis quidem, & auratis laquearibus parcetur, & integras quasdam familias telæ sericæ opificiis celebres abducendas iuberet, magnūque feruorum numerū, & delectæ iuuentutis ætatis & formæ, omnisque sexus discessurus comprehendī & abduci sineret. Neque enim se tuto in amplissima urbe occupatis, & dispersis ad prædā atque libidinē omnibus fere copiis diu consistere posse iudicabat: quod Tammafum Hiberorum & Albanorum auxilia accersuisse, cataphractorūque ualidissimas turmas è Parthis, Medisque & Armeniis coegisse nunciaretur. Quamobrem Solymanus hac illustri occupatæ atque directæ Persarum regiæ ad nominis famam laude contentus, circa æquinoctium motis castris in Mesopotamiā est reuersus, uixque Coim, & Calderanos campos paterna uictoria claros præterierat, quum inexpectata Persarum agmina abeuntes hostes in tergo laceffere, impedimenta diripere, fatigatos & ægros trucidare nunciatum est. Crebri quoque rumores totis castris permanarant, ipsum Tammafum auxiliaribus cōfirmatum copiis breui affore, qui hisdem uestigiis Armeniæ prouincia decedentes hostes persequeretur. Quod à Turcis ideo facile credi poterat, quod iam ex opportunis uallibus frequentes Hiberorum alæ prædandi atque insidiandi causa ab certis locorum & temporum interuallis sese ostentarent, notisque euadentes saltibus, tanquam confisi impeditis regionibus audacter pugnaturi uiderentur. Qua hostium audacia permotus Solymanus, eo ordine profectioi intentus, singula agmina expeditis præsidiis confirmanda statuebat, ut è duobus Aegypti Syriæque præfectis, quos Bassas honoris causa uocabant, alterum in nouissimo agmine cōstitueret, alterum uero ad ipsa medii agminis latera, partitis utrinque copiis applicaret, Vlamane porro, uti locorum & hostium peritus, sicuti eorum incurfus deposceret, prouidēdo atque adhortando omnibus in locis uerfaretur. Ad hanc præstandam operā, quum amplius quadraginta equitum milia essent constituta, circiter duo etiam milia sclopettariorum ex numero prætorianorum, qui uniuersos incedentium agminum ordines corona quadam circūseptos tueretur, erant instituta: qui maioris etiam præsidij causa curules paruos aliquot falcones conuehebant, ut è longinquo in persultates & prouectos hostes disploderentur. Quibus præsidiis apte constitutis facile fiebat, ut Persæ minus audacter erumperent, rarius se darent in conspectum, & remissiolem quàm antea impetum facerent: utpote qui falconum globulis, & sclopettorū glandibus magnopere terrerentur, sæpēque pugnam ciere ausi, cum detrimēto equorūque præsertim repellerentur. Per hunc modum tri-

partito exercitu recta ire pergens Solymanus nusquam cōspecto hoste, F
ita iter intendit, ut emēsis camporum spatiis, cum primo agmine ante-
cederet, & nondū exacto autumno Amidā consistere, atque ibi reliqua
suorum agmina operiri statueret. Amidam hodie frequētissimam Me-
sopotamiæ urbem Caramidam incolæ uocant, hoc est cognomēto Ni-
gram: quod pingui & subatro solo ad fertilitatē segetis aptissimo, arua
nigerrima passim ostendat. In ea urbe Christianorum templa uisuntur,
& sacræ turres à Baldouino Hierosolymitani regis fratre cōditæ, qui eā
urbem peculiari uirtute captā suæ ditionis fecerit, quum Gothifredus
frater Hierosolymis imperaret. Interea Tammās iustis comparatis co-
piis è Coraxenorum montibus erumpēs Taurisium repetit, ratus hostē
Turcam urbanis delitiis hærentem repentina irruptione oppressum iri.
Sed eo elapso, & inspectis eius ciuitatis incommodis, ad iniuriam defor-
mata regis uehementer indignatus, statuit eum omnino quocunque
iret persequendum: & ad Coim usque progressus est. Ibi uero mutauit
consilium, quod multo spatio Solymanus antecessisse nūciaretur, & no-
bilitas omnibus grauibus protecta armis, nisi certo cum equorum de-
trimento fugientes persequi non posse confirmaret, & se in usum con-
ferendæ tātum pugnæ, non ad longinquos cursus, instruitos & paratos H
esse dicerent, Tammāsque ipse, remissa utique iracundia ad disciplinæ
rationem reuersus, idem fateretur. Tum uero pollicēte præcipuo atque
fortissimo satraparum Delimenthe, se nouissimum agmen adepturū, si
sibi expeditorum & delectorum ab se equitum tertia pars tribueretur,
præferocem resumpsit animum. Erat Delimenthes è Caramania oriun-
dus, qui inter pugnacissimos tantam uirium & animi magnitudinem
in præliis ostendere erat solitus, ut non temere insanus ab inuisitata te-
meritate Delis uocaretur: quod nomē hodie apud Turcas strenuissimis,
& uitæ contemptoribus imponitur. Ab ea pollicitatione Tammās De-
limenthem multa cum laude commendatum, oneratūmq; amplissimis
promissis, bene auspiciato dimisit, tenuitque ille confestim nota indige-
nis uiarum compendia, ea festinādi celeritate adhibita, ut hostes postre-
mi agminis non magno itineris antecedentes spatio, apud Tauri mon-
tis radices (uti euenit) ad Bethlim se assequuturum cōsideret. Bethlis op-
pidum est satis clarum in finibus Persici imperij, quibus Mesopotamia
attingit, positum in ualle non iniocunda, quam exiguus amnis ex An-
titauri iugis delapsus alluit, habetq; arcem Persarum præsidio custodi-
tam. Ad id duo, quos diximus, Turcarum præfecti cum postremo agmi-
ne ductante Vlamane peruenerant: ratique cuncta se euasisse pericula,
quæ paulo ante à ui crebrisque hostium incursionibus timuissent, ido-
neo in loco confederant, recreandis iam tandem copiis, postquam So-
lymanum, atque item secundum agmen Amidam peruenisse fama con-
staret, neque ideo insequuturos Persas suspicarentur. At Delimenthes
fidelibus & diligentissimis incolarum exploratoribus usus, quum non
plus unius diei itinere ab hostibus abesset, certior factus Turcas ad Be-
thlim


A thlim fessos itinere timorēque omni uacuos, nulla prope cura uigiliarū
& stationum septos cōsidere, deligit obscurissimam noctem, multaque
etiam pluuia impeditam, & hostes adoriri constituit, certiore facit cu-
stodem Bethlinæ arcis de consilio quod agitabat, ut & ille signo acce-
pto ab arce descendens, diuersum in hostium castra impetū faceret. Tan-
ta autem fuit atque adeo scēlix temeritas Delimēthis, ut ipso ingruēte,
confopiti & nihil tale timentes Turcæ undique opprimerentur, ingēns-
que eorum cædes fieret, & ipsis pene Bassis ad insternendos & conscen-
dendos equos spatium eriperetur, nec in tenebris summūq; periculi tu-
B multu prætoriani pedites sclopettos expedirent, & curulia tormenta ca-
perentur. Persis autem sese aggregarant montani agrestes, qui superio-
ribus temporibus Aladolo regi paruerāt, eoque debellato summa à ui-
ctoribus Turcis fortunarum detrimenta acceperant. His castrensis ap-
paratus omnis, & sarcinæ camelorum in prædam cesserunt. Delimenthe
uero usquequaque concidente Turcas, aliquot Sangiachi resistere ausi
obtruncati sunt, nonnulli deditioem fecerunt: & prætoriani iam Bas-
sis ambobus cum Vlamane è media clade elapsis circiter octingenti, co-
hortante eos Delimenthe, ut se sub fide dederent, exuti sclopettis & reli-
C quis armis in potestatem concesserunt. Ferunt nusquam Turcis maius
incommodum, uel cruentissima acie fuisse illatum: quandoquidē amif-
sis tormentis atque tentoriis, omnibusque spoliatis castrensis uasis &
impedimentis, supra dimidiam partem equorum amiserint. Incidit ea
clades Turcis ad tertium idus Octobris, qui dies ingenti Persarum om-
nium lætitia postea celebratus est, quum Delimenthes onustus spoliis,
& cruentam clauam, qua ea nocte mactandis hostibus plurimum usus
fuerat, elata dextra ostentās, ad Tammāsū rediisset. Ea uero clades tan-
quam è naufragio euadentibus præfectis Solymano renunciata, usque
D adeo eius animum concussit, ut omnem renouandi contra Persas belli
cogitationem abiiceret, quod id acerbissimum uulnus, sicuti prædixerat
mater ipso Mularabe certior uates, nequaquam uirtute hostium, sed
dolus, ueluti superis eorum insidiis non obscure fauentibus, inflictū ac-
cepisset, atque obiter profunde & dissimulanter iratus Habraimo By-
zantium redeundum esse decerneret. Redeunti Solymano ad Iconium
obuij fuerunt Hariadenus Barbarussa, & Sinas cognomēto Iudæus, qui
nuper ab Algerio cum reliqua quæ supererat classe Byzantium perue-
nerant, terrestrēque iter susceperant, ut de parta Mesopotamia Assiriāq;
E imperatori coram gratularentur, & ut (quod eorum existimationis in-
tererat) quo euentu tantam Christiani belli molem, & ipsius Caroli præ-
sentis impetū sustinere conati, ex summa rerū iniquitate elapsi fuissent,
certius enarrarent, facile demonstrantes, neque Turcis uirtutem, neque
sibi ducibus industriam, sed unam omnino, quæ humanis consiliis bel-
licisque præsertim impotenter dominaretur, fortunā defuisse. Clemen-
ti uultu eos accepit Solymanus, atq; ita ad pedes proiectos erexit, ut te-
staretur aliquanto esse præclarius ab infraacti animi constantia, quàm à

felici uictoriae successu laudem tulisse, quod innatae fortitudinis, inui-
 ctique animi munus peculiaris ipsorum uirtutis specimē extitisset, nec
 multum referre si uel bene consulta uti multis subiecta casibus fortuna
 praeuertisset. Proinde eodem animo quo tulissent aduersa eiusdem fortu-
 nae indignationes expectarent: ipsum enim innixū potētia felicitatēq;
 perpetua suarum actionum mature daturū operam, ut faciendi incom-
 modi, spectatēq; iam ipsorum uirtutis latius extendendae locus daretur.
 Applicantem uero confectis itineribus ad Bosphorum, ut Byzantium
 traiceret, Habraimus qui antecesserat, litus ei honoris causa triumphali
 serico strauit, atque ita bireme peculiariter adornata sublatus in oppo-
 sitos septē regie hortos se intulit. Tum uero multis de causis in Habrai-
 mum atrox inuidia sensim erupit, immodicae eius potētia saeva comes,
 sic ut in arcano apud principem tota eius gratia conuelleretur, ingenti
 conspiratione multorum procerum, qui uel aequalem uel inferiorem re-
 bus omnibus unum ante omnes gratia eminentem ferre non poterant.
 Ea fatalis odij semina a foeminis, matre scilicet atque uxore iacta fuisse
 constat, quae imperatorem ad nutus Habraimi circūagi, flectique proli-
 bidine tam impotentis serui indignum esse dicitabant, mater quidem
 quod filius aduersus auguria Perfici belli periculis obiiceretur, cuius
 prouinciae bella maioribus abominata semper fuissent, usque a superio-
 ris Baiazetis memoria, in quem a Tamerlane clades dirae calamitatis inci-
 didisset, & recentibus etiam Vssumcassanis & Hysmaelis exemplis, quo-
 rum praelia nunquam nisi detrimentosa uel uictoribus Ottomannis fuis-
 sent experti: Roxolana uero quae coniugem delinimentis quibusdam, at-
 que adeo etiam philtris uxorium fecisset, uel ob id Habraimum oderat,
 quod Mustapham priuignum, uti ex liberis natu maximū impensissime
 coleret, atq; ei imperatorios honores adaperto studio intempestiue de-
 ferret. Id enim Roxolana muliebri libidine accensa, Baiazetē filiū nefa-
 ria praeuaricatione Mustaphae anteponebat, ut certus impe-
 rij haeres & successor, si fata Solymano uitam abrumperent, Ottomanicae
 domui pararetur. Propterea priuignū longe ablegandum in Cap-
 padociam curarat, ne ad inuadendam paternam sedē, si pater uita exce-
 deret, e proxima Magnesia praefectura celeriter adesse posset. In id cōsi-
 lium occulta largitione sollicitabat praetorianorum principes, quos ad id
 audendū facinus idoneos rebatur, exemplo Selymi, qui postremus re-
 giae prolis fauore praetorianorum maioribus natu fratribus regnum praer-
 ipuisset. Verum ambitiosa mulieris peruersae artes, una Habraimi dili-
 gentia atque authoritate turbabantur. Is nanque quod rectū esset, natu-
 raēque muneris, atque inueteratae consuetudinis, Solymano erga filios
 aequissimo patri probari intelligebat, tametsi uxoris molliores preces
 nonnunquam illū inflecterent, ut eadē quae ipsa cuperet, quanquam absur-
 di iuris quam quicquam aliud aequius & iustius malle uideretur. Caeterū
 totam Habraimi existimationem, non obscura fama magnopere praer-
 grauabat, odiosa Turcis, quod Christianos adaperto studio complecti
 fouerēque

A fouerēque diceretur, nonnulla siquidem extabant indicia corrupti eius
 animi, quod Venetis largitionibus parata in eos, & Austrianos fratres
 arma, ad orientem conuerteret, gratificareturque ea in re Carolo Cae-
 sari, cui dudum Venetus senatus iecto nouo foedere sese coniunxisset, scili-
 cet ut maritimis opibus potentia Caesaris augetur, singulari damno
 atque periculo Ottomannici nominis. Habraimus quoque per eos dies
 Marcum Nicolai Venetum ignobilem mercatorem, qui ab Italia muta-
 tis ad celeritatem iumentis ad eum Babylonie agentē cum secretis man-
 datis ac literis percurrisset, rediissetque enatis non temere paulo post his
 B de ipsius perfidia suspicionibus, Byzantij pro speculatore comprehen-
 di, noctūque iugulari, & in mare proiici iusserat, scilicet ut detegendo
 crimini certius indicium tolleretur, nec inde totius institutae atque obite
 legationis causa iudicio nosceretur. Paulo ante siquidem Turcae solito su-
 spicaciores facti, Andream Quirinū patritium Venetum apud Alepū in
 Comagene clarum mercatorem, teterrimo supplicio affecerant, quod
 Caroli Caesaris legatum, nomine Robertum, natione Britannū, in Per-
 sidem ad Tammalum penetrantem iumentis, ducibus, atque pecunia iu-
 uisset. Destinabatur enim Caesar Solymano post Tammalum debellatū,
 C usque adeo procul praecipuus hostis, qui cum Persis amicitiam & foedus
 agitarat, ut per eum Tammalū maiore tormentorum apparatu iuuaretur,
 suppeditatibus e finitima India Lusitanis, qui se propter odiū Tur-
 cici nominis, Persarum amicos & socios, quum expediret, fore profite-
 bantur. His tantis circūuentus insidiis Habraimus, & cōceptae perfidiae
 reus factus, mense Martio circiter idus, superiore consuetudine quū ad-
 mitteretur in regiam, nusquam postea comparuit. Ferunt eum seueris-
 sime obiurgatum fuisse a Solymano, quod summis honoribus auctus,
 & dignitate sibi fere aequatus, ingratisimo animo summā amplitudi-
 nis beneficia, nefario scelere corrupisset, & meritam uitae exitus poenam
 deprehensus inueniret, neque Solymanū ullis iacentis ad pedes lachry-
 mis ad misericordiam flecti potuisse, quum interceptas quasdam eius literas
 immiti uultu ostenderet, & an signum agnosceretur ferocibus uerbis
 identidem interrogaret. Eadem autem quae sequuta est nocte, in cubi-
 culo per eunuchū carnificis munus obire solitum, in puluino dormitās
 cultro adunco, quod de manu imperator tradiderat, iugulatus est. Ferūt
 Habraimum quū summa Solymani gratia potiretur familiari sermone
 aliquando postulasse, ne se tantis honoribus onerare cōtenderet, ne de-
 E mum amplitudine odiosa supra aequum florentem, e gradu tanquam e
 fastigio summā fortunae praecipitem dare, atque occidere necesse habe-
 ret: fidem uero in ea uerba ita principem dedisse, ut nunquam ei uiuo ui-
 tam erepturum polliceretur, sic ut ea inanis iuramenti religione obstri-
 ctum, ne datam falleret fidem, non aliter quam altē stertenti necem in-
 tulisse, quoniam Talismanes sacerdos, diuini interpretis iuris, dormien-
 tem nequaquam censeret inter uiuos, quum una uigilia totius uitae a-
 ctus cōstaret, asseuerasset. Occisum an spectarit, dirisq; persequutū ex-

erationibus cadauer multo pondere appenso mari mergi iusserit, ut nō nulli diserte commemorant, nihil ad historiam pertinet. Oborto certe sole quæstores supellectilem atq; pecuniam eius omnem in fiscum retulisse constat, ita conturbate, raptim, & diligenter, ut nihil fere præterdotem miserimæ uxori relinqueret: & euulgata Habraimi nece, extemplo tanquam iure damnati nomē populus probrosis carminibus & uocibus lacerauit: factoque impetu statuas, quas ille ex Hungarica uictoria trophæi instar ante domum suam in hippodromo collocarat, coniectis lapidibus ita deformauit, ut etiam ueluti priscarum gentium, & nūminum inania simulachra turpissimo cæno descædaret. Hunc uitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraimus, quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes euaserint, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunatior atq; fœlicior fuit. In eius locum Vesir cooptatus est Ajax, & Barbarussa, propter rei naualis peritiā Amiras declaratus, purpuratorumque collegio additus: Forestius autē Galliæ regis legatus, qui paulo antea Habraimi opera fuerat dimissus, ne discederet admonitus est imperatoris iussu, quod postquā Habraimus notę perfidię reus pœnas dedisset, ad ueterem diuque antea institutam Europei belli cogitationem, uti euenit, opportune reuerteretur.

FINIS LIBRI XXXIII.



PAULI IOVII NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXXIII.



Annus longe omnium ætatis nostræ secunda domi pace, mira cæli clementia, lætæque passim agrorum ubertate, & Punica uictoria insignis, Pauli tertij Pontificatus initia nobilitauit. Nā Leone decimo ad iniuriam humani generis immatura morte surrepto, qui luctuosa demū Hadriani, Clemētisque tempora euaserant, se tum primum natos credere, salutē fortunāsque suas in tuto positas arbitrari, existimarēque expiatis tot cladibus, inuectam esse aurei seculi felicitatem. Ipse Paulus in administranda

A ministranda republica, illustri quodam in speciem diuersarum uirtutum temperamento, ita Pontificis simul & principis nomen tuebatur, ut in omni consilio singularis pietas emineret, nec tamen obscura esset amplificandæ suorum potentia uoluntas. Nam ante omnia quod in rem magnopere expediebat, se neque harum neq; illarum partium, sed communem omnium parētem futurum profitebatur. Propterea nequaquā adduci potuerat, ut id fœdus renouaret, quod Bononiæ Clemente, Cæsareque authoribus pro tuenda Italia pace, haud obscure ad arcendos Gallos percussus fuerat, quum ab utroque aliquod fortuna sua dignū munus expectaret. Quin & concilium toties à Germanis, ueræ pietatis desertoribus, ad terrendos Romanos Pontifices efflagitatum, à quo grauius de causis Clemens diffugisse uidebatur, ultro se appetere, & ad id locum tempusque decernere paratum esse prædicabat, ut uno nobili salutarique decreto, ea uetus controuersia finiretur, quæ in immensum & placita Christianæ religionis, & summorum Pontificum authoritatē infano quodam errore lacerasset. Missis quoque pro tuenda sacrosancti nominis dignitate, qua priuatæ spes tegerentur, in Galliam & Hispaniā legatis, assidue dabat operam, ut Franciscus uno consensu ad oppugnandos Turcas cum Carolo Cæsare iungeretur. Cæperat enim esse formidolosum tum ipsi Siciliae atque Sardinia, tum etiam Italia, Hispaniaque litoribus Hariadenus Barbarussa opulentissimo Africae potitus regno, immensisq; Solymani opibus, ac ingenti eius classe subnixus. Sed quam eximia esset Pontificis authoritas apud Gallos, nihil tamen quod ad conferenda auxilia pertineret, impetrari potuit. Franciscus enim, uti erat animo excelsio apertoque, amplitudinem & fœlicitatē Cæsaris ferre non poterat, utpote qui adeo acerbe mulctatus, ac Italia pulsus, donec amissum Galliæ decus recuperaret, nequaquam in ea, ueluti parum honesta uel indecora, pace quieturus esse uideretur. Quicquid enim tot casibus aduersa fortuna rapuisset, id totum iniquo iure, & fœua rerum conditione sibi ademptum esse existimabat, & eo quidem animo, ut nō obscure Mediolanum Genuamque repeteret. Id si Cæsaris æquitate, & Pauli intercedentis studio consequeretur, non modo nauales terrestresque copias Cæsaris opibus adiuncturum, sed ipsum quoque ad Turcicum bellum alacriter uti legatum adiutorēque Cæsari, quod iuberet esse profecturum. At Carolus qui antiquissimo superiorum Augustorum iure per manus tradito, singulos fere totius Italiae principatus ad se pertinere arbitratur, & Marte iudice ad arbitrium regulis, & liberis ciuitatibus leges dederat, indignabatur ea à Gallis per obliquas querimonias repeti, quibus disertissime ex fœderum tabulis excessissent, præsertim quum ipse dudum in gratiam Clementis, Venetique senatus imperiis urbium antiquis possessoribus liberaliter adiudicatis, & insigni pace constituta, non sine præclara æquitatis & abstinentiæ, moderationisque animi laude exercitus deduxisset, qua in re etiam plurimum Gallis esset gratificatus, qui nihil magis cupere, postularēq; essent soliti, quam

ut ueteres Hispani, Germaniq; milites Italiae assueti dimitterentur, quo-
rum praesidio ipsius potentiam & existimationem magis ac magis con-
firmari ac amplificari maxime iudicassent. Is erat animorum habitus in
duobus longe maximis Europae regibus, nequaquam adeo obscura con-
tentione dissidentibus, ut amicitia, quae inter eos publicis tantum foede-
ribus, legationumque officiis, & quadam affinitatis imagine sustentaba-
tur, aliquando in aperta odia, & funestum bellum euasura crederetur.
Meminerat Caesar superiore anno Germanos aduersus Ferdinandum fra-
trem Gallica pecunia fuisse concitatos, qui duce Lantgrauio Wirtember-
gensis regulum tunc exulantem pulsus Austriacis copiis in Stocardiam
paternae ditiois oppidum reduxissent. Tum uero certis rumoribus af-
ferebatur euocari in continentem ipsum Britanniae regem, qui infano
nefarioque scelere, Catharina uxore legitima thoro & penatibus expul-
sa, pellicem in matrimonium duxerat, & reginam appellari iusserat, ut
colloquio habito, & subinde consociato sibi Carolo Gheldrio Menapio-
rum & Sicambrorum principe, Belgicas urbes inuaderet. Erat quoque
fama Henricum Navarrae regem, cui Francisci regis soror antea nups-
erat, paratis copiis, si bellum alicunde erumperet, ueluti occupato Caesa-
re in Cantabriam peruasurum. Constabat etiam quaestores Gallos in pro-
ximis Heluetiorum conuentibus magnas fecisse largitiones publice, &
priuatim singulis pagis, & notis centurionibus. Nec Massiliae naualis ap-
paratus intermittebatur, atque item ad Oceanum Armoricum, ubi ma-
gno sumptu stupendae magnitudinis onerariam nauem, & pleraque alia
in bellicos usus fabricata nauigia edificarat. Ad haec Franciscus nouo,
aut certe a maioribus intermisso & eo quidem nobili consilio, septem
legiones Romana disciplina instituebat, ne sibi semper uel in repenti-
nis belli casibus, peditatus ab externis gentibus mercede foret conducen-
dus. Nam Galli per antiqua consuetudine in uno praecipue equitatu stu-
dium, spesque omnes, & nominis gloriam reponere erant soliti. Sed ubi
per frequentes sclopettarios, Romanoque more per pedites bella geri
cepta sunt, in praesentibus nulli prope usui equites esse compertum est, pro-
pter equorum grauiora uulnera, & densatas hastatorum phalanges, quas
nulla uis equitum uel aequato fere numero facile perumpat. Eae legio-
nes ex delectu exquisito septem Galliae prouinciarum scribebantur, ut
undique certa parataque essent praesidia ad sustinendum pariter atque
inferendum bellum. Nam ad haec etiam lustrato uetere equitatu, atque
alis per supplementa resecis, & stipendio persoluto, quatuor milia cata-
phractorum, & bis totidem leuis armaturae equitum censebantur. Quae
omnia, tametsi in praesens extra belli cogitationem, ac ueluti ad exte-
rendum ingratae pacis ocium, edendaque spectacula, ordinari atque ap-
parari plerisque uideri poterant, proximi tamen periculo in magnas eru-
pturi ex improviso belli suspiciones adducebantur, praesertim Genuen-
ses, qui ob id Andrea Auria gnauiter excubante aduersus Gallorum mo-
tus, terra marique uigilabant, & Franciscus Sfortia Alexandria & Comi,

Ticinique

A Ticinique & Abiate mœnibus nouas addebat munitiones. Alexander
quoque Medices ualidissimam arcem, quam Clemente uiuo Florentiae
inceperat, conductis innumerabilibus operis perficere maturabat, eo
accuratius ac intentius, quod fama erat ab exulibus Florentinis, natura
Gallico nomini additis, Hippolytum Cardinalem maiore patrualem
suum ab se diduci, excitarique ad spem potiundi in urbe Florentia prin-
cipatus, quem ille aemulatione inductus, sibi deberi legitima hereditate
ab auo Laurentio, Iulianoque patre ducta praedicabat, ea in re detestatus
Clementis patris iudicium, qui iniqua praeruaricatione Alexandrum si-
B bi atate, multisque rebus inferiorem praetulisset, ut ipse ueluti emanci-
patus intra septa religionis, opes omnes Mediceae domus, Etruscique re-
gni fastigium, & nuptias demum filiae Caesaris, apud fratrem tanta for-
tuna ipsius collatione indignum conspiceret. Nec deerant qui in feruido
iuuene, galeri dignitati militiae honores facile praeferebant, eos spiritus lau-
darent, tanquam honestae ambitionis, suaderentque, ut ad pellendum fra-
trem, uti Caesaris beneficiarum, designatumque generum, auxilia a Fran-
cisco rege peterentur. His de causis Caesar uti erat cauto grauique inge-
nio, & eo quidem quum decoris cura, rerumque necessitas accederent,
C flagranti atque expedito, omnium consiliis anteuertendum ratus, arma
parare constituit, ut qui res nouas occulte moliendo pacem turbare co-
gitabant, se parato instructoque, rebus suis timere inciperent. Summa con-
silia in eo uertebatur, ut Barbarussam ad Tunetum praeroccuparet, fama e-
nim erat, eum ualidissimis praedonum omnium coactis classibus, non modo
uti superiore anno fecisset, Italiae litora praedaturum, sed etiam proxima aesta-
te traiecturum in Siciliam cum ingenti Turcarum, Afrorumque multitudine,
ut ad reliquas spes proferendas, quibus barbatae atque arroganter Nea-
politantum imperium conceperat, Italiae horreo potiretur. Erat eius belli
D ratio plena pietatis & gloriae, utpote quae publicum Christiani nominis
decus, publicamque omnium, & maritimarum praesertim gentium salu-
tem respiceret. Extinguebat etiam Caesar hoc honestissimo ausu omnem
inuidiam, quam tot partis de Christiano hoste uictoriis antea uitare ne-
quiuisset, sic ut illam in eos reiecturus esse uideretur, qui Punici belli spe-
ctatores, quam socij atque adiutores esse mallet. Porro Pontifex cum ma-
gno honore uerborum collaudato Caesare, ei statim in bellicos sumptus,
sacerdotiorum totius Hispaniae decumas concedit, ipseque pecunia sua
nouem triremes Genuae exornari iubet. Has ad ueteres tres, quae in cu-
E stodia Romani litoris esse consueverant, adiungit: omnibus praeficit Vir-
ginium Ursinum nauandae operae cupidum, ut ea generis claritas praef-
ecturae maiore auctoritate adstrueret, eique attribuit Paulum Iustinianum
Venetum, cuius consilio uteretur, nauali peritia insignem. Easdem quoque
decumas exaequata liberalitate Francisco regi concedit, quo ille mune-
re accepto si usus posceret, ad tuendam Etrusci maris, Pontificiaeque di-
tationis oram, Massilienses uiginti triremes se missurum pollicetur, quan-
quam pari concessione Pontifex Caesarianos offendere crederetur, quod

C iij

ea sacra pecunia Galli minime iuuandi uideretur, utpote quos religionis causa nullam omnino operam ea aetate mari prestaturos apparet, occupatis scilicet proprio bello ad Tunetum praedonibus. Excitata ad pium bellum uniuersa Hispania, conuentibusque peractis Caesar e Carpentanis Barchinonem uenit. Eius aduentus omnium opinione celerior, tantusque naualium & terrestrium copiarum apparatus, haud dubie inimicorum animos in pace continuit, adeo ut rumores qui de Gallis, Britannoque rege, & de Heluetiis allati erant, penitus extinguerentur, regulique Italiae, uti ceo metu liberati, cupidius atque liberius in id bellum officia praestarent. Soli Veneti in amicitia Solymani perseverantes ex foedere, quod ante triginta annos cum Baiazete eius auo percussissent, neutri parti ferenda auxilia censuerunt. Interim Andreas Auria, quem Caesar toti maritimo negotio praefecerat, cuique uni propter spectatam fidem rerumque peritiam, profectiois suae atque supremi consilij decreta communicarat, incredibili adhibita celeritate, ac diligentia multarum ingentium nauium, ac triginta rostratarum classem instruxit, in quibus erant quadriremis una, quae praetoria loco Caesarem ueheret. Ea erat laqueari aurato, & calata pictaque; inrorfus puppe, contacta item umbraculo ex auro purpuraque intertexto, remigibus serica tunica, & epibatis omnibus uestitus ac armaturae cultu plurimum exornatis. Praeterea uim ingentem nautici commeatus, instrumenta naualia noui artificij, tormetorumque omnis generis, ac telorum copiam uel maximo suffecturam bello in naues distribuerat, quibus totius Liguriae iuuentutem, & ex nobilitate fortissimum quaeque certatim eunctis nomina dantibus imposuerat. Ad eum haec ipsa ingenti cura famaque administrantem, ut praecelara uirtuti suus honos haberetur, Paulus Pontifex gladium de more solemnibus ceremoniis consecratum dono misit: is erat gemmato capulo, calataque uagina, cum baltheo aureis bullis & fibulis ualde conspicuo: & praeter eum etiam uilloso e serico pileum margaritis Phrygio opere depictum. Ea sunt eximij praesque ducis aduersus Christianae religionis hostes depugnantis insignia, magnis regibus dono dari solita, sic ut non immerito strenuus senex quanquam multa iam nauali gloria plenus, ad petendam noui decore laudem accenderetur. Dum haec Genuae ingenti Aeriae, atque Ligurum omnium studio parantur, Alfonsus Vastius bellica laude illustris, ab Aenaria literis Caesaris euocatus, ad Andream Auriam peruenit, atque inde transgressus Apoeninum in urbe Viglebano Franciscum Sfortiam, & Antonium Leuam conuenit. Iubebat enim Caesar ut Vastius suo antiquo pedestris militiae imperio fungeretur, legionesque Germanorum ac Italicorum in Africam transporteret: Antonius uero Leua in Galliae Cisalpinae praesidio permaneret. Huic enim Caesar, quamquam ducem animi uirtute insignem secum adducere cuperet, omnino parcendum putabat, quoniam esset sauisimorum articulorum doloribus conflictatus, ob idque ad perferenda nauigationis incommoda imbecillo admodum corpore uideretur, & in Italia quidem opus erat

A erat constati, & impigro duce, qui in utrunque suscepti belli casum intentissime uigilaret. Huic autem praecipue est iniunctum, ut seuero edicto prohiberet, ne quis e numero ueteranorum Hispanorum noui belli cupiditate ad mare delaberetur. Nolebat enim solitis stationibus praouinciam nudari, adeo propinquam Gallis, Heluetiisque finitimam, quorum incertae fidei nihil omnino praesidio uacuum foret relinquendum. Delinguntur itaque Itali tres praefecti, qui circiter uigintiquatuor cohortes conscribant. Is numerus quinque milium hominum summam efficiebat. Hi fuerunt Hieronymus Tutauilla Sarnensis comes, qui superioribus annis in Peloponneso egregiam fortemque operam praestiterat, & Federicus Carectus in Epantheris Liguribus, & in ora Ingauiorum ad Finarium oppidum clietelis atque opibus potens, cui Auria uitricus erat: itemque Augustinus Spinula bello clarus. Hi statim hinc atque inde digressi celeriter ex optimo genere militum cohortes implent, tanto ueterum nouorumque militum concursu, ut conscriptis plerique uoluntarij, sine stipendio miscerentur. Interim Maximilianus Ebersteinius dux uetus per Tridetas Alpes octo milia Germanorum in Lunensem agrum perduxit, in quibus fuerunt plerique nobiles e stirpe regulorum sine mercede Punici belli famam sequuti. Hos humaniter liberaliterque susceptos, simul & Italos pulcherrimis armis Mediolano aduectis instructos, aduocata concione cohortatus est, ut patientissime dum nauigarent maris raudia perferre, ac ubi terram Africam attigissent, optime de uictoria sperare uellent. Pugnaturus enim ipsos pro diis immortalibus & pro Caesare, qui nunquam pijs & fortibus defuissent. Ita summa omnium alacritate conscensae sunt onerariae naues triginta octo, quarum praesidio Antonius Auria magnitudine animi, & nauali uirtute uni magno Aeriae secundus, duas & uiginti rostratas adducebat. Nec multo post Vastius e portu Veneris soluit, ita ut trimibus oram legeret: onerariae uero ad conspectum in alto uelis uterentur. Sed alternatibus saepe uentis, & inflato nonnunquam mari, tardius quam sperarat in Traiani portum ad Centucellas peruenit, quo iam Pontifex ab Urbe decurrerat, ut sacris precationibus Deum optimum maximum, diuosque Christiani imperij tutelares, ad uictoriam de hoste paradam nauigantibus propitiaret. Ita ipso Pontifice praesente uerba, & hymnos sacerdotum choro decantante, triremes nauesque onerariae quam mira foelicitate adaequato cursu ab alto in conspectum se dederat, ab excelsa specula expiatae lustrataeque sunt. Datum est item uexillum & scutum primum Christianae religionis in templo de manu Pontificis Virginio Ursino: postmodumque Vastius cum eo nactus idoneam tempestatem, Neapolim cursum direxit. Ibi Petrus Toletanus prorex, regulique peculiari studio impensaque singulas triremes edificarant. In his fuerunt duo Sarsuerini Salernitanus, & Besennianus, itemque Spinellus & Carafa, Hispanusque Alarco Neapolitanae Arcis praefectus. Ad has septem aliae accesserant, quas ipse Toletanus publica pecunia confectas deduxerat, & noxijs nefariisque hominibus ad remum damnatis impleuerat. Dum cuncti in

eo apparatu essent occupati Vastius in quosdam more militiae animad-
uertit, qui pertæsi nauseam maris, & lōginquæ nauigationis incommo-
da reformidantes, conceptas de uictoria spes maligne extenuare, stipen-
dij tenuitatem detestari, consternareque multitudinem, ut signa deser-
rent, seditiosis sermonibus cœperant. Ad authores tantum pœna perti-
nuit, adeo ut inuoluti saccis profundo mari spectante classe mergeren-
tur. In his fuere Michaël Tarraconensis, & Molina qui apud Caueanum
oppidū excitandæ seditionis initia præbuerāt. Parato, & in naues omnis
generis cōmeatu abunde cōgesto, impositisque militibus, Hispanisque
præsertim ueteranis, qui à Corone redierāt, oram soluit. Eum secuta est
uniuersa prope totius Campaniæ iuuentus, arreptis undique nauigiis, tā-
ta omnium cupiditate, ut nemo Neapoli relictus esse uideretur. Inuita-
rāt enim comitate insigni quosque opibus atateque florentes, ac notos
sibi militiae ueteranos, quod his atque illis pulchrū esset, uel emerita sti-
pendia, uel tyrocini præclaram indolē memorabili uictoria nobilitate.
Profectus est, & una Federicus proregis filius, ingenio bellici decoris a-
uido iuuenis, paucisque diebus Panhormū in Siciliam est peruertum. His-
dem quoque diebus & ipse Andreas Auria diuersa nauigatione in Hispa-
niam ad Cæsarem peruenit, cum ueterē sua sedecim triremium classe, tri-
busque celocibus quos galeones uocāt. Ea sunt nauigia structura mili-
tari formaque ad omnē uel tormentorum, uel tempestatis contumeliam
egregie sustinēdam idonea, paulò minora onerariis, humilioraque; instru-
cta quadratis uelis, atque etiam aliquot remis, ut è portibus in apertum
mare ad captandos uentos facile sit sese prouehere, & promontoria supe-
rare. His ferme utuntur, qui piraticam exercēt, quoniā innumerabilem
tormentorū copiam ferant, quibus uel plurimas triremes in multa ma-
lacia ad se oppugnādum appropinquantes perfringere maioribus tor-
mentis atque demergere facile possint, quum directis ad libellā summa
aquæ per fenestellas ualidissimis colubrinis in orbē undique ferreæ pile
ad multum maris spatiū emittantur: persflantibus uero uentis reliquorū
nauigiorū cursum antecedāt. Cæsar delectibus habitis circiter octo mi-
lia peditum magna ex parte tyronum cōscripserat, & septingētos equi-
tes ulterioris Hispaniæ regulis imperarat, ex uetere eius regni cōsuetudi-
ne legēque. Nam superioribus bellis, quibus cum Mauris de Bæticę im-
perio dimicatum est, nemo procerū fuit, qui nō certam equitū manū
cōferret, & cōtra hostes in castra perduceret, cuius impositi oneris causa
magnas tulerāt immunitates. Ii leuis armaturæ equites dicebātur, quod
nihil præter apertam galeam, & thoracē ferreis laminis squamoso ope-
re cōsertam, leuēque item ex præduro corio scutum Maurorum more,
& lanceam latæ cuspidis, gladiūque habilē gestarēt. His omnibus co-
piis præerat Mendocius, Tendilij filius, cognomēto Montegius. Sed ple-
rique illustres reguli, & ex toto nobilitatis ordine frequētes euocati, ad
Cæsaris aulam conuenerāt, qui grauioribus protecti armis, ac instructi
generosis equis pro censu & amplitudine ditionis aliquot clientes libe-
raliter

raliter armatos trahebant, ut loco stipendij gratiam Cæsaris, & ex alacri-
piōque studio ad nauādā operam certæ laudis decus promerent. In-
ter hos autoritate nominis eminebat Ferdinādus Toletanus Albæ re-
gulus, nō dubiam magni futuri ducis spem præbens, quum publico pie-
tatis nomine & priuato uoto uehementer incitatus, in Barbaros defer-
retur, ut Garziæ patris cædem uindicaret, quem ab Afris ad Girapolim
Mœnice in insula cæsū fuisse docuimus. Venerat etiā ab Oceano por-
tūque Gallico Ludouicus Lusitaniæ regis germanus frater, cuius soror
in matrimonio Cæsaris spectabatur, cum classe uiginti quinque nauiū
B eius generis quas carauellas uocāt, Indicis nauigationibus assuetas, ma-
gnaque rerum omnium & tormentorum onera, & quantamlibet irati
maris iniuriam facile perferentes. In his uidere erat excelsum galeonem
incomparabili tormentorū apparatu permunitum. Ea in classe duo mi-
lia peditum descriptorū præter nautas recensebantur. Applicarāt etiam
è Belgico Oceano per Gaditanum fretum supra sexaginta onerariæ na-
ues, quæ copias passim paratas, & cōmeatus singulis mediterranei maris
portibus suscipere. His aduectus fuerat magnus damnatorum nume-
rus, quibus per Belgicas urbes uita ex decreto Cæsaris idcirco fuerat cō-
cessa, ut in supplementum remigum in triremibus operam præstarent.
Nam eius generis hominū arumnofo in labore facile deficientium in-
opia momenti minime leuis futura credebatur. Itaque Cæsar copiis &
commeatibus in naues distributis, totōque ad edictū exercitu designa-
ta nauigia ea lege conscendere iussit, ut nemo scortum aut puerum, nisi
ætate militari secum adduceret, è Barchinone oram soluit, tenuitque cur-
sum in Magonis portum minoris insulæ Balearis, atque inde turbulēta
nauigatione in Sardinia Caralim peruenit, quō nuper Alfonsus Vastius
ex Sicilia cū sua classe applicuerat. Nec multo post Cæsar ipso Auria re-
liqui conficiēdi cursus rationes explicante, atque adhortante ut omnis
moræ causa præcideretur (nam Hispanica classis iam penē tota cōuenerat)
in Africam traiecit, & in Vtica portum, quem Farinā nautæ uocant,
leni Coro remigum laborē subleuante uniuersam classē intulit. Ma-
gno autem casu una omniū prætorā quadriremis, qua Cæsar ipse uehe-
batur, dum intraret sabuloso in uado hæsit. Quo animaduerso periculo
Auria expedito cōsilio dimidiam partem uectorum & remigum in ad-
uersam spondam declinare iussit, tanta agilitate, ut ad imperium canē-
tis fistulæ quadriremis, uti pondere subleuata impulsaque demū dextro
E remigio eum arenæ tumulū euaderet, & incolumis cum plausu uniuersæ
classi redderetur: nequaquam leuiter cōmoto Cæsare, qui simile uitæ
discrimen Philippum patrē subiisse memorabat: quum ille in Oceano
transuersa abreptus tempestate in arenæ cumulos periturus incidisset,
nisi ingentis fluctus beneficio elata nauis atque ultra extantē sabuli cu-
mulū transportata, magno miraculo in Britaniæ litus euasisset. Ab Vti-
ca mox discedēs classis circumuecta promontoriū Carthaginis, totūque
eius regionis litus quam Martiam uocāt, excisæ quondam superbæ

urbis ruinis, & noua regionum horroꝝ amœnitate celebratim, appulit F
 contra turrem quam de subiecto fonte Aquariam uocant. Hæc est in ea
 plaga, ubi stabula elephantorum florēte Carthagine fuisse putamus. Nā
 & Cotum insulā, & totius antiqui portus formā, naualiāq; quibus Ro-
 mani uictores inuiderint, tanti æui uetustas mutare & abolere facile po-
 ruit. Barbari qui ab imminentibus Vtica collibus, aliisq; passim specu-
 lis, & ab excelsa arce antiquæ Carthaginis, quā Birsam fuisse memorant,
 aduentū & cursum explicatæ classis conspexerāt, Hariadeno Barbarussē
 renunciarūt, hostilem classē innumerabilibus omnis generis nauigiis
 constare. Erant enim septingētæ ferme naues: in queis duæ & octogin- G
 ta rostratæ triremes frequentibus exornatæ uexillis conspiciēbātur, quæ
 speciem æquo maiorē & terribiorē hostium oculis præbebant. Verum
 id Barbarussē animum magnopere perturbauit, quod alij atque alij præ-
 currentes nunciabāt, in classe pro certo esse Cæsare ipsū Christianorū
 maximū imperatorem: tantāque equitū & peditum copias amplissimæ
 classi fuisse impositas, ut nemo qui arma ferre posset, in Hispania atque
 Italia relictus esse uideatur. Hoc affirmari à quibusdā seruis Mahometa
 ni nominis qui præterita nocte exutis compedibus ex hostili trireme in
 proximi litoris dumeta foeliciter enataissent. Non putarat enim in solis H
 Barbarus, nostrarūque uirium contēptor, Cæsarem periculosis inex-
 plorati maris casibus, in ignota præsertim, sterili, ac æstuosa terra, dubio
 bello se commissurum: sed quod captiui à piratis Tunetū perducti dicere
 solerent, per legatos, ipsūque præsertim Auriā nō Tunerum quidem
 ipsū, uerum ignobilia tantū eius oræ oppida tentaturū. Cuius confir-
 mandæ opinionis ante alios author fuerat Aloysius Præfenda honesto
 loco Genuæ natus, qui in itinere supra Adrumentum captus, in libera
 prope custodia Tuneti habebatur. Ab hoc Barbarussa crebris percūctā
 tionibus multa de Italicarū rerum statu moribūque nostris, tanquam à
 perito disertōque homine, spem præbens maturæ libertatis, sibi oppor-
 tuna didicerat. Hunc itaq; ira percitus, quod falsa pro ueris de Cæsare a-
 stute perfidiosēque narraffe crederetur, ad se perductum, oneratūque
 malignitatis contumelia in uestigio interfici iussit. Hac immitti infontis
 hominis cæde, tāquam uanissimæ suæ crudelitatis expiato dolore, Bar-
 barussa ad gerēdi belli cogitationes se cōuertit: primūque omniū ad-
 uocatis in cōsiliū trierarchis, quibus propter spectatā uirtutem maxi-
 me fidebat: docuit uiris fortibus nihil omnino de uictoria dubitādum:
 quando eam ipse hisdem de causis iam pro certa atque explorata perci- K
 peret, quibus Cæsarem id difficile atque anceps bellum (si non omnino
 infanus foret) minime suscepturū credidisset. Quis enim, inquit, regio-
 nis nō ignarus (ut hīc uires nostras nō extollam) hostem nō iudicet am-
 bitiosæ cupiditatis inconsultāq; audaciæ pœnas daturum? qui iniquissi-
 mo anni tēpore solstitialibus diebus in loca æstu torrida, & aquæ pro-
 fus indiga, minutissimisque obsita arenis, quas uentus in ora atque ocu-
 los incendunt uerset, certaturus aduenit? An hostium milites, quos
 audio

A audio magna ex parte esse tyrones, grauibus onustos armis facile præ-
 gredi regredue, aut in uestigio, uti uariis improuisæ pugnæ casus depo-
 scat, fortiter cōsistere posse arbitramur? Quum præalta & facile cedēs
 arena, ad furas usq; pedes deuoret, nec ordines recte constitui sinat: Qua
 porro bellādi arte, & peditum Turcarū uim, & Numidarum equitū per-
 petuò laceffentium repentinos impetus sustinebunt, aut eludēt? Si uerò
 tot sunt, quot isti asserunt, quinam cōmeatus, si bellum trahatur, tātam
 hominum colluuiē pascēt? Hoc profectò bello, uiri fortes, nouum & in-
 comparabile trophæum in terra Africa defigemus: quod Carolus sum-
 B mæ opulentia & dignitatis hostium imperator, aut trucidatus cōcidet,
 aut opimæ futurus prædæ in nostram ueniet potestatem. Quod ad me
 atinet enixe dabo operam, ut nihil uel armorū, uel cōmeatus, uel auxi-
 liorum administrādo atque gerendo bello uobis desit. Vetera enim ar-
 mamentaria pādā, aperiam horrea, referabo ærarium, & ad Numidas
 quos iam amicitia cōciliatos habemus pecuniā in stipendium, exopta-
 tāque genti munera confestim mittā. Tunetanos uero in spem præmio-
 rum exigua mercede in officio contineri, & hostibus obiici facile posse
 scitis. Hoc autē unum militiæ munus à uestra uirtute uehementer expo-
 C stulo, ut Guleram quæ non urbis modo, sed totius imperij, & subducta
 præsertim classis certissimum est propugnaculum, acerrime & constan-
 tissime defendatis: in eam enim hostis primo impetu deferetur. Vos ita-
 que eam mihi & Solymano imperatori inuictis animis seruatote, ut ir-
 rito incepto tentata, & à uobis fortiter defensa, hostis Cæsar deceptus
 sua inani opinione, & tota existimatione sui nominis spoliatus, nō iam
 de expugnāda urbe Tuneto, sed de reditu, salutēque desperet. Hæc quū
 dixisset, trierarchi uno consensu responderūt, se paratissimis animis cū-
 cta facturos quæ imperaret, nec cōmissuros, ut dedecus pristina sua uir-
 D tute indignum admitteretur, & id iureiurādo singuli confirmarūt. Hos
 omnes Sinas Smirnaeus dextro captus oculo, quem Turcæ Cæfutē (hoc
 est Iudæū) uocabant, cum ætatis honore, tum militaris prudētiæ autho-
 ritate facile anteibat. Huic proximi accedebāt Haidinus Cilix, cui pro-
 pter terribilē impetum Cacciadiabolo cognomen erat, & secūdum hos
 Salecus ab Ionia, & Tabacches pirata Laodicenus, & ex ordine Ianizero-
 rum Giasser centurio, uirtute animi & corporis uiribus insignis. Is Gu-
 leta situs est, ut lateritia turris cum adiecta munitione his faucibus im-
 mineat, per quas Carthaginēsis sinus mare ad australe litus allidēs, sen-
 E sim in stagnum sese insinuat, quo paruis nauigiis ad urbē Tunetū adi-
 tus patet. Neq; enim hæc palus longior est, aut latior duodecim miliari-
 bus: sed utrinque ita humilia sunt uada, ut nisi medio eoque profundio-
 re alueo per nauigari queat. Ingressum à mari turris prohibet, quam cir-
 cum adiectæ munitiones augēt, ea amplitudine, ut iustę manus præfidiū
 facile capiat. Hanc Barbarussa multis tormentis instruxerat, ut suā clas-
 sem, quam intra stagnū propulerat, ab hostili iniuria tueretur. Cartha-
 ginensis autem sinus ea forma est, ut eius ingressus ab alto ad nauiganti-

bus abscondatur: quoniam Clupeæ promontorium antiquis Mercurij & Pulchri uocatum, multū in occidentem solem sese extendit, & introrsus demum se reflectens, alterū efficit promontoriū olim Apollinis, hodie Zafranum à nautis appellatū. Inde uero lunato ambitu ad Guletæ fauces recuratur, & ad læuam Radæ urbis calidarum aquarū salubritate celebris, regionem relinquit. Ex aduerso autem collapsæ Carthaginis situm spectat, atque item colles, oliuetaque & litus ipsum Aquariæ turris, qua nostra classis appulerat. Cæterū Guletæ fauces pons ligneus cum aduersa orientali parte coniungit, quo transirēt qui ab Tuneto terrestri itinere commeabant. Huc enim atq; illuc Turcæ iter habentes sese diuisis per uices excubiis, permutare erant soliti. Nam rerum omnium copias in quotidianos usus per stagnum leuioribus lembis aduehebantur. At Cæsar tota classe ad anchoras cōstituta, pronunciarī iussit ut milites expediti in triremium magnarūmq; nauium scaphas desilirent, & toto litore descensiones facerent, quod usqueadeo cōposite administratū est, ut tota undique litora Barbarorū agminibus nudarentur. Neque enim nostrorū clamorē, & sclopettorum strepitum ferre potuerūt: quin infugam nullo contracto certamine protinus se darēt. Veteranos Hispanos Itali, & hos demum Germani subsecuti sunt: cunctosque munitis castris Vastius consistere, nec temere uagari iussit, donec equites, & reliquæ omnes copias, totūque tormentorū apparatus in terrā exponeretur. Descendit & Cæsar ipse bonæ spei & certę alacritatis plenus, qui alas hostium occupantes litora, & descensum nostrorū prohibere conātes in fugam uersas conspexerat. Erexit autem prætorium idoneo in loco inter duas turres, quarum alteram uocari Aquariam diximus, alteram Barbari Salinariam appellat. Interim uariæ militum manus emissæ sunt, quæ proxima explorarent loca, & cisternas puteosque quærerent, hostiūque simul casus & uicos mapalibus similes occuparent, usq; ad summos colles, ubi uetusti templi ædificia uisebantur, quo in uertice duarū cohortium Italicarum uexilla præsidij causa cōstituta sunt, iuxta antiqui operis aquæductum, quo olim magna perennis aquæ uis in urbē Carthaginem perducebatur. Afri pedites, equitesque præsertim Numidæ, uelox, insidiosum, & summi laboris militū genus, omnibus horis locisque, repentini ac infesti nostris occurrerāt: locorumque notitia confisi, uti erant inermes & agiles nostros sæpe incautos ac impeditos armis circumfistebant, sagittis, iaculis, atque lapidibus rem gerentes: tāta feritate ut nemi ni uel dedito parcerēt. In quibus fuit Hieronymus Spinula Ligur cæturio, cui Numida eques ictu inuersæ lanceæ prostrato ab equo desiliens, priusquam subueniri posset, caput præcidit, & conscēso rursus equo celeriter asportauit. Eadē quoq; mala fors incidit Federico Carecto regulo: is quum à Vastio exploratū duceretur, eius lateri hæres sclopetti glāde traiectus est. Sed ea hostium agilitas ferociāque Cæsarē minime retardabat, quin ipse cum paucis exploratum iret, & in conspectu uolitantium undique Numidarū cuncta oculis perlustraret: ea quidē animi constan-

A tia, ut ab amicis grauioribus frustra admoneretur, ne minorum ducum munia tanto suo publicæque salutis periculo usurpare uellet. Iam Vastius non longe à Guleta legiones promouerat, crebris passim obliquis fossis sinuose perductis, & constitutis munitionibus, ut tuto milites cōmeare, in operēque uersari possent, & continuos tormentorū hostilium ictus pauescere desinerent. Faciebant autem opus non serui modo remiges, sed milites ipsi omnium ordinū magno quidem cum labore, uerum alacritate singulari: utpote quibus Cæsar præfens ac indefessus esset adhortator, & plerique duces certatim ligonibus & batilis promptas manus admouerent. Erat enim extensæ munitionis ingens spatium: nam Cæsar nequaquam propere, sed paulatim proferēda opera cæsuerat, ut tuto produci milites, & tormēta muralia opportune subuehi, atque inde inuadi hostes possent, qui nihil omnino apud nostros remissum, aut paulò negligentius munitum esse patiebantur. Tantos siquidē spiritus Barbari prædones sibi desumpserant, ut ultro erumpere, & nostros ad conferendas manus prouocare, accederēque propius ad munitiones, atque eas subire auderent. In prima erecti aggeris fronte, præcipuum sibi locum depoposcerat Sarnēsis regulus, elatus spectatæ uirtutis fama, quam Peloponnesiaco (ut diximus) bello fuerat adeptus. Is rotūdi ambitus aggerem, muralis instar propugnaculi, sed paulò quam ex disciplina oporteret angustiorē erexerat: nam in medio tabernaculum splendide extensum, ferme totū loci spatium occupabat. Intra hūc aggerē quāquam arcte, cohortes suas contulerat. Sed uir æquo acrior, & parandæ laudis audior, quum forte hostes in conspectum se dedissent, quin in eos confestim erumperet, contineri nō potuit: Salecus enim ausu astūq; piratico insignis, cum delecta suorum manu, ad eius munitionem excelso tabernaculo conspicuum aduolarat, magnūmq; & repētinum tumultum apud nostros excitarat: sic tamen ut sclopettorum glandibus repulsus, coactūq; se recipere uideretur. Tum uero Sarnēsis quibusdā præfectorum suorum contumeliose appellatis, quod eos timidius & cunctātius egressuros & subsecuturos appareret, in hostem callide terga uertētem, ira feruidus erupit, obuios acriter uulnerans atq; prosternens: scilicet ut fato suo nō inhonestam uiam aperiret. Ita Salecus nostros satis magno interuallo à cæteris disiunctos, edendæque cædi opportunos uidens, ad suos conuersus: Milites, inquit, quam exoptatis de hoste prædam indagine clausam tenetis: proinde conuertite ferrum fortiterq; pugnate, ut nemo ex his audaculis tyronibus uiuus aut integer euadat. Nec mora conglobantiū sese ea fuit impressio, atq; is in hostem impetus, ut nostri pauciores aduersus multos non diu resisterēt, sed tumultuosissime terga darent. Sarnēsis ipse ante alios acerrime depugnans cū Belingerio affine suo cohortis præfecto trucidatur: reliqui eandē in fuga oppressi fortunam subeunt. Cæteros intra munitionē confugientes, irretitosq; tabernaculi funibus, quominus expedita fuga se reciperent, Turcæ audacter intrantes contrucidant, à quibus argentea supellex ipsius Sarnēsis pro-

pere direpta est: neque fuit quisquam ex proxima Hispanorum statione F
 qui satis mature sociis perturbatis & profligatis opē tulerit. Ferūt enim
 Hispanos sociorum Itatorum cladem non omnino tristibus spectasse
 oculis tāquam bono iure indignantes, quòd propinquā hosti, ideòque
 periculosa custodia locum arrogantia quadam Sarnensis desumpsisset,
 qui nouus prope miles, quanquam apprime nobilis & ualde pugna, id
 ambitiosius quā deceret primi honoris causa à Vastio impetrasse dice
 retur: caput eius cum dextra ad Barbarussam delatum est. At nostri, Bar
 baris ex successu eius diei lætitiā crebris tormentorū bombis celebrā
 tibus, magnopere tristes, uix animis accepti incōmodi ignominiam su
 ftinebant, quærebanturq; itidem ab Hispanis nequaquam alacriter fuisse
 adiutos. Sed Vastius, qua multū ualebat, molli oratione afflictos est cō
 solatus, sic ut eos non uirtute hostium, sed ipsorum & præproperi ducis
 temeritate contractū fuisse detrimentū ostēderet. Verum id totū, quod
 male auspicatū accidisset, probe expiatum uideri ipsa ducis cæde, qui to
 tius accepti incommodi author extitisset. Proinde confirmaret animos,
 & quicquid dedecoris esset admissum noua uirtute sarcindū existima
 rent. Hispanos autem seueris castigauit uerbis tanquā parum misericor
 des, quòd nequaquam amicæ erga socios uoluntatis suspiciōne parandi H
 odij plenam, leui de causa præbuisent. Sed fortuna non iniqua plerun
 que libidine bona pariter & mala inter mortales dispētare solita, id His
 panis non indulgit, ut ab hesterno inflicto uulnere diu socios cōtemne
 rent: par enim eis dedecus Tabacches attulit. Sub auroram nanque erū
 pens tecto, & festinato procurso Hispanorū munitiones adortus, usque
 adeo uehementer stationem perturbauit, ut conscenso aggere aliquot
 desides & operis labore fessos, alios reposita repetentes arma, in fossa op
 presserit, clamorēque edito reliquam custodia manum ualde perterritā
 terga dare coegerit. Atq; ita Barbari momento temporis fossoriis potiti
 ferramentis, & rapto Francisci Sarmēti uexillo, quod erat in summo ag
 gere defixum, interfectōq; in fossa Mendesio cohortis præfecto, qui ab
 multo abdomine grauis, fugam capessere nequiuerat, multis improui
 so cæsis & uulneratis, prius se receperunt, quā auxilia adcurrentiū co
 hortium superuenirent. Adcurrit & ipse Cæsar armatus ad tumultū to
 tis castris excitatum, seuerè increpitis, qui commissum stationis locum
 trepide deseruissent, & usqueadeo segniter & supine custodias obissent,
 aduersus eum hostem qui suo astu, uelocitate, atque audacia repētinus,
 & insolens, & ferox, à peritis ipsisque præsertim ueteranis nisi temere cō
 temnēdus uideretur. Id insigne editum facinus pudorem Italis abunde
 deterfit, quum dedecus Hispanis opportune communicatum uiderent,
 & eo quidem acerbiorē aduersi euentus sorte, quòd ueterani disciplinæ
 parum memores aliquanto inusitatus & turpius deprehēsi cæsiq; fuis
 sent, q̄ Itali tyrones, qui committendæ pugna studio temere progressi,
 & elici & cōserto certamine à multis trucidari facile potuerint. Sedato
 tumultu Vastius ueteres præfectos, primorūque ordinū cēturiones in
 tabernaculum

A tabernaculum uocauit, cōuersusque ad eos: Viri, inquit, alioqui semper
 fortes, qui multas incōparabilēsq; uictorias mecum Cæsari inuicta uir
 tute uestra peperistis, paucis omnino uerbis cohortādi uide mini, ut pri
 stinum spectatūmq; semper bellicum uigorem ad animos reuocetis. In
 uobis enim (ut uideo) quod piget pudetque, antiquę partē laudis memo
 ria penitus refrixit: & insolito metu obtorpuerūt manus, & noua pigri
 tia corpora elanguerunt, ut non horū inermium prædonum insolentiā
 uestro forti ausu frenandā uindictandāque putetis. Irrisistis, ut nō nul
 li obiectant, heri sociorum inauspicatę promptitudinis coniunctā cum
 B pœnā temeritatē: at illi hodie uestrā incuriam degeneremq; segnitiam
 iure optimo rident: sic ut hoc cōmune dedecus uestro præsertim aliquo
 celebri & pulcherrimo factō abolēdum esse fateamur. Censeo itaque &
 seuerè iubeo, ut ad nouam parandā laudē, arma atque animos quampri
 mum præparetis: & hostes, si rursus laceffant, & munitiones tentent, eru
 ptione facta fodiendo eorū inermia pectora, & terga cadēdo, male mul
 ctatos intra Guletę portum compellatis. Strenue instantibus atque pre
 mentibus fortasse aderit fortuna, ut immixti perturbato agmini, muni
 tiones intretis simul & occupetis, in quibus ipsorum spem omnē repōsi
 tam uidemus. Quòd si hoc secus acciderit q̄ sperādum sit, saltē cum Cę
 sari, tum mihi decorique uestro, uel hoc uno insigni conatu abunde erit
 satisfactum. Ad ea continuo Aluares Gradeus, Cisnerius, Rodericusque
 Ripalta, & cum his Sarmentus, Didacus Abyla, Frāciscusq; Ruitius, re
 sponderunt, se usqueadeo præstantē operam nauaturos, ut in ipsis neq;
 uim, neq; omnis periculi contēptum, aut expectatę querenda laudis ar
 dorem, uiris fortibus impigre pugnare solitis dignum desideraret. Nec
 Barbari aduerso nostrorū successu elati, quin eadem cōsuetudine auda
 cter erum perēt, plus tridui mora cōquiescerunt: meridianōq; tēpore Gias
 D fer, cui id munus forte cōtigerat, cum Ianizeris, Afrorūque iaculato
 rum manu, superiores munitiones inuasit, ratus se ea hora nostros, cum
 labore operis, tum solis feruore confectos, in statione segnes & imparatos
 aggressurum. Iam Barbari inopinantibus nostris, uti remissa passim
 eius feruentissimæ horæ custodia, aggerem conscenderant, & certatim
 in subiectos, undique glandes, sagittas, & lapides coniciebant, quum
 extemplo ad leuem tympanorum sonitum sclopettarij nostri sicuti fue
 rat imperatum, duobus simul locis eruperunt. His Vastius subsidia
 riam manum ex galeatis thoracatisque militibus, qui alabardis, bre
 uioribus hastis, aut partesanis lato ferro Itatorum consuetudine rem
 gererent, opportune submisit. Phalanges autem suo ordine compo
 sitas intra munitiones constituit, ut si quid leui armaturæ durius acci
 deret, eam referentem pedes reciperent, & ad pugnam parati simul ca
 strā tuerentur, cœptique certaminis euentum expectarent. Pugnatum
 est utrinque summa contentione: nam Ianizeri quanquā graui nostro
 rū impetu repellerentur, uti milites pro dignitate prætoriani sui ordinis
 nusquam terga dare soliti, nō multum constantia aut uirtute animi no

stris cedebāt. Sed Giaffere ipso, qui ante alios ardentius dimicabat, duobus simul glandibus traiecto, cadentēque, ora conuertere fugamque respicere cœperunt, & mox expirantem ducē erigere atque referre conantes, redintegrata ob id acriore pugna, quum alij supra exanimē utrinque cecidissent, effuse in fugam se dare coacti sunt, nostris tanto ardore persequentibus, ut Guletani receptis primis periculum ueriti quartam fere suorum partē obseratis repente portæ ualuis excluderint. Verum hi deflectentes uersus stagnum, postico fere aditu, qui nostris erat inexploratus, intra munitionem se receperunt. In eo tumultu, quod Sinas totam munitionis coronā propugnatoribus egregie muniuisset, periculosus atque difficilis nostris receptus est datus. Didacūque Abyla nouellaria cohortis signifer, in hostili aggere uexillum defigere ausus, multis simul glandibus petitus, & sagittis confixus occubuit. Neque tamen uexillo positus est hostis, quum illud proximus miles ex occupatium manibus intrepide rapuisset. Rodericus quoque Ripalta crassioris sclopetti glande collisa uehementer galea graue uulnus accepit, multoque plures è nostris in receptu quàm in pugna desiderati sunt: quoniam è tota munitione Barbari omnis generis tela & tormenta (quod extra suorum periculum antea tanquam in permixtos fieri nequiuerat) certatim contorquebant. Eo tamen die Barbarorū audacia egregie repressa est, & spes expugnandæ munitionis nostris non obscure præbita, quod ex propinquo munitionis natura consideratius explorata certam uictoriā aggressuris promittere uideretur. Nā ea inter omnes enata erat opinio aliquanto infirmior esse, quàm crederent Guletæ munitionē, persuasumque habebāt eo aditu, quem diximus, postico & nostris incognito per stagni marginem irrumpi potuisse. Qua de causa Sinas animaduerso aggeris uitio, quod non esset perpetuus, nec lateritio ædificio coniunctus, nouum & subitaneum ex remis munimentū crexit. His enim longa serie humi defixis, & funium lorica, transfuersoque leuiorū asserum munimine confibulatis, ingressum præsepit, ne aut intrare hostis, aut suos ex obliquo intercedente paludis parte conspectos, certis sclopettorū ictibus petere posset. At Cæsar paucis diebus in ipso rerum apparatu deliberationēque consumptis, statuit non esse terendū tempus, quin protinus Guletanis uim omnem, & uerum terrorem admoueret. multę enim eum res ad expedienda consilia uehementer hortabantur: suorū in primis animi abunde restituti: hostiū uero non uano plane metu percussi, quos nouo præsidio erigi in spem, confirmarique nolebat. Didicerat enim uaria Numidarum agmina mercede conducta ad Tunetum appropinquare: contra, suos aduersa tentari ualetudine, utpote qui interdum immoderato solis feruore torrerentur: noctu uero largissimo cæli rore madefacti, astrictis, & prope gelatis artubus rigerent, nec aqua dulci aut plane suauis leuandæ sitis desiderium explerent, nec exoptata ægris recentis obsonij subsidia classis præberet: militari nanque industria effossi toto litore putei, & Aquariæ item turris latices iniucunda falsugine

A ne redundabant: sic ut ægri pariter & incolumes compressa acrioribus pomis siti facile contabescerent: quanquam his malis Cæsar insigni pietatis cura liberaliter obuiam iret, & Ferdinandus Gonzaga Siciliae præfectus, rerum prope omnium aduersus inedia & sitim, imminētēque morbos opportuna præsidia, onustis pluribus nauigiis, in castra illico subsecuturus transmisisset: & Alarco Neapolitanæ arcis custos, completa ingēti naue, pari studio ad Cæsarem esset profectus. Iam enim Auriarum classis, Hispanicæque præsertim nauticus panis mucorem & cariem sentire cœperat. Itaque ad Idus Iulias promotæ sunt munitiones in conspectum hostium, prolatusque omnis tormentorum apparatus. Hæc omnia protegebat oblonga munitio ex uimineis corbibus usitata ratione confectis, & ligneis item uinariis dolis quæ arena sola complebantur: quod Africae solum his in locis, neque glebam, neque cespitem ad opus faciendum præberet. Auria suo usus munere à mari oppugnandæ Guletæ negotium suscepit, ita totius classis diuisis ordinibus, ut rostratæ naues sibi per uices tripartito succederent, displosisque tormentis cadendo, sequentibus locum darent: maiores uero onerariæque naues idoneis in locis ad anchoras constitutæ, ex castellis prorarum & puppium, & ab excelsis summi mali carchesiis iugiter operam nauarēt. A terra autē tribus in locis tripartito pariter singula munera, diuisis inter se per nationes copiis vastius partiebatur, ut singulę acies ex æquo attributi laboris onus, & sperata laudis fructum sentirent. Nunquam ab ulla hominum memoria, postquam tormenta ad excidiū humani generis reperta sunt, uel acriore ui, uel maiore apparatu, exactiorēque diligentia munitus usquā locus est oppugnatus. Tanto enim crepitu, adeoque horribili reboatu fragor ingēti terræ motus instar est editus, ut non quati modo & grauissime cōcuti: uerum tota passim terra hiscere, & iamiam mortales adsorbere uideretur. Mare autem quod modo tranquillitatē pacati æquoris ostēderat, fluctuosius concitari in orbes, remotaque etiā pelagi spatia, repēte excitata flauēti spuma conturbari, latēque feruere spectarētur: quū cælum superfusa tot excitatis ignibus fumea caligine, omnium oculis esset creptū. Ab aurora ad meridiē maioribus colubrinis nusquā est cessatum. Itaque turris cum adiecto suo antemurali terebrata undique, & penitus diffracta sic concidit, ut tormenta suis apposita fenestellis, horumque libratores, corruētium parietum, & proficillę testudinis ruina cōtegeret: munitionēque circum omnes, nudatæ propugnaculis late passim perfossæ atque disiectæ, non omnino difficilē nostris ascensum præberēt. His accēdendos animos cucullatus sacerdos crucifixi Christi seruatoris ligneam imaginē præferbat. Nec mora cohortes quibus singulis senæ scalæ erāt attributæ, eo ordine ut tum hostilē munitionē inuaderent, quum signū tubarū cantu esset datum, nostrorumque tormenta cessassent, cohortante iubentēque Cæsare procurrerunt. Neque diu Barbari quanquā in subeūtes tela omnis generis, naualique artificio missilē ignem tenaci flama armis adherentē conicerent, uim nostrorum tanquā terrefacti, magnaque in-

trorsus obruti clade sustinere potuerunt, sed occupatam à scandentibus munitionē, amissa spe defensionis deserere, præcipitēque se in fugā dare coacti sunt. Sinas ipse cum ducibus pōte ligneo se eiecit in aduersam continentē, læuōque litore intento cursu Tunetū profugit: quo itinere multo maxima pars suorū sese proripiebat. Alij cæsi pulliq; in stagnum detrudebantur, quos enatare conantes, & dextri litoris appetentes marginem, Hispani equites, & sclopettarij præsertim, uenatoria cōsuetudine passim opprimebant, tanta consecrandi uoluptate, ut tota palus Barbarorum cadaueribus constrata uideretur. Nostri paucis amissis, omni tormentorū apparatu, totāque iam pridē subducta (ut diximus) hostium classe sunt potiti: quo nihil iucundius Cæsari, Hariadeno uero acerbius accidere potuit, gementibus piratis, qui maris & totius nauigationis facultatem, qua una maxime ualerent, amisisse querebantur. Constabat enim Barbaruffam in ancipiti deliberatione aliquādiu stetisse ambigū, tuereturne regnum terrestri manu, an ipsam potius maris possessionem retineret, qua ipse ab ineunte ætate, factō sapius fortunæ suæ periculo, duo opulenta regna, & longe clarissimam peritiæ naualis existimationē esset consecutus. Sed in superbo ambitiosq; homine, uel improbātibus trierarchis præualuisse confirmādi regni cupiditatem, tum maxime sibi aduerso Pœnorū studio, qui alienigenam, & multa cruetum cæde prædonem sibi regem impositū abominati, reditionem Muleassem expectabant, quē ueteres amici ex Tunetanis expeterent, & præcipuus inter Numidas auunculus Dorax se reducturum polliceretur. Verum ego postea ab ipso Auria accepi Barbaruffæ, nihil famæ de aduentu Cæsaris credenti, tempus omnino defuisse, quo classē deducere atque instruere posset: nam quæ intra Guleta fauces reducta, in ipsa paludis tuta statione seruabatur, nisi magno ergatarum & funium molimine, longoque militum & seruorum remigum labore extrahi, apparatūque non poterat. Neque enim Barbarus uir acutus, ac utriusque militiæ peritissimus, utrobique si copias diuideret, rem iustis uiribus, & bona spe geri posse iudicabat. Qua de causa, sicuti superiore libro demōstrauimus, nouum intra paludem portum efficere, marēque apertū nouis faucibus ad occasum excauatis immittere cogitarat, & iam magna ex parte perfecerat, ut expeditā instructāque suis armamētis classē securo in loco, & undique tormentis permunito contineret. Sed cum pertinacissime uacatē operi, & passim ueteribus Carthaginensis molis reliquiis occurrentem Aquileges deterruerūt, affirmātes exiguo tempore futurum ut Guleta munitione à continente abscissa, & redacta in insulæ formā, nouo terrestri præsidio (si usus posceret) confirmari atq; defendi non posset, & allidentis maris fluctus perflante Aquilone stagnū inuectis arenis oblimarent, exaggeratūque uadis summæ utilitatis Tunetana nauigatio tolleretur. Cæterū Barbaruffa tanto accepto incōmodo perturbatus & exterritus, ueniētē ad se cum reliquis Iudæum ita turbido infestōque supercilio excepit, ut ignauiam cunctis, fœdūque terrorem nimis propere con-

ceptum exprobraret, grauique admissi dedecoris contumelia prosequeretur. Ad ea tamen Sinas pro omnibus respondens: Hariadene, inquit, quam diu cum hominibus armatis certandum nobis fuit, uti plane scis nec hostes diffitentur, operam existimatione nostra, & tuis auspiciis dignam edidimus: ubi uero nobis cum diro Sathana, furiisque eius infernalibus, qui in nos horribili cum incendio terræ motum extremi terroris atque periculi excitarunt, repugnare necesse fuit, tibi mirū uideri nō debet, si immortalium humani generis hostium inusitatam uim effugimus, ut tibi meliore fortuna de imperij urbisque tutela certaturo, inter gri seruaremur. Neque nos dispudet, tanquam iterum pugnatuos, eo periculo ereptos uideri, è quo tu si interfuisses summæ constantiæ uetus dux & miles, non turpe modo, sed plane honestum (si libero ore tecum loqui licet) incolumem emeruisse arbitrare. Hæc in primo congressu dicta fuisse ab his qui sermoni interfuerūt didicimus. Hariadenus compresso animi dolore, uerborū contentioni finem imponēs, leniore oratione singulos uehementer est cohortatus, ut secum pro republica salutēque omnium aduersus hostes bellum sustinere, intentissimāque cura gerere uellent. Sperare enim se postquam ampliora iam Afrorum peditum auxilia, & ingentes Numidici equitatus turmæ appropinquarent, hostes nō diu Guleta captā lætatuos, indēq; mox ad paranda quæ opus erant, omnem industriam studiūque conuertit, prolata statim ex ærario ampliore pecunia, dispensatāque liberaliter inter Afros & Numidas, ut propensiorum confirmaret amicitiam, & nouo beneficio dubios obstringeret. Interea rex Muleasēs ex ulteriore Numidia cū modico propinquorum & clientium comitatu ad Cæsarem in castra peruenit. Confederat in sella regia Cæsar medio in prætorio, in quod admissus est Muleasēs suo cultu mitratus, cui lintea fascia à mento demissa guttur prodegebat, & tibias talaris adornabat uestis è serico uiridi & cyaneo discolor. Erat is procera statura, suffusco uultu, planēque uirili, sed oculorum lumine ita peruerso, ut spectantes malignē contueri uideretur. Postquā uero exosculatus est Cæsaris dextram, tapete substrato, humi collectis cruribus more patrio sedens, per interpretem in hanc sententiam est locutus: Nullo meo, ter maxime Imperator, insigni officio prouocatus, quod ita religiones quibus dissentimus tulerunt, in hanc terram armatus, & iam plane uictor aduenisti, non sine, uti reor, præclaro instinctu magni numinis, quod & nos pari pietate colimus: scilicet ulturus summæ perfidiæ & crudelitatis tyrannum & prædonem, humani generis hostem atrocissimum, de quo prope iam partem expugnata Guleta, & capta classe uictoriam ita prouideo, ut propediem eum maleficiorū omnium te uindice pœnas daturū sperem: & eo quidem meo uberiore gaudio, quod felicitatis atque uictoriæ tuæ fructus ad me sit rediturus: me quidem in paternum & auitum regnum restitues, quod à summa tua æquitate atque uirtute supplex, & exul sperauerim. Erit enim tibi in primis utile planēque decorum, si me, regem antiquissima stirpe progeni-

tum, & magnis Numidarum & Pœnorum propinquitatibus clienteliff-
 que ualidum, complectare. Nec recuso uel tributum pendere, uel me be-
 neficiarij iuris nomine Christiani imperatoris clientem profiteri. Fidei
 uero meæ, nullus erit locupletior uades, quàm accepti beneficij memo-
 ria, quæ apud me liberofque meos erit indelebilis, uel ob id præsertim
 quòd ingrati nomen abominer, & exhorream: perennique amicitia ue-
 stra adeo propinquis è Sicilia Sardiniaque præfidiis confirmari mihi o-
 pes, & Punicæ gentis studia conciliari non ignarus rerum intelligam.
 Cæsar ad ea respondit se eo animi decreto in Africam traiecisse, ut mul-
 torum temporum iniurias, quas Barbaruffa cunctis regnorum suorum
 litoribus intulisset, armis uindicaret, maleficientissimùmque hominum
 genus piratas excinderet. Huic uoto suo pie concepto Christi Dei num-
 men secundum belli successum dare, aspiraturumque iam procul dubio,
 ut Tuneto capto summa uictoria potiretur. Tum uero se cuncta ei quæ
 ex usu rerum fructuque uictoriæ forent, benigne concessurum, modo
 fidem non falleret: quæ sibi suspecta tanquam Punica uideri posset, nisi
 eam beneficij memoria regio in animo gratissime confirmaret, aut ar-
 morum metus abunde tueretur, quando hisdem uiribus & regna bene-
 meritis dari, & rebellibus adimi facile possent. Muleasses maxime graue
 se præbuit, tanquam pristinae fortunæ suæ nihil oblitus, quum eum Cæ-
 sar porrecta manu humaniter complecteretur. Ita uero comẽ ducibus
 sese ostendit, ut ad spectaculum in equo conspici uellet, quum hasta lon-
 ga peritissime quassata, & conuoluta in auersos & aduersos ictus, admi-
 rabiliter se exerceret, & serio præliantibus nostris admisceri cupere ui-
 deretur: per otium autem cum philosophis de natura uniuersi, & de mo-
 tu cœli, potestati que syderum exactissime ex Auerrois disciplina dispu-
 taret. Ei Cæsar tabernaculum tendi, & hospitalis munificentia munerum
 in quotidianos usus præberi iussit. Vastius & Albanus, & secundum hos
 reliqui proceres omni honore adhibito susceperunt. Cupientẽ uero ca-
 stris conspicere, spectatum comiter deduxerunt, ut quas aggerum moles
 nostri celeriter extruxissent, quantus tormentorum esset apparatus, quæ
 custodiæ armatorum in statione pro castris excubarẽt, & quantam uim
 peritiæ militaris, tot legiones non lingua modo, sed ipso oris habitu, &
 cultu armorum maxime diuersa præferrent, præsens agnosceret, intue-
 returque oculis an tot lectissimarum copiarum præfidia, quæ Cæsar in-
 uictus imperator, ipsius qui iam reduceretur insigni beneficio in Afri-
 cam adduxisset, ad debellandos hostes satis forent. Muleasses ante om-
 nia numerum atque ordinem tormetorum, & incredibilem in foro re-
 rum uenalium omnis generis copiam, miramque præsertim coementiũ
 passim militum tranquillitatem, uehementer est admiratus. Nec multo
 post duces cõfertis in arcano sermonibus diligenti percunctatione mul-
 ta ab rege ad gerendum bellum opportuna didicere, de Tunetanorum
 in primis studio & uiribus, de situ item urbis naturaque mœniũ, & mu-
 nitione arcis, de suburbanis puteis & cisternis, & quam longe lateque
 proxima

A proxima oliueta, quæ densissimi nemoris speciem præberent, ad ortum
 solis protenderentur, quales porro Afrorum & Numidarum essent co-
 pia, quæ mercede conductæ tyranno operam nauarent. Id postremo nõ
 inani coniectura, tanquam mox euentu minime cariturum, constanti
 ore protulit, Barbaruffam nequaquam mœnibus, quæ tot nostrorũ tor-
 mentis non magno labore prosterni possent, esse cõfissurum, sed omnes
 sub signis ad ostentationem educturum copias, ut incondita multitu-
 dinis conspectu procurfuque, terrere nostros, & immisso Numidarum
 equitatu, magnisque de more gentis sublatis clamoribus perturbare ni-
 B teretur. Nec tamen Turcas pedites, quibus unis maxime fideret, & par-
 cere uellet, in aciem esse producturum, uerum reliquam Afrorum turbã
 obiecturum armato hosti, ut quid efficere posset, extra suorum pericu-
 lum, Punico tantum sanguine uir astutus & callidus experiretur. Nihil
 enim eum suis nationibus magis alienum, magisque miserum arbitra-
 ri, quàm si collatis signis collatoque pede confingeret cum eo hoste, qui
 phalanges splendenti protectas ferro, & prælongis horrentes hastis, sta-
 bili gradu promouens, nudos iaculatores & sagittarios, carpētẽsque in-
 cedetia agmina inermes Numidas irrisurus esset, & nullo negotio pro-
 C straturus. Nostros autem nihil omnino perpeffuros aut sensuros infe-
 flius, quàm ardorem solis & obortam inde sitim, cui tamẽn malo facile
 occurri posset crebris aquæ subuectionibus. Eam nanque è propinqua
 classe utribus, & cupis ligneis per seruos, & frequentibus nauiculis per
 stagnum abunde posse comportari, dispensarique per acies, quanquam
 in proximo non longe à mœnibus ueteres cisternæ satis magnam uim
 aquæ dulcis sitientibus præbituræ crederentur, nisi eas malignus atque
 atrox hostis communi incommodo uenenis inficeret. Hæc suo ordine
 ad Cæsarem perlata, eum in sua spe non dubiæ uictoriæ confirmarunt,
 D isque totus in eam cogitationẽ generoso consilio incubuit, ut nihil mi-
 litaris studij curæque remittens quamprimum uniuersas copias Gule-
 tæ & Tuneto admouendas decerneret. Caterum parandis his rebus in-
 struendisque militibus, & noscendis hostium consiliis, quum impense
 uacaret Cæsar, uaria nostri quotidie cum Numidis prælia serebant, sic
 ut semel iusta prope pugna cum Barbaris certaretur, quæ initium hoc
 modo habuit. Barbari æneis aliquot tormentis inter oliueta dispositis,
 pilas continenter in castra iaculabantur. Ea re cognita Cæsar omnibus
 Italæ & ueteranis compluribus Germanorum Hispanorũque cohorti-
 E bus aggeri & castris præfidio constitutis reliquas copias & equitatum
 educit, quum paulo antea Montegium equitatu Hispanico præfectum
 contra hostes præmisisset. Cum Barbaris aliquãdiu uario euentu certa-
 batur, nam tametsi per aliquot sclopettarios pedites satis prospere con-
 tra hostes nostri rem gerebant, Hispani tamen equites, uti ex clientibus
 procerum parum armorum usu peritis conscripti, Numidarum & Tur-
 carum equitum uim ferre non poterant, sic ut inspectante Cæsare per-
 turbati, & terga dantes, ad grauis armaturæ uexilla confugerent, & ipse

dux Montegius uel acerrime pugnans solido thorace Numidica cuspi-
 de perforato grauius fauciaratur, atque ægre seruarietur, & idem uita
 periculum uulnere accepto adiret. Garzias Laffius nõ genere modo, ue-
 rum poetica lauro perillustis. Hunc fauciatum & circũuentum Fede-
 ricus Carafa nobilis Neapolitanus suo hostilique sanguine perfusus ser-
 uauit. Id autem pugnae genus eiusmodi erat, ut magno impetu primo
 procurrerent, deinde quum premerentur, consulto terga darent, & ho-
 stium impetum cedendo refringerent: rursus conuersi infestis signis ir-
 ruerent in hostem. Sed aliquanto iniquius Hispani, nam tamen opti-
 mi generis equos adduxerant, minime tamen eos huiusmodi præliis in-
 suefactos habebant. Quoniam equestis exercitatio post depulso Ba-
 tico imperio Mauros iam pridem exoleuisset, præterquam quod hasta-
 rum longitudine etiam Barbaris erant impares, ideoque pauci aduersus
 multos ingruentes consistere non auderent. Cæsar ubi suos à Barbaris
 acrius premi, ac cedere paulo longius uident, celeriter cum grauioris ar-
 maturæ equitibus aduolat: cuius aduētū & acri impressione Barbari tor-
 mentis curulibus amissis, præcipientes sese fugæ mādant. In eo concur-
 su Cæsar ipse, uti ante agmen armatus cōstitit, diuum Iacobum, quod
 est Hispanorum equitum tutelare numen, pro tessera clariore uoce in-
 uocauit: & in Barbaros ita inuectus est, ut nõ ducis modo intrepidi, sed
 pugnacissimi etiam militis officium præstaret, coronæque ciuicæ hono-
 rem promeretur, quum Andream Pontium equitem è Bætica nobilē
 equo perfosso deiectum, & grauius in facie uulneratum, ideoque circũ-
 uentum ab hostibus suo interuentu seruauisset. Vni eo die è nostris pau-
 cissimi equites Græci, duce Lazaro Coroneo, Barbaros usque adeo mira-
 bili ferendi atque eludendi arte, præsentique audacia repellent, ut sa-
 pe dare terga cogent. Sed Græcorum & Lazari inusitata ferocia teme-
 ritatēque fiebat, ut quum abeuntium agmina lacessendo instandōq; in-
 temperanter persequerentur, oborto pudore Barbari indignanter in id
 procax & pileatum hostiū genus ora & signa conuerterent, redintegra-
 tāque pugna refugientes effuse confectarentur, usque ad cataphractorū
 alas quas Græcorum periculo cōmoueri laxarique necesse foret, id gra-
 uiter ferente Cæsar, qui abeuntium terga potius à nostris eo tempore
 quàm ora pugnantium spectāda iudicabat, tanquam equitatu suo ualde
 perterrito diffusus, sic ut Lazarum saepe reuocatum, nec dicto audien-
 tem districto gladio persequens, nisi laxatis forte ephippij cingulis ex
 equo in arenā prope decidisset, percussurus esse crederetur. Per eos quo-
 que dies accidit, ut Barbarorum circiter triginta milia ad occupandam
 turrim, in editiore antiquæ Carthaginis tumulo sitam, magno studio &
 uelocitate contenderent. In ea turre Cæsar, quod castris immineret, pau-
 lo ante præsidium paucorum militum reliquerat. Barbarorum agmen
 magus quidam sacerdos Numida superstitioso ululatu edito præibat,
 spargēs circũquaque quasdam syngraphas, quibus Christiani nominis
 militibus dirum exitium imprecabatur: iamque nostros inclusos turri,
 atque

A atque igne & fumo circunuentos uehementer premebant, quum Cæsar
 ipse protinus promotis equitum & peditum aliquot ordinibus, Barba-
 ros inuasit, atque omnes celeriter mago sacerdote ante alios interfecto,
 terrore percultos in fugam coniecit. Audiui ego postea à Cæsar, quum
 apud Neapolim mihi scripturo totius partæ uictoriæ seriem enarraret,
 se balistariorum equitum alam magno proculdubio usui contra iner-
 mes hostes futuram, eo die plurimū desiderasse, ut Numidæ & equi eor-
 um præsertim, quos magno parant pretio, ideoque secundū uitam lon-
 ge habēt charissimos, uerutis confingeretur, instauraturūq; propterea
 B eius scorpionarij ordinis dudum intermissi, & sensim exolescentis, pecu-
 liarē alam, qua si opus foret aduersus Barbaros uteretur, sicuti ipse pau-
 lo ante inter prætorianos custodiæ corporis equites habere consueuisset.
 Per hunc modum Hispanico equitatu percusso, plerique putauerūt
 nostros equites, si uniuerso prælio certaretur, neque numero neque ge-
 nere armorum Numidæ hosti pares futuros, exploratam tamē per sclo-
 pettarios, & ceteros pedites uictoriā existimari, qui audacter effusos ad-
 oriri, & sese in oliueta insinuare cōderēq; ad occasionem inuadendi ho-
 stis solerent, & multa illis ex occulto detrimenta inferrent, ut tum acci-
 C dit, sicuti supra demonstratū est quum conglobatā in proximo tumulo
 Afrorum manum, constitutāque ibi duo curulia tormentā in nostros
 saepe displodantem, facto impetu depulerunt, potitque tormentis, ali-
 quot eorum in capeffenda fuga pertinacius hærentes contrucidarunt.
 His de causis quæ supra commemoratæ sunt, nonnulli graues togatīq;
 homines bello minime imponēdum finem, sed mature recedendum ex
 Africa dictitabāt, quod satis profecisse Cæsar uideretur, uel ad laudem,
 quam iam non mediocrem Guleta capta, occupatāque hostium classe
 esset consecutus, uel ad utilitatem, totis scilicet Europæ litoribus præ-
 D donum metu liberatis, & tum maxime quum uulgo milites fœdis atq;
 mortiferis alui profluuiis laborarent, agrorūque numerus in dies au-
 geretur, ex aduerso autem præpotētes Numidarum reguli ueteres Mu-
 leassis inimici ad Barbarissam peruenisse nunciarentur. Horum intem-
 pestiuas uoces Cæsar opportune comescendas ratus, contra eos graui
 oratione disseruit, tanquam ineptius atque timidius quàm homines cō-
 stantiæ & uirtutis opinione ab se in consilium receptos deceret, de rerū
 successu, futurāque uictoria angustissimis usque adeo animis dubitarēt.
 Eam enim se ab ipsis tanquam inutilem & prorsus infamem studij ope-
 ram nõ requirere, ut de salute sua potius quàm de dignitate solliciti esse
 uelint. Ea siquidem ante susceptum & bono euentu semiconfectum bel-
 lum, prius quàm in Africam traiceretur, commemorari debuisset, nam
 tuto se in Hispania bello uacuum conuiescere, atque omnes maritime
 oræ iniurias, & miserorum querelas contemnere facile potuisset. Cæterū
 grauissimis (uti ipsi scirent) de causis eò esse peruentum, ubi ad retinen-
 dam cum publicæ dignitatis, tum priuati nominis existimationem, aut
 opima parta uictoria, aut si id superi nollent, honesta saltem morte fa-

mæ fatis faciendum esse censeret, quando ipse omnem uitandi dedecoris, & paradæ laudis ratione ipsa uita chariorem semper habuerit. Proinde, sibi satis impauido, uel adulari, uel fortibus inauspicatum terrore incutere desineret, & quicquid ad belli exitum fortuna aduheret, se duce constantibus animis in crastinum diem expectarent. Conflicturum enim se iusto prælio, aut si hostis abnueret, ad motis tormentis Tuneti mœnia quassaturum, ea mente, ut Deum diuosque omnes, quos susceptis rite uotis propitiasset, sibi pro pietate & summæ equitatis causa bellum gerenti proculdubio affuturos crederet. Cæsar præsidio Guletæ imposito, dirutæ munitionis aggerem instaurari, captaque tormenta, more nostro subditis rotis recocinnari iussit, quæ magnis inserta trabibus, & nauali rudisque artificio armillis præincta ferreis, neque uerti commode, neque apte dirigi facile poterant. Indèque late explorata regione, quæ inter oliueta & dextros stagni margines nudum & expeditum iter ad urbem ostendebat, castra promouit, ita composito agminum ordine, ut parati ad pugnam iustructa acie, aduersus omnes insidias, incursumque Barbarorum iter facerent. Ad læuam Itali stagno proximi, Hispani ad dextram oliueta spectantes, mediam Germanorum phalangem suo incedentem passu utrinque tuebantur. Iuxta hanc erant tormenta, & secundum hæc impedimenta totius exercitus. In principiis Vastius, penes quem concessu Cæsaris eo bello, eoque præsertim die militaris imperij potestas erat, speculabundus & hortabundus uersabatur. Albanus ualido equitatu delectisque cohortibus confirmatus, in postremo agmine curabat. Cæsari in medio apud uexilla locus fuerat attributus, cuius lateri coherbat Ludouicus Lusitaniæ regis frater. Italis peculiaris erat adhortator princeps Salernitanus, Hispanis Alarco dux uetus, & Germanis Maximilianus Ebersteinius: sed cunctis ordinibus adequitas armatus Cæsar aderat, alacri uultu & fiducia pleno, commemoratis superiorum temporum uictoriis, quas sibi inuicta uirtute peperissent. Eo autem die ab ipsis operam longe gloriosissimam expectare, postquam aduersus Christiani nominis hostes qui essent inermes dimicandum foret. Itaque fortibus animis armorum pondera, cedentis arenæ molestias, pulueris & solis æstum, & ipsam denique sitim tantisper ferrent, dum conspecto hoste conferi manus possent. Victoriæ profecto Deum diuosque omnes pro quibus pugnarent, haud dubie præbituros. Ipsos autem manere opulentæ prædæ præmia, quæ ex direptione ditissimæ urbis expectari possent. Succlamatum est à cunctis agminibus, ne his quas commemorasset difficultatibus angeretur, sed speraret suos milites cuncta incommoda æquissimis animis toleraturos, ut egregie pugnando ueterem spectatæ uirtutis opinionem non fallerent, & ipsum non in Africa modo, sed Hierosolymis recepto Christi sepulchro supremum summæ gloriæ imperatorem constituerent. Subdlexerat Vastius è dextra Hispanorum acie quæ Oliueto erat coniuncta, duas sclopettariorum manus, quas manicas uocabant, quod cornuum instar diuerso Italarum agmini

A agmini eodem modo erant coniunctæ, ut admixtis eorum sclopettariis ad Oliueta usque longo tractu sese extenderent, & cum Barbaris dispersim extraordinario pugnae genere præliarentur, Barbarique ad postremum usque agmen carpando signa uerterent. Verum eos Albanus pari ordine per sclopettarios, & institutas ad id equitum turmas egregie reprimebat. Iam ad cisternas quas Muleasses, & plerique alij periti regionis indicant, erat peruentum, hisque procul conspectis, nostri sub ardentissimo sole ponderaque armorum, laceffente immodica siti fatifcentes, potandi desiderio abruptim ordines deserere, & ad eas citato cursu deferrî cœperunt, frustra uetante, comminantèque Vastio, qui magno incommodo dissolui aciem, & propinquos hostes ultro ad rem bene gerendam accersiri nostrorum impatientia prouidebat. Quum ille retinendo uerberandoque nihil proficeret, eo decurrit Cæsar ut præfenti auctoritate ægre parentes in ordine atque acie contineret. Verum ubi ualida atque intoleranda sitis sudantia corpora perurgeret, neque conspectus Cæsaris, neque uis imperij quicquam ualebat, quod multi tum prope exanimis in arena procumberent, ita ut Cæsar quosdam properantius se demergentes ut potarent, hasta tragulæ percuteret. Tum quoque C Arpinas insignis Centurio, qui Tullij Ciceronis nomen ferebat, & sub Clemente Pontifice Urbis prætori Magaloto dextram detruncarat, auide potabundus in cisterna periit. Per hunc modum temeritate castigata celeriter ordines sunt restituti. Hoc autem merito illis accidisse uidebatur, quoniam Vastius pridie totis castris pronunciari iusserat, ut quisque miles utriculum aquæ, aut uini lagunculam sibi ad zonam subligaret, quanquam publica diligentia per acies opportunæ aduersus sitim remedia plenioribus uasis circumferrentur, qua in re Germanis largius indulgendum fuit. Nec defuere qui propemodum exanimati, à proximo commilitone aquæ semihautum binis aureis ægre impetrarent. Composita igitur acie signa aduersus hostes promota sunt: Barbarussa enim magnis peditum & equitum explicatis agminibus, in quibus Barbarorum consuetudine multa ad terrorem inanemque speciem uexilla spectabantur, ad tertium ab urbe lapidem peruenerat, productisque aliquot curulibus tormentis nostrorum aciem, uti prædixerat Muleasses, perturbare conabatur. Vastius crebro displodente Barbarussa, nec ullum tamen detrimentum Christianis ordinibus afferente, tormenta proferri in primam aciei frontem iussit, ut his aduersi hostes impeterentur. Ea uero E quum ægre tardèque adduci animaduertent, quod iugatis seruis & funibus traherentur, curruumque rotas arena deuoraret, & pilæ ferreæ, sulphureique pulueris cadi, remigum & nautarum humeris segniter comportarentur, consilium repente mutat. Cæsarem edocet sibi nequam uideri contendendum esse tormentis, in ea occasione, qua milites pugnae desiderio incitati summa omnium alacritate signum sibi dari uehementer expeterent, rem omnino fortissimis militum dextris, fortunæque ipsius bono euentui semper aspiratis audacter esse commit-

» tendam, ne dum (inquit) tormenta non semper magno usui repenti-
 » nis in praeliis futura, sero expectantur, inutili mora, augeatur Barba-
 » ris animus, & totus hic non dubiae uictoriae praenunciis militum ani-
 » mis conceptus ardor importuna cunctatione refrigescat. Ad ea Ca-
 » sar ab erecto in spem inuictioque animo pugnae auidus, Dauale, in-
 » quit, si tibi hoc probatur quod disciplinae ratio mihi pariter osten-
 » dit, signa canere iubeto. Hoc ille extemplo: Faciam, respondit: subiun-
 » gens aequum esse, ut qui toti prope terrarum orbi imperaret, ei pare-
 » re condisceret, quem graui cum onere pudoreque, eo die tanti exer-
 » citus ducem, abdicato imperatoris nomine, esse uoluisset. Itaque, lu-
 » re meo, inquit Daualus, iam utor, iubeoque, ut hinc abscedas ad me-
 » diam aciem ubi sunt uexilla, ne fortuito incidentis pilae casu, uniuersa
 » communis fortunae salus unius hominis periculo, inexpiabile subeat
 » discrimen. Ad id subridens Caesar, & ne id timeret subdens, quan-
 » do Augustorum Caesarum nemo unquam tormenti uolentia concidi-
 » disse, confestim ad signa se contulit. Itaque pugnae signo multo tym-
 » panorum crepitu, & tubarum clangore edito, in hostes est procur-
 » sum, aliquanto pleniore ordinum gradu, impetuque praesertim leuis
 » armaturae, quam sol cuncta exurens deposceret, ut emissas ab hoste
 » pilas periculi spatium emensi celeriter euitarent. Erat in prima pro-
 » currentium fronte Ferdinandus Gonzaga, cuius eo die extraordina-
 » ria opera utebatur Caesar, quod nullum ei esset certum in exercitu mi-
 » litaris imperij munus. Is concitato equo primus omnium insignem
 » Afrorum ducem hasta transfixit, distractoque gladio & repetitis icti-
 » bus ita proximos perturbauit ut consequentibus nostris hostilem a-
 » ciem facile perumpendam fundendamque praebuerit. Tanta autem
 » extitit glandium procella, ut ante congressum trecenti amplius ex Bar-
 » baris sternerentur: ex reliquis peditibus consisteret nemo, sed agmi-
 » natim desertis tormentis ad Barbarussae aciem confugerent. Is incum-
 » bentium nostrorum neque uim, neque conspectum diu tulit, sed praedolore
 » atque ira dentibus infrendens equum conuertit, in urbemque
 » cum Turcis est reuectus, postquam suscepti consilij initia aduerso co-
 » natu minime processerant, nequaquam uniuerso praelio decertandum
 » rebatur, ut qui Caesaris copias intolerandi aestus incommoda, multa-
 » rumque rerum, & aquae praesertim inopiam non diu perferre posse cre-
 » deret, speraretque ab his hostium difficultatibus praebere sibi posse oc-
 » casionem rei bene gerendae, si tantisper defensis urbis moenibus cun-
 » ctaretur. Numidarum autem, & Afrorum agmina, quae nostris undi-
 » que circumfusa nihil memorabile gesserant, ad Babasuecham atque
 » Restabiam suburbana tecta diuerterunt. Alij ad Bardeos usque hor-
 » tos sese extendere. Reliqui in Rabatinorum aedificia urbi coniuncta
 » recepti sunt. Caesar ea hostium fuga quorum centum milium nume-
 » rus esse ferebatur, magnopere latatus, eodem in loco ubi hostis con-
 » stiterat castrametatus est, inuito statim susceptoque consilio, ut sequen-
 » ti

A ti die omnem tormentorum apparatus Tunetanis moenibus admo-
 ueret. Interim Barbarussa non obscuro percussus metu, multisque si-
 mul distractus curis, seipso factus atrocior, inusitata crudelitatis con-
 silium cepit, occidendi scilicet seruos Christiani nominis, ita cir-
 cumposito & incenso tormentario puluere, ut ad unum omnes in er-
 gastulis concremaret, certus id exequi, nisi Iudaeus Sinas execrabile fa-
 cinus dissuasisset, testatus huiusmodi consilium uiro forti, tot uicto-
 riis in clyto, regique diadematis honorem praeferenti indignum exi-
 stimari, quando non multo post esset futurum, ut patrati tanti sceleris
 ipsum maxime poeniteret. Quid enim esse aliud quam concepti
 summi timoris & supremae desperationis indicium? quae duae res as-
 sperum sustinenti bellum grauissime nocerent, & anteaetae uitae deco-
 ra deturparent. Caueret proinde ne ex atrocissimi facti fama Solyma-
 ni imperatoris inexpiabile odium aduersus se concitaret, qui omnis
 inhumanae feritatis expers, immania scelera detestari & uindicare con-
 suesset. Viuere igitur sineret Christianos fatalibus suis uinctos cathe-
 nis, quam diu fors ferret, qui diligentissime custoditi atque inermes,
 non multo post usui esse, nec sine certa pernicie sese commouere pos-
 sent, si inauspicata libertatis cupiditate tenerentur. Ab his profecto
 nec dari hosti, nec sibi eripi, uel denique morari speratam uictoriam
 posse. Erubuit ad haec tyrannus, concessaque miseris uita, arce est e-
 gressus, & in longe maximum urbis templum concionaturus se con-
 tulit: illuc enim principes Tunetanorum euocarat, ut quae ad defen-
 sionem urbis paranda essent perdoceret, eorum uero animos adhor-
 tatione confirmaret, quibus iam pridem arma tanquam suspectis ad-
 misisset. Haec agente Barbarussa maxime laetus & foelix miseris ser-
 uis dies illuxit, mox ater conuersa fortuna ualdeque funestus Barba-
 ris rediturus. Id nanque diri tyranni uotum non diu tegi celarique
 potuerat, certus siquidem Barbarae crudelitatis imminentisque adeo
 atrocis periculi rumor, per totam arcem, usque ad ergastula perma-
 narat, misericordia quorundam libertorum, qui domini truculen-
 tiam abominati, tactique religione, animos ad ueterem ueramque pie-
 tatem reuocant, primates seruorum sibi notos per secreta colloquia
 ad libertatem excitantes. In his fuisse Franciscus e Medelino Hispa-
 niae oppido, & Vincentius Catareus Dalmata, defectae uiriliter eu-
 nuchus. Hic Giasseragas uocabatur. Illum a pueritia educatum, & A-
 rabicas edoctum literas, Hariadenus in delitiis habuerat, & Memim ap-
 pellabat. Hi duo memorabile maximeque pium facinus ausi, patefacto
 carceris aditu, erectis in occasionem, & audacter consurgentibus,
 ad abrumpendas cathenas instrumenta praebuerunt, atque ita praecle-
 ro magni Dei miraculo circiter sex milia nudorum hominum, uariis
 rebus, saxisque praesertim dextris armantium, in Turcas erupe-
 re. Iam Ramadas e Baetia Hispaniae oppido, praefectus arcis, inexpectato
 atque horribili tot cathenas effringentium strepitu excitatus, cum
 E ij

armatis quos repente cogere potuit, ad arcis portam decurrerat, in cuius limine Siculus iuuenis ingenio manūque promptissimus, arrepta repaguli trabe, unum atque alterum custodem prostrauerat, oblatūque ferreo uecte postibus, porta fuerat potitus. Sed Ramada impetum faciente, Siculus uti erat inermis confestim interficitur, & reliqui portæ aditu depelluntur. Ipse referata porta sibi ac suis egressum parat, & cum aliquot generosis equis & sarcinariis iumentis, quibus charioris supellectilis partem raptim imposuerat, ad Barbarussam acerbissimi casus nuncium ferens contendit. At Christiani exutis compedibus tumultuariēque interfectis aliquot Turcis, totam occupant arcem, armamentarium refringunt, atque omni regia gaza, commeatu, armisque potiti, ab excelsa parte arcis de sua uictoria Cæsarianis significant, partim fumo, partim flammis ab incenso sulphureo puluere excitatis, expansoque demum uexillo, quod Sarmeninx cohorti apud aggeres ademptum fuisse docuimus. Hæc tametsi dubiæ significationis argumenta, nostri in multo spatio nequaquam præclare perspicerent, crebris tamen Tunetanorum ad Cæsarem, Muleassemque transfugiis adducebantur, ut grauem omnino apud hostes exortum esse tumultum crederent, & Cæsar cum expedita manu Giahenum & Buccanigram, qui seruis opportune rebellantibus opem ferrent, ad explorandum urbi atque arci appropinquare iuberet. Interea Hariadenus Iudæo in primis, qui importune obsistendo expeditum & salubre consilium euertisset, falsisque item Diis suis crebro maledicens, ad arcem reuertitur. Oferata ianua supplex & prope lachrymans seruos orat, mœnia portamque tenentes, ut se cunctis parcere integra fide paratum extemplo recipiant. At illi ueteris nouæque fortunæ suæ memores, iustoque exacerbati odio, in eum certatim lapides coniiciunt, adiectisque contumeliosis uocibus submouent, sic ut ille ira & dolore præpeditus & furens, in conspectos sua manu sagittas dirigeret, & rebus plane perditis & conclamatis, deformem in fugam uerteretur. Secuta sunt fugientem Turcarum agmina, quorum numerus septem milium summam implebat, eo consilio, ut ad urbem Hipponam, quam hodie Bonam uocant, diui Augustini præsulatu celebratam, se conferrent. Ibi enim suas triremes conscendere, marique potius quam terra reliquos fortunæ suæ casus experiri uolebant, quoniam Hariadenus in stagno iuxta urbem & arcem influente, triremes quatuordecim tanquam in statione tutissima reliquerat, ad incerta belli, si opus foret deducendas. Armamenta autem cum remis atque tormentis deposita erant in arce, quam suo præsidio tuebatur. Cæsar ubi hostem desperatis rebus effugere, Bardeosque prætergressum hortos, ad Bagram amnem, qui a Pœnis Magiordech appellatur, extentis itineribus properare certius didicit, Tuneti portis omnes copias admouit. Aduentanti præsto ante affuere ciuitatis magistratus, qui allatis portarum clauibus deditioem facerent, eique incruentæ uictoriæ fœlicitatem gratularentur,

A gratularentur, se autem gratissimo animo, quod essent sæuissima Turcarum tyrannide liberati, cuncta quæ imperaret, protinus esse facturos. Id unum petere ab æquitate optimi & clementissimi imperatoris, ut milites extra urbem in castris continere, & ciuitatem cumulado obstrictam beneficio inuiolatam præstare uellet, postquam Muleassem antiquissimæ stirpis ipsorum regem, singulari benignitate reducendum adduxisset. Nihil enim milites ex urbanis rerum omnium copiis, quæ suppeditari possent, esse desideraturos. Pro suis quoque ciuibus deprecator aderat Muleasses, uehementer de ciuitatis salute sollicitus. Sed Cæsar quanquam ad id præstandum, fatis propenso animo esse uideretur, tamen quod de Punica fide non temere dubitabat: & quam Tunetani per Muleassem pecuniam se in stipendium præbituros antea promississent astute & cunctanter extrahendo tempus expedirent, utpote qui de supremis Barbarussæ consiliis euentum expectabant, ut id prolixè polliceretur adduci non poterat: & quominus Pœnis quicquam certum de eorum salute promitteret, uel quod id admonebatur quod turbidas frementium militum uoces audiebat. Dictitabant enim se perinque simul & ingræte tot nauigationum ac itinerum extrema perpeffos incommoda iusto uictoriæ præmio fraudari, postquam ipsos illuue obsitos & inopes, nihil iam aliud sustentaret & aleret, quam oblata spes prædæ, quæ sibi lacera ueste uix pudenda tegentibus, exustisque longo labore & siti inclementer eriperetur: scilicet ut Tunetani religionis hostes perpetuēque receptatores & hospites immanium prædonum Christiana uictoria latari possent, ipsi autem uictores elusi undique suas ærumnas perpetuo lugerent. Suspenso adhuc Cæsare Vastius cum parua manu ad arcis portam accessit, & a seruis qui se in libertatem uendicabant, cum insigni gratulatione receptus est. Inspectanti autem Barbaricas opes, & totum arcis apparatus, seruus Ligur absconditæ pecuniæ latebras indicauit. Demerserat enim Barbarussa in cisternam ad triginta milia nummum aureæ monetæ, pluribus insutæ culeis. Hos expiscatus Vastius, a Cæsare prædæ donatiuque nomine, ut sibi concederentur facile impetrauit. De se enim omnibus bellis optime meritum, & ex natura liberalis ingenij inter principes eius ætatis maxime largitorem, eo munere dignissimum existimabat. Verum arce inexpectata fœlicitate in potestatem redacta, & iam diripientibus cuncta seruis, miles diutius contineri non potuit, quin agminatim intraret urbem, & per cunctas regiones ad prædam discurreret, Tunetanis nihil fere hostile expectantibus, & magno eiulatu edito Muleassis fidem frustra implorantibus. Paulo siquidem antè conspecto Muleasse gens æque mobilis & infida, pronaque in adulationem, magnas inusitata lætitiæ significationes manuum plausu, & crebra gesticatione corporum, secundisque acclamationibus, omnis uirorum & mulierum ætas ediderat: scilicet ut antiqui in nostros odij libidinem reconderent, ob idque uictores nostri nullo eorum merito ad miseri-

cordiam flecterentur, quum ex conscientia incertae fidei id summam calamitatis incommodum ultro sibi ipsis contraxissent. Primus in hiantium praedae impetus, uti inuadentium & effringentium fores uarij casus tulerunt, promiscua caede cruetus fuit. Sed Hispanis atque Italis in auaritia pronioribus: Germani ab insita animi feritate Mahometano cruore sitim explere properantes, ita cadaueribus cuncta compleuerunt, ut imbellem omnis sexus & aetatis turbam, ad inanium Deorum templam fugientem, sine discrimine trucidarent, & pauimenta damnatis in templis multo inermium sanguine inundarentur. In eo cadentium miserorum strepitu, lugente obtestantemque Muleasse, Caesar saeuitiae modum imposuit, pronunciarique iussit capitale fore, si quis Tunetanum uiolaret ciuem, aut in seruitutem abduceret. Fieri tamen nequii quin multi, adolescentisque praesertim, & formosiores foeminae ad classem raperentur, nam socij nauales fama diripiendae urbis exciti ad urbem conuolabant. Quamobrem Muleassi licuit quos nouerat e manibus praedantium in libertate exiguo pretio uendicare, sic ut unam ex uxoribus eius, quae antea inter carissimas fuisse dicebatur, binis redemptam aureis conflet. Caesar ingressus arcem seruos, qui clarissimo facto summam parandae uictoriae occasionem praebuerant, collaudauit, diuisaque uiritim certam pecunia qua sese alerent, liberos fore dixit, pollicitus nauigia & comestum quibus in suas terras transportarentur. Medelinum autem & Giaferem, quos Barbarussae alumnos, & effringendi ergastuli authores fuisse docuimus, pecunia uesteque donauit, a quibus postea multa de Barbarussae consiliis, arcanisque moribus didicimus. In ea arcis direptione tria incomparabilis iacturae detrimenta Muleasses deplorauit, Arabicorum uoluminum in primis, quae conturbata atque direpta bibliotheca perierunt. Afferuabantur enim antiquissimi codices, non disciplinarum modo omnium praecepta, sed superiorum etiam regum res gestas & Mahometanae superstitionis interpretationem continentes, quos rex ipse postea me audiente, se unius urbis pretio (si fieri posset) auide redempturum differebat. Secundo loco fuit unguentorum odoratique Indici aromatis officina, in qua patris Mahometis exemplo, prodigiosi sumptus, inuitataeque luxuriae orientis opes contulerat. Siquidem plumbeis in loculis, eburneisque arculis tanta uis ambrae, musci, & zibeti (harum rerum antiqua uocabula adhuc ignoramus) in balnei quotidianos usus, & nocturnos diurnosque cubiculorum suffitus erat recondita, ut ingentis auri ponderis pretium excederet. Quae tamen omnia Hariadenus uictor militari duritia subagrestis, & damnarat, & effuse contempserat. Postremo uaria maximaeque pretiosa pigmentorum genera, ab ignaris seruis atque militibus, praesentis tantum & manifesti lucri spolia querentibus, stulte praetermissa dissipataque sunt. Nam acerui plures caerulei transmarini, quod cyaneum efficit colorem, & a Graecis authoribus Lazurium uocatur, in armariis reperti sunt, multique culci, cocco & lacca Indica pleni, quae purpura colorem aemulantur, & a pictoribus eximiis, & lanarum

telaeque sericae insectoribus magno coemuntur pretio. Quae omnia tum secede pessundata nemini praedae futura disperierunt. Ingens quoque balistarum, & nostri moris telorum, & armorum, thoracumque praesertim ex laminis, & galearum apparatus est repertus: agnitaeque sunt in his cassides, ocreae, femoraliisque Gallorum equitum, ab eo tempore quo Ludouicus rex Galliae Tunetum ante trecentos annos obsederat, a Poenis de Christiano hoste parta, quae ad eius belli memoriam custodia seruabatur. Interea Hariadenus ad Bagradam amnem, qui Maiordech a Barbaris appellatur, iter intedit, uadoque propter aestatis siccitates facile reposito, transgressus est, nequicquam persequente, uel laceffente Numidarum ala, quam Muleasses ex ueteribus amicis, auunculisque Doracis clientibus coactam, abeuntes Turcas persequi iusserat. Eo namque ordine Barbarussa iter habebat, ut postremo suorum agmine, certis sclopettariorum & sagittariorum praesidiis more militiae confirmato, neque manus conferere, neque appropinquare quidem ausos facile conteneret: & Hipponam omnibus suis incolumibus, uti statuerat, intactus euaderet. In transitu tamen Bagraedae amnis Haydinum Smyrnum inclyti nominis Piratam desiderauit: quum is in magno solis ardore longoque itinere fessus, & multo adipe praegravis cogente siti ex profluente auidius potando disruptis praecordiis in ripa expirasset. Hariadenus ubi Hipponam peruenit, primum omnium recreandis copiis bidui quietem dat, concionemque habita uniuersos consolatur, hortaturque, ut quodcumque incommodum iniqua fors attulerit, id nequaquam hostium uirtuti, sed seruorum perfidiae tribuendum existimare uelint. Fortunam inuictis patientissimisque animis ferendam, eamque noua uirtute conciliandam arbitrareretur. Sibi esse in animo classem educere, atque inde continuo Algerium proficisci, ubi maioribus praesidiis comparatis, classemque aduicta, & nouo suscepto consilio, rem ipsorum uotis parem, & sua existimatione non indignam sit ausurus. Nunquam ulli duci ab aduerso rerum euetu fracto subactoque, alacrioribus animis a militum corona succlamatum fuisse memorant, quum ultro deposcerent, ut quae uellet, uel grauissima atque asperrima uniuersis imperaret: nihil enim se recusaturos, modo ad rem gerendam educerentur. Itaque incredibili studio & promptissimis suorum uiribus fretus, triremes quatuordecim demersas in stagno, ipsoque profluentis fluminis uado admirabili celeritate educit, suisque impositis armamentis protinus exornat. In margine stagni aggerem erigit, productaque munitione in eam tormenta confert, non inani coniectura iudicans non multo post nostrorum classem affuturam, ut egressum impediret. In eo quoque consilio Caesar & Auria pari ratione uersabatur, ut hostem euadere parantem praeciparent: rati eius classem priusquam deduci adornarique posset, si pars ipsorum classis eodem mitteretur, tormentis in statione demersuros. Ad eam rem conficiendam, ab Auria deligitur Adamus centurio Genuensis, non magno opere rei naualis peritus, sed affinitate Auriae & multis diuitiis aequae fidus & potens. Is certum triremium numerum sociis imperat, & sublato uexillo cum qua-

tuordecim tantum rostratis ad Hipponam prouehitur, certam faciliemque
 uictoriam, ingentemque inde sibi laudem de imparato hoste se adepturum
 sperans, quod in apparatu instruendae classis occupatum Barbarissam fo-
 re crederet. Sed postquam Bisertum praeteruectus Hipponae appropin-
 quare coepit, Barbarissam incomparabili celeritate classem eduxisse, &
 munitionem tormentis instruxisse certius didicit. Qua re uehementer
 perturbatus consilium mutat, monentibus trierarchis, ut omnem certami-
 nis aleam deuitaret, quod in sociorum triremibus, Hispanicis praesertim,
 Siculis, & Neapolitanis, rari essent propugnatores, ut qui ad praedam spem
 antea, iniussu in terram descendissent, ideoque iniquissima conditione cum
 Barbaris numero feritatemque praestantibus pugnaturus censeretur. Itaque
 opportune prudens obuerti proras iubet, & uelis remisque regreditur,
 ut maiorem partem classis accersat. At Barbarissa, uti postea cognitum
 est, diu in incerto habuit, an nostrorum classem ad spem uictoriae conse-
 queretur, postquam pari triremium numero foret confligendum: an po-
 tius in uetere proposito petendi Algerij persisteret. In hanc sententiam in-
 clinarunt trierarchi, ignari prorsus infrequentiae imbecillitatisque, nostro-
 rum: atque ita occasione magni certique prouentus praetermissa, modico
 Turcarum praesidio arci imposito, oram soluens Algerium enauigauit. H
 Redeunte autem Adamo rebus infectis plerique principes aegerrime ti-
 lerunt, quod incuria quorundam imperio aegre parietum, & flagitio so-
 ciorum naualium, qui iniussu in litus descendissent exoptatae uictoriae
 occasio elapsa uideretur. Hoc enim unum eo bello ad summam Caesaris
 felicitate defuit: nam praeferoxi hosti si ei classis a nostris erepta aut de-
 merisa fuisset, nullus omnino tutus ad fugam locus relinqueretur: quo-
 niam innumerabiles Numidae Turcarum ex professo hostes, per medi-
 terranea arumnosum iter habentem ex notis saltibus inuasuri, & prius-
 quam Algerium perueniret omnino deleturi crederentur. Ceterum Au-
 ria grauius indignatus sibi & suis, nec tamen desperans hostem se adipisci
 posse, cum tota sua peculiari classe, ceterisque ualidioribus sociorum ro-
 stratis, Hipponam contendit. Cognito autem Barbarissae discessu urbem
 cepit, murosque diruit: arci uero quam tormetis in potestatem redegerat
 praesidium imposuit duce Aluaro Gometio, regressusque est ad Caesarem.
 Ceterum Gometius, tametsi uir erat bello fortissimus, usque adeo tamen
 auaritia erga hostes pariter & socios euasit infamis, ut iudicij metu ma-
 nus ad turpem uitae exitum sibi conscisceret, & Caesaris iussu ars ipsa, quae
 nisi magno sumptu defendi poterat, funditus eueheretur. Exinde con-
 sultatum est de Muleasse, Caesarque eum Tuneti regem maiorum suorum co-
 suetudine regnaturum constituit: binosque tantum falcones ad aucupium,
 & binos a Numidia pernices equos tributum nomine quotannis imposuit,
 ea conditione ut Christiani nominis amicus, Turcarum uero gentis per-
 petuus hostis, Caesaris nomen coleret, & Guletano praesidio, quod ex His-
 panis amplius mille imponebatur, stipendium persolueret. Cogitatum
 subinde est de oppugnanda urbe Africa, quae in Adrumentino sinu uali-
 do

A do Turcarum praesidio tenebatur. Haec urbs antiquitus parua Leptis fuit,
 hodie a nostris Africa, & a Barbaris Mahemedia appellata. Sed aduersae
 tempestates, classem superare Clupeae promontorium (haec hodie Calibia
 dicitur) & sese in sinum Adrumetinum, quem uocat Mahometae inferre
 prohibuerunt: atque ita classis Siciliam tenuit. Caesar Panormi & Messane
 triumphali pompa exceptus est, donatusque passim pecunia Rhegiu tra-
 iecit, & per Brutiorum oppida hospitaliter a Sanseuerino Besenniano re-
 gulo susceptus Neapolim peruenit. Quum esset in itinere, nunciatum ei
 est Franciscum Sfortiam esse uita decessisse, cuius morte grauissima exorta
 B sunt bella. Nam Franciscus Galliae rex, Cisalpinae Galliae imperium a Ce-
 sare sibi concedi postulabat, cum suo iure antiquae hereditatis a Valenti-
 na Vicecomite repetito, tum praecleara Maximiliani Caesaris concessione,
 qui id tabulis rite confectis acceptaque honorarij muneris pecunia, Lu-
 douico regi post exactum captumque Ludouicum Sfortiam adiudicasset. Sed
 Caesar non ignarus quantum sibi autoritatis, potestatis, & certi quotidianae
 pecuniae prouentus, ex Galliae Cisalpinae possessione imperioque accederet:
 illis precibus adduci non poterat, ut opulentissima Italiae pars praepotenti-
 bus Transalpinis Galliae regibus adiceretur. Hos enim parto Mediolanensi
 C imperio (ut eos iam pridem fecisse meminerat) minime quieturos existima-
 bat: sed auiditate proferendi imperij, aliena ipsiusque in primis regna pro-
 tinus inuasuros. Neque eum quominus eonstanter in sententia sua ma-
 neret, Italiae principes deterrebant, quibus potestatem suam, tot aucta opibus,
 magnopere suspectam, ideoque formidandam intelligebat, uti recenti exem-
 plo didicisset, quum illi auctore Pontifice ad arma consternati cum dira
 rerum omnium perturbatione, uel saepe uicti multatique omnibus aduersae
 fortunae malis, hoc pertinacissime exoptulassent, & demum impetrassent,
 ut Mediolanum Francisco Sfortiae redderet, Hispanosque milites omni-
 D bus populis graues, deduceret. Ex aduerso Franciscus nihil aequum in se-
 que propensum a uoluntate Caesaris expectans, nec tamen ea in re animum
 despondens, ut qui armis aduersus Caesarem primus uti nollet, extincto
 Sfortia, in Carolum Sabaudiu arma uertit: ut per eius ditionis fines expe-
 ditum sibi iter in Italiam pararet. Causam autem inferendi belli hanc pre-
 ferebat, quod Sabaudius Nicam Prouinciae urbem, antiquitus a Gallis
 certa pecunia oppigneratam sibi eripi nollet, ne opportuna & munitif-
 sima urbe, quae Galliam ab Italia determinaret, exueretur, rege eam plu-
 rimum flagitante, restitutaque pecunia redimere contentente. Is enim
 E urbem excelsa arce ualidam, & propter Herculis Monaei portum, ma-
 gnas nauigationibus commoditates afferentem, si bellum gerere oport-
 teret, magno sibi usui futuram prouidebat. Alienarat rex iam pridem ani-
 mum ab amicitia Sabaudij grauibus ictus offensionibus. Nam is tamen-
 si Franciscus erat auunculus, uxoris tamen Lusitanae illecebris deprauatus,
 defatigatusque assiduis precibus (haec erat uxoris Caesaris germana soror)
 neglecto Gallo, se totum ad autoritatem nutumque uictoris Caesaris ita con-
 tulerat, ut urbem Astam ab eo sibi dono oblatam accipere non recusaret, fi-

liumque tanquam fidei obsidem in Hispaniam Cæsari educandum mitteret: quæ tum importune atque impudenter admissa fuisse Galli differrebant: nullum enim Gallo certius erat in Italia patrimonium ipsa urbe Asta, quam amplius centum annos sine cōtrouersia possedisset. Verum eam Cæsar qui Gallos Italia penitus eiectos, ulla ad spem reditus in Italia certa sede potiri nolēbat, auide expetenti Lusitanæ, nec abnienti uiro eius facile cōcessit: quæ urbs cōiuncta inclusaque Subalpinis oppidis Allobrogico regno præclarum amplitudinis & roboris decus additura uideretur. Fuit aliquādiu magno consiliorum æstu iactatus Sabaudius, uir egregie probus, ad æquitatēq; procliuis, nec alieni unquā appetēs, nisi esset uxorius, an Gallo regi de Nicæa obsequendū foret, quum in ea nullum aliud quā inueteratę possessionis ius sibi esse fateretur. Verum Franciscus Sfondratus senator ē Mediolano, Cæsaris nomine legatus in Allobroges missus, eum ab huiusmodi consiliis impēse deterruit: testatus eum aduersus Cæsarem facturum, si quicquā cum rege Gallo pepigisset. Eo modo Sabaudius, ne Cæsarem offenderet, cognationis iura, & Allobrogum principum ueterem amicitiam, quæ hactenus cum Gallię regibus inuiolata permanerat, ea minaci obtestatione perterritus, tueri non potuit: miserabili profectō cōditione, quod quum neutrū offendere uellet, utrique demum, sicuti mox euenit, se prædæ futurum prospiceret. Nec mora Galli duce Philippo Sciabotto, quē à præfectura maris Ammirantem uocabāt, coactis copiis, eum Trāsalpinis oppidis, quæ pertinent ad Allobrogum fines, inermē desertūque ab omnibus exerunt: trāsgressi que alpes, aliquot munita oppida Subalpinæ regionis, in primisque Taurinū, Fossanum, Penarolum, & Cherium occuparunt: ac nisi Antonius Leua eductis Mediolano copiis cūcta inuadētibus occurrisset, repressaq; Gallorū audacia, iusti exercitus uim rebellantibus ostēdidisset, futurū erat, ut Vercellæ, & magna pars Subalpinæ ditionis in potestatē Gallorum deuenirent. Neque tamen ulla res in ipso bene cōcepta, proueniētisque uictoriæ cursū Philippum magis retardauit, quā Iōannis Lothoringiæ Cardinalis aduentus. Is enim à rege ad Cæsarem cum amplissimis de pace mandatis missus, ubi in castra ad Taurinum peruenit, suā auctoritate, quæ apud regem erat eximia, Philippo persuasit, ut subsistere citra Duriam amnem, neque ulterius arma proferre uellet, ne summæ spei paratæ pacis atq; cōcordiæ occasionem, offenso exacerbatoque Cæsare corrumperet. Existimabat nanque se Cæsarem suppressis armis, suspensoque bello molliorē & faciliorē inuenturū: utpote quem neque ui subigi, neq; ullo rerum suarum periculo permoueri posse intelligeret, ut quicquam suo nomine indignum cum armato hoste pacisceretur. Id Lothoringi consiliū ægre admittebat Philippus, detestantibus præsertim ducibus, peritioribusque præfectis tanquam importunum, inutile, & graue mox incommodum ex fera pœnitentia gerendis rebus allaturum. Aderant enim lectissimi proceres ducēsque, & præter Gallos, in queis eminebant Montegianes, Palicia, Burrias, etiā Italici nominis

Aminis Stephanus Columna, Paulus Rétij Ceritis filius, & Sergianus Carraciolus Melphię regulus. Sed cōtra omnes Lothoringi sentētia ualuit, uel ob id quod Philippus eius uiri dignitati, & ad rem cōficiendam ab arcano regis peculiaris officij summā auctoritatē afferenti tribuēdum putaret, & se satis his belli prosperis initiis ad laudē profecisse uideretur. Ad id inexpectatum ingrata pacis nomen, milites gerendarū rerum studio uehemēter incensi extemplo perturbatis deiectisq; sua spe animis usque adeo indignanter in iram exarserūt, ut plerique præ dolore gladios abiicerent, hastāsque diffringerēt, iactis in ducē probris, tāquam non postea resumpturi, uel si imperio iuberētur, postquam importuna cessatione imperator uti parū bellicosus imperitūsq; rerū, sese à cogitatione belli, cursūq; uictoriæ ad incertæ pacis spem cōuertisset. Neq; id postea militaris iudicij factū inane extitit: quādo & tum paratam uictoriā interpellasse, & graues demū Gallico nomini clades importasse uideri potuerit. Eo nanq; intēpestiui consilij decreto, nō multo post Philippus, non inscitia modo, sed proditionis prope apud regē accusatus, tāta exarsit inuidia, ut honore bonisq; seuera dānatione spoliaretur: atq; inde summā calamitatē aditurus esset: nisi fœdis probris laceratū prostratūq; ab exilio uxoris affinitas & clemētia regis erexissent. Hyemarat Cæsar Neapoli amœnissima in urbe, excultus procerum omnium liberalibus officiis, & quod ad popularitatē pertinuit, per otium carnealiū dierū, qui pro Lupercalibus à nostris instituti sunt, Tunetanæ uictoriæ lætitiā, editis equestribus ludis, magnificētissime repræsenterat: in quibus ipse Mauriſiaco cultu decucurrit, saltantiūmq; illustriū fœminarū choreis, remissa ingenij seueritate, personatus interfuit: eo quidē licētius, quod per eos dies Margaritā filiam, Alexandro Medici iam pridē destinatā celebratas nuptiis in matrimonio collocarāt, præclara cū laude summę probitatis, & non secus ac uiuo Clemēte ueteribus promissis integrā fidē attulisset: quanquā ne id faceret, interpellaretur à Florētinis patriciis, qui exules facti Neapolim coibant, usiq; patrocinio Saluati & Rodulphi Cardinalium, Alexandrū omni existimatione, principatūque Etruriæ, & deniq; uxore, uel paratis nuptiis spoliare nitebantur, quum uno consensu ingētia auri pondera quotānis offerrent, si repudiato genero, eoque Florētia exacto, ciuitati pristinam libertatem restitueret. Eum siquidē per contumeliam spurium, ex agresti ancilla genitum, immitēmque nobilissimæ patriæ tyrannū, scriptis, atque editis orationibus appellabant. Sed Cæsar E ciuitatem Gallico nomini non obscure fauentem, optimoque belli iure propter infidelitatis noxam, omnia hostilia de se meritam, ita oderat, ut omnes restituendæ libertatis condiciones repudiādas iudicaret, eo præsertim tempore quo excitari ingens bellū prouidebat, quum paulo antè ab ipsis exulibus Hippolytum Medicē Cardinalē ab Alexandro, qui patruelis erat frater, deprauatum atq; diductum meminisset, ut eorū dissidio Mediceæ domui excidiū pararetur. Hippolytus siquidē exules Florentinos, ueteresque familiæ hostes sibi ascuerat, uanitate ingenij indu-

ctus, ut per eos Alexandro atroces insidias moliretur. Eū enim astuti homines, ualidāque facundia, & miris consulendi artibus instructi, eō peruersa atque infana ambitione correptum perpulerāt, ut Etruriæ principatum in sua fata præproperus affectaret, abdicarēque se honore purpurei galeri uellet, atq; inde ad eiusdē filiaē Cæsaris nuptias aspiraret, quod nisi sublato Alexandro fieri non poterat. Cuncta enim tum sibi secūda, si Cæsaris gener euaderet, obuentura confidebat. Itaque dum in eius infani sceleris cogitatione uersaretur, per Baptistam Ciboum Massiliensem episcopum, Innocētique Pontificis nepotem, teterrimam necē ex incēso tormentario puluere Alexandro machinatus est. Harum autē insidiarum indicia Deo maximo detegente ab Alexandro deprehensa sunt, atque illico Romam ad Paulum Pontificē delata. At Pōtifex tametsi ruituræ Mediceæ domus excidio, quod aliena cum inuidia pararetur, mirē gauderet, in spem scilicet ingentis lucri ex amplissimis sacerdotiis, quæ in Farnesios nepotes transferrētur: tamen Alexandri iniuriam omnino negligere uideri nolit, quum Octauianum Zēgam hominem facinosum ex Hippolyti satellitibus, nefarij consilij consciū cōprehendi iussisset. Eo capto Hippolytus uehemēter exterritus, detectēq; malignitatis suæ pudore confusus, ex urbe in Catilum Tiburtini agri castellum profugit, atque inde non multo pōst ex pœnitentia cōcepti facinoris commutata uoluntate, ad sanitatem redire, & quorsum euaderent maligna exulum consilia serō agnoscere cœpit: sic ut Alexandro se conciliare, & à Cæsare pacis conditiones accipere percuperet. Qua de causa Neapoli conducto nauigio, ad Cæsarem in Africa bellum gerētē enauigare properabat. Verum Petro Toletano prorege ei nauigium pernegāte, ad oppidum nomine Iter Fūdani agri, quod est uiaē Appiæ impositum, inops consilij substitit, ubi oborta pestilenti febre, iuuenis longe omnium eruditi ingenij nobilitate, decore uultus, & illustris uitæ splendore florētissimus sexto die ex humanis est ereptus: magna herclē exulum lætitia, quorum Philippus Strozza erat princeps: & Pontificis commodo, quum hic eius spoliis suos ditaret: illi uero uno erepto, alterum tāquam fratris ope destitutum, uti mox euenit, facile tolli posse diuinarent. Nec defuere exules authore Strozza, qui eius immaturæ mortis causam ad uenenum referre contēderent, ut Alexandri existimatio ea infami suspicione suggillari uideretur. Verum ob id Andreas Etruscus epulas mēsis inferre solitus, temere accusatus, quum diu tortus fuisset, & nihil de ea re confiteretur, carcere tanquam insons eductus est: affirmantibus præsertim medicis nullum esse uenēnū, quod certo ex interuallo lacefferet & fureret, sicut in tertiana febre bilē efferuescere uidemus. Is enim morbus cui Hippolytus cessit, ad statā periodi exacerbationē redibat, ideoq; eius morbi casum ad nouā permutati aëris intemperiem referrent, quā nōnulli ex eius comitatu iuuenes ætate florētes pari oppressi morbo cōcidissent. Nec multo pōst Cæsar audiēdis populorum querimoniis, qui inuisitata regulorū acerbitate auarissime se uexatos & expilatos conque-

rebantur,

rebantur, seuerē intentus: didicit minoris insulæ Balearis populū à Barbarussa supremā cladem accepisse. Is enim ut supra docuimus, fatali nostrorū incuria errorēque maxime pœnitendo Hippona elapsus, ubi Algerium peruenit, resecta clāsse, eāq; nautico cōmeatu optime instructa, & cura rerū Afani filio, cui tutor atq; adiutor Salecus aderat, demādara, Byzantium enauigare constituit, eo animo, ut ex itinere prædabundus Cæsarianæ ditionis oram percurreret. Primum autem omnium in Ramadam Baëtium Tunetanae arcis præfectum capitali supplicio animaduertit, quod minus intenta custodia carcerē ergastulāq; nexorū obseruasse, B indeq; totius amissi regni cladem attulisse putaretur. Hunc inter libertos, Christianæ religionis desertores, longe charissimū habuerat, solerti eius planēque Bëtico ingenio in omni hætenus rei bellicę negotio magnopere delectatus & adiutus. Ab Algerio itaque oram soluens in Magonis portum, minoris insulæ Balearis, Barchini Magonis ut credi par est, unde nomen acceperit, morte & tumulo nobilē, se intulit, Punicōq; ad fallendum usus dolo, ita intrauit, ut Cæsarianæ classis speciē, explicatis Christianorum insignium uexillis præberet, & ab effusis ad spectaculum oppidanis, multis de more tormentorum bombis salutaretur. Magnū enim numerum huiusmodi uexillorū Barbari uariis casibus, Pordundōq; præsertim Hispanicæ classis præfecto, super Sardiniam aliquot ante annos oppresso, nostris ademerant. Adiuuit etiā astum dolosi hominis Lusitana nauis, quæ in eundem portum tempestate impulsā anchoras iecerat. Præfectus nanque eius Consaluus Perelia, eadem captus imagine pilas ferreas tormentis eximi, eāque inani sonitu ad lætitiæ signum honoris causa displodi iusserat. Sed postquā à tot rostratis repente circumuentus Barbarorū ora, & peregrina arma, simulatæq; amicitiaē dolos propius & certius agnouit: serō sese atq; nauigiū strenue tutari cō-

D natus, à Barbaris cruento certamine expugnatus trucidatusque est: iniquiore etiā eius sorte, quod nauigium reticulato ex funibus uelamento contegi munitiq; solitum, tum forte tāquam tutissimo in portu minus necessario eo munimine careret. Capi enim nō posse uidebatur, nisi certa cum pernicie insilientiu: quum inferius per castella & foros parata essent uenabula, quibus conscēdere ausi transfoderētur, & ualidis colubrinarum ictibus rostratas facile perfringi demergiq; posse appareret, nisi Perelia earum globos pernicioso adulationis officio incautus eximi iussisset. Eo modo Lusitanis ad unum interfectis, Barbarussa ad oppugnā-

E dum oppidū tormenta conuertit: sed quum oppugnatio fortiter se tuētibus oppidanis, turcis durior euaderet, præfectus imbellis metūq; occupatus, de oppidi deditione cum Barbarussa transegit, ea cōditione ut cū uxore & liberis incolumi libertate seruaretur. Atq; ita scelesto præfecti consilio Magoniani ad unum omnes miserabili infortunio capti, & in Africam abducti sunt. Verum præfectus integra fide seruatus, nō multo pōst admissi flagitij pœnas dedit, quum eum Martinus Durrea insulæ præfectus laquei supplicio puniendū imperasset. Barbarussa autem uni-

F

uersam prædam Algeriũ retulit, atq; inde autumnales Boreæ flatus cõ-
 temnens, pari audacia, fœlicitatẽque longissimæ nauigationis, uti antè
 statuerat, Byzantium peruenit. Interea Cæsar acere bellum aduersus Gal-
 los coquẽs, nec obscure parans, quod summi eius consilij summæq; pru-
 dentiẽ fuit, Venetos in partes traduxit, diu opinione suspensos ab exce-
 su Francisci Sfortiæ, nec temere de Italiẽ libertate dubitantes, quando
 longissime prouiderent, si Galliæ Cisalpinæ imperium, uti hæreditas po-
 stulabat, reliquis tot Cæsaris regnis accederet, præpotentẽ accolam sibi
 præcipue formidandũ parari: quod Cæsar regna regnis adnectere solit-
 us, quẽ sibi legitimo iure ab indulgente fortuna tribueretur, uti immẽ-
 sa auctus potentia, si æquitatis ac amicitiaẽ obliuisci uellet, uicinas ultra
 Abdum urbes inuasurus esset: recenti Maximiliani & Ferdinandi auo-
 rum exemplo, qui eas Mediolano antiquitus cõtributas, abreptasq; im-
 potentibus Venetorũ armis repetissent. Sed tum Cæsaris nomen in tãta
 erat gratia atq; existimatione apud Venetos, ab ea præsertim Punicæ ui-
 ctoria laude, ut plerique ei fauere, prouherẽq; eius opes dictis sententiis
 minime dubitarent, ipso præsertim Vrbinatẽ Feltrio copiarũ imperato-
 re ante omnes propensissimo, qui uti erat indefessa atque admirabili fa-
 cundia potens, multos quò uellet patritios impellebat. E senatorio autẽ
 ordine, aut præmiorũ spe allekti, aut suopte ingenio accensi, quòd ita fo-
 re è republica crederent, Cæsari mirifice fauebant. M. Antonius Cõtaren-
 nus, qui ei aderat lõga functus legatione: domi uero & in senatu M. An-
 tonij Cornelij perpetuo studio, illustriq; eloquentia, partes Cæsaris sub-
 leuabatur. Nec deerant plerique seniores, in quibus multus semper fuit
 Aloysius Mocenicus, qui nihil nisi pacatum & ab summa æquitate mo-
 deratum, uel ab armato, uti semper inuicto Cæsare, expectandũ esse dif-
 fereret: quanquã exactæ prudentiæ grauissimarũq; rerũ experiens ipse
 Gritus princeps, multa reipublicæ profus aliena detrimentosãq; ex eo
 fœdere obuentura diuinaret. Sed ea quæ Gritus diceret, uti facile apud
 imperitos euenit, uehementer eleuabat perpetuum eius & pertinax stu-
 dium erga Franciscum regem, quòd tãtus rex, præclarus Veneti imperij
 restitutor, nisi ingratis & improbe deserendus uideretur, eo præsertim tẽ-
 pore quo Mediolanẽsis imperij hæreditatẽ, aut beneficio liberalitatẽq;
 Cæsaris, aut ui & armis, uti sæpe antea, esset aditurus. Itaque facile electi
 fuerat in legatione, quæ ad Cæsarem de Punicâ uictoria gratulatũ Nea-
 polim mittebatur, Cæsariani nominis apprime studiosi: contra uero iis
 patritiis honorifico diuersẽ legationis munere imposito, qui reipublice
 K studentes, commodo Galli regis fauerent, Romam non obscure able-
 gati sunt, ne domi consilia Cæsarianæ factionis intercedendo atque
 impediendo perturbarent. Nec multo post Neapoli de fœdere transactũ
 est, his ferme legibus quibus Sfortiæ principatũ tueri tenebantur, spem-
 que præberet Cæsar id flagitantibus, futurum esse ut Mediolanense im-
 perium sua Augustali autoritate, nouo regulo mature concederetur.
 Id enim maxime Venetus expetebat, ne sibi cum Cæsare regum maxime
 opulento

A opulento atque inuicto, sed cum infirmo, alienique arbitrij fortunæ
 obnoxio, de finibus certandum foret. Hoc tamen diserte conditioni-
 bus non adscripsit Cæsar, qui id se facturum uideri uolebat, quando id
 ut faceret ullo modo adduci non posset. Statuebat enim in arcano nun-
 quam Mediolano esse decedendũ, nisi armis pelleretur: sic ut eum præ-
 clare pœniteret, id paulo antè Italiaẽ precibus condonasse, quum in No-
 rico Turcarum arma perstreperent, & Solymanus grauiore opinione
 pauentium hominũ elatus illaturus crederetur. Hoc fœdere Cæsar per-
 opportune confirmatus certius & efficacius consilia de bello aduersus
 B Gallos gerendo inire explicareque cœpit, atque ingenti cura in Germa-
 nia delectus equitum & peditum per fratrem Ferdinandum, amicissi-
 mósque sibi proceres haberi iussit: deditque operam per legatos, ut ab
 Heluetiis impetraret, ne ullam in partem se commouerẽt, sed eius belli
 spectatores tantum esse uellent, quod sibi necessario suscipiendum foret
 pro salute Caroli Sabaudij, qui immaniter à Gallo rege, ipsoque so-
 roris filio, improuis ac impotentibus armis undique uexaretur. Perti-
 nere enim ad dignitatem Romani imperij, ut fœderatorum beneficia-
 riorum, & ipsius præsertim Sabaudij propinqui sui opes, præsidio suo
 C defendantur, ac quantum fieri possit, ex æquo Christiana arma conqui-
 escant. Proinde Heluetios tanquam imperio Sabaudiaẽque principibus
 antiquo fœdere coniunctos nihil utilius atq; honestius facturos, quàm
 si ab ea contentione abessent. Heluetij nihil se temere decreturos respõ-
 derunt, memorésque officij sui utriusque partis iura fœderum ac ami-
 citiaẽ seruaturus, donec eorum arma reipublicæ Heluetiæ neque pericu-
 losa, neque incommoda fore, summi ipsorum magistratus iudicarent.
 Apparebat enim regem Gallum nullas omnino alias quàm Heluetio-
 rum copias pro salute defensionẽque regni esse coacturũ. Verum, quod
 D maximo usui fuit, Cæsar his legationibus impetrauit, ne cohortes apud
 eos mercenariæ conscribi, & adduci in Italiam aduersum se paterentur:
 quòd eos Cæsar retineri non posse intelligebat, ueteribus utique obstri-
 ctos fœderibus, & præmiis, qui laboranti externo bello Galliæ præsidio
 forent. Qua de causa adductus fuisse dicebatur Philippus Ammiras, ut
 Lothoringo Cardinali potius pacem suadenti, quàm Gallis bellum at-
 que aciem deposcentibus obtemperaret. Nam frustra cohortes ab Hel-
 uetiis deposito stipendio postulati, quibus aciem Gallicã stabili robore
 confirmarent, ut conscriberentur negatum fuerat, quum tamen ex ad-
 uerso Antonius Leua eius gentis tumultuarias cohortes duas in castris
 E haberet. Egit quoq; Cæsar cum Maria sorore, quæ Belgis imperabat, ut
 quantas ea maxime posset pecunias cogeret, quibus ualide copia è Ger-
 manis conduci, Belgarũque item & Sequanorum equitum alæ, equis
 & armis instrui atque exornari possent: quando sibi in Galliã cum duo-
 bus magnis exercitibus initio æstatis irrumpendum esse statuisset. Pro-
 pterea cogendæ pecuniæ studio diligenter incumbẽs, dabat operam ne
 unus qui timeri poterat auri defectus, se diuerso sumptu aduersus præ-

potentes hostes, graue & geminatum, nec cito desitutum bellū molientem, in cursu gerendarū rerum impediret. Nam præter eam signati auri summam, quæ à Neapolitanis & Siculis honorarij muneris nomine conferebatur, supra triginta myriades aureorū nummū, ab Hispaniæ regnis expectabat. Id autem præfides exactis ante diē uectigalibus, aut his publicanorum Ligurum societatibus cum graui fœnoris impendio addictis, suppeditabant. Multā quoq; auri uim singulis Mediolanēsis imperij urbibus imperabat. Nec deerant qui expetētem liberaliter adiuuarent, cum Senēses & Lucēses, tum ipse maxime Alexander Medices gener, Etrusci principatus compos factus. Ea autem imposta bellici sumptus incommoda, Hispani quæstores ducēsq; Cæsare mature & cumulate resarturum remissurūmq; onera prædicabant, ex ea ingenti auri copia ditatus, quæ ex auriferis occidentalis Indiæ regionibus in Hispaniā adueheretur. Tum enim reperta fuerant ad Australem Oceanum in aduersis Parix & Darienæ terræ regionibus, Peruræ, & Cuschæ regna immenso auro refertissima, quod nullo fœdientium aut legentium labore pareretur, quando id in domesticos coquinariōsq; usus, rudi artificio fabricatum, sed non plane putum Hispani apud Indos inueniant. Eius autem omnis copia aduecta Hispalim in officinam publicanorū ea lege conferebatur, ut uectigalis nomine quinta pars esset Cæsaris, reliquum negotiatores conflaret, & demum admixto purioris uenæ auro, reiectisque exactæ conflaturæ intertrimētis, ad pondus puritatēque monete Cæsaris Hispanica nota cudi curaret. Non ineptum hoc loco fore existimauerim, si qui hæc reppererunt, tanquam publica laude dignissimi, memoriæ prodantur: Nam postquam Columbus Ligur admirado ingentis animi captu, eruditōq; iudicio uir, & uti quibusdam apparet Hercule Græco inusitata famæ gloria maior & illustrior, alterum prope terrarum orbē uasto atq; intentato prioribus seculis Oceano, ad occidentem nobis aperuit. Nō desuere alij atq; alij ex Hispanis eo apud Hispalim de functo, qui pari æmulatione laudis, & spe quæstus eadē litora sequuti, ulteriores nouæ terræ, quam Parix uocabant, terminos quærirarent: dispari quidē fortuna suscepti cursus, quum nōnulli eorū (ut credi par est) immēso inexploratōq; absorpti Oceano, nusquā apparuerint, & aliqui ab Anthropophagis, qui Canibales appellatur, capti comestiq; fœdam miserabilis audaciæ memoriam reliquerint. Ea terra æquatori subiecta (ut suo loco memorauimus) à Gaditano freto recta inter Occidētem atque meridiem nauigantibus emēso bis mille amplius leucarū itinere occurrit, frondoso ingentiū rupium promontorio, tanquā rostro Oceanū proscindēs: nam quis lateribus litora infinito tractu, hinc ad Occidentem, illinc ad meridiē immensis adhuc spatiis extēduntur. Sed post Columbum tres ante alios ex Hispania fœlici ausu, & rebus gestis maxime clari & memorabiles extiterunt, Ferdināus in primis Cortesius qui in postremū occidui litoris sinum delatus ad Mexicana regna terrestri itinere contēdens, subactis Indis Themestitana urbe potitus est, quum fabricatis

Abricatis nauigiis eam urbē falso in stagno positam, ædificiūsq; & incolarum frequentia Venetæ urbis instar admirabilem, multis prospere factis præliis expugnasset. Mexicana genti, superis uiuos homines, sed maleficiis damnatos immolare fas est: placarique numina humano sanguine credunt: & post mortem non interire animas persuasum habēt, ut credi par est, ex disciplina superstitionēq; Druidarū, quorum summa auctoritas antiquissimis tēporibus in Gallia pariter atq; Britannia uiguisse constat. Ita ut Cortesio non omnino difficile fuerit, subactā armis gentē per se ingeniosam, & docilē, tormentorūmq; miraculo terrefactā ad Christi cultum abdicatis idolorū superstitionibus traduxisse: literas enim iam nostras admiranter & lubenter discūt, reiectis hieroglyphicis imaginibus, quibus annales conscribere solebant, uariis picturis regum suorum memoriā posteris tradentes. Quorū annalium uolumē ex perpetuis, sed introrsus complicatis foliis confectū, tigridisq; maculoso tergore protectum, uir illustris Franciscus Couos, Cæsariani scrinij magister, mihi dono dedit. Mexicanos pro rege suo & pro libertate dimicantes, nulla res magis exterruit, quàm equestris turmæ impetus, quum equitē integrū esse animal Centauri specie putarent. Sed postquā equi duo Indicis fossi sparix, maclatīq; clauarū ictibus conciderunt, deprehēso errore, detracta statim equis coria, usque adeo exacte tomento repleuerunt, ut uiorum effigiē representarent, & in tēplo tāquam admirabilis rei spectaculo suspenderent. Cæterū Cortesius è Mexicana regione per occidentalem lineam terrestri itinere profectus, non longe abesse maria ab incolis didicit, paucisq; diebus ad litus exterioris Oceani peruētum est: unde si classes adessent, peti posse confideret per Antipodas, Sinarum regna, Catināsq; oras ad Orientē nostrum, iam pridē aditas Lusitanis: nō longe à quibus in eo tractu beatæ multo aromate atq; unionibus Molucche insulæ sub æquinoctiali linea sitæ esse dicerentur. At Cortesio perpetuis Hispanorū historiis celebrato, claritate nominis æquari potuit Blasus: Nonius, nisi turpissimo uitæ exitu pristinae laudis decus obscurasset. Ab hoc enim diu peruagante Parix terræ, & Darienē regionis litora, repertus est isthmus ad Vrabanū sinum, quo duo ingentia maria dirimuntur. A Comogro siquidē ingentis amnis ostio Darienēque litore per inaccesos prope montes monstrantibus iter indigenis Blasus summa iuga tenuit, & subiectum in aduerso litore uastissimi pelagi sinū conspexit, in quo auri & unionū ditissima regna reperta sunt, atq; itē conspectæ adiætaq; aliquot insulæ earum rerū opulentia insignes. Itaq; inuento multo auro Blasus breuiorē transitū quærens, non plus inter se distare diuersa maria, quā centum miliaribus deprehendit, sicuti in Oceaneis decadibus Petrus Martyr Anglerius scitè refert, uerum itinere adeo densissimis nemoribus & abruptis petris, frequentibusque fluuiis impedito, ut nisi magno cum labore periculōque illac nostri permeent, quum passim inhospitē ac insidiosę gentes uenenatis instructę sagittis occurrant. Quibus de causis Blasus eius tractus regulis, aut muneribus delinitis, aut

eruenta acie subactis, quatuor castella, ut cōmeantibus ab utroque mari tutissimus esset receptus, opportunis interuallis constituit, ædificata etiam clāficula in proximo portu, cui diuo Michaëli nomen fuit. Cæterum dira auri sitis nouique imperij libido, Blaschi animum non multo post occupauit, eo rerum exitu, ut affectati regni crimine damnatus, capite plecteretur. Indignus hercle eo supplicio nisi perfidiose defecisset, quod ad læuam longo tractu Perurana & Cuscana regna auro & gemmis scærentia successoribus Almagro atque Pizarro demonstrarit. Ibi enim ferit nullam aliam quam solido ex auro priuatis in domibus uasorum omnis generis supellectilem reperiri. Montium rupes ingenitis adamantibus, præcipueque smaragdīs, & cianis, & carbunculis collucere, flumina prope uniuersa auream arenam trahere. Solum fœcunditate rerum omnium incredibili, & perpetuo fere autumno florere. Ex mira quoque cæli clementia, homines integra ualitudine, seculi ætatē implere, sic ut intempestiua mors Blaschi uideri possit, quo authore tanta (ut diximus) uis auri, & gemmarū in Cæsaris ærarium deferatur. Sed supra Cortesium & Vascum, portentosa nauigatione inclytus fuit Magalanes Lusitanus exul, qui auspicio Cæsaris alterū Parix terræ litus in Orientem obuersum, quinque nauium classe percurrit, legēdoque oram præteruectus lineam capricorni atque ostia immensū Argentei fluminis, uti Hispani uocāt, ferorum gigantum instar prægrandes homines belluarum pelibus contactos reperit. Nec multum inde, uti auide quærebat prope antarcticum circulum in anfractuofas fauces audacter inuectus est, non inani coniectura iudicans noui orbis terras illac irrumpēte Oceano esse permeabiles, eumque profecto sinum non longo tractu in apertum ad Occidentem pelagus desinere. Neque eum ratio ex nature lege ducta fefellit, qua terra omnis circumfluente Oceano uariis sinibus ambitur. Ad læuam niuosa rupes spectabantur, suis culminibus primā aëris regionem excedētes. Eæ pertinebant ad eam plagam perpetuo gelu (ut credi par est) rigentem, quæ antarctico subest. Sed nec in ea cali parte polus uti apud arcticum cōtingit, lucidiore aliquo astro notatur, quum parua stellæ nullo, uel certe languido fulgore nitentes, polare punctum designent, duabus nubeculis stabili pigrōque rotatu immobilis poli sedem ita circuiētibus, ut Vrsæ nostræ tenorem & speciem nauis obseruatoribus, nusquam fallente magnetis usu certissime præbeat. Procedenti per occiduum lineam Magalani tortuosa & inæquales semper fauces occurrebant: mare autem modo fluctuosum, spumosisque uorticibus, & sæuo mugitu reboans, modo tractabile & pigrum, prout obiectis incideret cautibus, aut in latos sinus expansum deferueret, uario uelorum flexu persulcabat, nusquam arctiorē sinum trium miliarium spatio, nusquam septem latiorē nactus, quum à dextra depressiora litora arboribusque uestita, nulla tamen apparente hominum cultura: ad læuam uero cuncta gelu horrentia, maximēque scopulosa spectarentur, collucerent tamē ad dextram excitati introrsus ignes ab incolis,

A ut de aduentu nouæ classis proximis populis significarent. Cæterū Magalanes diu crebris orationibus sustētatos delinitosque nauas, qui iam animos desponderant, quod neque progredi neque regredi, nisi incerta uitæ spe posse crederent, post uigesimum & septimum diem ex quo sinum intrasset, in apertissimū vastissimūque Oceanum eduxit, ad dextram uela deflectens, utpote qui terras ad antarcticum ultimæ continentis esse putaret, & ad læuam mitiora omnia se inuenturum arbitraretur. Quando iam ad tropici capricorni circulum, & ad ipsam æquatoris lineam rediret, sub qua Moluccas quas quærebat insulas omnino sitas esse didicisset. In dextra itaque Perurana & Cuscana regna, totūque illud immensum Parix terræ occidentale litus relinquebantur, quod Blaschus post transcensum Vrabani isthmum Hispanis successoribus, ad condenda regna, ferendaque etiam, propter auri sitim, intestina prælia demonstrarat. Nihil enim inde Magalanes terrarum usquam uidit, præter duas insulas quæ desertæ appellantur, perhibentque eas cosmographiæ periti ex diametri ratione Italis esse Antipodas. Discessit inde Magalanes, plane consumpto omni cōmeatu, lenissimis atque his uno tempore perennibus usus uentis, trimestri confecto cursu, obuersis semper ad æquatorem proris non Moluccas quidem attingit aromatum pretiosorum fertilitate celebratas, uerum immensū prope ambitus insulas, Iauanam, Pornem & Subutham, ipsa Britannia maiores, è quibus Moluccæ satis exigua, sed præstantia rarioris aromatis insignes incolarum digitis tanquam propinque monstrabatur. Sed Magalanes fatalis uoti sui compos, in limine qui eas uiderat adire non potuit: cum Mauthane siquidem insulæ regulo, Suethani focij regis auspicio, acie dimicans occubuit, eique suffectus est Serranus, qui nihil commodius duxit, quam ab his insulis inhospitæque terra perfidiosa gētis protinus excessisse, quod sibi ad paucos redacto, numerosa bellicolæ eius gētis manus iustum incuteret metum, quoniam ferreis gladiis & præpilatis hastis uterentur. Verum dum adit regulos Serranus, amicitiasque & fœdera iungere, ac Christianæ religionis cultum inducere cōtendit, & quod instituti erat, naturam & magnitudinem Moluccarum scrutatur, regulis uno consensu aduersus peregrinos ad arma concitatis in Bornæ insula captus, misereque à fociis desertus est, qui insidias ueriti, publicam salutem noui ducis libertati, & uitæ anteponendam censebant. Atque ita cariophylli & cinnamomi, nucis que myristicæ surculos ex natali solo colligētes, ut testimonij certam fidem referret, ex quatuor nauibus uetustate semicorruptis duas magna cura, usi illarum armamentis materia & clauis refererunt, Euris que uela dantes incogniti Oceani immensis spatiis usque adeo audacter se crediderunt, ut præteruecti auream Chersonesum, & Samotarum, quæ Taprobana olim fuit, Gangeticæque item sinus emporia & Cumerum promontoriū, ac denique Calcutham superarint, nusquam à Lusitanis conspecti qui Indicam oram præfidiis obtinebāt. Inde uero ad Bonæspei promontorium cursum habētes, eo superato dex-

trorsum per Aethiopiae litora ad Hesperides insulas contra Praxiū promontorium, altera tantum nauis, non amplius quam uigintiduo homines semiuuii peruenere. Ibi qui totum undique emensi orbis ambitum circuierat, Barbarorumque mille insidias, & omnem maris seuitiē euaferant, à Lusitanis insulae praesidibus custodiae traditi sunt. Nec multo post tamen ex his Hieronymus Plegaphata Vicentinus, uoto pro salute redituque suscepto, ad Clementem Romam uenit. Is tanto subternaugati orbis miraculo fidelibus testimoniis comprobato, multa nostris admiranda, obseruandaque posteris, pictura & scriptis adnotata deposuit: sic ut Magalanes nihilo foelicior Blasco, sed inuitata laude praestantior existimari possit, nisi inauditi antea freti faucibus adiuuentis, tantae rei infirma adhuc fides famam eleuaret, quum nemo haecenus à uiginti quinque annis eas fauces sedulo quaeritans intrarit aut uiderit. Neque operae pretium esse reor, ut à legentibus hoc loco, & ad Historiae contextum properantibus, ueniam deprecer, quod me ij tres uiri inclytis heroibus comparandi, ab instituto longius abstraxerint, quando eos omni laude ad perennem nominis famam exornandos putem, ueterum Graecorum more, qui ingeniorum fecunditate & gloria pollentes, non ipsos modo admirandarum rerum, & regionum inuētores, sed minorum etiam artium opifices, carminum suorum praconis, aeternitati consecrarunt.

FINIS LIBRI XXXIII.



PAULI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCERINI HISTORIARVM

SVI TEMPORIS LIBER XXXV.

Aulto iam uere Caesar Neapoli profectus, Non. Aprilibus à Capena porta Romam intrauit, triumphali exceptus pompa ab omnibus sacerdotum, Romanorumque ciuium ordinibus. Adduxerat praesidij causa ueteranam Hispanorum legionem, & septingentos equites cataphractos, eo minore populi laetitia, quod plerique eosdem militum atroces uultus agnoscerent, qui recentis cladis, omniumque suppliciorum, quae perpessi essent, memoriam renouabant, eo quidem grauius & acerbius, quod Paulus Pontifex nouo exemplo exornandos

A exornandos regionum arcus, singulis mercatorum & opificum collegiis pecuniam imperasset, scilicet ut Caesariani importuno sumptu studiose colerentur, à quibus summae calamitatis iniurias pertulissent. Exceptus est ea parte Vaticanae domus, quae exornata laquearibus aureis, & marmoreo insigni podio despectat Urbem, quae etiam Alexander sextus Carolum Galliae regem susceperat. Exinde dissimulata persona cum paucis perambulauit urbem, miratusque rotundi templi, quod olim Pantheon fuit, incomparabilem structuram, in summum fastigium eius tetudinis per plumbeos gradus ascendit, ut uniuersam urbem oculis subiceret. Quatriduo autem moratus Romae, non obscura succensus bile in Gallos pridie quam proficisceretur grauissimam habuit concionem, qua animi sui intimos sensus ardentissima facundia denudauit, quod Gallorum legati pene conuulsi postularent, ut Henrico regis filio Mediolanensis principatus dominatum beneficiario iure adiudicaret. Id siquidem Caesarem concessurum perplexis paulo ante sermonibus promississe Claudius Velleius assererat. Quibus prope importunis atque alienis reflagitationibus Caesar ita offendebar, ut fidem suam nulla certa pollicitatione obstrictam Gallorum procacibus uerbis suggillari aegerrime ferret, respondendumque ideo Gallis, & nomen suum à calumnia defendendum generosa concione arbitraretur. Itaque grauiter commotus, in eo conclauis, in quo Paulus Pontifex iturus ad sacra obeunda solennes amictus induere, & gemmata tiara exornari consueuit, aduocatae concionis instar in corona stans uerba fecit, astante Pontifice, cunctoque senatu, & principum fere omnium legatis, sic ut circumfusa totius aulae turba Hispanico sermone loquutus audiretur. Primum omnium ueterum odiorum causas, quae adhuc inter Gallos, Austriamque domum uigerent, facundissime commemorauit, ostenditque, neque Franciscum regem, neque superiores Galliae reges, ictorum foederum legibus unquam stetitisse, quum sibi Burgundiam ereptam, & repudiata atque iniquissime intercepta connubia quereretur, & passim Franciscum regem acerbè perstringeret, quod bello uictus, captusque, ac humaniter dimissus, nihil eorum quae pro obtinenda libertate pepigerat, custodia statim exiliens, praestitisset, sed abrupta fide iurisiurandi, totum prope terrarum orbem aduersum se tam ingrate quam impie concitasset, quum ad Turcas usque, miserit legatos ut hostilia pari odio aduersum se molirentur, scilicet ut inania aut exoleta iura ostentans Cisalpinæ Galliae dominatum inuaderet, quod sibi Augustali atque legitimo iure partum, tanquam tuendis reliquis ipsius regnis maxime opportunum, omnino sibi retinendum statueret, ne sibi maritimum aduandæ Hispaniae, aut terrestre aduandis Germaniae & Belgarum regnis tutum & liberum iter praecidatur: quandoquidem nequaquam sit dignitatis in Caesare per alienas terras transitus facultatem precario petiuisse. Propterea Franciscum nefario ausu Caroli Sabaudij auunculi sui Allobrogum regiones in Trasalpinis, & Ligurum in Subalpinis immaniter occupasse, ut inde ad inuadendum Me-

diolanense imperium ire pergeret, Gallorum consuetudine, qui nouarum prouinciarum auidi, quin aliena & proxima queque occupent, neque pudore, neque iure contineri queat. Quarum rerum in uestigio eos saepe poenitere oporteat, quum ui & armis æquo semper Marte iudice, eorum insolentia retundi reprimique soleat. Id uero agrestis impudentiæ sibi uideri, quòd Franciscus Mediolanensis imperij possessionem ideo sibi concedi expeteret, ut singuli minores eius liberi, sublata omni honoris atque potentiæ obtrectatione pariter exornentur atque ditentur, ne scilicet Henricus iusto dolore angere possit, quum in fratre minore Carolo Aurelianensem principatum, in Francisco autem maiore, non Gallie modo sed Britanniae etiam citerioris coronam, ex paterna hereditate conspiciat. Non hoc equidem esse uel dignitatis uel fortunæ suæ, ut alienos potius quam suos liberos exornet, & stultissima ratione intempestiuæ liberalitatis laudem quærat, qua inimicæ stirpis dubiæque fidei hominum opes augeantur, quibus aucti rursus aduersum se instructiores, uti semper fecerint, inquieta arma resumant. Itaque neque hæc insolenter postulanti tributurum, neque passurum ut Sabaudius Carolus tantam iniuria spoliatus dimidia parte regni, diutius ab se, uti antiquitus in Romani imperij clientelam recepto oporteret, iustam atque certissimam opem imploret. Proinde se recta ad Alpes, & in Galliam usque progredi statuisse, ut propinqui sui, sociique principis, & Romani imperij clientis iniurias defendat. Hæc adeo graui concitataque facundia, oraque flagrante protulit, ut subiungeret, se inuitum in id bellum trahi, in quo multas gentes nihil mali meritas & infontes, ipsorum principum iracundia atque obstinatione, cladem essent subitura, propterea pietate Christiana tacto sibi satius uideri, & reipublicæ quidem utilius, ut ipse & Franciscus ad singulare certamen descenderent, enseque & pugione dimicantes controuersiam finirent. Tum uero Pontifex clementiora ominatus, Cæsaremque complexus obsecrauit, ne uel non iniquæ iracundiæ impensius quam pietati indulgere mallet, Gallosque oratores Maconium & Velleium quædam respondere paratos diremit, nam hi ab initio concionis à Cæsare frustra postularat, ut Gallica lingua uti uellet, ut opportuna ipsorum responsa acciperet. Sed Cæsar se ideo Hispanice loquuturum dixit, ut à pluribus id idioma Romano eloquio proximum acciperetur. Per hunc modum prolato animi sui decreto, & reiectis regiis legatis, per Cassiam uiam in Etruriam contendit. Senenses intrantem ipsorum fines Pientia urbe liberaliter exceperunt, ueteraque suo studio Cæsaris additi, quum Senis appropinquaret, erectis passim triumphalibus ornamentis, cum exquisita Tunetanæ uictoriæ gratulatione, subeunti portam urbis clauis ad declarandam antiquæ propensionis fidem obtulerunt. Alfonsus Picolomineus Amalphi regulus equi frena rexit, cunctique demum ciuitatis ordines, uiri que sacri præcinctes hymnos, ad aram templi maximi deduxerunt. Suscepit eum pereleganti hospitio, miroque ornatu perpolitio Marius Bandinus, in quo uel ob id quòd Archiepiscopi

Archiepiscopi germanus esset frater, summum Cæsarianarum partium, & popularis factionis studium eminebat. Nam eo tempore populares in factiosa ciuitate principes euaserant, quum obsolescente potentia antiquæ nobilitatis, reliqui duo ordines, qui tum nonarij & reformatores appellabatur, eximia authoritate in republica Pandulfo Petruccio principe potiti, impotenti demum popularium impetu per cruentas contentiones interfecti pulsi que fuerant, quoniam Clementi Pontifici, & Gallis fauisse credebantur. Inuisit Cæsar urbem luculentissime omnibus, que excogitari poterant, elegantiae ornamentis instructam, spectauitque mirabundus innumerabilem prope foeminarum multitudinem, nam hæc inter Italicas præcellentis formæ, & elegantis ingenij singulare decus constanti omnium fere fama obtinent. Exinde iuuentus extremæ iucunditatis spectanti Cæsari theatrales ludos edidit, per histriones uariarum linguarum cum multo sale leporem affectantes, pugilque omnis Senensium ætas ab inueterato ludicri certaminis studio ad Cæsaris oblectationem incomparabili ardore dimicauit. A Senensibus autem ad Florentinos prouectum Cæsarem Alexander Medices gener excoluit, & Cosmianis in ædibus ita suscepit, ut Etruscis artificibus ex mirifica ingeniorum solertia simulachra, uariique generis pegmata erigentibus, non modo superasse Senenses, sed ueterum Romanorum magnificentiam æquasse censeretur. Inuisit Cæsar arcem nuper ab ipso Alexandro conditam, instructamque admirabili tormentorum apparatu, usque adeo mirabundus, ut quum tanta uidisset præsidia, quando reliqua sibi curæ fore diceret, grauiter obtestaretur generum, ut liberis operam daret, de unaque præsertim salute corporis sollicitus esset, tanquam in subacta armis ciuitate regnanti, insidiæ à multis forent pertimendæ. Paucos pulcherrima in urbe moratus dies, discessurus ex itinere Caianam adiit uillam, admirabili structura terreno in cliuo ædificatâ à magno Laurentio Medice, nullumque tum ea loci facie, tum erudito ornatu, iucundius ædificium se uidisse testatus est. E Caiana Pistorium, atque inde Pisciam, & mox Lucam intrauit, tanta alacritate amicæ ciuitatis, ut neque splendidius excipi, neque donari liberalius, neque uberius ali exercitus, comitatúsque omnis posse proceres iudicarent. Inuisit etiam urbis de sua libertate sollicitæ munitionem, intra extraque muros circundans, laudauitque militaris peritiæ erecta propugnacula, triduoque moratus, ornatissimæ quanquam modicæ ciuitatis opulentiam, quæ tyrannis aliquando seruiuerit, & superioribus temporibus Cæsarem auspiciis libertatis iura defenderit, decurionibus commendauit, & ut in colenda fide perseveraret admonuit. Luca profectus per Macræ amnis ualles, Apuanosque saltus Apennino transgresso ad Astam urbem contendit, ubi reperit Fossanum ab Antonio Leua expugnatum, & Franciscum Salassum regulum alienatum à Gallis, propterea que deficientem Antonij opera in partes traductum, quanquam eius equites fide integrâ erga regem, eum ad hostes euntem minime sequerentur, sed ad Gallorum præsidia detestati præfecti sui faci-

nus redirent. Quo felici rerum initio Cæsar, ut Alpes mature transiret magis & magis accedebatur. Philippus siquidem Sciabotus Ammiras, uti supra docuimus, damnosa interpellatione Ioanis Lothoringiæ Cardinalis spe pacis deceptus, à cogitatione belli discesserat, & oppida quæ redegisset in potestatem præsidii confirmans, audito Cæsaris aduentu ad regem redierat, existimabatque occupata facile defensurum aduersus Cæsarianos: nam Taurini custodiam Buriæ uiro forti attribuerat, & Paliciam illustri Sciabania stirpe progenitum iuuenem, propterea que auiti decoris auidum, cum duabus alis grauis & leuis armaturæ equitū, & tribus peditum uexillis Fossani collocarat, quū paulo ante Hanebaldus Pencilum tuendum suscepisset. Cæterum Palicia aliquandiu tormentis oppugnatus ab Antonio, & multarū rerum inopia pressus, quod malignitate atque perfidia Francisci Salassi, ad Cæsare transire cogitantis, uti ille iussus erat nec satis comæatus accepisset, nec demū frustra expectatus, uti promiserat, ullam opem attulisset, plane deceptus, uictusque his malis atque periculis Antonio deditioem fecit, ea conditione, ut cū suo omni præsidario milite incolumis abiret, sed generosos equos & militares ad unum omnes, retentis tantum ad iter in Galliam obeundum humilioribus, cunctaque simul tormenta uictori relinqueret. Habebat in animo constitutum Cæsar omnino inuadere Galliam, ut ita faceret ab Antonio Leua in arcano persuasus, sic ut de itinere tantum rationeq; inferendi belli à ducibus sententias esset quaesiturus. Explorata enim & plane certam fore uictoriam diserebat Antonius, si domi suæ Gallos nihil hostile metuentes, & imparatum adhuc regem adoriretur, & copias quæ erant magnæ atque mirificæ ad prædam ditem opulenti regni statim induceret, latèq; euagaretur. Neque enim apparebat regem prælio certaturū, nullis præsertim Heluetiorū auxiliis fretum, & ad Flandricos fines nouum contra se Belgarum exercitum expectantē, quando nihil insanius atque miserius Francisco regi uideri posset, quam si Galli periculosam pugne aleam subirent: quādoquidem in unum aduersi prælij casum atque discrimen, & salutis omnium & imperij fortunam adducturi crederentur. Vna siquidem celeritate aiebat Antonius præoccupanda esse Gallorum ingenia, ne expedire consilia, & sese colligere possent, postquā diuerso perturbati bello, & ancipiti distracti metu, tantas uires quantas opus esset ad resistendum habere nequirēt, proindeq; nusquā in acie consistere audentes, terram patriam passim terrifico hosti peruastrandā permissuri essent. Bestias feras nusquā aptius atq; facilius à uenatoribus opprimi & capi conficique posse, quā in ipsarum cubiculis & iustis, ubi cum catulis commune uitæ periculum subeant. Antonius ex prouentu uictoriarum suarum, usque adeo Gallicæ militiæ elatus contemptor euaserat, ut ex uaticinatione quorūdam futura prædicetium, Carolum Galliarum regem euasurum, & se uoti compotem apud Parisios in ipsa uictoria fato concessurum profiteretur. Huic tanquam immodico, & ut uideri poterat intempestiuo consilio unus ante alios

Vastius

A Vastius ipse & Ferdināus Gonzaga ita refragabatur, ut Vastius de scripto sententiam suam proferret & postea publicaret, & Taurinum ante omnia expugnandum censeret. Eadē erat sententia Gonzagæ, qui Gallos Fossani expugnatione perterritos, si tot uires quæ iam paratæ essent Taurini mœnibus admouerentur, minime laturos arbitrabatur. Non enim uel ciues ipsos natura imbelles, uel ipsorū præsidij Gallos, qui non essent multi, iustum oppugnationis impetum toleraturos, quod si fortius aliquandiu sustinerent, nullam tamen tanquam undique obsessos, qua se alerēt, comæatus facultatem habituros, ideoque breui facturos

B deditioem affirmabat. Taurino siquidem, quod esset prouinciæ caput, in potestatem redacto, cuncta facile reliqua oppida ad pristinam ipsius Caroli Sabaudij naturalis atque humanissimi principis fidem esse reditura, atq; eo modo firmissima Pœninis & Coctiis Alpibus claustra posse imponi, ut in posterum ab Italia Transalpinae gentes arcerentur. Porro Cæsar ire in Galliam certus, præterquam quod unius Antonij Leuæ iudicio uirtutique plurimum tribuebat, tribus etiam de causis in id bellū ingenti animo ferebatur, quod Mariam sororem Belgis imperatrem, uti erat uirilium animi mulier, è Belgio Gallis armā inferre iussam, & iam per-

C amplas cogentem copias, commutato consilio neque eludere neque deferere uolebat. Pro certo quoque didicerat Gallos ab Heluetiis auxiliarias legiones sua consuetudine oblati stipendiis in communi eius gentis consilio impetrare nequiuisse, quod astuta gens neutri partiū ex professo studere uideri cupiebat, ut aucta apud Gallos sustinendi belli necessitate opem suam carius uendicaret. Postremo quod Franciscus Salassus Antonij Leuæ opera à Galliarum regis amicitia ueteris clientelæ, militiæque diductus in partes transfisset, & Galli nullum prope peditatū præter duas Germanorum mercenarias legiones, quas Gulielmus Frustem

D bergus dux turbidus, & multorū perditorū atque exulum militum collector adduxerat, cui rex consideret, essent habituri. Reliquas enim copias ex Galliarum delectibus constare, quod genus militum è singulis educitum prouinciis, non magnum militiæ usum habere iudicabat. Quod si paulo audacius atque felicius in media Gallia res gereretur, Gallos profecto domesticis incommodis permotos, & Taurinū, & reliqua oppida sine uulnere deserturos. Adiuuabat etiā decretū Cæsaris Andreas Auria, qui non dubiā spem præbuerat Rhodanū amnem stabili triremium suarum cathenato ponte posse coniungi, & per Narbonensem regionē

E ab Hispania, tum comæatus, tum omnis generis auxilia bene gerendo, & conficiendo bello, expectari posse prædicabat. Suberat etiam in arcano Cæsaris occulta spes potiunde per proditioem Massiliae, nam sicuti postea à præclaris ducibus accepimus, per Antoniū Leuam quosdā, qui eam urbem proderent, sed qui postea fidem mutarint, promissioq; defuerint, tentatos fuisse constabat. Itaque coeuntibus iam undique lōge maximis equitum & peditum copiis, Cæsar multiplici itinere, sed præcipue per maritimas alpes, & per Tendanos colles prouinciæ fines intrauit, subse-

G

quente à Sauonæ portu Auriana classe, quæ multas Italicarum cohortium copias sustulerat, quibus Ferdinandus Sanfeuerinus Salernitanus princeps imperabat. In his clari ueteresque præfecti eminebant Augustinus Spinula Ligur, & Petrus Maria Roscius Parmensis sancti Secundi regulus, Hippolytusque Correggius, & Hieronymus Sanctouitales Salensis. Horum primo impetu capta direptaque est urbs Antipolis, quæ est ultra Varum amnem posita contra eas Insulas quas Lerones antiqui, nostri hodie Leræ uocant. In ea oppugnatione, quod ab armatis agrestibus impigre defenderetur, & triremes à mari admotis prorsus tormenta in focias cohortes tumultuario procurfu murum inuadentes aberrante ictu disploderent, amplius trecentos milites Salernitanus amisit, atque inde Ferdinandus Gonzaga cum suo equitatu adductis secum aliquot Salernitani cohortibus ad urbem Gratiam prouectus eam sine uulnere in deditioem accepit, subsequenteque uniuerso exercitu, ipsoque Cesare ad Forum Iulij celebrem olim urbem, & Vocontiorum planam, frequentemque ædificiis regionem penetratum est, in Alpibus quodam omnino capto ex syluarum incendiis, quæ continenti flamma ardentibus facile pinetis, non paruum numerum calorum atque lixarum, mercatorumque, & mulierum præsertim castra sequentium turbam combusserat, concrematis mul-
 H
 tis impedimentis & sarcinis, quibus milites ne eodem igne corripentur opem ferre nequuerant. Fuere enim tum qui dicerent his ignibus uictoriam portendi, quod prælucentes undique flammæ lætitiâ prænunderent. Alij à periculoso ingressu infaustum belli successum, & iacturam impedimentorum, uti postea euenit, significari contedebant. Cæsar circa Forum Iulij aduenientes copias in unum coegit, productasque sub uexillis lætus inspexit, nam sicuti à Vastio accepimus, nusquam maiores & ornatiores copias Christiano bello Cæsarem unis in castris habuisse constabat. Nam Germani quinquaginta fere cohortium uexilla implebant, quæ Germanica consuetudine paulo minus quingentos pedites singulæ continebant. Has legiones imperio regebant Tamisius dux uetus, & Gaspar Georgij Franispergi clarissimi ducis filius: Hispanos autem octo milium numerum superasse, cuius gætis nusquam antea tantam multitudinem, adeoque militariter instructam se uidisse dux ipse testabatur. Hunc Hispanorum numerum superabant Italici, qui præter descriptos conductosque stipendio uoluntariam & liberam prædæ spe militiam sequebantur. Magnam autem grauis armaturæ equitum numerum Maximilianus Iselstenius Belga ex Burgundia, inferiorisque Flandria adduxerat. Sed cataphractos omnes uel Italici uel Hispanici generis ductabat Ferdinandus Toletanus Albæ regulus. Veterano autem leuis armaturæ equitatu præerat ex suo ueteri munere Ferdinandus Gonzaga. Huic adiunxerat Alexander Medices alam Etruscam Valerio Ursino duce, quæ manus in uniuersum mille galeatorum equitum summam efficiebat. Tormenta uero magna ex parte suppeditabat classis, quæ oram legere iussa, commeatibus etiam ex propinquo litore castra subleuabat. At Franciscus de animo Cæsaris aduersum

A aduersum se uehementer concitato, & de singulis instituti ab eo belli consiliis edoctus, quod ad eum Ioannes Bellaius Cardinalis Parisiensis memoriter excepta atque descripta ea Cæsaris concione quæ in Vaticano habita fuerat, dissimulato habitu, mutatisque ad celeritatem iumentis in Galliam percurrisset, tota sua inani spe concordie deiectus, facile agnouit quanto cum incommodo Philippus Ammiras paulo antea ad Taurinum in ipso cursu bene gerendarum rerum fuisset retardatus, & quam ipse esset imparatus, ad sustinendum bellum grauissimi hostis, à quo terra marique præmissis ingentibus copiis peteretur. Hæc anxie quod
 B que confirmabat Cardinalis Lothoringius, qui apud Senas frustra cum Cæsare de compositione fuerat colloquutus, asserbatque ea mente esse Cæsarem, ut non modo Mediolanensis imperij possessionem sibi retinendam esse, sed asperrimo in uisceribus Gallie excitato bello, Burgundiam citeriorem, quæ ad Heduos pertinet, armis repetendam decerneret. Itaque Franciscus uti pericula postulabant, undique euocatis ad bellum beneficiariis suis, & tota nobilitate arma capere iussa, legiones iam pridem institutas in prouinciis accerserat, cogebatque circa Lugdunum, ut inde ad Auinionem progrediretur, & ex propinquo irrupentium
 C hostium aduentum & impetum dispositis præfidiis exciperet. Interim per Legatos dabat operam ut ab Helueticis iusta auxilia mercede compararet, & Picardie fines ualidis copiis aduersus Belgarum irruptiones confirmaret: nam à Maria regina conscribi magnum exercitum Henrico Nanfoo duce, atque induci in Gallie fines audiebat, qua poterat etiam diligentia eos duces quos in præfidiis Subalpinæ regionis decedens Ammiras reliquisset, pecunia & nouis copiis confirmabat. Nam Iacobus Medices ad obsidendum Taurinum relictus à Cæsare, & Franciscus item Salsus passim bellum gerebant aduersus Gallos, sic ut cruenta minuta prælia in expugnatione oppidorum ederentur, quibus clari nonnulli fortissimique uiri utrinque caderent. Nam M. Antonius Cufanius Insuber, quum emissus Taurino ad oppugnandum Sabinianum contendisset, potitusque exteriore templi edificio magnam uim telorum & armorum omnis generis à Cæsarianis ibi preparatam succensa domo concremasset, & Scalengum subsidio cum cohortibus ire ausum commisso certamine profligasset, in ipsa uictoria uir excellenti uirtute glande traiectus occubuit. Interea Franciscus nihil quod ad salutem Gallie pertineret intentatum relinquens, in Italia parandas nouas copias, Genuamque Cæsari opportunitissimam urbem detrahi posse ratus, ad Mirandulam conscribi nouum exercitum iussit, qua in re studiosi Gallici nominis duces cogendis undique cohortibus operam dabant, Caninius Gonzaga, Cæsar Fregosius, Annibal Nouellarius, & Pallauicinus Vicecomes Insubrum clarissimus, quibus etiam accefferat Petrus Strozza Florétinus exul. His omnibus rex præfecerat Guidonem Rangonum, cuius militari ingenio magnopere confidebat. Itaque Guido cum octo milibus peditum præter Parmam atque Placentiam ire pergens, Derthonensibus ex itinere
 G ij

commeatum ei præbentibus, præter Scriuiam amnē, Genuam superato Apœnini iugo prouectus est. Interea Cæsar è Foro Iulij motis castris ad sancti Maximi Vocontiorum oppidum peruenit, passim effugientibus incolis, sed plenos uariis commeatibus uicos ita relinquentibus ut Cæsariani alerentur simul, & aliquatam prædā reperirent, quum nulla hostium armata manus occurreret. Erat autem adeo multa singulis in pagis rusticanisq; tuguriis præter triticum multiplēque legumen, aridē ficus, & amygdalæ, casei, & salitæ carnis copia, ut si frumēta deessent his cibariis multo amplior exercitus per multos dies ali possit: postquam adulta iam tum æstas fructus recentes affatim undique suggereret propter admirabilem pomiferarum arborum, quibus ea terra passim confita est, frequētiam. Auria quoque in Tolonæ portum classē intulerat. Is antiquitus Taurenta portus fuit, turrēque habet, quam metu tormentorū territis custodibus Auria in potestatē redegerat, commodēq; terrestres copias cunctis subsequētis classis per oram copiis subleuabat. Galli autem edicto regis quantum poterant frumenta & cōmeatus omnes longe ab ora maritima itinerēque hostium ad remotiora ædificia, munitaque loca reducebant, cui negotio præpositi fuerant Montegianus insignis equitū præfectus, & Boissiuus Gofferius Arcturo patre, aulæ regiæ quondā magistro, Gulielmōque Ammirante, qui ad Ticinum cecidit, patruo clarus. Hi cataphractorum & leuis armaturæ equitū binas alas adduxerant, & tres peditū cohortes, quæ equitibus præsidio forent, progressiq; in eas partes per quas Cæsariani iter facturi uidebantur, paganos excedere ædificiis & demigrare, & domesticas copias retro auerere, ne his potiretur hostis, cogebat: qui segnus id fecissent atrociter mulēbantur, sic ut accumulatis antea pabulis faces subdere, & fode uini dolia perrūpere, ac frumenta quæ asportari non poterāt eodem igne corrumpere lugentibus incolis properarēt. His conficiendis rebus occupatos hostes, exploratores Epirotæ anteeuntes suoque more prædā quæritantes, ad Brugnolam oppidū processisse Gallos Gonzagæ renunciarunt. Is uti maxime cupiebat longius & introrsus ad hostes nondum percurrerat, ægrēque à Cæsare impetrare potuerat, ut suo munere fungi, quod esset utilissimū & prope necessarium noscendis hostiū cōsiliis permitteretur. Cæsar enim uni Antonio cuncta deferebat, qui sine se quicquā tentari, ut laudis cupidissimus nolēs, hostes ipsos tota mole copiarum inuadendos, nec aliter excitandos esse differebat. Itaq; cohortate Vastio, & Cæsare permittente, Gonzaga omnem fere leuis armaturæ equitum multitudinē ad iter expedit, postulātq; ut Tamisius cū legione Germanorū secum eat, ut equitibus præsidio sit, primosque omnium præmittit Paulum Luciaschum, & Zucerum Epirotam, spectatæ solertiae atque uirtutis ueteres præfectos. His præcurrentibus ad Brugnolam Montegianus atque Boissiuus ab incolis, qui refugiebant, de aduentu hostium cognoscunt, & quum alter extemplo abeundū esse, nec ullum pugnē discrimē subeundū esse diceret, alter Montegianus ingenio elato ferocique,

A ferocique, turpe sibi fore testabatur; si de profectioe prius cogitaret, quam ora hostium uidisset. Nec multo post undique Cæsariani uolitanter conspiciuntur, & Boissiuo se subducere parante Montegianus equitibus tuba signum dat, ut arma capiant & conscendat equos. Gonzagā nouas turmas primis submittit, imperatque ut præliando hostes distineant, donec ipse cum reliquis alis, & Tamisius cum legione ad oppidū perueniant. Itaque inuadentibus Cæsarianis præliū oritur, obuertunt se Galli equites, & fortiter repugnant tanta constantia roborēque densatē alæ, ut primi pellerentur, sed aucti subsidiis pugnā instaurarent, quo casu Sampetorius Corfus qui cohortibus præerat, ad equitatū utrinque lunato flexu cohortes perite applicat, & per sclopettarios rem gerit, multiplicatisq; & insultatibus Cæsarianorum turmis atrox prælium editur, duoque fortissimi præfecti, Pelacanes Bononiensis, & Stephanus Puueius uirtute animi & decore formæ nemini secundus, ideoque Gōzagæ charissimus, interficiuntur. Sed superuētū Valerij Vrsini, & Cantelmi Populensis reguli cohortes perturbatur, proculcatēque equorum impetu capto Sampetrio proteruntur, funduntur equites peditum præsidio destituti, paucisq; interfectis ad unū omnes, ita ut nec tubicen effugeret, capiuntur. Montegianus ipse uesana ferocia diu repugnās à Marfilio Brixiano equite capitur, eandē sortem subiit Boissiuus, repertusq; abiectis insignibus gregarij equitis habitu ad Gonzagā de facie agnitus deducitur. Eo die Gallorū temeritate Montegianique præsertim insolētia id acceptum incommodum fuisse constat, quo Brugnola effuse direpta est. Exinde cognitū est ex captiuis regē ad Auinionē copias cogere, nihil tamē de pugna cogitare, nisi Heluetiorū auxilia recepisset, quæ impetrata fuisset, & iam esse in itinere Galli dictitabant. Cæsar eo foelici initio lætatus, supra Massiliam ad Aquas Sextias castra promouere cōstituit, atque item propius Massilię mœnia intueri, & certius explorare an aliquis in ea urbe tumultus à proditoribus, nouisq; rebus studentibus ciuibus sentiretur. Itaque diu urbis munitiones ex propinquo contemplatus, quum nemo suorū sciret cur in cōspectum se dedisset, paulo post ad castra rediit, & Vastius in Arelatensem usq; agrum excursionem fecit, eo euentu, ut plerique Arelatenses nihil hostile expectantes, uagatūque per uillas rurāque, ab equitibus interciperentur. Per eos dies Franciscus rex, Franciscum Delphinum filium hæredem regni & nominis destinatum repentino oppressum morbo amisit, tanta totius aulę mœstitia, ut ab omnibus æquato dolore iuuenis florētissimus, uirtutēq; bellica insignis, & regiis præditus uirtutibus, tanquam immiti fato ereptus, effusissime lugeretur. Nec defuere qui suspicarentur eum ueneno fuisse sublatum: cuius nefarij criminis repente reus factus quidam Sebastianus Montecuculus pœnas dedit, quum ab equis in compito in diuersa currentibus discerperetur. Nonnulli præcipiti iudicio eum damnatum ferebant, tãquam infontē, qui dolore uictus inter immania tormenta, ut calamitati suæ finem imponeret, se reum miser fecisset, & authores tanti facinoris

Antonium Leuam & Ferdinandum Gonzagam nominasset, qui obruti tantæ infamiæ nomine calumniam à perditio impudentissimòque homine temere impositam anxie diluere contendebant, quum nonnulli Delphinum ex nimia iactatione in ludo parua pilæ æstuantem, sudorèque madentè, frigidam intemperanter hausisse prædicarent, nullis præsertim apparentibus ueneni indiciis, quando præcordia uisceræque eo immodico rigore correpta, extincto penitus innato calore mortem accerferint. Quum ad Aquas Sextias castra haberet, nec iam classe iuuaretur, quòd magnùm regionis spatium à Tolonæ portu ad Aquas Sextias intercederet, itinere præsertim latrocinii infesto, quòd incolæ desperatione rerum suarum notos saltus insiderent, & uiatores præsidiaque eorum inuadentes interficerent, fames in castris sentiri cœpit, quòd cocta Cerere carerent, & fructibus noxiis milites uterentur: Nam tametsi frumenta undique suppetebant, nulla tamen molendi tritici erat facultas, quoniam à Gallis paulo ante molæ frumentariæ perruptæ disiectæque fuerant, ac nisi ab Hispanis & quibusdã Italis resectæ custoditæque certis præsiidiis molæ foret, nemo in castris uel inter proceres nobilissimos erat, qui conuiuuiis panes apponeret. Quibus de causis fiebat ut Germani præsertim morbos conciperent, atque eo pestilentiores, quòd multo ex uuis non plane maturis expresso è galeis auide biberent, quæ uentres facile contaminabant, sic ut interneciua profluuia passim orirentur, & funeribus castra complerentur. Quibus malis obuiam ibat Cæsar ualidis iustisque præsiidiis ad classem missis, ut inde opportuna famis subsidia peterentur. Nam Auria multa tritici copia abundans pluribus simul furnis & clibanis Cererem excoqui iubebat, cæteraque expediebat cibaria, & in his nauticum panem, cuius magnam uim in classem ideo contulerat, ut terrestribus etiam militibus deseruiret. Mirabantur homines cur Cæsar tam diu apud Aquas Sextias fere inglorius hæreret, nec quicquam pristino ardori suo simile moliretur, nec generosa consilia digna ipso celeriter expediret, prius quàm exercitus, Germanorumque præsertim, grauioribus morbis tentaretur, & Heluetij hostibus auxiliares superuenirent, qui breui affore nunciabantur. Languebat ferme quarta pars legionũ, & multo plures morbus absumpserat, inter quos fato cesserat alter ducum Gaspar Franispergus cum minoribus præfectis atque signiferis supra uiginti. Ipse quoque Antonius Leua prioris sui consilij nõ obscure pœnitens, rarius & segnius apud Cæsarem sententiam dicebat, perplexusque atque obrutus magnitudine difficultatis, fortunæ manus dabat, decumbebatque corpore æger, atque animo deiectus, ita ut Cæsar ipsum de uictoria despondentis animum agnosceret, & Vastius ex priore sententia Leuæ oppositus, difficultatis causas conficiendæ & representandi panis militibus afferret, nihil ad inferendum strenuè que gerendum bellum obstare, quando Germani cæterique milites tritico cacabis excocto Neapolitanæ obsidionis incommoda patientissime tollerassent, ideòque in tempestiue parumque honeste turpem Cæsari, ignominiosam

Amiosam uero ducibus maturi receptus uulgato inter milites rumore famam parari: proinde milites quò iuberet Cæsar dum uires essent integræ fortiter esse perrupturos, uel si hostem regem ad Auinionè æstuantem inuadere cuperet, uel adito Lugduno in Burgundiam antiquæ suæ ditionis peruadere luberet. Cæterum quum in his uersaretur consiliis Cæsar mari delatum ab Auria tristem nuncium accepit, quo Guidonè Ragonum ad inuadendã Genuam appropinquare, & in Pociferam uallem se demittere ferebatur. Igitur Auria de patriæ salute uehementer sollicitus expedito consilio septingentos circiter milites Augustino Spinulæ legendos attribuit, continuoque triremibus Antonij Auria deuehèdos imponit. Antonius pari studio solitudinèque ad ferendam patriæ opem incitatus, usque nocturnæ auræ flatibus, uelis & remis ire contendit, ingressusque portum ciues magna trepidatione liberauit: nam tota fere ciuitas inexpectato metu perturbata eò descēdebat, ut plerique uxores & liberos, charioresque res suas nauigiis imponerēt: alij, plerisque in primis rerum nouarum prædæque auida, reduci Fregosios, & uetus Gallicæ seruitutis iugum induci clamitans, correptis armis ad defendenda mœnia discurrebat, sic ut incerto studio per regiones urbis tumultuose deferretur. Sed conspecto Spinula qui ualidam præsidij manum adduxerat, primores ciues obliti ueterum factionum, memoresque receptæ libertatis, in qua beatus uiuerent, magna ex parte leuati metu recreantur. Iam hostes ad sancti Thomæ portam, quæ est ad Occidentè, peruenerant, allatisque pluribus scalis & conscensis, in summum murum euadere, coronamque occupare nitentur. His conspicui cohortatores aderat Guido ipse, atque Fregosius, qui quum frustra portam sibi aperiri amice ingressuris postulassent, aduersum à ciuibus respõsum retulerat: proptereaque uim admouendã rati, acerrima, atque audacissima conscensione facta in urbem transcendere conabantur, eo quidè maiore Genuensium periculo, quod ad orientalem portam quæ ad Feritorè hodie Bisamnem fluuium ducit, Pallauicinus Vicecomes, & Hercules Fregosius Cæsaris frater altera castra fecissent, ut diuerso pauore illato ciues ad ditionem compellerent. Cæterum supra sancti Thomæ portam non longe ab ea turricula per quã Piscario duce Adurnios proceres reducente, urbè ante quatuordecim annos captam fuisse meminimus, magna contentione certatum est, eo successu ut Baptista Corsus cognomèto Farina ægre locum defenderet, & Guidoniani uexilla in summi muri pinnas audacter efferrent. Verum superuentu Spinulæ ingenti animo propugnantis, ereptum est ascendenti signifero uexillum, ipsoque uulnerato atque in præceps deturbato, repressis; subinde & uulneratis, qui scalas subibant, ea mœnium pars usque adeo egregie defensa est, ut quum Hector Neapolitanus inuadentiũ pugnacissimus cecidisset, Guido multis suorũ amissis & uulneratis receptui cani iuberet, tãquam redintegraturus pugnam uti uideri uolebat. Cæterum dux prudens, quòd nulla ad quassandum murum, atque ideo ad terrendũ hostem tormenta secum adduxisset, neque

uti sperarat Fregosius, nullus omnino in urbe fauētis populi tumultus oriretur, admonitis sociis, qui erant ad Feritoris portam, cōpias collegit, regressūque per dextros Pōciferē uallis montes in agrum Subalpinum, Tanaro amne superato, ad Gallicos duces peruenit, ingenti equidē metu atque periculo, uti inopinatis casibus accidit, liberata ciuitate, quā Guido in discessu oblata ex itinere oppidula diripiūsser. Inde Guido prouectus ad Astā quum nemo Cæsarianorum prodiret, abacta aliquāta praeda maioris pecoris, ad oppugnandum Carinianum contendit: quod oppidum infirmo custoditum præsidio adortus, uno atq; altero tumultuario certamine sub micenibus edito, ad deditiōem compulit: ibique magnā uim parati à Cæsarianis commeatus nactus, Taurinensium, & reliquorum præsidiōrum inopiam, æqua dispensatione opportunissime subleuauit. Nec multo post admotis copiis Carmagnolæ, munito oppido, quod Salassi erat ditionis, potitus est. Quibus rebus gestis tamen ab irrita spe potiunde Genuæ frustra bellum suscepisse uideri poterat, his tamen captis oppidis egregie nominis famam tuebatur. Quibus cognitis rebus Cæsar & Auria, periculosa leuati cura, magnopere lætati sunt. Per eos dies Cæsare circa Aquas Sextias commorante, & pestilentibus morbis legiones peruastātibus, quum Nansous cum ualido Belgarum exercitu Gallia fines ingressus leuibus quibusdā equestribus præliis prospere factis ad oppugnandum Peronā, quæ est urbs Picardiæ ad Somorobrinā amnem posita, contēdere nūciaretur, Heluetij uel nihil ex decreto magistratum impetrāte rege, ingēti multitudine uoluntariōrum eius gentis ad stipendia quæ offerretur excitata, duce Calcemito descenderunt, & Gallos aduentu suo ita confirmarunt, ut Cæsar de belli exitu timere uideretur. Erant enim Heluetij delecta fere triginti milia peditū, quæ cōnuētibus pagorū magistratibus, arma capere, dare nomina apud quæstōres Gallos, & sublatis uexillis proficisci permittebatur. Nā sicuti antea magistratus publicè Cæsari se in neutra inclinatos partē promiserant, ita quod stipendiorū & lucri iacturā cunctātes facerent, pagorū fere omniū iuuentus exercendis nata armis ferre non poterat, ut ei bello non interesset, quum plures eminerēt, qui ex fœdere ueterum pactionū minime cōmittendū prædicarēt, ut Galliam tanto circuitū periculo contra ius & æquum indefensam diripi paterentur. Habendā enim esse rationem perpetuæ societatis, qua ad tuendam Galliam præclaro fœdere Gallia regibus essent obstricti, à quibus omnium temporum perpetua atq; opima bello & pace præmia retulissent. Calcemitus autem quāquam corpore pusillus ingentis tamen animi præfectus, quem prælio ad Bōdincum prospere facto aduersus Ferrarienses multū inclaruisse memorauimus in corona dixisse ferebatur, nequaquā esse ex commodo dignitatēque Heluetiæ gentis circumuentum diuerso bello, grauique luctu oppressum regem, qui florentissimū regni que hæredem ex liberis amiserit, parū pia atq; inepta magistratū cessatione deferere, scilicet ut uiri fortes stipendia facere, & uirtutis præmia ferre soliti, sua spe

A spe lucri, atq; occasione parandæ laudis defraudentur, ut finitimos Germanos ueteres hostes, ipsāque præsertim natura infestā Heluetio nomini Austrianam stirpem immodica potentia augeri sinant, tanquā nō aliquando ipsorū libertati negotium allaturā. At magistratus prætorēque pagorum non obscure Gallo fauere cupiebant, quanquam auarius atque tenacius quā oporteret secum egisse ab initio quæstōres Gallos dicerent, qui intempestiue ueluti nondū inchoato bello pecuniā in stipendia minime se prolaturus dixissent: atque eo modo, integro publicæ fidei pudore, dum nihil publice de mittēdis auxiliis decretum esse testarentur, priuatorum militum cupiditati, & publico commodo dum cōnuerent, nec euntes & nomina dantes retentaret, publicæ existimationi callide satisfacere uolebant. His tantis cōfirmatis auxiliis Frācisus rex certius exploratis hostiū consiliis, atq; eorum incommodis, quæ contagiosa plane lues pestilentiæ modo in dies ualidius serpens afferebat, animaduertitque apud eos salubris & expetiti cōmeatus difficultate, secundo Rhodano deuectis exercitus impedimētis ad Cabellonē processit. Ea uetus Colonia posita est ad amnem Druentiam in Rhodanum influentem, egregiamque habet ponendis castris opportunitatem. Ibi Anneus Memorantius totius Galliæ equitum magister, cuius tum propter eximiam militiæ peritiā, maximēque sobrii & perspicacis ingenij præstantiam summa erat apud regem autoritas, dimēsus accurata ratione admirabilique munitione complexus latissimum spatiū uallata castra erexit, quibus undique tormentorum corona permunitis, amplissimæ copiæ contineri, atque his infesta reddi itinera poterant, quæ ad Cæsariana castra, & ad maritimas commeationes, uiasque Alpium pertinerent. Nam per superiores dies Paulus Ceres cum ualida manu Italicorum & Gallorum equitum, expeditarūque cohortium Druentiam flumen tranādo, nō nulla detrimenta ex occasione dispersis hostibus intulerat. Perfectis igitur ad Cabellonem castrorum munitionibus, atque intra has equitatu è tota Gallia recepto, & collatis in eas Frustembergi mercennariis Germanis, & Gallicanarū legionum copiis, Heluetij expectabatur, qui iam aderam, usque adeo multiplicatis cohortibus, ut nemo eius gētis domi relinqui uideretur, quoniā plerique & bellicosissimus quisque suo opte ingenio ad iter incitati, neque duces, neq; uexilla expectāda censebant. Id impensius, & alacrius gentis studium sicuti maxime sumptuosum Galli quæstōres sibi fore prouidebāt, ita Cæsar imminuta spe eius cōceptæ uictoria, procedendi atque audendi consilio frangebatur: nam (sicuti nōnulli paulo antea probarāt) si discedere longius à mari, & per Lugdunensem agrum in Burgundiā penetrare percuperet, id neque tutum neque facile uidebatur: quod maximis hostium copiis in tergo relictis, atq; his quas antea despexerat, aduentu Heluetiorū mirificè cōfirmatis, rex proculdubio ex occasione certaturus credebatur, cuius rei consilio si casus incideret, nihil alienius & iniquius accidere posse Cæsari cūcti fere duces affirmabant: & tum maxime in Antonio Leua intolerādi totius corpo-

ris, omniumque prope artuum dolores, ita animū lethifera uexatione fatigabant, ut omnem eius ingentis animi uim eliderent, ipsēque deceptus sua spe immodica destinata uictoria intra paucissimos dies ad mortem adigeretur. Visus est Leua accepti uaticinij sui fidē impleuisse, quum in Gallia, uti cupiebat, extremū uitā diem obierit, & relatus in Italiā apud templum sancti Dionysij penes Mediolanū in signe sepulchrū meruerit: sed non apud Lutetiam uti crediderat, ubi Dionysiano celeberrimo in templo tumulum cum elogio funeri destinasset. Eo mortuo Cæsar de consilio reliquorum ducum, nihil ultra eo bello tēta prælij fortuna, se recipere, atque in Italiam redire constituit. Interea à Paulo Pōtifice binæ legationes in Prouinciā peruenerāt, altera Triuultio Cardinale legato, quæ Franciscum regem respiceret, altera Rodulpho Pio Carpense, quo Cæsar adiretur. Eorum aduentus quanquam ferus, non omnino irritus fuit: nam propterea quod ex diuerso factionis studio inter se diffidebāt, idonei uidebantur, qui ab utroque armato principe pijs precibus impetrarent, ne summo reipub. Christianæ incommodo armis cōcurreretur. Quæ legationes quāquam nihil quo ad leuandas simultates, & minuendam eius suscepti belli controuersiam pertinerent, eximiū tamen sacrosanctæ æquitatis in Pontifice, qui pacificatoris nomen quærebat, specimen præbuerūt. Eo modo Cæsar magis & magis ingrauescente autūno, deductis undique præsidiis, & cōstitutis agminibus per easdem maritimas Alpes subsequente classe in Liguriā ita est reuersus, ut ipse cum tota fere aula ad mare iter haberet, turremque quandā aggressi Gallorū præsidio munitam, quod iter illac habentibus Cæsarianis infesta esset, & Garziam Lassium Hispanicæ nobilitatis bellica laude, & poetica lauro insignem lapide ictum interfecisset, multa uim expugnaret, defensoresque deditos, quod pertinacius restitissent supplicio affici iuberet. Tum uero Franciscus quibusdam Gallorum facili parataque uictoria defuisse uisus est, quod abeuntis hostis uestigia statim non esset subsequutus: nā plerique etiam ex Cæsarianis affirmabant, nouissimis agminibus graue incommodum afferri potuisse, quoniam Germani, & nō parua pars Hispanorum lentioribus morbis tentarentur, & equites Germani, Belgæque, præsertim, magnā equorum multitudinē, aut exustam feruoribus æstiuis, aut turgentibus talis debilitatam amisissent. Sed nos postea huius cessationis causam ab ipso rege requirentes hanc fuisse reperiēbamus, primum omnium quod Heluetios cum Germanis tanquam perpetuos eorum hostes committere nollet, spectante præsertim Frustembergō, ne is offensus iniuria, si fratres & consanguineos suos ab Heluetiis Germanico non mini inimicissimis trucidari conspiceret, propterea indignabundus ad tuendos suos uerteretur, quum ipse Frustembergus tanquam omnis sacramenti contemptor, ingenio impius, & præceps facile secessionē fœda consternatione factururus crederetur, & ipse multis eruditus antiquorum documentis, à certo & tutissimo disciplinæ militaris præcepto discedere nollet, quo fugienti hosti nō fabricandos modo pontes, sed auro etiam

A etiam sternendos ueteres censuissent: fatisque sibi gloriæ, & laudis partū eo bello fuisse, postquam tatos impetus, tum Cæsaris in Prouincia, tum Nāsoi in Belgis egregie regno incolumi sustinuerit, & finibus expulerit. Per eos nanque dies Nansous irritō conatu magnis Belgarum, & Germanorum adductis copiis Peronam urbem oppugnarat. Cæterum Cæsare triremibus Genuā aduecto, Aurianisque in edibus ornatissimis suscepto, Vastius per Ingaunos Ligures exercitum, Hispanosque præsertim in Subalpinam regionem reduxit, quod ibi Gallorum præsidia accessu Guidonis Rangoni firmiora, nihil his in partibus bellū remitterent, non uoque ausu uicina oppida inuasuri uideretur. Quo successu autē Nansous bellum gesserit, Peronamque oppugnarit paucis operæpretiū erit enarrare. Perona oppidum est Galliæ Belgicæ, ad Samarobrinā amnem, quem Somam hodie uocant, Veromanduris antiquis uicinū populis, qui etiam nunc uetus nomen retinent. Id autem determinat Gallorum ditionem à Flandris Cæsaris imperio subiectis. Palustris ea est regio, & quod ad sacra attinet, Nouioduni antistitis auctoritatē respicit. Perona tametsi neque magna sit, neque ideo urbis nomen habeat, frequentes tamen habet incolas generosos, & Galliæ regibus ualde addictos. Exercetur Peronēses belli tempore quotidianis fere excursionibus & præliis cū finitimis, Bapalmēsisque, præsertim. Bapalma siquidē ad Flandros pertinet, extremoque in limite posita aduersē ditionis Peronā respicit. Hoc itaque oppidū quum Cæsariani duces, neque præsidio ualido, neque multo com̄meatu, neque exquisito opere satis munitum existimarēt, omnibus copiis aggredi statuerunt, quod Perona capta facile sibi in Galliam aditum patefactum iri prouidebant. Priore autem cōsilio sancti Quintini oppidum Samarobrinorum præcipuum, hybernisque olim C. Iulij Cæsaris clarum, inuadere cogitarant, sed accurata & præalta munitiois ualidique præsidij fama Nansoum auerterat. Hic enim genere Semigermanus summæque dignitatis regulus apud Cæsarem fauente regina copiis præerat, habebatque in castris circiter uiginti milia Germanorum peditum: equitum uero partim è Menapiis atque Sicambris, qui nunc Cleuenses appellatur, atque item ex Eburonibus reliquisque Belgis septem milia equitum: magnum autem numerum tormentorum muralium, magnamque uim militaris instrumenti expugnandis urbibus undique sibi aduehi iusserat. Hec dum à Nansoo pararentur, Galli senatorij ordinis publicis negotiis præfecti apud Lutetiam, quoniam rex abesse, atque in Prouinciā Cæsari sibi obuiam eundum statuisset, animaduerso Peronensium periculo, priusquam Nansous hostis perueniret, eius oppidi custodiam Floratio Roberti Sedanij filio tribuerunt. Is pluribus bellis clarus, uti paternæ uirtutis æmulum decuit, Marechalchi dignitatem fuerat consequutus. Marechalchi siquidem muneris est ordinarij regis equitatum inspicere moderarique, & in arduis præliis primam aciem ductare. Itaque Florantius equites cataphractos centum quinquaginta, millēque legionarios pedites delectos ducens, celeritèr-

que Peronam contendens, ante Nansoi aduentū peruenit, & Peronen-
 ses ex uetere suo studio promptissimos ad sustinendum hostium impe-
 tum defendendamque patriam, magnifica concione in foro habita cō-
 firmavit. Dammartinum regulum summæ uirtutis atque constantiæ
 uirum arcu tuendæ imposuit, qui suam peculiarem alam cataphracto-
 rum dimissis equis introduxerat. Cercheium autem uirum egregie for-
 tem peritūmque militiæ peditibus præfecit: equitatum uero omnem
 attribuit Ioachimo Hangeſto summæ spei & iam spectatæ uirtutis iu-
 ueni. His rebus quæ ad munitionem pertinerent instituendis atque pa-
 randis occupato Florantio, Nansous cum omnibus copiis superuenit,
 complexusque oppidum lunatis castris Idibus Augusti tormenta pro-
 mouit, quæ erant cum numero, tum magnitudine obsessis maxime for-
 midanda. Itaque quum Peronenses postulanti Nansoo ut se dederent,
 alacriter respondissent se nequaquam adeo demissi esse animi, ut se pa-
 triæ mœnia defensuros dubitarent, postquam his regionum militum
 præſidiis essent confirmati, qui sæpenumero ipsos hostes obsedissent,
 & ipsi aliàs arctissime fuissent obsessi, non modo hostium minas con-
 temnere, sed armatos uim inferre ausos multis in locis fortissime repu-
 lissent. Adactis autem tormentis Nansous usque adeo terribili uiolen-
 tia murum quassauit, ut mœnia per partes conuulsa perfractaque pro-
 ciderent, & patentes aditus per ruinas Cæsarianis præberentur, quibus
 succedentibus & audacter irrumperere conantibus ferrea atque perpetua
 cataphractorum acies dimissis equis pedes pugnant opponebatur. Cer-
 tabatur autem cominus hastis atque securibus, sic ut Gallica acies im-
 mora constantissime irruentes sustineret atque propelleret: nam Flo-
 rantius submittendis recentibus subsidiis diligenter intentus, nusquam
 deerat, exemploque suo ardentissimo propugnans, & unumquemque
 uel militum, uel oppidanorum ad resistendum accedens, in muro im-
 pavidus uersabatur, sic ut quum per quinque horas cruento prælio ef-
 ſet dimicatum, Nansous multis suorum amissis, & uulneratis se recipere-
 ret, atque alia ratione oppidum expugnandum esse arbitraretur. Erat
 arx oppidi non multum ab his mœnibus quæ ab hoste quassata fuerant,
 antiquissima turre insignis, quam à Iulio Cæsare olim conditam fama
 per manus tradita Galli prædicabant. Hanc Dammartinus, quem dixi-
 mus, defendendam suscepit, atque inde tormentis rem gerendo sub-
 iecta hostium castra detrimentis afficiebat. Proinde Nansous nequa-
 quam tormentis demoliri eam posse ratus, cuniculos instituit, ut sup-
 positis tormentarij pulueris cadis, noto artificio erumpentibus flam-
 mis turrem excinderet. Nec Nansoum concepta fefellit opinio: nam
 actis subter fundamenta binis cuniculis Dammartinus nihil sentiente,
 intra paucos dies perfecto opere subditis ignibus repente reuulsa fundi-
 tus turris corruit, ruinæque Dammartinum oppressit, & cum eo non-
 nullos ex præsidio. In ea turre Peronenses referebant superioribus tem-
 poribus regem Galliæ à Veromandurorum regulo per insidias captum,
 ibique

A ibique custodia traditum uitæ finem inuenisse. Cæterum Nansous ex-
 pugmata uel excisa turre, penitusque ad aperta nihil profecit, ut inde uel
 arcem, uel urbem iterata ingenti conatu oppugnatione caperet. Nec
 multo post desperata uictoria obsidionem soluit, & intra Flandriæ fines
 regressus est. Florantius uero restitutis tumultuario opere mœnibus ad
 regem contendit, qui Cæsare Prouinciæ finibus excedente, in interio-
 ra Galliæ redierat, ab eoque quonam euentu hostes Peronam oppugna-
 sent certius didicit, collaudatōque Florantio, Cerchioque, & Ioachimo
 Hangeſtio, militaria dona ad argumentum eximie eorum uirtutis tri-
 buit, & ut Diis immortalibus gratias ageret, qui Galliam propitio nu-
 mine summi periculi discrimine liberaſſent, per triduum supplicatio-
 nes haberi iussit. Florantius autem non multo post, ardentissimis soli-
 bus & Peronæ dudum militari labore exustus, lethali concepto morbo
 fato concessit, parēque non multum inde Hangeſtius, qui Floran-
 tio suffectus fuerat, eodem bello apud sancti Pauli oppidū interfectus,
 honestum uitæ, atque militiæ finem imposuit. Sub id tempus quo Cæ-
 sar prouinciæ finibus exceſſerat, & Nansous improspere oppugnata Pe-
 rona armis atque incendiis Galliæ fines populatus in Flandriam dis-
 solutis copiis redierat, Franciscus pares hosti rependendas clades ratus,
 quas coegerat copias in Belgicos fines induxit, magnōque apparatu He-
 dinum munitissimum oppidum, Britannico limiti uicinum, in ea Bel-
 gij parte, quæ Artesia uocatur, adortus est, multoque maximo tormen-
 torum apparatu admoto, quinquagesimo obsidionis & oppugnationis
 die in potestatem redegit, quod Belgæ multis imparati rebus inopina-
 tum hostium aduentum sustinere nequiuissent, nec regina post dimis-
 sum à Nansoo exercitum obsessis maturam opem afferre potuisset. Id
 oppidum amissum maxime pupugit Cæsarem, qui facile intelligebat
 D Gallos nullis parafuros sumptibus, quin illud egregie atque celeriter per-
 munirent, tuerenturque iusto præsidio tanquam opportunissimum ad
 reliquam eius prouinciæ regionem inuadendam. Itaque sororem ad-
 monuit, ut uires repararet, & per idoneos duces redintegrato impetu
 hostes nihil tale expectantes inuadere maturaret. Nec mora Belgarum
 proceribus ad bellum excitis, uexilla explicantur, & milites ad signa co-
 guntur. In his fuere Hadrianus Beurenus, & Philippus Areſcotus e Croia
 familia, quæ est summæ dignitatis apud Belgas, & uetere suo studio fi-
 da Cæsari, Gallōque maxime infensa. Cæsariani itaque magnis freti
 E copiis, quanta belli clade poterant fines Gallicos intrātes, ad Hedinum
 delati, quod ualidioribus quàm putarant præſidiis teneretur, laurosūm
 ad Taruannam Morinorum urbem deflexerunt, atque acri obsidione,
 oppugnationēque instituta expugnare conati sunt. Obsessorum res
 ad graue periculum deducta uidebatur, propter com meatu & tormen-
 tarij pulueris inopiam. Sed Galli qui apud Ambianos castra habebant,
 certiores facti de sociorum difficultatibus: coactis undique sarcinariis
 iumentis & plaustris, his rerum copiis quibus Taruannenses egebant,
 H

opem ferre statuerunt, suscepitque negotium Hanebaldus cum ingenti praesidio ordinarij equitatus, & euocatorum atq; nobilium eius prouinciae, qui ei muneri deesse sibi ignominiosum fore iudicabant. Itaque usus nocturno itinere, fretusque peritis itineris ducibus, Taruanam feliciter peruenit, atque urbem uti oportebat, non commeatu modo, sed nouo etiam praesidio permuniuit, serò sentiētibus, & prohibere conantibus Belgis. Sed Hanebaldus quum alio quàm uenerat itinere, tanquàm breuiore tutiorēque se reciperet, conficiendūque itineris liberum ab hoste spatium relinqueretur, quosdam è suis Gallicae nobilitatis immodico pugnae desiderio incitatos, neque prohibendo, neque iure imperij comminando continere potuit, quin illi in proximam, nec se commouentem Belgarum aciem stolidam irruptione incurrerent, & ad pugnam audacissime prouocarent. Quorum insolentia permoti Beurenus & Arscotus, ita illos exceperunt, ut multis interfectis & captis, defatas alas in reliquum Gallorum agmen immitterent. Erat apud Hanebaldum Georgius Capuzmadius Epirota uir multis uersatus in praeliis, qui cum Caesari militaret, paulo antè in Subalpina regione à Gallis quadam excursionem fuerat interceptus. Caesare uero eum minime redimente, oblata à Gallis stipēdia accepit, quibus eius uiri uirtus minime contentenda uidebatur. Is Hanebaldo suadebat, ne quod egregie perfecisset stolidè corrumpere uellet: proptereaque sibi uideri deserendam esse eorum procacium iuuenum manum, quae temere neglecto imperio certamen contraxisset: tanquam periculosum omnibus futurum, nisi se ad receptum celeriter expedirent. Sed Hanebaldus, quum neque ea quae diceret Epirota facile probaret, neque quosdam ex sibi notis circumuentos ab hostibus deserere uellet, incumbētibus demum Belgis, ita in fugam tumultuosissime coniectus est, ut quum per paludem ligneis conftratam pontibus esset euadendum, perfractis passim primorum transitu, ponderēque pontibus equi ceno haurirentur. In his fuere ipse Hanebaldus & Capuzmadius. Ea autem fuga eum habuit exitum, ut quingenti ferè equites leuis armaturae Italici Epiroticūque generis anteirent, & persequentibus hostibus ad Hedinum confugerent, ubi in praesidio custoditi aestiuabant. Hi ferme trecenti numero, recentes in oppido nati equos conscenderunt, atque eruptione facta persequuti hostes, & praelij & itineris labore fessos tanto impetu tergis instando perturbarunt, ut nemo fere eorum madentibus sudore equis resisteret, multique sine uulnere caperentur, quorum permutatione adiecta aliquanta pecunia Hanebaldus dimissus est, & Capuzmadius iniqua sorte iussu Caesaris tanquam transfuga capitali supplicio affectus. Eiusdem anni, qui fuit trigesimus sextus supra millesimum & quingentesimum, ineunte aetate, qua haec à Caesare atque Nansoo aduersus Gallos tentata improspere gesta sunt, Henricus Britanniae rex nouum inusitatae seueritatis facinus edidit, Anna Bolenia uxore adulterij damnata & palam capitali supplicio affecta. Hanc siquidem, quum insani propè amoris libidine correptus Catharina

A Catharinae uxori repudij libellum misisset, in coniugalem thorum receperat. Causam autem repudij probasse ferebatur Thomas Volseius Cardinalis Eboracensis, quo nemo mortalium uanitate dignitatis atque potentiae superbius, nemo fortunis opulentior, nemo ingenij malignitate atq; adulatione Britanniae pestilentior fuit. Præstenderat siquidem religionis titulum in adulationem regis nouas appetētis nuptias, quod Catharina Arcturo ipsius regis fratri germano antea nupsisset: asserere enim ex placitis Christiani dogmatis nefas esse eam ducere uxorem, quae in fratris thoro inter maritales complexus concubisset. Hanc causam aliquandiu iactarant inter se iureconfulti diuinarumque legum periti, quum Clemens Pontifex obstructus officio, neque Henricum, neque Caesarem offendere destinasset: lata sententia, sed tergiuersante Pontifice ea lis eum habuit exitum, ut Henricus, uti aqua iura postulabant perinique atque impie Catharinam repudiasse in gratiam Caesaris decerneretur: qua iniuria animus malefano amore deprauatus ueterem suam omnem uirtutis & pietatis laudem & gloriam abdicaret, noua & damnata religionis dogmata sequeretur, & ab autoritate Romani Pontificis discedendum censeret. Qua rebellionem ad sauitiam C animum impulit, multisque suppliciis damnatorum procerum aulam funestauit: sublato ante alios, ut is promeruisse uideri poterat, ipso Thoma Volseio Cardinale, qui nefariis consiliis praeruptis regem atque infatuasse inuidens populi iudicio accusabatur: sic ut rex postea districto sauiore gladio nonnullos uerecundae probitatis uiros, & literarum doctrina illustres interfecerit, in quibus fuere Thomas Morus regij scrinij magister, & Roffensis Cardinalis. Boleniae itaque regalia tradita sunt ornamenta, & tanquam ex legitimis nuptiis communicatus genialis thorus. Quibus animaduersis iniuriis Catharina miserabiliter thoro domoque pulsa, quum dolorem sustinere non posset, fato concessit. Exinde Bolenia, sublata ueluti pellice, thori que amula, inauspicato triumphans, & masculam prolem affectans in spem successionis regni, existimauit Henricum ingrauescente iam aetate, & à multo abdomine pigrescentem, parum idoneum fore, qui marem progigneret, quod antea foeminas tantum suscepisset. Quamobrem nefaria concepta libidine uteri foecunditatem adulterino semine experiri constituit, pellecto ad concubitum Georgio fratre germano, ut is detestabilis incestus, ideoque incredibilis, extra omnem E suspicionem scelus contegeret. Sed non multo post fraternos concubitus inanes experta, adiecit procacem animum, nec praesentibus contentum, ad Norreium & Bruertonium equites ex aula illustres: sic ut his exaturata ad Marcum etiam musicae artis magistrum sibi familiarem inuerecunde descenderet. Haec flagitia ab ancilla, quae cum amatore suo ludens seuerius ab ipsa Bolenia castigata fuerat, ad regem delata sunt: atque eo modo tortis atque interfectis adulteris Bolenia damnata est, astante inter iudices & suffragium suum ferente Thoma

ipso Bolenio patre. Producta exinde in uestibulum Londiniana turris, fatis interrito uultu, pedissequas circa se plorantes seruadi pudoris admonuit, collectaque subter reticulum coma lacteam ceruicem quae tantopere regi placuerat, carnifici latum stringenti gladiu porrexit. Exinde rex Semeram uirginem celebratis nouis nuptiis matrimonio sibi iunxit. Haec mediocris familiae nobilitate regi impar, sed ingenuo pudore statae formae, quod ad genium responderet egregie par, hunc peperit Odoardum regem, quem colit Britannia, quod in eo repudiatis uitiis paterna tantu uirtutis indoles effulgeat. Sed is partus regi faustus, matri infelix extitit, cum ex partus dolore statim perierit, quartis & quintis nuptiis apud immodicum regem locum relinquens.

FINIS LIBRI XXXV.



PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXXVI.



HIC annus qui fuit à partu Virginis supra mille & quingetos trigessimus septimus, uaria bella in diuersissimas orbis terrarum partes dispersa continebit: sed quae magnis potius regum conatibus, quam certis aut peramplis uictoriis famam tulerint: idcirco tamen non parua legentibus afferent uoluptate, quoniam admirabile grauissimorum consiliorum, rerumque gestarum uarietate explicent, proindeque maximorum principum animos intueri agnoscerent; iuuet, qui bella ex bellis ferere, proferrunt; potentiam, quam pace frui malunt, scilicet ut nomini dubium decus uariis fortunae lusibus subiectum superba contentione per anxios ancipitesque labores quaerant. Ante omnes Solymanus paradisi nouis regnis tam sua insatiabili, quam usitata Ottomannis regibus cupiditate incensus, ad occupanda Indiae emporia, pellendisque; inde Lusitanos animu adiecit, nequaquam sibi decoru aut tutum fore existimas, si Christiani nominis gentem prepotentis Lusitaniae regis opibus freta, maximaque; inuictis classibus pollentem, firmatis imperiis inueterascere in India sineret, ubi iam

A iam plerique reges antiquissimis ritibus fabulosa numina colere soliti, Mahometana sacra suscepissent. Recenti quoque bello quod cum Tamaso Persarum rege gesserat, inter eius auxilia Lusitanos sclopettarios, tormentorumque; magistrorum, qui maiora tormenta fusili metallo fabrefacere, perireque; dirigere Persas hostes suos docerent, militasse didicerat. Cateru Solymanus magno afficiebatur incommodo, quod Lusitanae classes Arabici sinus nauigationes interclusissent, quibus Memphim atque Alexandria aromata atque odores, Indicaque omnis generis mercimonia aduehi in Europam solerent, magno quidem totius Aegypti uectigalium detrimeto, **B** quum ea merciu negociatio fere omnis per immensum Oceanu in Hispaniam auerteretur, dispescereturque; inde per emporia Belgaru Britanorumque, & extremae Germania, quarum regionu regna, Gothosque populos Venetoru aduectionibus repleti paulo ante solitos costabat. Prouidebat quoque Solymanus eandem curam incessisse animo Capsonis Mephitici Sultani, qui sub id tempus quo eum inuadebat Selymus pater ingentem classem rubro in mari edificasset, ut inde Lusitanos fretu Erythraeaeque angustias ingredi ausos, non Arabico tantu sinu, sed ulteriore etiam India, ubi iam munitas arces condidissent, expelleret: sed Amyrassis & **C** Rayfalomonis praefectoru diffidio atque perfidia factum est, ut tantorum sumptuum apparatus infelicem exitum habuerit. Itaque Solymanus adhortante Aegypti praefecto ingentem triremium classem instituit, qua Lusitanos adoriretur. Praerat tum Aegypto Solymanus eunuchus natione Epirota propter militaris ingenij solertiam inter Bassas receptus. Is materiae aedificandis triremibus a sinu usque Atalico Ciliciaeque caesam & dedolata Pelusium deuehi curabat, atque inde aduerso Nilo Mephim raptibus perducere iubebat, ubi ita magnu naualium fabricoru numeru coegerat, ut paucis mensibus multas plicatiles triremes efficeret, quae demum cadmelis mebratim ad Suetiam olim Arsinoes portum rubri maris per arenas siticulosa regionis trahebantur: atque ibi intextis carinis & erectis malis, atque; instructae omnibus armamentis in mare deducebantur. Id iter a Memphi ad Suetiam octoginta milium spatium implet. Constat autem antiquissimis temporibus, dum Aegypti reges ad extendendam nominis famam prodigiosis operibus uacarent, fossam per nauigabilem a Memphi ad Arsinoem, admirando labore sumptuque fuisse perductam, ad summas conuectionu comoditates, quae demum oblimatae uetustate arenis, scilicet alueum sensim opplentibus, quanquam per nauigari nequiret, Niloticam tamen aquam secundum amnis incrementa ad ipsas Arsinoes cisternas deferrebat. Sed huius quoque; salubris aquae copia atque; usus fere omnis aduetu Arabu Mahometanae sectae, qui illac irruperunt, & tota fere Africam superato Nilo usque; ad Atlanticu Oceanu inuaserunt, ita est interruptus, ut eius regionis incolae a remotis quibusdam puteis saliores, & iniucundos ad potum latices per utres camelis impositos petere cogantur. In hoc isthmo terrae, intimoque Arabici sinus termino, mons Sinas natura saxeus & abruptus in caelum exurgit, adeo ut difficile laboriosissimumque

ad cacumen euadētibus ascēsum præbeat: nam in summo iugo quo maria despectantur, positum est delubrū diuæ Catharinæ dicatū, quod peregrini ex omni Europa Christiani religionis causa adire solent: immē-
 sōq; piis animis gaudio concepto, monumēta Mosaica historiae de mari rubro, quod Pharaonis impii regis copias trāsire ausas miraculosa inundatione totas opprefferit, oculis intueri liceat. Hāc quā diximus fossam Sesostris Aegypti rex opulentissimus, & uti aliqui tradunt, pyramidum etiā structura inclutus, & post eum Ptolemæus ipse Philadelphus, profundius excuare cogitarunt, ut mediterraneo mari rubrū immitterent, atq; Indica regna eorūmq; opes Aegyptiis finibus expedita nauigatione coniungerēt: sed ille præpropere morte interceptus, uel insanū opus intermisit: hic uero à peritis naturæ rerū admonitus ab incepto mature destitisse fertur, ne totā Australis Oceani aquarū molē Græciæ atq; Asiæ, quæ nō dubium gentibus altero ueluti cataclysmo inuecto exitiū afferret: infana ideōq; abominabili gloriæ cupiditate infudisse diceretur. Igitur singulari studio atque industria eius eunuchi, qui seuo imperio circumiectas gentes ad id opus adigebat, incredibili celeritate octoginta circiter insignium nauigiorū classis effecta atq; adornata est. In ea fuere rostratae triremes uiginti, & biremes uiginti & septē: præaltæ uero triremes, quas Veneti Galeacias uocant, ad ferēda maxima tormētorum & mercimoniorū onera opportunas numero quatuor: naues quoq; capaciores aduehēdis commeatibus, & toto militaris apparatus ornamento idoneas, quas Mahonas uocāt, septē. Reliqua porro nauigia quæ erāt iuste magnitudinis supradicti numeri summā efficiebant. Hanc classē conscendit eunuchus, quum in eam nautas, gubernatores, & remiges, fabrosque nauales Venetos contruferat. Nam paulò ante imperatoris Solymani iussu Venetæ triremes mercaturæ causa Alexandriæ portū intrātes à Barbaro custode eius turris quæ Pharam habet, contra fidem abrupta pace hostiliter interceptæ fuerāt: ita ut Antonius Barbadicus & Hermolaus Barbarus patritij earum præfecti cum omnibus ad unum nauis atque uectoribus custodiæ traderentur, & mercimonia apud fiscum scriberentur: eiūsque omnis naualis turbæ delectu habito eunuchus quos idoneos putarat Memphim, atque inde ad Suetiam in classē distribueret. Iam enim Solymanus leuissimis de causis odio in Venetos concepto bellum coquebat aduersus nostros, ut credi par est, à quibusdam qui nimia fœlicitate Cæsaris offendebantur uehementē incitatus. Sublato nanque Habraymo, qui singulari patrocinio Christiani nominis gentes apud principem fouerat, Lustibeius & Ajax purpurati abstinentium à rebus Persicis diserebant specie pietatis, quod Ottomannica arma non in Mahometanos, sed in nostros continenter exercenda censerentur, præclaro maiorum exemplo, qui semper Christianis bellis cum triūphali gloria uictores discessissent: uti ipse nuper esset expertus cum de Belgrado, Rhodōque expugnatis, atque interfecto Pannoniæ rege admirabiles uictorias retulisset, quas frustra tentando cum Mohometes proauus,

A proauus, tum abauus Amurathes superioribus annis expetissent. Satis sibi gloriæ partem existimare debere, quod Tammafo Perfarū regē maiorum regia expulso, & in Hyrcaniā usque fugato, cunctarum gentiū testimonio uictor Assiriæ regnum, urbemque ipsam Babyloniam cum Mesopotamia Persis ademerit, nec ullam adierit cladem nisi quam aduersa numina cælo demiserint. Neque enim niues & seuos uentorū turbines, quos apud Sulthaniā pertulerit, aliud omnino quàm Mahometis nomen obiecisse, immodice scilicet persequenti Persas, quoniam nefas esset gentem, uel insanis superstitionibus deditam, tanquam uerū
 B & commune ipsis numen colentem interficere, penitusque delere. Eandem proinde esse cum sacerdotum, tum ipsorum ducum & militum uoluntatem ut arma in Italiam uerteretur. Facile siquidem occupari posse Salentinorum regionem, quæ extrema Italiæ sit, & à conspectu Epiroticilitoris modico traiectu dirempta classibus pateat. Eo etiam tempore Ioānes Forestius Galliarum regis legatus post mortem Habraymi sicuti diximus in aula permanere, muneriq; suo continēter uacare iussus, ostendebat Cæsarem, qui unus tanquam præcipuus hostis odiosissime petebatur, nequaquam tanta habiturum præsidia ut tueri Apuliæ oram unō
 C tempore, & Gallis in Subalpina resistere posse confideret, quandoquidē rex ipse cum magnis copiis in Italiam ipsa eadem ætate descendere statuisset. Sub id quoque tempus ad Solymanum pro transfuga se contulerat Troilus Pignatellus exul Neapolitanus nobili ortus familia, peritusque militiæ uir, propterea quod Andream eius fratrem Rhodiæ militiæ equitē Petrus Toletanus prorex, aliquanto seuerius quàm ipse putarat, capitali supplicio condemnasset. Quo iniuriæ dolore perturbatus recta profugerat ad Solymanū, ab eoque liberaliter militiæ inter Muffaracas fuerat ascriptus, cuius ordinis equites è toto terrarū orbe lectissimi
 D mi, quæ uelint numina colere permittuntur, peculiarēque tantum uni eunti ad bellum imperatori operam præstant. Eius siquidem transfugij causam probarant Barbari, & Troilum quod duxisse apud Cæsarianos equitum ordines secunda militiæ fama didicissent, purpurati maxime idoneum fore iudicabant, quem ipsis inuadendæ Apuliæ consiliis adhiberent, tanquam multa de situ litorum, atque oppidorum conditione, opportuna traditurum, & cuncta ad id bellum secunda fore pollicentē. Troilus etiam quarundam machinarum artificia, ligneis atque minutis exemplis, uir ingeniosus & uaser apud rudes earum artium Barbaros protulerat, ad sustinēdum uel improuifum hostium impetum, si per oram
 E maritimam descensiones fieri prohibere conarentur, cuius artificij formis Solymanus ita oblectabatur, ut quum pluteos curules, præfixosque ferreis uenabulorum mucronibus, uti apud Rauennam à Nauarro excogitatos fuisse diximus, maxime miraretur, hominem tanquam subtilioris maximēque efficacis industriæ, purpuratis magnopere commendaret, Lustibeioque præsertim, quem classi cum imperio præfecerat, tanquam in ea Hariadentus ipse Barbaruffa ab sua singulari scientiæ naua-

lis existimatione spectatus emerit. Affirmabat quoque Troilus eam esse Apulorum omnium & Salentinorum uoluntatem, ut oblata occasione à Cæsarianis, à quibus immodicis tributis diu uexati essent, omnino deficerent, modo Galli aliqui conspicerentur, quibus Turcarum beneficio in terram expositis, & classis præsidio confirmatis se dederet. Seniores etiam Turcæ meminerat quàm facile ante quinquaginta annos occupata Hidrunte, eaque demum urbe peregre defensa, quàm graue periculofumq; Italiæ in Salentinis bellum excitassent, quo haud dubie nõ Neapolitano modo regno, sed ipso etiã Romanæ urbis imperio Acomates Bassa breui se potiturum sperasset, nisi ipse Mahometes imperator præpropere ereptus fato totam eam spem paratæ uictoriæ præcidisset. His persuasione adductus Solymanus, terra mariq; uno tempore Italiæ arma inferre constituit, tanta celeritate expediti consilij parata classe, & terrestribus copiis è Thracia sinistrorsum per Thessaliam proficisci iussis, ut pene prius improuisus in Epirum peruenerit, & cum ducentis armatorum milibus circa Macedoniæ oram ad Aulonem confiterit, quàm Byzantio profectus à nostris crederetur, qui Barbaros uel ob id in Pannoniam reuersuros existimabant, quòd fama increbuisse Austrianos Germanos nequaquam cum Ioãne rege, Turcisque qui essent apud limites in præsiidiis, inducias tanquam parum æquas seruaturus. Classis autem numerosa pariter & ornatissima in Ionium delata à Cephaleniis atque Zacynthiis pene prius spectata est, quàm Veneti sua consuetudine iustam classem creato maris præfecto ad tuendam ipsorum ditionis orã uersus Corcyram nauigare, atque inde terrestres atque maritimos Barbarorum motus obseruare iuberent. Caterum Solymanus è Thracia profectus emensusque totius Macedoniæ latitudinẽ, nihil eum morantibus fluuiis, ad Scardos montes perrexit, & per eorum ualles ad mare descendit. Hi montes ad Taulantios, & Dassaretas, atque Dardanos qui hodie Albani sunt, pertinent. Eo autem itinere uel magna & subito inflata flumina facile traiecit, & ante alia post Hebrum (qui hodie Mariza dicitur, non longe ab Amphipoli clarissima olim urbe Macedoniæ regum, Seres hodie uocata, ubi Barbarorum moneta peculiari officinæ sede cuditur) Strymonẽ amnem, Marmarium ab incolis uocatũ. Exinde Axium, qui nunc Vardaris appellatus ad septimum lapidem iuxta Thessalonicam in mare decurrit, & secundum hũc ipsum Halyacmonẽ qui hodie dicitur Asambaba, Mustaphæ purpurati sumptu, qui Selymi gener fuit magnificentissimo ponte iunctum. Is amnis in Thermaicum sinus effunditur, non procul ab Heraclea sentica descendens, quam nouo nomine Scopiã esse nonnulli Græcorum affirmant. Nec multo post Luftibeius & Barbarussa ab Helleponto Maleam superãtes ad Ficeriũ, orã Leucadiæ portum dulcis aquæ fontibus clarum, aquãdi causa perueniunt, indeque Acarnaniẽ ac Epiri litora lambentes præteruectique Corcyram ubi Veneta classis Hieronymo Pisaurio præfecto stationem habebat mutua salutatione multis de more tormetorum bombis amicissime

A cissime celebrata, ad Aulonem per piscosas fauces quas Laous amnis stagnans efficit, classis partem intulerunt. Tum uero Solymanus Italiã quã habebat in cõspectu extemplo petendã ratus, ut si cœpta prospere prouenirent ipse etiam totis copiis traiceret, Luftibeium, & Barbarussam transfretare, atque explorare Salentinorum uoluntates iussit. Aderat eis Troilus exul nauandæ operæ cupidus. Is uti peritus rerũ, quòd insignes urbes Brundusium & Hidruntem egregie munitas Cæsarianorum præsiidiis teneri intelligebat, ab Iapygio promontorio, quòd hodie Hidruntinum caput appellant, in sinum Tarentinũ ad dextram deflexit, ad Cabstrum oppidum. Distat id octo milibus passuum ab Hidrunte, habetq; arcem collis dorso impositam. Id erat ditionis Mercurini Catinariæ uiri Vercellenfis. Hic nequaquam militiæ assuetus improuiso Barbarorũ aduentu exterritus, atque omnibus ad resistendum imparatus rebus, persuasus etiam Troili internunciis, ita deditiõem fecit, ut Barbari ab omni maleficio se temperaturos pollicerentur, oppidanis in eandem pactiõnem cum ipso regulo facile credulis, propterea quòd Forestium Galliæ regis legatum adesse existimarent, sed is ad Aulonem substiterat lethali oppressus morbo, ubi paucos post dies interiit. Itaque Barbari, naualesque præsertim turmæ prædã inhiantes, neque Troili deprecatione per moti, neque Luftibeij Barbarussæque imperiis parètes, oppidum sublato clamore diripuerunt, delectãque ætatis captiuos cum Mercurino ad classẽ deduxerũt. Verum Luftibeius non dubio pudore abruptæ fidei perfusus, Mercurinum incolumem dimisit. Eodem autem tempore magnus omnis generis hominum, & maioris pecoris numerus toto Salentino litore ab equitibus Turcis interceptus est, nam per Hippagogas latiores naues, quas nostri Palandrias uocant, transfuehẽdis equis idoneas, nonnullæ equitum turmæ nocturna usã aura ab Aulone traiecerant, sic ut à Tarento Brundusium usque Salentinus ager magno metu atque periculo quateretur, cui, non dubiam ab Italia pestem superis auertentibus, inexpectatã opem attulit unius Veneti trierarchi temeritas. Is fuit Alexander Contarenus spectatæ nobilitatis atque uirtutis trierarchus, qui quum circũerrantibus Turcicis triremibus casu quodam improuisus occurriisset, nec Turcæ, sicuti ex consuetudine debebãt, honoris causa uela dimittere, & inanibus bombis pacati animi significationẽ ostendere uellent, in eos superbiæ suæ atque odij uiolentiã subito conuertit, incitatĩsque remigibus in Turcas rostra direxit, perforatãsque magno impetu hostiles duas demersit, in queis Vstamanes Gallipolitanus præfectus interiisse dicebatur. Id facinus à Contareno, uti postea apparuit, malo reip. importunissime editum, referebatur ad priuatam simultatẽ, quòd mercatorum nauigium ipsis Contareni, quòd ab oriente pretiosas merces aduehebat, à Turcis prædonibus paulo ante fuisset interceptum, sic ut Contarenus ex priuata iactura concepto odio indulgisse doli, & publicam causam neglexisset diceretur. Paulo ante quàm Turcæ in Salentinum agrum traicerent, Andreas Auria Cæsarianæ classis præ-

fectus apud Messanam certior factus, Solymanum ad Aulonem positus
 castris constitisse, classemq; eius eodem peruenisse, iratus sibi quod nul-
 li hostiū classis parti, sicuti maxime cupiebat, occurrisset, superato Spar-
 tiuenti promontorio, quod olim Zephyrium fuit, per Ionium uela de-
 dit, & se ad Zecynthum & Cephaleniam usq; prouexit, sperans, uti eue-
 nit, aliquibus nouissimi hostium agminis nauigiis occurfurū. Forte in-
 cidit in aliquot eius generis nauigia quæ à Turcis Schiratia uocantur.
 Ea erant onusta uarij generis commeatus copia, & lino utique Alexan-
 drino, quod mercimonij causa priuatim à nautis deferebatur. Ea classi-
 cula ad Solymanum contendens, ubi procul Auriana uexilla conspexit,
 non Ligusticam atque hostilem rata, sed Venetam amicamque temere
 iudicās, ubi propius errorem suum detexit, nihil tentata defensione ir-
 rumpenti Auria se dedit, qui omnibus uel Turcis uel Aegyptiis Ma-
 hometani nominis captis, & ad transtra triremium traductis, translata
 continuo in triremes præda omni, nauigia incēdit. Per eos dies per quos
 Ionium undique circuitis atque exploratis insulis Auria percurrerat,
 Solymani binas triremes incenderat. His triremibus Iunusbeius supre-
 mæ autoritatis interpres, quem Barbari Dragomanem uocant, à Soly-
 mano ad præfectum classis pro legato missus Corcyram aduehebatur. H
 Siquidem quum Turcæ insulæ appropinquantes nullam honoris cau-
 sa de more salutationis significationē fecissent, Veneti aliquot trierar-
 chi tantam inesse Barbaris arrogantiam indignantes, in eas hostilē im-
 petū fecerunt, & in litus Turcas se eiicere coegerunt, sic ut magna Tur-
 carum pars cum ipso Iunusbeio ab Acroceraunīs latronibus caperetur.
 Iunusbeius tamen ægre se explicans, & præsentī pretio se redimens ad
 Solymanum est deductus, uacuas autem atque desertas ambas triremes
 Auria illa tunc litora explorās nactus, quod semifractæ uti grauius eli-
 fa nequaquam sibi adducendę uiderentur protinus incenderat. Ex ea re
 Barbari in Venetos odij sui uim omnem tanquam ab iusta causa uehe-
 menter intenderunt, ut apud Solymanum de iniquissimi facti iniuria
 prolixè conquerentes, id in immensum paulo post ad hostiles acerbita-
 res prouerent, quanquam Venetus præfectus cunctis humanitatis of-
 ficiis cum Iunusbeio eius facti nouitatem periculique dolorem expiare
 niteretur, quod ab utrisque imprudēter naualis disciplinę leges impor-
 tuno casu uiolatas ostenderet. His fortuitis paruaurū rerum successibus,
 non dubia abrūpendæ pacis initia apud Turcas quæsita sunt, eoque ua-
 lidius & properantius, quod per eos dies Auria diligentissime interdū
 noctūque sulcando maria atque omnes portus explorando, nactus tri-
 remes hostium duodecim, apud Merleias quas uocāt insulas supra Cas-
 sopeum Corcyræ promontorium positas (hæ fuere antiquitus Ericusa,
 Marathe, Elaphusa, & Malthace) nocturno atque cruentissimo prælio
 deleuerat, Turcis fere omnibus aut prælio occisis, aut in concursu de-
 mersis, quum pauci uiui atque integri in eius potestatem deuenissent.
 Erant enim duo genera pugnacissimorum militum Turcici nominis,
 qui

A qui incredibili uirtute propugnantes trigintaquinque instructissima-
 rum triremium impetum ita sustinuerūt, ut faucij grauissimis uulneri-
 bus fessiq; pugnando occumbere quàm se dedere maluerint, despon-
 dentēsq; animos singuli machæras incuruas, quas magno parant pre-
 tio, in mare proiicerent, ne his nostri poterētur. Hi erant Ianizeri ex præ-
 torianorum ordine, atque item delecti equites, quos Spaches appellant,
 perpetua equis merentes stipendia, nam tum suos quisque equos terre-
 stri itinere per Aetoliam & Acarnaniam per agasones suos ad Solyma-
 ni castra præmiserant. Ea autem uictoria nō multum Auriam lætatum
 B fuisse constat, quum magnum numerum ex propugnatoribus suis atq;
 remigibus, magistrisq; triremium amiserit, & Antonius ipse Auria in-
 eundæ pugnæ princeps, uehementer uulneratus discessisset. Ea uero no-
 cturni eius prælij fama fuit, ut si quatuor aut quinque triremes Turcis
 subsidio superuenissent, dubio Marte Auria, aut certe grauiore cum de-
 trimento pugnaturus crederetur. Parta uictoria Andreas ad Leucā pro-
 montorium orientale Corcyræ contra Paxum insulam paruam quę re-
 tinet uetus nomen, classem cōtulit, ut aliena suāque accepta incommo-
 da certius inspiceret. Nec mora quod audiret Barbarussam à Solymano
 C cum octoginta triremibus aduersum se proficisci iussum nō lōge abes-
 se, anteuertit iter, & abductis aliquot quæ erant integræ, hostium trire-
 mibus captiuis, sceleriter emēsus Ionium ad Lacinium promontorium,
 quod hodie Columnas uocant, peruenit, atque inde Messanam ad repe-
 tendam classem traiecit. Hoc insigni ab Auria detrimento affectum, &
 geminata cōtumelia à Veneto laceffitum Solymanum, usque adeo acri
 iracundia exarsisse ferunt, ut Barbarussæ maledicendo asperrime succen-
 seret, quod per incuriam segniorēque impetum nusquam utilem ope-
 ram præstitisset: Venetis autem grauissime comminatus, capitalis odij
 D clades denunciaret, à quibus se despectum, & uana antiquæ pacis specie
 deceptum differebat, ita ut eos proculdubio cum Cæsare ab occulta so-
 cietate consensisse iudicaret. Eos propterea Auriam uti semper aliàs op-
 portuno consilio, & cōmeatibus adiuuuisse, recepisseque portibus, & ut
 ille aptius atque scelerius aduersum se impune prædaretur, undique per
 Græcos speculatores nauigationum indicia detulisse. In hunc modum
 suapte iracūdia inflammatū imperatorē Iunusbeius ipse Dragomanes,
 & Barbarussa, atq; Ajax, nouis additis facibus, ut pacem abrumperet in-
 citabant, ille quidem priuatam ulturus iniuriam, hi uero ut commuta-
 E ta belli ratione, maiorem prædam, uberiorēque laudem sibi pararent,
 utpote qui proximis insulis inhiarent, Corcyræq; præsertim & Zacyn-
 tho, Cephaleniæque, postquā in Italia ad inuadendum expugnandum-
 que duriora omnia spe ipsorum essent inuenturi, quandoquidem nec
 rex Galliæ adhuc transisse Alpes, nec aliquas paratas ad inuadendam Ita-
 liam habere copias nunciaretur, & fama esset Petrum Toletanū proregē
 Neapoli egressum cum magnis copiis aduentare, & passim maritimis in-
 urbibus augeri præsidia, & iam Turcas equites, qui ab Aulone in Salen-

tinum agrum traiecissent, à præfecto totius Iapygiæ Scipione Sommeio F uiro impigro passim impugnari, atque interfici diceretur. Itaque Solymanus ira percitus cōmutato consilio bellum aduersus Venetos decernit, & ab Aulone castra mouens Vagiussam amnem, quem ueteres Aenantes uocabant, superat, & ad Communitiam Butrotiæ regionis castra constituit. Communitiæ locus olim Regij Fontis nomen habebat, unde uberrima profuit aquatio portui mire opportuna. Quū eo in litore Solymanus haberet castra, Acroceraunij agrestes ferique homines, qui Chimæram incolunt montem, immane consilium susceperunt, tabernaculi regij noctu inuadendi, concitante eos Damiano quodam latronum duce, abstrusorū collium qui sunt in iis rupibus & syluis peritissimo. Non reformidabant ullum uel certæ necis periculū uiri rerum omnium egentes, ideoque latrocinii assueti, & nullos certos colentes Deos, ut incredibili præda atque inusitati facinoris gloria potirentur, si longe maximum terrarum orbis imperatorem in tabernaculo semisopitum, & frustra tot custodiis confisum occideret: magno siquidem silentio ferarum more sese insinuatuos concubia nocte in stationem facile sperarant, sed Barbaris ad id audendum facinus paratis fortuna defuit: nam dux ipse Damianus è notis rupibus delapsus ad explorandum prætorij situm, & circūiectæ stationis formā, uigiles & excubantes prætorianos non fefellit, cōspectus enim in arbore ex fragore abruptæ frondis uti erat semipennis & speculabundus à Ianizeris est comprehensus, & per tormenta, detectis quas parabat insidiis, iussu imperatoris belluæ captæ modo discerptus est, unde mox magna illis agrestibus clades illata est, emissis scilicet in eos Afapis & Acanzis uenationis modo ad trucidandam, & quam maxime possent delendā horridā atq; infamis gentis stirpē. Ab hac enim genus ducūt Huscochi maritimi prædones Dalmatiæ scopulis assueti, & Haidones qui Illyricis nemoribus inerrant, & cunctis mortalibus ex professo hostes, usq; ad interiores Pannoniæ limites latrocinia exercēt. Per hunc modū Solymanus dirum agreste genus ad satietatem ultus Corcyram oppugnare constituit, Barbarussa cum omni tormentorum aparato è continēte in insulam transgredi iussu. Is paulo ante reuocatus ab Iapygia ad Saxonem insulā, edito ingentis tormenti bombo uniuersam classē ex ea significatione cōtraxerat, & eodem cursu nusquā reperto Auria, per fretū Corcyreū ad Regios Fontes, Solymaniq; castra peruenerat. Quibus Turcarū cōsiliis opportune perspectis Pisaurius aliquot triremiū propugnatoribus, & ualidissimis remigū detractis utraq; arcē oppidi aucto præsidio cōmuniit, & se imparē mari Barbaris fore iudicans, cum uniuersa classe ab insula se subduxit, & in Hadriaticum sinum profectus est, eo consilio, ut cum socia altera Veneta classe, cui Ioannes Vetturius præerat, se coniungeret, & litora Venetæ ditionis contra Barbaros tueretur, pugnæ casum subire paratus, postquā & sibi auxilio futurus Auria uideretur, accedentēque Vetturiana classe superiores existimari possent. In id quoque consilium Pisaurius

A Pisaurius si pugnandum foret, Alexandrum Buondelmerium ingentis & prope stupendi apparatus galeoni præfectū, qui tum erat circa Zacynthum, admonuit ut in Dalmatiā ad se nauigaret. Paruit imperio Buondelmerius nauandæ operæ cupidus, deuectusque est ad insulam Curfulam, quæ antiquitus Corcyra nigra fuit, Melitæis olim catulis ad sceminarum delicias clara. Cæterum Pisaurius atque Vetturius suas classes in Rizonicum sinum, quem hodie Cathareum uocant, intulerunt, quum Solymanus magnam copiarum suarum partem ad diripiendos Corcyreorum uicos transmisisset. Pagos nanq; omnes & notos uicos perscrutati Barbari infinitam prope miseræ gētis multitudinem captam in seruitutem abduxerūt. Ad oppidum autem Aiaceum purpuratum & ipsum Barbarussam singulis aduectos nauiculis propius accessisse cōstat, ut certius quæ opportuna essent ad oppugnandum specularentur. Sed ea uisa est turrati oppidi & frequenti præsidio confirmati, portusque munitio, ut eam Solymano inexpugnabilem esse renunciarent. Præerant Corcyræ duo Patritij Veneti Aloisius Ripa, & Simon Leonius. Hi non temere Barbarorum uires, quæ terra marique erant maxime, metuentes, eò descenderunt ut suburbana tecta quæ erant instar oppidi perpulchra atq; magna ultra excinderent, ne his transgressi Turcæ potirentur, atque his protecti ad oppidi murum tutius atque facilius accederent. Fuit ea res maxime funesta & lachrymabilis, quum etiam remotiora ab oppido prætoria, & uillas ad commoditatem atque delicias longa in pace ædificatas Barbaricis facibus absumi conspicerent. Sed in summo discrimine publicam salutem respicere summæ rei periculum cogebat, eaque omnia quæ tum ardebant libertate incolumitatēque ciuium uiliora dūcebatur, quādo nouo sumptu refici atque instaurari nō magno tempore posse appareret. Cæterū præfecti quos diximus, longē obsidionis metu adducti, quod nequaquā tantum commeatus in urbe esse conspicerent, ut diu à Barbaris terra marique acriter obsessi inopiā ferre possent, omnem imbellem populi multitudinē extra oppidum expulerūt, adeo tristi lugentium spectaculo sæuōque remedio, ut quum Turcæ idoneis in locis munitiones, & propugnacula militarium operum instructa tormentis circa urbem erexissent, miserabilis ea multitudo eiecta foras in fossis pernoctare cogereetur, & quum turbulētissima forte tempestas extrema Augusti mensis nocte incidisset, multi præsertim pueri matrum ceruicibus implicati, ea spurcissimi imbris iniuria, & propinquorū Barbarorum metu miserabiliter interirent. Vnum ex omnibus Corcyreorum castellis, nomine Angelocastrum, in mediterraneis insule ad quintumdecimum lapidem ab urbe positum, frustra oppugnātibus & comminantibus Turcis, oppidanorum egregia uirtute defensum, supra tria milia humanorum capitum, quæ eò confugerant prospere cōseruauit, quum passim diuersæ Turcarum manus cæteris locis diram uastitatem attulissent. Turcæ ad terrēdos Corcyreos occupato monte, multa in eo tabernacula constituerant, & è scopulo, qui Maripetrus uocatur, maio-

res pilas in oppidum contorquebant, & contra oppidum in ruinis conflagrantium ædificiorum occulte consistentes sclopettis ita rem gerebāt, ut plerosque apparentium in corona mœnium certissimis ictibus uulnerarent, & circumuecti triremibus singula è proris maiora tormenta disploderent, maiore tamen obsessorum metu quā damno. His de causis, quod parum proficerent, sicuti antea confirmasse diximus duces ipsos Lustibeium, Barbarussam, & Aiaceni, Solymanus susceptæ expeditionis pertæsus, soluere obsidionem & Byzantium reuerti constituit nō sine pudore irriti conatus, quod utrobique, & in Salentinis, & Corcyra, fortuna uel iusta uel immodica eius uota sefellisset. In hoc decreto erat Barbarus imperator quum certius didicit à suis nulla fide cum Castrensis rem gestam fuisse, qui deditioe facta secus ac crediderant, pro beneficio, summæ crudelitatis atque auaritiæ contumelias retulissent, direpti scilicet & abducti in seruitutem, quum incolumi libertate saluas omnium fortunas fore sperauissent. Quo maleficio suggillari maiestatis ipsius nomen iudicabat, qui semper in sponte deditos fidei atque iustitiæ obseruātissimus esse consuesset. Captandos siquidem Christianorum animos certa spe humanitatis atque clementiæ, ut in exemplū idem reliquæ gentes adducerentur, nec esse omni bellicæ cladis acerbitate uexandos, qui ultro honesta pactione à ueteribus dominis deficerent. Itaque expiandam omnino esse eius patrati facinoris infamiam putauit, generosoque animo quos comperit maleficij authores fuisse, supplicio affecit, & Castrenses captiuos omnes diligentissime perquisitos, impositosque nauigijs ad penates suos reduci iussit. Quū administrante Barbarussa ad edictum copiæ omnes decedere insula, & in aduersam continentem traicere iuberentur, Corcyrei discessu hostium animaduerso eruptionem fecerunt, ut institutas ab hostibus munitiones diruerent, sed qui fidentius & inordinatius exierant, quod nondum Turcæ omnes discessissent, eorum superuentu in oppidū compulsi sunt, nondum plane euerfis operibus, sub æquinoctium tamen à Turcis Corcyreorum detrimentis finis est impositus. Constat autem eo bello supra sexdecim milia è Corcyreis omnis sexus & ætatis capta atque abducta in seruitutem fuisse. Solymanus itaque castra mouens, legente oram classe recto per Acarnaniā & Aetoliam itinere, positis commodæ aquationis causa ad amnes qui occurrebant castris, ad Aractum scilicet, qui Ambracium influit sinum Arctæum de uetere eius amnis nomine hodie uocatum, & Acheloum Aetoliæ, qui propter eximiam aquæ claritatem ab incolis Aspropotomus hodie uocatus in Naupacteu sinū euoluitur, Byzantium est reuersus, deditque extemplo operam ut à Cassimo Bassa, Nauplio, & Epidauo, in Peloponneso reliquis Veneti imperij urbibus bellum inferretur, idemque ut facerent Illyrici præfectis imperauit, ut multis simul in locis uno tempore Veneti Turcico bello uexarentur. Discedente autem Barbarussa atque appellente classem, propter aduersas tempestates, ad Butrotum, quod oppidum clarum antiquitus uetus

retinet

A retinet nomen, id omnibus incolis incurfu naualis turbæ captis, atrociter direptum atque deletum est. Per eos dies Pisaurius Venetæ classis præfectus inito cōsilio cum collega Vetturio, in eum Dalmatiæ sinum, qui ad Scardonam claram olim urbem pertinet, classem intulit, expositisque militibus, ad oppugnandam urbem duxit. Distat ea à proximo litore septem milibus passuum, tuebatúrque eam uir Turcici nominis à fuscidine oris Aethiops uocatus. Is oppugnantiū uim diu sustinere non potuit. Nam Veneti decussis toto muro propugnaculis impetu factō in urbem peruerunt, & cæsis aut captis hostibus eam diripuerunt, edictoque præfecti uetera mœnia funditus euerterunt, ne Turcæ repetita possessione opportunæ urbis castellum ibi inædificarent, instaurandæque & muniendæ urbis occasionem arriperent. Imminebant siquidem Barbari, ab immensa eorum proferendi imperij cupiditate, maritimis urbibus Venetæ ditionis, ut quum eas minutis ac assiduis incurfionibus mediterraneo omni fere agro spoliassent, etiā ad ipsa maritima oppida iustam uim admouerent. In ea contentione finium Veneti operam dabant, ne Turcæ opportunis locis potirentur, quæ ab ipsis facile ad uexanda uicina oppida muniri posse intelligebant. Erat oppidulum cum arce distans à mari sex milibus passuum Obroatium à Dalmatis appellatum, quod antiquitus, uti reor, Argyrutum fuit. Hinc Turcæ Vscochis feris prædonibus admixti latrocinia exercebant, patebatque his ad prædæ receptum id unum maxime castellum. Quibus de causis Vetturius cum sua classe qua Hadriaticum sinum cum imperio tuebatur, ab Hiadera exiguo eius maris sinu circūuectus copias exposuit, ita ut propugnatores naualesque socios triremiū in ordines componeret, Gabrielique Ripæo Veronensi copiis præfecto Obroatium continuo oppugnandum imperaret. Veneti inopinantes adorti Turcas peracre certamē inierunt.

D Sed quoniam muralibus tormentis carebant, nec minutis pilis quicquā proficerent, & idcirco de expugnatione desperarent, superuentu Amurathis, qui cum paucis equitibus Turcis, & tumultuaria Vscochorum perditum manu oppidanis opem laturus adcurrerat, nostri cōspectis Turcis repentino terrore perculsi, primoque impetu in fœdam coniecti fugam instantibus Barbaris, & multo clamore maiorem ipsorum multitudinē adesse præbentibus, cæsi profligatique sunt, tanta ignauia ut quū nemo se militem esse meminisset, neque se couertere, aut in hostem arma stringere auderet, eo exitu ut uix Gabriel ipse præfectus cōscenso equo desertisque militibus cædi se eriperet, sic tamen ut ignauia ignominia notatus nō multo post seueritate Pisauri præfecti in ipsa prætoris propra capite plecteretur. Amurathes autem re bene gesta cum multis captiuis, multisque hostium spoliis ad præfectū totius Illyrij Vstrefum, cuius erat alumnus, reuerteretur. Hic Amurathes è Sico oppido ciuis, quod hodie Sebenicum uocat, ad Mahometis sacra defecerat, fœlicique uirtute omnibus Pannonicis & Dalmaticis bellis inclaruerat, adeo ut honestissimis honoribus & præmijs ab Vstrefo indulgenter ornaretur. Pau-

I ij

lò siquidem antea insignem apud Clissam de Christianis uictoriam retulerat, ex qua facile famam consequutus à Solymano imperatore iusta præmia retulerat. Erat supra clarissimã urbem Salonam oppidũ Clissa in edito colle permunitũ, quod ab infirmo regulo Christiani nominis tenebatur, cui Petro Croficcio nomen erat. Id his in locis ad sustinendas Turcarũ incursiones magnam habebat opportunitatem, apparebãtque magno Christianorũ incommodo Clissam in Barbarorum potestatem esse deuenturã, nisi cõmuni finitimorũ auxilio aduersus Turcas defenderetur. Sustinuerat diu Croficcus insultantiũ perpetuõq; insidiantũ Turcarum arma. Sed is, uti erat tenuissimæ fortunę regulus, uiribus diffidens, totiũsq; uicinix periculũ ostendens, ad Ferdinãdi regis, Paulique Pontificis auxilia decurrerat, ut eorũ matura adiutus õpe, sese atque oppidum tueretur. Ferdinandi nanq; plurimũ intererat, longe à suis finibus Barbaros arceri, qui Seniã urbem, quæ in ora est, ad se pertinere dicantabant, quòd Pannonicæ ditionis esse uideretur. Pontifex autem suæ pietatis & officij esse meminerat, tueri Christianum nomẽ aduersus impios. Non implorauit frustra opem Croficcus, nam Pontifex eum conscriptis Anconæ cohortibus, & opportuno tormentorũ instrumẽto, atque item cõmeatu liberaliter adiuuit, quũ pari studio Ferdinandus Nicolaum Turrianũ uirum belli peritũ cum duobus milibus Germanorũ misisset. Turcæ per id tempus duo castella subitariæ munitiois intuerant, ut Clissam arctius obsiderẽt, alterum ædificabatur paulo supra Salonam nõ longius quàm sex milibus passuũ ab oppido Clissa. Id Maleuicinũ Dalmatæ uocabant, alterum in aduersa parte quæ ad mediterraneam regionem uergit. Hinc facile iudicabat Croficcus, si institutæ munitioes ab hoste perficerentur, breui desperatã fore Clissanorũ salutem. Itaq; Turrianus, & Lucas Anconitanus, qui Pontificis præerat auxiliis, utrũq; castellũ adorti, eas munitioes diruere cõeperunt, quũ forte Amurathes opportunissimo tempore superuenit, cum trecẽtis equitibus, & expeditis peditibus septingentis, ab ipso Illyrici præfecto missus. Is terribili impetu factõ, clamorẽq; sublato nostros inuadens tanta ui perculit, ut neq; Itali, neque Germani audacter prælium exciperent, sed nusquã densata acie profligati terga uerterent, non secus ac Gabrieli Ripõ ad Obroatiũ accidisse meminimus. Petrus ipse Croficcus quum incitato equo aufugiens ad mare peruenisset, exitiali consilio equum dimisit, & in nauigium se intulit, ut ad salutẽ compendio paruæ nauigationis uteretur. Cæterum id nauigiũ prægrauante insipientiũ ex fuga militum multitudine, è litore uel multo admittentium remis & contis conatu propelli in altum mare arenoso è uado non potuit, sic ut Turcæ superuenientes, & ipsum unũ Petrum præcipue petentes, in nauem insilerent, trucidatĩsq; omnibus ademptum Petri caput ad Amurathem referrent. Quo capite Clissanis ostẽtato oppidani terrore correpti, & exiguo freti cõmeatu, desperatis rebus aufugientes, uacuum oppidum uictori reliquerunt. Turrianus autem, & Lucas qui equis ad fugam usi fuerant, dimidiam

A dimidiam suorum partem, quæ cæsa aut capta fuerat, desiderarunt. Cremonius quoq; Turriani præfectus, quũ se per diuersos tramites ad Vannizam uicum cõfugere speraret, à confectante equitatu cum uniuersis peditibus fere ducentis interfectus est. Non parua quoq; Spalaternium incolarũ, qui temere Salonam processerant, turba, ut Maleuicini castelli expugnationẽ atq; excidium spectaret, superuentu Turcarum equitum in receptu portæ oppressa est, nihil eam protegente arcis custode, qui in Turcas tormenta dirigere poterat. Is siquidẽ abruptæ pacis ignarus, nihil Turcis à Veneto nocendum esse existimabat. Sub id quoque tempus B idem Amurathes Nadinum castellum Iaderensis agri, quod est edito in monte pro specula positũ, per proditionem auari custodis occupauit, magno eius prouinciæ incommodo, quoniã Christiani amissã ea specula improuisis quotidie Barbarorũ incursionibus uexabatur. E Nadiniana siquidẽ arce antea custodes quũ Barbaros procul cõspicarentur, circumiectis eius uicinix oppidis de hostiũ aduentu modo ignibus aut fumo, modo propositis uexillis, & certis tormentorum bombis significabant, ut incolæ cognito periculo celeriter ab inuadentibus se eriperent. Tum uero fiebat ut Turcæ occupata specula, uti nusquã animaduersi, C impune grassarentur. Sed Veneti his exagitati iniuriis, non multo post missõ in Dalmatiã, qui Iaderẽ præfesset, Camillo Ursino, paria fere hostibus detrimẽta repẽderunt. Nam ab Laurana oppido coactis copiis duo præfecti in Turcicos progressi fines Ostrouizza oppidũ manu expugnarunt & incenderũt, & Obroatiũ, quod nuper amiserãt, per Iuliũ è Monteuccio Umbriã uirũ militiẽ peritũ receperunt. Sed id quod non recte cõmodẽue custodiri posse iudicabatur, à Camillo Ursino ex præscripto senatus dirutũ & solo æquatũ fuit. Eodẽ autũno quo Solymanus Corcyræ insulã effuse populatus Byzantiũ redibat, & de Dalmatiæ castellis D cum Venetis certabatur, grauissimũ ex insperato detrimẽtũ Ferdinãdo regi ad Exechiũ à Turcis illatũ est, quo nullũ ætate nostra uel funestius uel ignominiosius, si trucidatũ quatuor gentiũ militum & ducum florem, & fœdam ducis fugam reputemus, Christiano nomini extitisse uisum est. Superiore bello Turcæ à Mugaciano prælio uictores, eam ceterioris Pannonix regionẽ, quæ Possëga ab Hungaris appellatur, sibi uendicarant, eo decreto ut nequaquã Ioãni regi tradendã, sed sibi eã omnino retinendã existimarent, propter opportunitatẽ expediti itineris, quo ipsi superato ad Belgradũ Danubio peruasuri in Pannoniã uti consueverent. Possëgã duo amnes Sauus & Drauus lõgo cursũ ab occidẽte raptis secũ aliquot minoribus fluuiis in orientẽ uersi, æqualiq; fere semper spatio inter se distãtes totam præcingũt & alluunt. Sauus è Iuliis Carnicis que Alpibus placido alueo nauigabilis delabatur, Drauus autem è Valeriæ regionis, quam Stiriam uocant, Noricĩque montibus emergens Mura fluuio cõmite recepto, in Danubium euoluitur, parique exitu Sauus ad Taurunum, quod est Belgradũ, Danubio sese immiscet. Cæterũ ab occasu Crassus amnis pene eam efficit insulam. Hæc regio à fronte I iij

atque utroque latere amplissimis septa fluminibus ab Illyrica meridionalique ripa Sauo dirimitur, Drauius autem citerioris Pannoniæ margines lambit, effectoque eius terræ cuneo ad Danubium extenditur. In ea urbs est nobilis quinque templorū, quæ ibi constituta sunt, nomine clara. Tota autem regio oppidis frequens & rerum omnium abundans dirimente Sauo, Turcicis finibus ad Illyricum iungitur, finitimaque est Croatiae atque Corbaniae prouinciis, quæ perpetuū cum proximis Turcarum præsidii Illyrici atque Bosnensis regni bellum gerunt. Eo tempore præerat Belgrado Mahometes Iahiaoglis spectatæ uirtutis, atque prudentiæ autoritate inter Barbaros dux summus, cui Solymanus non temere ingenio eius confusus, limitum præfecturam, tutelamque Pannonici regni commodo Ioannis regis attribuerat. Is superiore anno ita præsidij uires exercuerat contra nostros, ut multo astu ualidisque armis fretus supra triginta castella regiae ditionis, quæ ad Despotis Rasciæ patrimonium pertinebant, in potestatem redegerit, & Illyricæ præfecturæ quæ Bosnensis appellatur, adiecerit. Vnum uero ante alia summæ opportunitatis castellum, quod est in Posega, nomine Exechium accuratissime communiuit, quod id ad tractum Draui in Pannoniam pertinere prouidebat. Itaque Mahometes iustus erectis munitionibus, complexus insignem templum atque eius oppidi cœnobium, Exechium totius belli arcem fecit, unde innumerabiles agebat prædas, atque arma nostris passim infidiosus, atque terribilis inferebat, manebat tamen certa induciarum conditio, quæ ex inueterata consuetudine in his locis minuta prælia & extraordinarias incursiones admittebat, quod ex disciplina uideretur, relinquendam esse militibus exercendæ uirtuti, insuefaciendisque equis occasionem, quæ nihil pacis tranquillitatem abrumperet, nisi iustis copiis cum iusto tormentorum muralium apparatu uis inferretur. Hoc falso induciarum nomine usi superiores Hungari à Matthiæ regis I temporibus cum Turcis bella serere consueuerant. Sed mutato bellandi more, eas militandi leges regiae Germanicæque copiarum alienas & sibi magnopere damnosas experiebantur, quod Turcæ grauiiores armatorum equitum impetus pernicipibus equis facile eluderent, & fatigatos demum ex multis flexibus & gyris nostrorum equos, & plerunque equites onustos armis opprimerent. His de causis Ferdinandus improbe laceffitus, utpote qui ægrè ferebat inducias uigere, quas Solymanus suo commodo aduersus Persas bellum suscepturus indixerat, nec eas pati posset, tanquam inutiles damnosasque, paranda arma iudicauit, non obscuro consilio, ut si Turcas possessione Posegæ depelleret, inde mox superato Drauo recta Budam repetito iure suo aduersus Ioanem proficisceretur. Rex enim generosus ferre non poterat Pannoniæ regnū impotentibus Barbarorum armis sibi ademptū, & quod iniquissimū uidebatur, alieno homini nullis subnixo iuribus, nec regia orto stirpe se spreto contempnente in contumeliam prorsus Austrianae domus, quæ tantæ esset dignitatis & amplitudinis, dono datum. Non deerant tamen apud eum qui dicerent, nequaquam

A nequaquam temere excitandum bellum aduersus eam gentem, copiis atque pecunia terra marique insuperabile, nisi uno consensu & sumptu omnium Europæ principum arma caperentur. Fore enim prouidebant, ut Solymanus toties laceffitus nihil de sua feritate in nostrum sanguinem, nihilque de sua proferendi imperij cupiditate remitteret, quandoquidem suæ dignitatis existimet ultro laceffentes hostes ulcisci, nullam à quoquam ferre iniuriam, & nullam denique aut iuris aut facti contumeliam pati: utpote qui dudum ex leui offensione, uniusque tantum demersæ suæ triremis iniuria, cum Venetis uetustissimæ pacis leges abruperit: & tanquam impotens tyrannus nullam penitus excusationis rationem auribus admiserit, ut ex insituto Ottomannicæ ambitionis immanibus suæ gentis atrociniis ianuam aperiret. Erant uera hæc & prudenti alioqui regi magnopere probabatur, sed singula eius imperij gētes usque adeo erectis ad suscipiendum id bellum ingeniis ardebant, ut si tantæ occasionis bellum differretur, se nunquam postea aduersus Turcas arma laturos confirmaret, Carinthiæ quippe Stiriæque & Croatiae ac Noricæ gētes, incursionibus Barbarorum expositæ, & toties bellicæ cladis perpeffæ calamitates, rebatur paruo negotio Turcas ea prouincia posse expelli, quod Mahometes non magnas habere uires, neque maiores exacto iam penè autumno, instaretque hyeme, habiturus crederetur. Apparebat etiam Cæsarem ualida fratri præfidia summisurum, quod cum Gallo rege de maturis induciis agere didicissent. Ita Ferdinadus magna alacritate omnium undique milites cogit. Euocat tanquam ad solene sacri belli edictum pios atque fortissimos quosque præfectos & regulos: breuique iustus exercitus genere tamen delectusque militum quam numero ualidior efficitur, in quo phalanx erat Germanici pedatus, cui cohærebant tanquam cornua aliquot Italicæ cohortes, quas ex sclopettariis Ludouicus Lodronius in Rhetia Tridentinis alpibus Italiæque propinqua, & in Gallia Cisalpina conscripserat. Hic pedatū peculiari imperio regebat. Coiuerat ad regia uexilla Bohemi equites & Slessi, Morauique his coniuncti, qui fulgentibus armis tegebantur. Nam Carinthiæ Stiriæque equites (his Ioānes Vnganottus, illis uero Antius Macer Saxonica stirpe ortus præerant) medio quodam armaturæ genere utebantur, cum Hūgari, quos ductabat Paulus Bachithius & Ludouicus Pechrius, magna ex parte peltati essent, & leuis armaturæ Usarones appellarentur. Horum omnium numerus octo milium equitum summam implebat: pedatum autem omnis generis sexdecim milia censebantur, quibus aderat E ualidus & numerosus omnis generis tormentorum apparatus. Erant hæc copiarum usu belli atque animis, delendo uel maximo Barbarorum exercitu pares, si acie & iusto concursu certandum foret: atque his imperaret dux grauis, & uti saepe alias extitisset probe fortunatus. Is erat Ioannes Cazaner genere Croatus, quem multis exercitatum bellis, & defensæ nuper Viennæ fama inclytum, rex Ferdinandus impigri pugnacisque hominis ingenio captus ad summum militaris imperij decus euexerat: tanquam eum plerique à turbida, parumque sobria mente præcipitem esse

contenderet: ideoque alæ potius læuis armaturæ equitum, quam totius exercitus præfectura digniorem. Nūquam enim Ferdinandus ipse quodam consiliorū eius intimatorūq; amicorū non improbando instituto belli, præliorūque periculis obiici erat solitus, & tum præcipue quum aduersus Turcas certaretur, à quibus plures Europæ reges superiore tēpestate in acie deletis eorū copiis essent trucidati: sic ut rex ille egregie pius & fortis, & in quo non deerat bellicus uigor Maximiliano auo dignus, non timore quidē, sed fatali tot Europæ regum infortunio adductus, summa prudentia uitādos Barbarorum impetus existimasse censebatur. At Mahometes his cognitis rebus quæ aduersum se parabantur, è proximis Pannoniæ præfidiis milites accersit: neque ei Budæ præfides ulla in parte defunt, quin auxilia submittant. Bosnensis ante alios Vstrephus, qui ampliorē ex omnibus Europæ Sanzachis equitum numerum alebat, Amurathem alumnum suum recēti Clissana uictoria clarū cum numerosa ala exercitissimorū equitum mittit. Huic quoque addūtur pedites expediti ex feris montanisque hominibus præfenti pecunia cōducti, qui uno nomine ab Hūgaris Haydones, à Dalmatis Huscochi, à Turcis & Illyriis Martellosij uocantur, qui sagittis & sclopettis rem gerere, & saxa fundis uibrare didicerunt. Discinctū & agreste id hominum genus est, sed pernicitatis indomitæ, & frigoris, & inedia patientissimū. Hanc turbam regebant, & sua uirtute & disciplina confirmabant, certæ Ianizerorum manus prætoriani ordinis, deductæ ex singulis præfidiis, & usque etiam à Belgrado, atque Samandria euocata. Hos conuectantur plerique ex Rascianis & Seruianis, spe stipendiorū & prædæ allecti, inuitantibus passim Turcis singularū prouinciarum quæstoribus, qui liberaliter cōiuntibus ad signa duorū mensium stipēdia persoluebant. Itaq; communi studio sua undique auxilia conferentibus Sanzachis, Mahometes copias neq; numero, neque uirtute nostris contēendas cōegit, & ad Exechium hostes expectare cōstituit. Iam Cazzianer ad Caprunzam oppidū peruenerat, satis accurate atq; opportune antea initis & cōstitis rei frumentariæ rationibus, si eius imperiis atq; præceptis totius cōmeatus curatores celeritate & diligētia respondissent. Erant quippe uiri totius prouinciæ clarissimi alioqui negotio pares planēq; industrii, qui autoritatē Simonis episcopi Zagabriēsis respiciebāt. Is nanque Simon siue studio suo supra æquum plurimum incensus, siue imbecillitate iudicij deceptus, ingentē totius annonæ copiam in castris ad multam usq; pretij uilitatem se suppeditaturū promiserat, quod huic ministerio qui procurarent quatuor collegas cū imperio sibi substituisset, quibus conuectores indigenæ, partim curribus, partim nauigiis operam præstātes, multis enatis passim impedimentis, respondere non poterant, neq; conferentium tarditas ex tuto castigari poterat, quum ualidi & prepotentis hostis propinquitās totam corripiedæ tarditatis facultatem eriperet, & Mahometes dispositis per Sauum & Drauū Nazadarum præfidiis, alisq; equitū undiq; uolitare iussis, aut cōuectiones nostrorū perturbabat, aut

A promisso maiore annonæ pretio utriusq; annis accolis certi tutissimiq; lucri spem nusquā deficiēte pecunia proponebat. Sed eam spem nusquā defuturi cōmeatus duo in primis augebant Simon ipse Zagabriēsis, qui undiq; per suos quos diximus uicarios magnā quā poterat curruum multitudinē conquirebat, & Iodocus Lilembergus, qui regio cōmeatui ex peculiari munere præerat. Is magnā uim moliti tritici, uiniq; & ordei, atq; item panis nautico more biscocti certā copiam, subsidia famis egrorūq; remedia sibi minime defuturā pollicebatur. Huic accedebat Frācisus Batthianus hac inani cōmeatus spe impulsus tanquā peritus regionis omniū rerū abundantiam promittens. Itaq; Cazzianer à Caprūza mouet, eo ordine ut alternis diebus, modo ipse, modo Albertus Slichius Bohemorū dux præcederēt, quod honori Bohemica gentis id cōcedendū esse censuerat, decimōq; uix die ad arcem Veruczæ perueniūt, quæ circiter quadraginta miliarū interuallo à Caprūza aberat: minoribus nanq; itineribus propter septē prægrādium tormētorum difficilem conuectionē, progredi necesse erat. His de causis itinerūq; difficultatibus, si non sentiri, prouideri tamen à peritis annonæ penuria cōperat, quæ ea quæ expectabantur tardius cōfectis itineribus, malēq; explicatis rei frumētariæ rationibus, nondū adueniebant, necesseq; esset ea absumere alimēta, quæ ad duriores casus nō incipientis, sed producti longius belli reseruassent: propterea seueris literis & Simon, & cæteri curatores asperissime castigabantur, iubebanturq; omnē adhibere diligentiam, ne ante aduentū auxiliorum, qui non diu è longinquis regionibus aduenissent, tantæ spei sperata uictoria non uirtute hostium, sed desidia curatorum, propter cōmeatus inopiam, corrūperetur. Interea Cazzianer & Slichius tantisper confidēdum, atque expectandos cōmeatus censent, mittiturq; exploratum Paulus ipse Bachithius cum ala mille Vfaronum, & expeditis sclopettariorū Italicorum cohortibus duabus, qui ad Zopiā arcem præcurrat, atq; operam det, ut ex captiuis hostium consilia cognoscantur. Bachithius ubi ad Zopiam ab hostibus conspectus est, Turcæ, quod adesse uniuersum exercitum existimabāt, nullam sibi morā attulerunt, quin auecto omni cōmeatu aut corrupto, incēsaque arce ad naues subiecti amnis confugerēt. Ex his tamen Bachithius in fuga aliquot capit: quorum indicio Cazzianer reperit, quod antea per suos speculatores cōpertum habuerat, unum esse Mahometis & Turcarū omnium consiliū, ut ad Exechiū positis castris consisterent, hostesque expectando, de eius loci possessione dimicarēt. Eo biduo Saxonum equitum ala superuenit, atque alia auxilia copiarum, & cōmeatus nō procul abesse nunciabantur. Disputatur in consilio an progredi, operirūe reliquum sociorum agmen, & cōmeatum qui aduehebatur expediret, postquam hostes ad Exechium uti didicerant, pugnandi copiā facturi dicerentur. Est mons qui Sclauoniam atque Possēgam diuidit, & in longū protenditur, à dextra eius montis radice per Possēgam, à sinistra autem per Sclauoniam ad Exechium iter patet: Sclauoniam Drauus, Possēgam Sauus, atque item

alij ignobiliores amnes alluunt. Ab hac parte iter saltuosum, & conuen-
 hendis maioribus tormētis asperum atque difficile, sed pagorum atque
 uillarum copia frequens, arcēque passim & castella plura continens: in
 altera porro, iuxta Draui ripas, iter campestre, & planū rarioribus ædifi-
 ciis unica arx Zopia impedire poterat, sed ea tum ultro ab hostibus cre-
 mata nihil difficultatis & moræ illac transituris allatura credebatur. Igi-
 tur in consilio decernitur omīssa Possēga per Sclauoniam omnino iter
 esse faciendum. Antecedit usque ad Zopiam Ladislaus Moreus Hunga-
 rus cum Vfaronibus trecentis, quibus cataphracti Saxonū cum duobus
 uexillis præsidio succedunt. Illinc octo dierum itinere ad Valponiū, quæ
 est arx permunita Petri Perenij ditionis perueniūt. Occurrebat progres-
 suris flumen Crassus, qui uado trāsiri nō poterat. Ibi nostri dum fluuius
 ponte iungitur atque consternitur ad traiectum septē dies immotis ca-
 stris absument, perpetuis tamen horis itur in consilium, in quo uaria di-
 cuntur sententiæ. Iuniores Exechium continuò properandum: alij Exe-
 chio omīssio, proximū quoddam castellum nomine Villach, ex Hostico,
 aut aliam huic proximam quandā arcem obsidendam censebant: quum
 cæteri cautiores reliqua auxilia, & commeatus, quæ parata & promissa à
 Scamburgo regulo aduentare credebantur, expectanda dicerent: quod
 nihil nisi consideratius iis agendū esse uideretur, qui grauissimi momē-
 ti expeditionem suscepissent. Cæterum feruidis atque audacibus senti-
 tiis dictis, plerique ex aduerso omnē moram graue detrimentū cessanti-
 bus allaturam testabātur: frustra siquidem singularū prouinciarū auxi-
 lia, si sensim progredi, cessare, cūctarique libuit, euocata fuisse, si cautius
 agendo Cazzianer perplexæ cūctetur, neque in hostem alacriter infesta
 signa uertat: proculdubio milites & equites, tanquam à ducibus uitato
 hostium congressū, reformidatōque prælio in patriam esse reuersuros.
 Satis quippe commeatus, satīsq; uirium esse in castris, ut de uictoria nō
 dubitent, si duces consilia atq; animos inanibus atque superfluis delibe-
 rationibus exoluant, nec hyemem expectēt. Neque enim hostes Barba-
 ros aliās multitudini suæ confidere solitos, quum non magnas tum ha-
 beant copias Christiani exercitus tot tormenta trahentis conspectū esse
 laturos, & continuò Exechium desperata defensione deserturos, neq; ex
 fuga in persequentes & fulgentibus protectos armis ora conuersuros:
 quandoquidē cataphracti nostri equites inermem eorum turbam, si re-
 sistere audeant perumpendo prostraturi uideantur. Huic sententiæ iu-
 niores qui nondum Turcarum arma fuerant experti tanta alacritate at-
 que ferocia fauebant, ut uel bidui mora paratā atque expeditā interpel-
 lari uictoriam existimarent. Extemplo igitur procedendū esse statuunt,
 & copias recensent. Censā sunt ad decem milia equitum utriusq; arma-
 turæ: quo equitatu, si roborā equorum ac hominū ornatum, munimē-
 tāque armorum solido ferro fulgentia certius estimentur, nihil appara-
 tius atque ualidius ullo subitario bello coactum fuisse plerique iudica-
 bunt. Sed peditatus qui erat ex omni prouincia lectissimus uehementer
 erat

A erat imminutus, utpote qui uix octo milibus integrorum militum con-
 staret: nam magnus iam agrorum numerus in castris esse cœperat: reli-
 qua pars quum multi etiam longo itinere fatigati, & passim hærentes di-
 lapsi essent, uulgōque omnes propter lutulenta itinera palustri cœnosā-
 que illuue deturpati, ex autumnalique pluuia madentes & argentes, af-
 fectique pariter inedia nequaquam satis apti aut firmi ad sustinēda im-
 minentium præliorum incommoda uiderentur. Inter nobiliores autem
 duces morbo grauissime laborabat Iulius Hardechius. Hunc Valponio
 in oppido subsistere: reliquos omnes trium dierum cibaria parare, & se-
 cum ferre iubent, ac sperare paulo post certam omnis generis commea-
 tus copiam usque ad pretij uilitatem in castra obuenturam. Præscriptis
 autem legibus edictum sub pœna capitis proponitur, ut nemo Turcam
 hostem uiuum capiat, uel ultro se dedentem, nisi quum plane confecto
 prælio sit debellatum: nemo item præda se oneret, quandoquidem eam
 omnem equaliter inter milites se diuisuros duces promittunt. Hoc edi-
 cto à præconibus & tympanistis per omnes ordines promulgato, iter
 quod planius & rectius apparebat ad Exechium suscipiunt. Tertio die
 perueniunt in uallem quandā ad tertiū ab Exechio lapidē, atque ibi ca-
 strametantur. Postridie Turcarum agmen conspicitur, & à nostris acies
 instruitur. Verum id nullo certamine cominus edito tormentis tantum
 maioribus repellitur. Sequenti uero die effusis ab oppido hostibus leuia
 certamina cōseruntur, & multis utrinque interfectis æquo Marte disce-
 ditur. Eo die Simon Zagabriensis antistes cum suo equitatu aliquantā-
 que annonæ copia superuenit, cuius aduentu apud nostros minuitur timor
 de inedia paulo antè conceptus, sed interdicitur à ducibus leuia
 certamina, quod plures ex nostris uulnerarentur, & Turcæ suis usi arti-
 bus facile superiores euaderent, quum sclopettarios Ianizeros Afapósq;
 D sagittarios turmis suis admiscerēt, & equitibus nostris sua agilitate freti
 multa uulnera inferrent: quod nulla ratione nostris interdictum uideri
 poterat, quum militum animi, qui pugnae studio, & mutuis cum hoste
 congressibus accendi, & de uictoria bene sperare soleant, eo demū igno-
 bili ducū iudicio frangerentur, quasi hostiū uires, pugnandiq; artes no-
 stris nosci uetarent. Dicebant enim ab huiusmodi extraordinariis præ-
 liis Mugacianā cladem initium cepisse, reseruandōque ideo milites &
 equos in ipsum uniuersæ pugnae diem, ut recētissimis uirorum & equo-
 rum uiribus pro uictoria certaretur. Ab hoc decreto imperatur tormē-
 E torum magistris, ut in hostium agmina ubi ea prodire cōspexerint ma-
 iora statim tormenta dirigant, quibus peritè administrantibus fiebat, ut
 Turcæ à coniectis subsilientibusque tormentorum globis certa accipe-
 rent detrimenta, neque miscere uti cuperēt leuia certamina possent. Hoc
 animaduerso periculo Mahometes in proxima palude, quæ ab exūdāte
 stagnantēque Drauo amne erat enata, Nazadas multas sclopettariis cō-
 plectas instituit, quæ totius paludis margines obsiderēt, & nostros aqua-
 tionē prohiberent, castra etiam nostra quæ erant in conspectu coniectis

in ea minorum falconū globulis infestarent. In singulis nāque Nazadarum proris constituta erant in canteriis, & apte collibrata minoris generis tormenta, quæ à nostris moschetta de nomine minimi accipitris uocantur. Ei ualli in qua nostri locarant castra imminebat collis nō plane arduus. In eo erat pagus in quo Turcæ constiterant, leui prælio nostros excepturi. Ad eos deiiciendos postero die ab omnibus ad arma conclamatur, instruiturque acies, & ne hostes suis tumultuariis præliis laceſſere aut perturbare nostrorū agmina queāt, in progredientes dirigi atque displodi tormenta iubetur, alacrique nostrorum successu Turcæ locum deferere coguntur. Sed illi loco depulsi ad demorandos nostros pagum continuo succedunt. Neque tamen nostri à proposito itinere discedunt. Interim pagum totum flamma peruat, atque inde hostes ad unum incolumes se ad suos recipiunt. Tum uero à ducibus superato colle Exechium in planitie ad Draui ripam positum conspicitur. Id circiter duomilia passuum à colle aberat. Ibi Cazzianer loco aquationi, pabulationi, & lignationi idoneo castrametatur, imperatque tormentum maius ante castrorum portam prouchi, facturum periculum, an inde emissa pila oppidum Exechium attingi possit: sed id longius quàm oculis appareret abesse compertum est, quum pila altius etiam cōiecta paulò ^{supra} medium eius uallis spatium peruenisset. Hoc facto periculo & certius æstimata loci distantia nostri duces facileprehendunt, si ab ea oppidi parte castra admoueantur, oppugnandi & quatiendi causa exercitū necessario periniquum in locum esse deducendum: nam à colle illo quem tenebant, & duobus circiter passuū milibus ab Exechio distare diximus, contra oppidum aperitur campus decliuus, qui spatiosam uallē efficit, quam plane totam detegit castellum editum ex cœnobio Christiano tēplōque, ut supra diximus, à Mahomete ædificatum. Id, ut credi par erat, diligenter ab hoste permunitum, ita descensuris nostris & castrametantibus imminebat, ut nemo nisi infanus castra hostium tormentis exponenda iudicaret. Itaque illud desumunt consilium, cōspicati scilicet ultra Exechium satis editam planitiem ipsa ualle superiorem, atque ideo oppidi mœnia æquantem. In eam castra transferre, tormentisque murum adoriri constituunt, sed in eum locum ex tuto se mutare castra nō posse prouident, quoniā circumeundus erat rursus collis, & saltus trium milium passuum, qui à dextro latere iter præbebat, ut in eam demū planitiem, quæ oppido imminet descēderetur: quod iter diuersum & laboriosum erat, ob id præcipue quòd uia regia, quæ ad Valponium ducebat, inepte deserebatur: Neque enim exercitus noster tantus erat ut totū oppidum Exechium, in quo supra sexdecim milia hominū esse ferebatur, perpetua obsidione in corona cingere posset, neque tanti erant in obsidentium castris commeatus, ut absque continua subuectione inedia laborandum non esset: quando hostium equites cuncta perpetuis excursionibus itinera obsessuros, atque omnem cōmeandi facultatē erepturos appareret. Dum uariis certaretur sententiis, & modo huc, modo illuc inclinaret

A clinaret Cazzianer, exorta est à grauissimis uiris importuna sententia, qui hisdem in castris atque eodem colle persistendū esse censebant, illique nostros cōmeatus, qui non procul à Valponio esse dicebantur, expectandos, & ad præsidium curruum quibus annona conuehebatur, tria milia equitū mittenda, neque ullo pacto exercitū in difficultate eius asperrimi saltus, qui intercedebat & maxime crebris arbutis esset impeditus perducendū uideri: Nonnulli uero alij leuissimis sententiis annonam apud hostes esse tenuissimam, proindeque eos oppido inclusos, inopiam & famem non diu laturos: nullā quippe illis expectandorū cōmeatum certam esse spem: sic aut oppidū deserendum, & fuga salutem consulendū, aut denique iniquo loco pugnandum esse Turcæ milites existiment. Hæc à transfugis Christianis se cognouisse dictabant: affirmabantque Mahometem peculiari sua supellectile pretiosa nauigiis imposita fugam moliri, nec ultra tertium diem obsidionis incōmoda toleraturum. Proinde sibi uideri saltum illum facile posse superari, ipsis ad oppugnandum alacriter peruadentibus. Bellum uero trahere perniciosum: postquā tanta esset in castris biscocti panis copia, ut ea tantum præter alia obsonia uniuersus exercitus moderate partiendo in septimū usque diē ali possit. Idcirco non esse cōmittendū desidiose uel timide, ut tam infestus hostis, tamque opulenta præda è manibus emitteretur. Quo spatio Scambergum regulum cum nouo cōmeatu nouisq; copiis aduenturū facile sperarent. Interim non esse cessandū: propterea quòd tantum tēporis, inclinante in hyemē autumno, & imminētibus idibus Octobribus, sit absumptū, ut nisi quid egregium properè tentandū sit, breui exclusis tēpore rebus utique infectis cum ignominia sit decedendū. Apparebat etiā quassato uno propugnaculo, quod erat in aduerso oppidi angulo tumultuarie extructum, nulla ratione hostes ab ea parte nostris posse resistere: illac etiā rectū iter hosti

D ex Belgrado ad necessarias rerū subuectiones libere commeadi penitus eripi, quo itinere intercluso proculdubio futurū, ut Rasciani & Coloni omnes nostris necessaria omnia subuehant, cōcursumque omnino magnam eorum multitudinē, immanium Turcarum tyrannidē pertasam: cuius opera & oppidum expugnari, & Christiani Exechiani, qui nō pauciores Turcis in suburbanis tectis remaserāt, ad defectionē adduci posse. Hæc ut efficacius confirmaret, afferebāt cūcta prope, quæ essent apud hostes, tormenta numero fere ducta uersus uallem ita à Barbaris fuisse disposita, ut nisi magno cum labore dimoueri traducique non possent.

E Non enim curribus & rotis more nostro erāt imposita, sed trabibus, magnisque stipitibus inclusa, utpote quæ armillis ferreis, aut funibus materie colligata essent, & solo circumcirca adactis cuneis confirmata. Quæ ratione inutili Turcæ nullā traducendis, & uti oporteret conuertendis tormētis facultatē habituri credebantur. Hæc igitur sententia uicit tanquam nobilior, & apud uiros fortes omnino decetior. Itaque postero die nostri longiore circuitu saltū superant, & instructis agminibus ad eminentiorē, quem diximus, campū contendunt. Tum uero Mahometes, ex

coniectura loci animaduerso nostrorū cōsilio, & cognita profectio, statim per compēdia uiarum nota ipsis in saltum mille expeditos equites, & Ianizerorum sclopettariorū delectam manum prēmittit, qui ultimum nostrorū agmen carpant. Id ex Italico, & Bohemico pedite cōstabat. Bohemus in fugam uertitur. Italus strenue resistit, cui ægre sustinēti subsidio mox aduolant grauioris armaturæ Carinthij equites. Hostis terga dat, paruóq; accepto incōmodo nostri saltum euadunt. Castris positus, quæ ad oppugnationē erant idonea diligenter instruuntur, & summo diluculo instructis aciebus proceditur, & post decorā armorū ostentationem hosti pugnandi fit copia. Sed ille oppido se continet, nostrorūque tormentis eminus ex propugnaculo petit: ex aduerso nostri maiora duo tormēta in proximum tumultū educunt, & emittunt, quorū pilæ & aggerem, & mœnia magno terrore hostiū penetrasse conspiciuntur. Interim nostri integrum fere eum diem hostium tormētis expositi in acie consistentes, & ad pugnaē spem descensiones hostium frustra epectātes, aliquo sed non magno, uel à frequētibus hostium pilis accepto incommodo sese receperunt. Mahometes siquidē graui cōsilio suos pugnam flagitantes continebat, de nostrorum inedia certior factus, & ut ferebat trāsfugæ, seueriore epistola à Solymano imperatore admonitus, ne ullo pacto uiuus locum desereret, atq; cuncta ibi obsidionis hostiliq; impetus mala, nisi teterrima atq; ignominiosissima nece perire mallet, fortiter sustinenda decerneret. Per hunc modum quum nostri gerendæ rei auidi nusquā congregiēte hoste distinerentur, absumptóq; omni com-
 meatu totus exercitus inedia premeretur, nec in cōsiliis quotidianis duces ullum salubri cōsilio locū reperirent, & certissimus futuræ cladis timor mentes omniū occuparet, Balthasar Pamphilus ex ordine Hungarorum procerū dux spectatus in cōsilio his uerbis loquutus est. Preposterè Duces, inquit, agimus: dū enim quo pacto hostes superari possint prolixè consulimus, exercitus nostri uires, præ inedia usque adeo debilitantur, ut milites iam plane nō obscura fame tabescētes, neq; incessu regant corpora, neq; languētibus lacertis arma sustineāt, & in uniuersum fortissimus quisque animum despondeat, & desperata pugnaē occasione miserè atq; deformiter cadendū esse conspiciat. Itaq; nobis maturimè ante omnia fami, quæ nos uehemēter urget, occurrendū arbitror, sic ut hinc castra mouenda censeam, & ad Hermandū castellum illico descedendū, ut eius expugnati castelli com meatu, qui non erit exiguus, uniuersus recreetur exercitus, depulsóq; famis periculo, ad reliqua, uti usus docebit, belli cōsilia redeamus. Aberat id castellum ab Exechio decem milibus passuum, in quod plerique Turcarū uxores suas & liberos, atq; item pretiosiores sarcinas contulerāt, quibus tuēdis rebus uiginti circiter Turcarū praesidium fuerat impositū. Erat castello coniunctus pagus intercedēte non magna fossa: murus autem quadrati ambitus, ex uetere structura erat, sine extātibus propugnaculis: sic ut Balthasar affirmaret nullo prope negotio expugnari posse. Laudatur ab omnibus cōsiliū, ipsèque

A ipsèque author Pāphilus prēmittitur ad explorandos castellanorū animos occupandūq; pagum: arridet cœpto fortuna, sed in dedito pagotritici multo minus opinione sua reperit, uini tamen inueniuntur aliquot uegetes, cuius copia languentibus militibus opportunissima fore credebatur. Itaque ad eam famā signa conuelluntur, & ad Hermandum castra mouentur: secunda noctis uigilia ita turbate cōfusēq; disceditur, ut agmina uix agnitis uexillis malè cohærentia fugæ potius quàm profectiois speciem præberent. Nihil tamen Turcæ se commouēt insidias ueriti, & quòd solutę obsidionis cōmodo subleuati, nihil temerè noctūque præsertim conandū existimarent. Vbi peruentū est, duces cauerunt, ne pagus primorum incursum diriperetur, ad iniuriā subsequentiū agminum; quibus æqua portione, totus is com meatus erat diuidendus. Tum uero castellum ex pago prouectis tormentis oppugnari cœptum, protractóq; certamine usque ad meridiē, quòd lateritius murus quassationi difficilior quàm existimassent reperiretur, & Turcę quanquā paucissimi fortissime propugnarent, debilitati tamen uulneribus deditioem fecerunt, quū in eo certamine quinquaginta fere ex nostris milites cecidissent. Aperto castello bina tantum farinae tritici, & totidem milij uasa reperta sunt. Tum uero uidere licuit duces occulto quodā pauore cōsternatos & tristes, quòd pro amplissima præda, & multo in plures dies suffecturo com meatu, aliquot tantū mulierculas & pueros reperiissent, & uix in toto pago castelloque, tantum cōmeatus nacti essent, quātum in biduum cunctis sufficere posse uideretur. Dissimulatur tamē id incommodum à ducibus, & stolidæ suæ credulitatis uitiū mussantes incusant, pollicentur tamen exercitui amplissimā com meatus copiam instauratō pōte subiecti fluminis. Siquidem Bodrogus amnis ab aduersa parte oppidi decurrit, ita profundus atque cœnosus ut uadari nequeat: propter eaque Turcæ muniendi sui causa, reuulsis aliquot sublicis & demptis asseribus pontem sustulerant. Igitur aduocantur fabri adnitentibusque omnibus continenti, trium dierum labore pons reficitur. Sed ea contabulatio nequaquā tantæ erat firmitatis, ut maxima tormenta quę erant ponderis ingētis sustinere posse crederetur. Castris interim fossa munitis, qua hostium repentini insultus sustineri, & currus qui ualli loco castris erant circumdati commode transuehi possent. Quarto die currus totius exercitus transuehuntur cum minoribus tormentis: secundum hæc è maioribus sex transmissa sunt: sed sub septimo quod erat longe maximum, pons tanto sub pondere fatiscens est interruptus, quamobrem coacti sunt duces illud, ne tātō spolio potiretur hostis, ex calefacto metallo, malleis diffringere. Septimo autem die cūctis rebus commode traductis, pons iterum ne insequenti hosti pateret, disiecta tignorū materia, succisq; sublicis est intercifus. Superato Bodrogo, atque eius ponte corrupto persequendi nostros facultas Turcis eripitur, nisi paludem illam multorum milium passuum itinere circuire quàm periculosi amnis uadum tentare malint. Hic rursus in cōsilio disputatur, an ma-

iora tormenta ad expeditius iter confringenda sint, ne his potiatur hostis. Eius sententiæ secundus author existit Cazzianer, profreturque se peculiari suo sumptu, si cupri fragmenta inter curruum sarcinas distributa conuehantur, breui refecturum: scalas autem & reliqua bellici apparatus instrumenta, ne hosti cedant igne absumenda censet, & quanto expeditius iter haberi possit uersus Valponium celeriter capiundū: ubi copiam ab aliquot dierum inedia iam semienectæ, uariis esculentarum rerum copiis recreari queant: ac alij per Possagam redeundum dicebant, & oppidum Iuuancha ex itinere protinus expugnandum, quum in eo magna frumenti & uini copia à Barbaris & incolis seruari diceretur. Pari quoque celeritatis impetu aliud in proximo castellum nomine Gara omni genere commeatus plenissimum expugnari posse uidebatur, priusquam Turcæ circumdata palude longum id iter emensi ad insequendum superuenirent: neque tormenta usque adeo præcipiti pudendoque consilio quæ essent nobilissimum totius prouinciæ præsidium atque ornamentum diffringenda, sed potius ut in præsens eorum usus hosti eripiat, si extremi casus necessitas ferret, stylis ferreis per spiramenta adactis esse cõfigenda. Postremo nihil esse turpius, quàm ut rebus infectis de receptu cogitarēt. Trahitur in hanc sententiã ipse Cazzianer, indictaque profectio: neque ex continuis imbribus iter difficilius reddebatur, ipsa quoque tarditate tormentorum impeditis in locis sepius heretur atque subsistitur. Ita progressu longa passim mora præpedito, magna cum difficultate tria milia passuum conficiuntur: eoque modo uesperis nostri pariter atque hostes singulari diligentia longissimum emensi iter, uno tempore ad Iuuancham perueniunt. Sub hoc castello tenue erat oppidulum in quo nullus Turca remanserat. Oppidani nostris statim portas aperiunt, neque milites ingressi à præda contineri queunt: uinum cuius non modica erat copia dum certatim potant, uegetibus effundunt. Illinc tamen à ducibus grauiter increpitantibus depelluntur. Eadem nocte hostes oppidum succendunt, & tam ædificia quæ ea omnia quæ nostri non diripuerat, corrumpunt: conclamatur ad arma, quod hostes undique nostris imminerent: in albescentemque cælo diuersis in locis acri certamine dimicatur, sed longe uehementissime ubi Bohemorum turmæ locum tenebant. Ibi dum nostros Turcæ equites acrius urgent, Petrus Raschinius Bohemorum legatus, quem Marefcalchum uocant, indignatus usque adeo insolenter incumbentes hostes, cõfecto ex fortissimis globo eos facto impetu ita summouit, ut pulsi multis acceptis uulneribus late dissiparentur. Sed Barbari more suo in pugnam celeriter reuertentes, & recentibus suorum subsidiis adiuti, uictrices nostrorum turmas circumfistunt, & laxatas per partes cõcidunt. Acciditque ut Raschinius ipse fortissime dimicans, uel totis undique protectus armis, unã cum suis caderetur. Tum uero nostri duces de profectioe statuentes, quaternos curruum ordines instituunt, qui incedentium agminum utraque latera protegant. Principia minus ualidis militibus datur, firmo tamen præsidio in fronte constituto: agmen claudebant maxime strenuæ atque integræ cohortes & turmæ.

Per

A Per hunc modum uallato utrinque agmine procedentibus nostris, sicuti frequentes occurrebant tumuli plerumque nemorosi, qui iter præpediebant, ita hostes à circumueniendis infestatisque nostris opportune prohibebant. Hac re animaduersa Mahometes expeditos Ianizeros & Martellosios qui uiarum & nemorum compendia nossent præmittebat, attributisque eis paruis falconibus qui rotis agebantur, angustias præoccupare, & in his nostros laceffere iubebat, & quum in aperta loca egrederentur, ad alias ulteriores angustias insidendas refugere: alas uero equitum, quæ apertis in locis perpetuo iter habentibus instarent, atque agmina distinerent. Qua Barbarorum astuta uelocitate nostri sæpe uicti laceffitique, multa passim uulnera atque incõmoda referrent, eoque iniquius quod nulla Barbarorum manus paulò firmior usquam consistere, neque nostrorum impressionem expectare auderet: sed uti erat à duce præceptum, à congressu refugere, & carptim sagittis & glandibus, falconumque globulis, uti locus posceret, rem gerere consuecet: quum tamen ad fauces paulò patientioris capi esset peruentum, & nostri Vfarones audacter prælium miscerent, auerenturque agmina Turcarum, & edendæ nobilioris pugnae occasio oblata uideretur, ipse ante alios Paulus Bachitius adhortator & bellator insignis falconis globulo ictus atque interfectus est, quum & plerique alij uiri fortes ex suis Hungaris tardius explicato certamine cecidissent. Eo interfecto qui inter nostros duces militaris ingenij solertia, atque ingentis animi fortitudine plurimum eminebat, magnus timor totis castris incussus est, quum nemo esset qui eo ductate dimicantemque aduersus Turcas de uictoria dubitaret: quando & tum, & aliàs sine eo unquam prospere dimicatum fuisse meminissent. Eo tamè prælio quum Hungari urgere Turcas, & sui ducis mortem ulcisci contenderent, tanta uel hostes repulsi sunt, ut multis suorum amissis, falconum currus deserere cogerentur: sed ea fuit apud pedites nostros animorum & corporum imbecillitas, ut præcurrere & currus destitutos occupare, reducerent nequie, & ex aduerso hostium pedites pedum uelocitate mirabiles, ipsique præsertim Ianizeri è syluis equites nostros glandibus impeterent, à persequendisque suis opportune deterrerent, & recepta rursus tormenta incolumes auerent, ex institutoque suo nostrorum agmen præcurrere atque laceffere perseuerarent. His incõmodis omnique generis commeatuum inopia afflicti nostri milites, quum neque ullo aduersus famem subsidio nutantia corpora, neque ulla auxiliorum spe animos sustinerent, extremæ calamitatis casum omnes horrebant: eoque trepidantius quod Mahometem noua ualidaque recentium copiarum auxilia è Belgrado, Samadria, atque Nicopoli expectare, uel incertis rumoribus audiuisent, simulque prospicerent ex Vfaronibus plures præsumpta fuga salutis suæ consulere, neque ulla aut consolandam, aut minuendi timoris ducibus attonitis inesset authoritas, qua aliàs lætis atque magnificis alloquutionibus consternata metu copiam confirmari consuecissent. Quum uero in capum satis patentem oppido Gare subiectum, esset peruentum multorum confirmatione nuntiabatur hostes

K iij

proximas & continentes sylvas, per quas nostris eundem erat, decisis passim & tranversis obiectis arboribus præsepisse, ne per eas uel tormenta uel currus traduci, & equites nisi dissolutis turmis induci possent. Ea res euulgata in castris ultimæ desperationis mœrorem attulit, eoque etiam grauiorem, quoniã Ladislaus Moreus, atq; alij locorum periti dicerent, duas tantum euadendi uias superesse, alteram qua per sylvas itinere decem milium passuum ad Valponium ibatur, eamq; quod interfecta sit, nouo Barbarorũ opere dimissis impedimentorũ curribus relictisq; maioribus tormētis esse penetrandã: alteram porro uersus castellum quod Zenthuerzabeth uocant, quod ipsius Ladislai Morei erat ditionis, & aliquot milibus passuum à Gara distabat. Quæ uia si caperetur, hostes proculdubio propter locorum angustias à nostris persequendis necessario cessaturos. Verum in cõsilio præfertur uia quæ ducit ad Valponiũ, quod illic cõmeatum esset satis, & pecunia à rege Ferdinando in stipendium missa, quæ sufficeret in totam hyemem Valponiana in arce seruarietur. Itaq; dimissis illis tormētis quæ conuehi non poterant, succensq; puluere tormentario, atq; corruptis reliquis exercitus instrumentis & sarcinis, quæ equis imponi nequibant, properandũ esse: obiectos siquidẽ arborum truncos facile discipi, & paruo uel ipsorum tantum aurigarũ labore repurgari iter posse prædicabant, & quemlibet ex ductoribus atq; præfectis curare debere, ut ipsorum equites & pedites expeditissimi sint, & dato signo statim proficiscantur. Profectionis uero signum futurum esse instrumentum quoddam musicum, quo fistulator è sacris turribus in Germania, Viennæque præsertim appropinquantem auroram prænunciare solet. Id tibiæ genus Germani Schalmeyen appellat. Signi dandi cura inchoandæque profectionis ipsi Cazzianeri data est. Huic ultimæ deliberationis decreto nonnulli qui aduersarẽtur reperti sunt, & dicere auderẽt hostium multitudinem multo minorem esse nostro equitatu, atque eadem fere qua nostri urgerentur cibiorum inopia premi. Præterea Barbaros cum grauioris armaturæ equitibus nostris iusto prælio congregari nunquam ausos, sed latronum more ex insidiis tantum nos adori, & quum ex uiarum angustiis nostræ copię explicatur, illico refugere. Ceterum non esse adeo immunitum castellum & oppidum Gara ubi hostes castrametati sint, ut expugnari nequeat. Proinde uiris fortibus, necessitatẽque multarũ rerum astrictis, experiunda omnia, & tandẽ audendum esse aliquid: nam fugam non solum turpissimam ipsis ducibus, qui salutis periculo famæ decus anteponũt, sed cunctis qui nihil præter uitam respiciant perniciosissimam omnino futuram. Quod si profectio noctu fiat, futurum esse ut palantes, uagique per diuersos trames nemoribus inerrent, neque in tenebris posse discipi ab ignauia uirtutem. Vfarones quippe ante alios nullo pudore diffugituros: Turcas autem castris nostris adeo propinquos esse, ut nulla ratione eos discipus noster celari queat: præsertim si puluis tormentarius succendatur, & tormenta maiora inclusi ignis uiolentia diffringantur, propter necessarium

A necessarium bomborum & maleorum strepitum. Quibus de causis configendum omnino esse iudicabant, nec credendum falsis rumoribus, qui de nouo hostium exercitu spargerentur. Magnum profecto Deum ipsosque diuos cœlites pro religione, & Christiani nominis gloria decertare paratis proculdubio certissimam opem allaturos. Tum uero cœpta est consultatio de agris qui curribus uehebantur, aut inter impedimenta collocati, à nouissimo militum integrorum agmine cogebantur. Apparebat enim tantam agrorum & fauciorum multitudinem intellecto profectionis decreto, planctu & questibus, uti miseris & desertis necesse erat accidere, tota castra completuram, quorum lamentationes & eiulatus aucturi pro certo illi credebantur, qui uel fratres uel con sanguineos conturmalẽsque suos & amicos, usque adeo misere & fœde derelictos, nunquam postea uisuri essent, cuius uniuersę perturbationis tumultum & uoces necesse foret peruenire ad aures Barbarorũ, qui non longius abessent quàm intra minoris tormēti iactum. Propterea unum quẽque corpore atque animo debere adniti ut tantulum id iter quod pertinebat ad Valponium fortiter atque alacriter conficerent, quando bona etiam spe occurruri essent multis curribus recenti pane, uariisq; cibariis abunde onustis, qui à Valponio in castra submittebantur, sicuti à certis nũciis esset auditum. Eo comœtu siquidem recreatis uiribus, susceptique subinde amico oppido, esculentorum omnium copia plenissimo, reliquos omnes præsentis difficultatis atque periculi casus extuto superaturi essent. Ut uero fauciorum & agrorum salutis ratio haberetur, affirmabãt eos iugalibus curruum & quadrigarum equis posse imponi, eorumque infirmissimos infidẽtium equorum clunibus arcto complexu posse sustineri. Postremo magnificis uerbis eleuãdo hostium uires, uanissimẽque & iactanter attollendo suas, id quod tum iter salubri consilio caperetur, non turpis fugæ quidem, sed honestæ profectionis debere existimari, quando ipsi non equitatus modo genere & numero hostibus superiores essent, sed peditatu etiã ipso uel grauius morbis attenuato pares & firmiores, si non iniquissimo loco sit dimicandum. Hæc quum pugnantibus sententiis in consilio iactarentur, res eò deducta est, ut quisque ducum perturbato iudicio alienas à communi salute cogitationes susciperet, nullaq; dedecoris cura habita, in unam tantum uel ambiguam spem salutis fugam meditaretur. Ex aduerso Mahometes certissimis usus exploratoribus, & de omnibus nostrorũ incommodis per singula prope horarum momenta certior factus, suãque inde uictoriam prælagiens, intentis excubiis, & inessis longe latẽque per alternantes equitum turmas itineribus, uigilantissime nostrorum motus obseruabat, eo consilio ut quum nostri castra mouerent, atque agmina proficiscerentur, ex pristina sua consuetudine disiectos, & uti accidere necesse erat, impeditis in locis sæpe dissipatos, apud opportunas locorũ angustias inuaderet. Ita enim equitatum peditatũque suum omnem circa notos nemorum saltus disposuerat, ut magna quadam lunati fle-

xus indagine circumdatos inclusisse uideretur. Erat iam prope exactum secundæ uigiliæ tempus, in somnâq; omnes sollicitis mentibus ita excedi signum expectabant, ut minimum quodque moræ spatium apprime ingratum & incommodum singulis uideretur, & clari nonnulli duces uecordi instinctu moras abrumperent, & iniussu discedere atque antea cæteros properarent. Huius flagitiosi discessus initium ortum esse aiunt ab Vlaronibus Hungaris, qui trarum & nemorum notitia freti Valponium uersus cursum intenderunt. Hos Ladislaus Moreus inhonesto exemplo imitatus ad Zenthuerzabeth castellum suum contendit. Hos quoque Striaci omnes obliti pudoris Ioanne Hungaroto præfecto duce, qui tuendo cogendâque nouissimo agmini fuerat destinatus, tumultuose properantibus turmis sequuti sunt. Idem fugæ consilium sibi quoque præsumperat Antistes Zagabriensis, cuius ingens latera per syluas errabunda noscebatur, minore tamen aliquanto infamia quâ cæteri, quum uir sacratu nunquam arma induere, aut in pugnam prodire sui muneris esse putaret. Interim Cazzianeri trepide nunciatur Vlarones effugisse, idem fecisse Ladislaum & Hungarotum cum Striacis turmis, reliquos nihil expectato, uti instituerant, tibiæ cantu instruere se in eandem fugâ. Tum uero planè uecors & attonitus imperator equum conscendit, oblitusque signi dandi, quod cæteros, uti postea dicebat, iam præcessisse crederet, sese inermis in eandem eiecit fugam, deserto utique prætorio, quod erat argentea supellectile, cæterisque ornamentis opulentum. In eo dilabentium tumultu Lodronius excitatur, & quum ministri imperatorem effugisse dicerent, intrepide respondere proculdubio fieri non posse, ut ab illo tam turpiter & tam perfidiose desereretur, atque ita sicuti erat multarum noctium peruigilio & diurnis laboribus grauitè fatigatus, in tabernaculum rediēs quieti se reddidit. Nec multo post perlato castrorum strepitu ad aures Mahometis, Barbari omnes consurgunt, & sese ad inuadendos hostes cõparant. Sed Mahometes quod hostes tentarent certius cognoscendum, atque ideo expectandam lucem censet, suosque instructos subsistere, & prodeundi signum, quod equestris tympani leui pulsu per ordines dari solet, silentio expectari imperat. Dux enim uetus planèq; senex, multis aduersus nostros exercitatus præliis, de simulata fuga subdubitans, in pugnam nisi loco suis æquissimo incaute pertrahi nolebat, utpote qui antea non iusta quidē acie confligendo, sed carpendo per partes suo more, bellum conficere statuisset. Inalbescente cælo rursus excitatur Lodronius, imminentium Barbarorum quendam audit fremitum, & se à multo maxima copiarum equestrium parte desertum uidet, frustra se proditum queritur, nihil tamen animo se demittit, & pedites alloquitur, hortaturq; ut pristinae suæ uirtutis memores esse uelint, & quod tum iniqua rerum sors discrimen afferret, una animi fortitudine superandum existiment, uiris quidem fortibus de honesta morte, non de turpissima fuga, quæ etiam futura esset incerta, esse cogitandum, sibi omnino constitutum esse, qui sapius eos

multis

A multis bellis fœliciter ductarit, repulsis hostibus in pacatâ loca reducere, aut unâ secum egregie pugnâdo nõ indecoro uitæ exitu mortem operere. His ferme uerbis ad Lodroniû milites cõfirmatè Carinthij equites, atque item Saxones, Austriaci, Bohemique, qui probe parentes imperiis profectiois signum à duce indictum sibi dari frustra expectabât, nec ignominiosâ fugâ comites esse uoluerant, concurrerunt, tanquam ad uirum longe fortissimum, obsecrantes ut pro desertore duce imperij munus susciperet & impleret, ipsos enim quæ iuberetur facere minime recusaturos, & quandiu uires, atq; arma superessent, pro religione, proque optimo rege pertinacissime cum Barbaro hoste pugnatuos. Non suscepit delatum munus Lodronius, à generoso quodam pudore se indignum professus: id tamen pro sua pietate magnitudinèque animi tanti exercitus indignam sortem miseratus, quâdiu à fortuna licuit cum præfatione susceptum exercuit. Ferunt eum quum cõcionaretur ad milites, atque omnem fugæ spem detestaretur, & uehementer improbaret, repertum fuisse Germanici nominis ueteranum militem, qui comiter nec infulse dicere auderet: neque uero Lodroni dux optime, usque adeo turpis fuga apud te uideri potest, quum eam nobili equo uectus circumspicere existimari possis. Intellexit Lodronius ueterani militis argutiâ, ingentique animo descendens in pedes, stricto gladio equi suffragines detruncauit, præclare exclamâs, Hodie Commilitones, me ducem pariter & militem pedibus pari sorte uobiscum pugnantem habebitis. Vos date operam ne opinionem meam fefelisse uideamini, ut uictores euadatis, aut non inulti decore mecum uitæ exitu militiam finiatis. Reliquos porro equos peculiare suos pari humanitate notis sibi militibus qui languerent ex uulneribus aut morbis dono dedit, & in his Picenardo Cremonensi cohortis præfecto, quum tum forte rigida febre quate-

D retur, & se fuso cursu è manibus hostium eriperet. Vix primæ turmæ, primæque legionum cohortes sublatis uexillis castrorum septis exierant, quum Barbari undique ingruentes sese truci ululatu edito ab omnibus partibus circûfuderunt, & multa simul prælia ex itinere ab equitatu cõferi cœpta sunt, eo euentu ut nostri modo egregie sustinentes, & modo renouantes impetum, Barbaros insolèter urgentes late propellerent. In his diuersis præliis Antius Macer Fuchstus Saxonica stirpis Carinthiorum dux ardentissime pugnans, quum ab insignium ornamentis imperator à Turcis esse putaretur, est obruncatus, parique sorte amplius

E uiginti quatuor illustri nominis equites capto ab hoste eorum signifero trucidati sunt. In his fuere tres reguli Andreas Reschius, Christophorus Hernaus, & Georgius Himelberghus. Alio autem in loco cruentissimum editum est certamen cum Saxonibus, Misniis, Thuringis atque Franconibus, qui Saxonum equitum uexilla sequebatur. Horum enim uel eximia uirtute depugnantium supra triginta sex splendidiores, aut præfecti aut signiferi, aut alarum legati occubuerunt, Chuenrico Saxoni primario duce capto, qui postea in uinculis apud Barbaros interiit.


Inter eos qui interfecti sunt nobilissimi fuere Sebastianus Methescus, & Iacobus Sculleimburghus. Eadem quoque irrita uirtutis sorte Austriae elabente Nicolao Turriano eorum praefecto, aliquandiu resistentes, ad extremum deleti sunt, quum ex his uirtute atque natalibus clari cecidissent Ferraius, & Hofchirchius reguli, & secundum eos Hohenfelder & Aanspurger, atque item duo e Naidega familia clarissimi proceres, & cum his Lambergerus, & Velezerus uiri honestissimi cecidissent. E superiore etiam Austria Rhetiae finitima desiderati sunt Gulielmus Folghenstorffus, Leonardus Lambergus, Bernardus Scherfembergus, & Gaspar Bergheim, & Schellemburgus, qui domi & foris cum dignitate conspicui fuerant. Verum longe maxima caedes edita est in Bohemos equites in quos e transuerso a Ianizeris continenti glandium procella perturbatos ueteranae Turcarum turmae acriter inuectae grauibus & incuruis gladiis frustatim cadendo arma, & clauis ferreis pertundendo cassides passim sternebant, quum nemo circumuentis opem ferret, & dux ipse gentis Albertus Slithius e media caede, maturius quam oporteret se recepisset. Peditum uero phalangem e quodam superiore nemorosae paludis margine a Ianizeris Asapisque, qui nusquam congressi sclopetis tantum atque sagittis eminus rem gerebant, magno affectam detrimento & plane fluctuantem Amurathes cum Bosnensibus alis e diuersa parte inductis turmarum cuneis ita perfregit, ut disiecta conturbatis uexillis & implicatis hastis tota solueretur, atque intercurrente ferociter hoste gladiis atque securulis concideretur. Lodronius ipse equitum incursum atque impetu raptus in palustrem locum adactus est. Ibi quum grauius faucibus, & lubrico praepeditus caeno supremae uirtutis conatum edidisset, adhortantibus eum Barbaris ut se dedere quam interfici mallet, cum tribus cohortibus quae ei superfuerunt ita in deditioem est receptus, ut cum reliquis suis omnibus, tanquam eximia uirtutis hominibus proiectis ad terram armis seruetur. Iam enim uel immites Barbaros multoque nostrorum cruore conspersos caedis fatietas ceperat, usque adeo ut plerisque languerent manus, & ad praedam auidissime uerterentur, cōsectantes eos qui dispersim hostiles manus uacillante & trepido passu effugere crediderat, eo quidem successu ut magnus numerus pro mancipiis caperetur, pauci pedites euaderent, & reliqui pene omnes qui non ante praelium ut diximus effugerant, toto campo caesi spectarentur. Hoc enim pudendum Exechianae stragis incommodum superiorum temporum funestissimas Christiano nomini illatas clades superasse ferrebatur, nam flos equitum & peditum inauspicati ducis temeritate & culpa, potius quam hostium uirtute deletus interiit, sic ut omnes fere prouincias assiduo luctu funestaret. Nunquam enim antea acciderat, sicuti uidere fuit, e Sigismundi Caesaris, Ladislaeque regis aduersis praeliis, ut Barbarus & uictor & incruentus euaderet, ita ut nostros qui ad Exechium fere inulti ceciderint, detrimentum acceptum graui etiam ignominia cumulasse uideri possint. Mahometes nullo prope suorum sanguine

A guine tanta potitus uictoria, & direptis castris nostris, in pratulo quodam cadaueribus repurgato cōsedit, epulatusque hilariter, nobiles captiuos & splendida spolia, uexillaque in primis ad se deferri iussit, laudatisque palam his omnibus praefectis qui egregiam eo die nauassent operam, signata pecuniae plures culeos a quaestoribus sibi afferri iussit, e quibus de promptos de manu aureos & argenteos nummos pro meritis donatiui nomine militibus dabat, productosque captiuos ad unum omnes qui non essent gregarij diligenter inspexit, singulorumque nomina & dignitates in commentarios per scribas praesens redigi iubebat. His uero qui detruncata capita, aut decisas nostrorum uultibus nares, & anulatas dextras afferret, statim pecuniae praemia tribui iubebat. Lodronius quum graui ex uulnere iactationem ferre nec uiuus cum reliquis captiuis Byzantium perducere posse uideretur, a custodibus est interfectus, caputque eius postea transmissum. Nam sicuti nonnulli uiri nobiles & in his Laurentius Streytpergus & Dietmarus Losenstainus retulerunt, qui redempti reducensque ad uxores & liberos penatesque suos postliminio reuersi sunt, inter captiuos qui a Mahomete cum uexillis conspicuisque aliquot castrensis apparatus instrumentis, splendidisque praesertim & inauratis thoracibus & galeis, per legatos Solymano offerebantur, trium summorum ducum capita argentea in pelui conspecta agnitaque sunt. Ea fuere Pauli Bachitij olim transfugae, & Antij Macri, qui Carinthiaco equitatu praefuerat. Ludouicique item Lodronij qui pedestres copias imperio regebat. Ea tyrannum obliquis oculis aspexisse, & tanquam tabo fluentia auersatum, caeterum atroci nutu iussisse ut captiui illico cederentur, sed deprecantibus Ianizeris, ut quos strenue pugnantes sub fide cepissent, tanquam uiros fortes seruare uellet, qui in seruitute fortem etiam operam ipsis praestare posse crederentur, remisisse uultum, militibusque obtemperando humaniter multos fuisse cōseruatos. Ipse autem Cazzianer castrorum signorumque suorum impius desertor, quum profugisset ad Castellum suum a cunctis proditoris exercitus accusabatur, & tanquam inexpiables infamiae totius patriae labes, & publicae cladis author, maledictis incessabatur, sic ut nec prodire in publicum, nec caelestem lucem aspicere posse diceretur, tanta siquidem deflagrabat inuidia, tantoque odio apud omnes regiae aulae ordines laborabat, ut in eum famosa carmina argute factitata, per omnes Germaniae urbes a pueris cantarentur, sic ut eum pro trophaeo quod referri debuerat, coronaque uictoriae, furcam & laqueum meruisse dicerent, adderentque pari merito ei supplicij confortes Schlitum Bohemum, & Vnganotum Stirianum, ac Stambechium Carinthium, qui ducum omnium fugacissimi fuissent. Quibus execrationibus misere perstrictus Cazzianer, postulauit a rege ut sibi tuto uenire ad dicendam causam liceret, nam paulo ante scripserat ad senatum prouinciae Carniolaque praefectos, famam suam contra ius & aequum a calumniatoribus inimicis suis maledicentissime lacertum, propterea se iturum Viennam purgandi sui causa, & iniique obiecta

præclaris insignium uirorum testimoniis diluturum, sperarêque se pro sua antea uitæ cunctis in bellis fide uirtutêque, ut quum multas res pro regis dignitate atque amplitudine prospere gesserit, pristinam ab eius clementia gratiam recuperaturum, quando ea calamitosi belli errata, fatali potius impulsu, quàm hominum errore prouenissent. Concessit rex ut tuto ueniret, exceptusq; est ambiguo uultu, sed quum eius causæ cognitio disceptatore rege aliquanto longius quàm reus uolebat protraheretur, atque interim honesta sub custodia seruaretur, Cazzianer morâ impatiens, & de damnatione salutêque subdubitans, effugere quàm iudicium expectare maluit, simulato namque morbo lateritium sub cubili pauimentum noctu sensim per cômmissuras cultello scalpens, uno atque altero facile exempto laterculo subiectam testudinê aperuit, atq; inde ex linteis lodicibus effecto fune se demisit & sceleriter effugit, quum paratos extra arcem ex condicto equos ad fugâ celeres arripisset. Nec multo post, uti erat fluctuoso atque præcipiti ingenio uir, desperatis rebus ad Turcas transiit, eum libenter excipiente Mahomete pollicentêque ei præter opima stipendia totius Croatiae præfecturam, ad imaginem beneficiarij regni, si Solymano syncera fide ad subigendas Austriani imperij urbes operam præstaret. Tum uero constituta iam præscriptis legibus transitione, ut cum aliquo munere ad Mahometem rediret, cum Nicolao Sdrinio eiusdem prouinciæ regulo, sibi uti rebarur amicissimo, fidentius agere cœpit, ut una secum trãsiret, in spem certissimi præmij, quando Solymanus erga ambos, non secus ac cum Ioanne rege liberaliter egisset, beneficentissime acturus existimari deberet. Promisit tum Sdrinius, aut certe se promittere simulauit, in sententiam inuitantis concessurum, paratâque & instructa transitione cum ala familiarium equitum ei transeunti comitem futurum. Verum Sdrinius conuerso animo impietatis dedecus, & tanti sceleris facinus secum reputans, in amicum ueterem uel nihil tale domi suæ expectantem, perfidiam exercere, quàm regem aut religionis nomê offendere maluit, Cazzianeremque post epulas dirus hospes obruncauit, ita ut detruncatum caput inuisi & merito damnati ducis ad regem mitteret, in præmiumque honestæ perfidiæ interfecti à se amici castello, atq; omni illius substantia potiretur.

FINIS LIBRI XXXVI.

PAULI



PAULI IOVII NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXXVII.

Fortissimis Germanici atq; Illyrici nominis gentibus uetere sua bellicæ laudis gloria ex sædo receptu ad Exechium spoliatis, altera adhuc militiæ parte, quæ maritima est, & nauali scientia cõtinetur, Barbaris potiores esse uidebamur. Quandoquidem Veneti ante alios, & Genuenses, rei naualis disciplinam ab inueterata maris possessione, clarissimisque rebus gestis, præstantissime tuerentur. Sed huius maligni seculi fortuna aliena prorsus & infensa Christianis, labante scilicet ueterum disciplina, uirtutêque obsolescente, eò summis utriusque gentis ducibus in aleam experiundi perductis, ita Barbaris fauit, ut nostri ad Actiacum promontorium collatis improspere uiribus, in fugam acti tota nauali existimatione exueretur. Quomodo autem id usque adeo infeliciter euenit, breuius quàm potero ex ordine rerum & temporû enarrabo. Veneti diuersis Turcarum iniuriis terra marique insolenter exagitati, quum Solymanus Corcyra urbe impoteter oppugnata, multoque immani peruastrata insula, superbe pacê abruptisset, & tum in Peloponneso Epidaurum & Nauplium ipsorum ditionis urbes per Cassimum Bassam continenter obsideret, atque oppugnaret, nullam sibi moram attulerunt, quin aduersus tyrannum nullas uel iustæ satisfactionis, uel demissæ deprecationis rationes admittentem, bellum gerendum censeret, inuitantibus eos Cæsariis, & Paulo Pontifice pro sua dignitate plurimum cohortante, nam recentis periculi metu adducti, quum Salentinos Hadriæ denus inuasisset, præclare admonebantur, ut Italiæ cauendum existimarent, postquam Ottomannica classis nimio plus quàm liceret infuafacta nostris litoribus aliquando non Salentinos modo, sed ipsas Hadriatici sinus urbes aggredi, sicuti manifeste appeteret, ausura crederetur. Cæsar quoque graui cura cum Sicilia, tum Africae rebus prospiciendum ratus, ingentem suo nomine triremium & nauium numerum, quæ Venetæ & Pontificiæ classibus iungeretur, in id bellum se collaturum promittebat. Itaque per totam hyemem quæ subsecuta est, per legatos dili-

L

gentissime elaboratum est de numero generéque classium, de militibus imponendis, de asciscendis sociis, comparandaque pecunia, diuidendisque sumptibus, ut quàm ualidissima atque ornatissima classis in proximam æstatem, distributa in singulos principes impensæ portione, pararetur, & in Græciam aduersus Barbarum tyrannū educeretur. In id consilium Paulus Pontifex ad sextum idus Februarij in Vaticano senatū habuit, & quod bene uerteret populo Christiano fœdus percussit adstipulantibus Ioanne Manrico Aguillario pro Carolo Cæsare, Marco autem Antonio Contareno pro Veneto senatu, sub his cōditionibus ut Cæsar octoginta duas triremes instrueret, totidē Venetus, ipse uero Pontifex triginta sex pararet, ut ducentarum triremium numerus efficeretur. Venetus postulanti Pontifici quot uellet fabrefactas, armamentisque omnibus instructas triremes mutui nomine ex arce sua nauali daret, remigibus & propugnatoribus à Pontifice in eam expeditionem implēdas: Cæsar autem, atque item Genuenses onerarias naues militariter instructas quibus commeatus & pedestres copiæ cōueherentur, subministrarent. Renunciati quoque sunt classium duces, Cæsarianæ ipse Andreas Auria, Venetæ Vincentius Capellius, Pontificiæ autem Marcus Grimanus Patriarcha Aquileiensis, cui comes & adiutor adderetur Paulus Iustinianus, nauali prudentia uirtutéque aliàs inter Patritios cum laude spectatus. Cautum uero est ut terrestribus copiis, si descendendū in hostile litus foret, Ferdinandus Gonzaga Siciliae præfectus eum imperio præfesset, & si quid Christianis armis de Barbaro hoste pararetur siue in Græcia, siue in insulis, ipsaq; Dalmatia, id totū optima fide Veneto imperio, toties antea à Barbaris lacerato adderetur: Cæsar autem ex sua liberalitate, quantum uellēt socij, tritici Siculi uenale copiam æquo pretio præberet, atq; eam sine ullo uectigali atque portorio exportari sine-
ret. Hisdem autē temporibus quibus Solymanus in Epirum uenit, tentatâque frustra Italia apud Salentinos, & direptis Corcyreis cum Venetis antiquæ pacis fœdera abruptit, Alfonsus Vastius in Subalpina regione expugnatis magna ui ualidissimis Gallorum præfidiis apud Cheriū, Albamque Pompeiam, atque Clarascum, eo Gallorū duces amittendæ totius eius prouinciæ periculo calamitatis adegerat, ut imminutis militum præfidiis, & absumptis cōmeatibus, de retinēda tuendâque Taurino urbe desperarent, & ad regem in Galliam accurate perscriberent se armis circunuentos, & frumenti inopia laborantes, nisi maturam opem afferret, cuncta hostibus fame compulsos esse concessuros. Ferūt regem quum in uenatione esset occupatus, & certum de suorum periculo nuncium accepisset, aliquandiu in equo immobilem stetisse, & rigentibus oculis crebro barbam demulcentem, atque itidem frontem atque oculos dextra perfricantem grauissime suspirasse, sed ingenti statim animo rediisse ad rationem, decretoque secum facto ferendi auxiliij consilium suscepisse, tanta firmitate magnitudinēque animi, ut semihoræ spatio, quid sibi in eam expeditionem ituro parandum foret incredibili celeritate

ate describeret, aduocatisque demum proceribus, ipsoq; præsertim Arneio Memorantio, in equo sedēs munia singula idoneis hominibus acri iudicio imponeret, ut ea quæ ad parandâs copias conuehēdosque commeatus pertinere uidebantur, summa diligentia in spem pœnæ aut præmij certissimam expedirēt. Rex nanque qui omnes prope suæ ætatis tenaci atque expedito immensæ memoriæ captu, perennique uigore superauit, quid & quātum peculiaris commeatus unaquæque prouincia suppeditare posset, quænam itinera, quæ flumina ad cōuectiones facilliora uicinioraque forent, & è quibusnam statiuis aut hybernis equitū ala accersendo celerrime conuenire possent, mira ardentis ingenij figuratiōe atque uelocitate repræsentabat, sic ut eum rationes itinerum & nauigationum, præcipuâsq; rerum omnium copias, uel remotissimarū etiam ciuitatū, tanquam ex indice memoria tenere, usu rerū periti proceres rerētur. Ab eo nanq; subitario belli decreto statim perspectum est quantum rex ipse, cū ingenij magnitudine, tum quodam memoriæ inenarrabili robore, propter singularem rerum suarum notitiam ualere, uel mollissimis interdum uoluptatibus occupatus: & quantæ essent Gallici imperij facultates, eiusque gentis quanta essent ad parendum studia facile apparuit. Paucissimis siquidem diebus, quod cunctis maxime fuit admirandum, tanta uis omnis generis commeatus liberali prouincialium studio, curâque uel ab ipsis extremis Pyrenæi montis partibus, atque Armorici Oceani ciuitatibus collata est, ut singuli amnes, quibus Gallia omnis ad incomparabilem conuectionum commoditatem pernauigatur, & cuncta denique itinera innumerabilibus nauigiis & carris completerentur, omnēsque ad edictum commeatus, suos imperatis uecturis ad urbem Gratianopolim perueherent, quod etiam equitatus, & pedestres copiæ conuenire iubebantur, ut inde uariis tramitibus per Coctias Alpes in Italiam transcenderetur. Ferunt crepsisse per dorsum Alpium supra triginta milia sarcinarij generis iumenta omnibus annonæ copiis onusta, quibus rex ipse præsidio ibat, quum ante Henricum filium cum Memorantio præmisisset cum expedita parte exercitus. Ipse Germanos Gulielmi Frustembergi (hi circiter septem milia censebantur) adducebat, quibus non magno interuallo Heluetiorum sex milia, atque Italicorum quatuor milia iungebantur. Reliqua pars peditatus ex Vasconibus, & ex delectu Gallicarum legionum ad parem ferè numerum constabat. Grauis armatura equestris nouissimo loco succedebat, tormentis ante per abrupta atque inuia summa celeritate transfuectis: paucorumque dierum labore superata sunt summa Alpium iuga, atque inde mollioribus passim callibus descendi cœptum: Vastius cognito regis aduentu ad Montecalerium oppidum castra fecit, præmisitque Cæsarem Massium Neapolitanum, & Camillum Colūnam Romanum, qui opportunos ad descensum hosti saltus certis præfidiis occuparent. Hos Henricus ipse regis filius & Memorantius septem nobiliū equitū globo, qui dimissis equis per anfractuosos tramites pe-

dibus rem gerendā putabant, disiecta passim glacie niuēq; tanta ui adorti sunt, ut Mafius & Columna pulsi disiectūque locum quem ceperant amissis equis desererent, & Memorantius inde sinistrorsum paratos cōmeatus cum ualida equitum & peditum manu, ad Taurinenses inedia laborantes mature transmitteret. Exinde Francisco rege subsequente, Sebusiana uia Gallorum agmina se demiserunt, neque quisquam hostium obtitit, mōxque ad Vilianam oppidulum peruentum est, ubi Neapolitanus centurio cum paucis antiquae turri praesidio impositus, subiectum iter uie militaris impediēbat, nec ullam deditiois significationem dabat. Cuius stulta pertinacia offensus Memorantius, quod indignum esset regem nisi pacato itinere transire, ni statim se dederet necem comminatus, tormenta produci iussit, atq; oppugnare turrem cepit. Nec mora praesidiarij intellecto periculo animum despondētes necessitati cessere. Sed Memorantius centurione cōseruato, quod sibi dissimiles nactus esset milites, & regis stipēdiis adscripto, milites eius praesidij ad unum omnes laqueo suspendit, qui importuna temeritate tantam uim regij exercitus se ferre posse credidissent. Ab hac Villiana turre Franciscus compositis copiis per plana loca descendit, praecurrente Gulielmo Langæo cum ala leuis armaturae equitum usque ad Montecalcerium, quo in oppido ad Padum posito Petrus Ciconius Insuber expediendis com meatibus praepositus, ingentem frumenti uiniq; & pecoris, reliquaeque annonae copiam ex ipsa incolarum messe atq; uindemia contulerat, uel improbante Vastio qui id oppidum ab initio defendi posse minime confidebat. Ad primum itaq; Langæi aduentum Ciconio imparato, & deserente com meatus suos omnes, occupatū est Montecalcerium, regiūsq; inde exercitus parto de hostibus peramplo com meatu sese affluentissime aluit. Constat Vastium ipsi Ciconio uehementer iratum fuisse, quod ille in spem priuati quaestus tantam uim com meatus in alia tutiora utique & commodiora oppida, uti ipse iusserat, non esset dispartitus: Propterea quum Ciconianis carris, qui oppido onusti educabantur, occurrisset, trahentibus plaustra bobus crura manu sua praecidisse, interficiq; iussisse, ut ea quoque iactura Ciconius afficeretur. Cui facto fugaeque Ciconij superueniens Langæus, regi non illepide renunciauit eo die se luculentissime cenaturū, postquam sibi duo hostium clarissimi, cum pistoris & cauponis, tum lanij operā praestitissent, Ciconius scilicet qui dignitate erat comes, atq; ipse Vastius tanti nominis imperator, postquam hic occisis bobus praepingue parasset obsoniū, ille uero albicantis coctae Cereris, & optimi uini cadis onusta plaustra reliquisset. Cogitauit subinde Vastius circūiectis oppidis propere communitis, uel impar uiribus hostes ad pugnam laceffere, instructo uniuerso equitatu qui per nocturnū tempus regia castra inuaderet, & Gallos more suo audacter in pugnam erumpentes ad instituta insidiarū loca, ubi peditatū, ipsosque praesertim sclopettarios disposuisset, ex occasione pertraheret. Sed ea nocte susceptus labor Caesarianis, quum nusquam se obrulisset hostis,

Astis, in irritū cēssit. Audiui ego postea à Vastio non iusta pugna, sed tumultuario tantū praelio hostes aggredi cupiuisse, quonia peculiare suū robur in Germanico pedite cōstaret, quē Federicū Frustembergū superiore aetate adduxisse memorauimus; qui eius Gulielmi Gallo regi militatis germanus erat frater, ita ut nequaquam recte fraternae acies in pugnae discrimē conferendae crederentur, quandoquidē uterq; frater alterum deprauare, & ad se traducere cōtēderet: qua in re Gulielmus astu & uiribus superior tanquam fratrem facile Germanico sanguini parsurū & à uictore iam rege amplissima praemia relaturum in partes facile perducere posse quibusdam suspicacibus ingeniis appareret, quāquam Federicus uirtute religionēque animi melior, cōstantissima fide suū decus tueri statuisset. Quum Caesariani regiūq; pari studio suarum partiū oppidis nouo praesidio, nouoque com meatu cōfirmandis occupati essent, & Vastius intente prospiceret quonam uexilla regia uerterentur, è Belgio literae allatae sunt regi, quibus certior fiebat illustrium foeminarum auspiciis inter ipsos certantes armis principes, propinquos suos inducias percussisse: nā Heleonora regis uxor, & Margarita itē soror uirilium ingenij mulier, quae Nauarræ regina uocabatur, ad Mariam Pannoniae reginam Caesaris germanam contēderant, detestantēsq; diri belli causas tanquam inanes usq; adeo apposite egerant, ut Maria ad idem utriusque parti utilissimum pietatis & pacis decus uehementer accenderetur, hisdemque fere conditionibus, quibus ante septem annos ea immania diuturni belli incendia restinxerant, induciae dicerentur in eam descriptae formulam quam principes in spem mutui colloquij certissimaeque pacis essent probaturi. Itaq; Memorantius Vastio significauit inducias esse factas, maturaeque ipsum à Caesare resciturum quibus conditionibus in posterum ab armis esset discedendum. Harum induciarum beneficio maxime letatus est Vastius, uel ob id quod pecuniae inopia plurimum angeretur, nam si producendo bello expedienda essent stipendia & confirmandi in officio milites, necesse fore prouidebat ut immanibus tributis impositis Galliae Cisalpinae ciuitates expilatas diu antea, euerteret. Menstruam siquidē per id tempus iussu Caesaris pecuniam ex censu cunctis omnis generis prouincialibus imperarat, tanta quaestorum exigentiū acerbitate, ut populus passim diri seculi calamitatem lugeret, neq; ipse Vastius suo pte ingenio liberalis, & minime rapax abstineret à lachrymis, ut pote qui firmiorem Caesari eius dominatus possessionem futuram arbitraretur, si Caesar beneuolentia iustoque amore continere populos quàm impotentibus auarissimisq; imperiis coercere mallet. Nec multo post à Caesare de hisdem induciis certior factus, dignum se ipso humanitatis officium suscepit, & ad Carmagnolam regem castra habentem honoris causa inuisit. Profectus est è castris suis cum ornatissimo praefectorum & centurionum equestri comitatu, ut quibus fideret uiribus uirisque polleret Gallis ostentaret, nam Hispani ante alios ornatui mire studentes uetera uictoriarū suarū insignia, aureos torques &

cristas, ut maxime essent conspicui desumpserat, Federicusque ipse Frustenbergus quum Vastij lateri haereret, fratrem tanquam degeneratem à familia obliquis & trucibus oculis nihil porrecta dextra salutauit. Rex enim copias suas qua transiturus esset Vastius hostium imperator ita digesserat in ordines, ut cuncta pedestrium maxime copiarum praesidia ostenderet. Exceptus est Vastius laeta tormentorum omnium diplomatione salutatus, deducensque Memorantio magistro equitum honoris causa inter regem Delphinumque filium medius est receptus, tanta humanissimi regis comitate, ut sicuti ipse hospitem, ita tot eius duces & centuriones à Gallis qui eosdem ducerent ordines complecterentur, & salutandi regis causa singuli ad dextram osculandam deducerentur. Multa demum rex ipse cum Vastio colloquutus, repetita uetere familiaritate, de induciarum ratione & tota spe pacis luculentissime differuit, quae nequaquam operapretium esse putamus ut hoc loco referantur. Constitutis autem inter se finibus Subalpini imperij & praescriptis legibus quibus utriusque praesidij milites uteretur, Vastius Mediolanum reuersus est, & rex ipse Alpes rursus transcendens in ulteriorem Galliam coepit iam hyeme rediit, sic ut hic aduentus regis in eos ipsos dies incidit quibus Ferdinandi regis copiae ad Exechium uictae deletaeque sunt. Per hanc uero quae subsequuta est hyemem Paulus Pontifex exixe operam intendit ut Carolus ipse Caesar & Franciscus reipublicae causa in colloquium uenire minime grauarerentur. Cui honestissima postulationi neuter se aduersum praebuit, quod is conuentus multis de causis utriusque multum expedire censeretur, uel si publicum decus Christiani nominis respiceret, uel si priuatis prouinciarum suarum incommodis, quae tot diuturni belli detrimenta pertulissent, consulendum existimarent. Summae siquidem pietatis munus suscepturos apparebat, postquam Solymanus undique Christianis clades importaret, si ipso sacrosancto Pontifice sequestro pacis atque concordiae controuersiam multarum gentium malo diu aliter finire maturarent, ut Europaeis gentibus certae pacis tranquillitas pareretur, atque obiter de sacro bello aduersus impios gerendo coniunctis uiribus cogitandum esse iudicaret. Opportunissimam autem omnibus futuram conuentui sedem Pontifex decernebat apud Nicæam Prouinciae urbem, quae erat ditionis Caroli Sabaudij Allobrogum principis. Is utriusque arcta propinquitate coniunctus, & utriusque dissidentis iniuria multo maxima regni sui parte spoliatus ius sibi reddi perpetuis querimoniis postulabat, putabatque eo principum colloquio disceptationeque in integrum restitui debere, postquam tam diu pessime mulctatus frustra haecenus diuum atque hominum fidem implorasset. Itaque ad magnam spem futurae concordiae, & Caesar ipse ab Hispania adducens eum Auria in portum Herculis Moneci, qui Villafrancha hodie dicitur, secunda nauigatione peruenit: Franciscus autem quum Pontifex ipse cum maxima senatus parte ad Alexandriam excipiente eum ipso Vastio cum legatione Mediolanensium, Nicæam peruenisset, profectus per

per prouinciam ad Villanouae oppidum ultra Varum amnem terrestri itinere magna omnium letitia peruenit. Caterum Pontifex qui tantum itineris laborisque exactae aetatis senex studio reipublicae susceperat, impetrare non potuit, ut ipsi reges in complexum atque colloquium se postulante praesentemque deuenirent: uterque tamen seorsum in uilla quadam suburbana Pontificae Christiano more uenerati sunt. Helconora autem regina cum Margarita priuigna lectissimorum morum puella, Ioanne Lothoringie Cardinale, atque ipso Anneo Memorantio classe deducens, Caesarem fratrem inuisit. Erant qui tum existimarent, neque Caesarem, neque Franciscum, postquam è tam longo terrarum tractu ad Pontificem peruenissent, à colloquio (ut credi par est) abhorruisse, sed quodam occultiore consilio Pontifici tantae uoluptatis & laudis famaeque successum inuidisse: quasi existimarent Pontificem nequaquam studio religionis, sed priuatim sui commodi spe ipsorum colloquium expetisse, quoniam Margaritae Austriae, quae Alexandro Medici nupta fuerat, nuptias pro Octauio nepote affectaret, & Clementis exemplo Victoriâ neptem domui regiae coniectis in Vandomium oculis inferere percupere uideretur. Caesar tamen per internuncios Francisco pollicitus est se in eius complexum priusquam in Hispaniam nauigaret, uti mox euenit, deuenturum. Per eos dies Vastius, quum in colle qui portui imminet castra haberet, in morbum incidit ualde periculosum, quo impeditus quum ad eundem regis officio fungi nequiret, me qui ipsi languenti aderam, ut ipsius munus implerem ita ad regem misit, ut ad eum nobilissimos Insubrum proceres, qui produci cupiebant, trireme mecum adueherent. Excepit singulos humanissime rex, in omni re ad parandam beneuolentiam & gratiam proclinatus. Erant enim illustrium familiarum honestissimi scilicet Vicecomites, Bonromei, Somalij, Pusteruli, Galeracti, & Cribelli. Sed ea in re Vastius opinione sua mirum in modum deceptus est, quum de concordia regum fidentius sperasse uideretur. Volebat enim summae nobilitatis Mediolanensium primores suo beneficio conciliari Francisco, qui ex usu futurae concordiae Insubrum imperio potiturus esse credebatur. Nam fama erat Caesarem Mediolanensis imperij possessionem Carolo Aureliano regis filio ex autoritate Augusti imperij collaturum, ut parta pace tum demum aduersus Turcas amplissimis Galliae opibus uteretur. Sed qui usu rerum ualebant, atque intimos utriusque principis sensus iam pridem introspexissent, libere praedicabant neque Caesarem ulla pacto opulentissimo Insubrum regno decessurum, neque Franciscum ex aduerso donec eo potiretur arma positurum. Hoc tamen obtinuit Pontifex, ut inducias à reginis, ut diximus, in Belgio conceptas, & promulgatas ipsi reges in nouem annos solenni ad stipulationem sancirent. Quum de his rebus commeantibus à Nicæa hinc ad Villafrancham ubi constitit Caesar, & illinc ad Villanouam ubi erat Franciscus, crebris legationibus ageretur, inuisitati casus res accidit, aspectu quidem primo inopinabilem, sed mox ridendam iocoso exitu. Stabat in anchoris Caesariana classis in ipso

Villafráchæ portu, ita ut prætorîa ipsius Auriæ quadriremis domui quæ susceptus erat Cæsar, ipsiusque etiam cubiculi fenestræ subiiceretur, & reliquæ triremes diuersas anfractuosi portus stationes obtinerent, magnâque naualis turbæ reliquorumque hominû multitudo per ea litora uagaretur, quum nonnulli sub meridiem otiose maria & colles à tergo in altissima alpium iuga assurgentes prospectarêt, densam nubem fumi instar in altum eleuatam conspicerent atque ita notare cœperunt, ut quum è proxima turrâ uilla ederetur, nec ea densi pulueris nubes desineret, sed ex interuallis continenter augetur, plerique ex his qui spectabant proculdubio significatione esse aduentantis inimicę classis affirmarent, & tanquam Barbarussa ad opprimendos summos Christiani nominis principes Pontificę & Cæsarem aduentare proclamarent. Ea uox famâque delata in portum, peruagatâque oppidum incredibilem cunctis pauiorem attulit, sic ut ubique magnopere trepidaretur, & Vastius ipse è tabernaculo proficiens turbate induta galea, & abrepto scuto ad Cæsarem cum ipsa stationis cohorte descenderet, hortareturque ut in accliuia atque ardua illarum rupium crepundura, & telis atque lapidibus aduersus Barbaros si fortasse illac ascendere conarentur, rem gerendam censeret. Stetit impavidus Cæsar, nec de periculo quicquâ temerè credidit, tametsi Auriam tolli anchoras iubentem, & tumultuosissima classiariorum festinatione triremes obuerti, atque omnes demum uel incolas, uel externos animis maxime perterritos esse conspiceret. Quum uero iam speculatoria nauigia ab Auriâ statim emissâ, undique pacata maria renúciassent, & ad turrâ uillam exploratum plerique processissent, comperitum est à uillico eam nubem densi pulueris quæ fumi speciem referret excitatam fuisse: quum ille in area fabarû aceruum cribrando & uentilando à siliquis fecerneret: multis siquidem ex interuallo uentilationibus, quæ triginta sex triremium numerum repræsentabant, ab initio notatæ numeratæque fuerant, ut primam Barbaricę classis anteeuntis partem esse, uel nautici homines iudicarent, quanquam nullum omnino ullius classis, uel ab altissimis tectis & collibus, aut uelum, aut malus, aut antenna apertissimo in pelago conspiceretur. Quo præclare agnito factum est, ut omnes ex summa trepidatione in risum incoditosque cachinnos soluerentur: sic ut ipsorum principum & ducum intellecta præpropere crudelitatis contumelia, non obscurus pudor mentes perfunderet, atque is inaudite trepidationis inanis metus iocosus omnium sermonibus celebraretur. Actum subinde est inter Cæsarem atque Pontificem, uti antea compositum fuerat, de suscipienda nauali expeditione aduersus Turcas: nam noua legatio à Venetis supra ueteres legatos ad Pontificem Cæsaremque peruenerat, cuius principes erant Nicolaus Teupulus, nobilium literarum fama clarus, & M. Antonius Cornelius, qui Venetis senatorie eloquentie laude reliquos penè omnes anteibat. Hi siquidem ætate iam adulta festinandum esse, atque apparari classes postulabant, postquam Venetiis cuncta iam parata essent ad nauigandum: magnôque incommodo

futurum

A futurum esse differerent, si reliquos æstatis menses effluere sinerent, quibus mari res geri posset. Nec multo post Franciscus discedens à Pontifice, in regnum suum est reuersus, Pontifex uero Genuam peruenit, exceptusque est hospitio in Fliscorum ædibus quæ sunt excelsa in loco ad Violatæ templum posita. Exinde classem conscendit, partimque mari usus, partim terrestri itinere, post Solstitium ad Urbem peruenit. Cæsar autem ad Massiliensium oram delatus, circa Fossas Marianas ex condito regem eò descendentem cum liberis sua quadrireme prætorîa humaniter excepit, atque arctè cõplexus est. Impetrante quoque Cæsare Franciscus Andree Auriæ superiorum temporum iniurias facile remisit, quum ad exoscilandam dextrâ produceretur, subindeque plures horas arcanis sermonibus principes impenderunt, tanta uel eorum qui aderant, uel illorum qui id postea ab aliis didicissent exultatione, ut fere nemo reperiretur, qui non plane existimaret reges ipsos detersis odiis cõciliatos fraternæ amicitie fœdera concepisse in spem maturæ pacis atque cõcordiæ. Vnus tamen Paulus ipse Pontifex pro uetere sua prudentia, ut id crederet adduci non potuit, postquam parum pio, subagrestique amborum principum consilio colloquiis exclusus, eius clam appetitæ amicitie ratio, quæ nullam synceræ uirtutis & religionis speciem præferret, nequaquam cõpositi animi diurnam simulationem habitura putaretur. Mutua siquidem ambitione correpti, quum hic parta armis, possessaque retinenda omnino, defendendaque statueret: ille uero Galliam Cisalpinam, quam nuper non obscuro iure possidisset, pro dignitate sui nominis repetendam arbitraretur, nullo siquidem concordie arbitro sibi opus esse existimabat, qui utrique aliquid detrahendum concordie causa iudicaret. Certa quoque inter utrunque eminebat obrectatio asciscendi sibi Pontificis, quoniam is omnino cui Pontifex socius accederet altero multis rebus potètiore uasidurus uidebatur, sic ut uterque potius cauendum putaret, ne Pontifex alteri æmulo in societatem applicaretur, & gerendo bello socium se præberet, quæ ut eum magnis concessis muneribus promerendum arbitraretur. Grauius tamen in eam rem incumberebat Cæsar, utpote qui antea Nouariam urbem Petro Aloysio Farnesio expetente Pontifice dono dedisset, & tum filiam quoque uiduam Octauio Farnesio, uel adhuc prætenere adolescenti in gratiam aui Pontificis in matrimonium maturatis nuptiis collocare minime grauaretur. Cuius contractæ affinitatis factum Cæsaris consilia altius detexit, quum spreto Cosmo Florentiæ principe, qui id coniugium simplex expetebat, filiam uel tum reuentem immaturæ ætatis adolescentuli thoro illigare, quam non Pontifici morem gerere maluisset, quin & Cæsar paulo post etiam non obscure impediit, ne uictoria Octauij generi soror Cosmo iungeretur: quod nequaquam in rem suam fore prouideret, si Romana potètia cum Etrusci imperij opibus in unum belli & pacis fœdus misceretur. Qua de causa Cosmus honestissimo usus consilio Cæsaremque respiciens, cuius se clientem esse profitebatur, ab eo prolis causa uxorem postulauit, qua maxime fideli & uerecunda postulatione

permotus Cæsar, quod legitimi atq; æquissimi iuris uideretur, ei de manu sua clarissimi generis puellâ Federici Toletani Albæ reguli, inter primarios Hispaniæ proceres uirtute animi, fide atq; opibus præstâtissimi, neptem desponsauit. Hæc erat Heleonora Petro ipsius Federici filio prorege Neapolitano genita, quæ magno Deo utique & diuis approbantibus Cosmum pulcherrima prole in spem latissimæ successione parente fecit. Cæterum cum enauigaturus esset Cæsar, ad eum legatio Mediolanensium peruenit, deploratura iniurias quas Hispani milites seditiose ad arma consternati, & ab autoritate Vastij discedentes, eorum agris inferebant. Coiuerat siquidem è Subalpinis præsiidiis audito induciarum nomine singulæ cohortes, ut merita stipendia flagitarer, quæ aliquot mensium sibi deberi prædicabant, usque adeo proterue atq; insolenter ut uno consensu profiterentur se neq; dicto, neq; imperio Vastij audientes futuros, priusquam sibi alicunde tot debita stipendia præsentis pecunia soluerentur, sic ut interim ex præda uicitando fertilissimæ atq; amœnissimæ regionis uicos uexatis atq; direptis agricolis impudenter atq; atrociter peruastaret, miserimiq; incolæ iusto exterrefacti metu desertis messibus diffugere cogerentur. Eo modo Hispani è militibus immanissimi latrones effecti, occupata uniuersa messe, nam tum defecta erant frumenta, aut in agris, aut in aruis rapientium prædæ exposita. Latrocinatum autem uexilla castrorum; fuerant constituta ad peramplum Galeritæ oppidum, mercatu celebre, ita appellatum de nomine olim Galeritæ legionis quæ à C. Julio Cæsare in his locis confedisit, condidissetque coloniam existimari potest. Id est positum media fere in regione agri Insubrum, quæ oppidis & uicis frequens summam fertilitatis & opportunitatis obrinet claritatem. Ea siquidem Ticino amne clauditur, uberrimisq; diffusa campis ad Abduam usque sese extendit, sic ut urbs Mediolanum quandam umbilici speciem præbeat. Consternatæ autem multitudinis ea erat licentia, impunitate sensim auctæ, ut nequaquam ea regione quam obtineret contenti remota etiam oppida truculentis imperiis terrarent, atque ab eis quotidiani tributum numeratæ pecuniæ uicigal exigent, & segniter parentibus omnem cædis atque incendiorum cladem denunciarent. Quamobrem Baptista Archintus ciuili facundia insignis, qui erat legationis princeps, in hunc ferme modum Cæsarem est allocutus. Perampla Mediolanensium ciuitas immensis nuper opibus potens, sed recentibus diris bellis ærumnis atque miseris deformata, quum suis malis finem imponi, & sibi ad diuturnam tranquillitatem sub tutela tui nominis aditum prædari, in hac præsertim tanta spe futuræ pacis, facile credidisset, inopinato nouam, & prioribus quidem malis acerbiorum cladem subit: nam si calamitosum est bello ab hoste diripi, multo quidem miserius est in pace uastari à sociis, atque inexpiabilis contumeliæ detrimenta & iniurias pati. Proinde miseri Insubres, æquissime Cæsar, ad te confugiunt, & uehementer orant, ut pro Augusta tua uirtute, religiosiq; animi clementia & pietate, se defensos & conseruatos uelis ab immanitate impudētissimorum latronum.

Hi sunt

A Hi sunt ueterani Hispani tui milites, qui dum uictorias de hostibus tibi pararent, ea licentia opes nostras iam pridem, sicuti calamitosi & uolenti seculi iura postulabant, prædæ sic habuerunt, ut etiam nunc extremum nobis sanguinem exhaurire contendant, quum te debitorum suum ex dilatis stipendiis rapaces & immodici petulanter effingant, ut causam non iniqui militaris iuris se nactos appareat, unde libere & impune oblata quæque diripiant: graui quidem offensione æquissimi tui nominis, sed multo grauiore rerum nostrarum incommodo: uel ob id quod quæ impaueris ex usu tuo à nobis pecuniæ subsidia ad egestatem redactis in posterum præstari non poterunt. Occupauere illi nefaria seditione excitata Insubrum agri opulentissimam regionem, interceptisq; messibus cuncta in prædam uertunt, & in proximam quoque uindictam audacissime spectant: nimirum qui ab autoritate Vastij ducis, senatusque, & denique à maiestate tui nominis inuerecunde rebellarint, confisiq; armis Insubrum nominis homines tanquam ad obsequia iussaque tua paratissimos facile contemnant. Matura itaque ope tua, iustissime Cæsar, nobis opus est, ne dum frustra conquerimur de iniuriis, miserabili excidio fertilissimæ regionis mulctemur. Duplex siquidem ferendæ opis ratio tibi offertur, Cæsar: nam aut stipendia quæ milites improbe reflagitant, si iusta sint, præsentis pecuniæ persolueda sunt, aut si iniquiora peti uidebuntur, neque tibi præsens auri facultas suppetat, nobis concedas obsecramus, ut impune saluorum; maiestatis tuæ numine nostras iniurias de peruersissimis latronibus domesticis freti armis ulciscamur. Aequum enim est, ut illi qui tuas uictorias insolentissimis maleficiis deformant, & tibi uidebuntur, optimoq; principi, hac impunita scelestaque defectione, ueræ uirtutis tuæ laudem, & denique speratam apud omnes gentes gloriam eripiunt, dignas inusitata contumacia, atq; impia rebellionis poenas pendat. Cæsar nihil ad ea respondit, sed contracta fronte, austerorum; uultu Archintum tanquam nimis libero ore loquutum, ad Peronotum Granuelium summis negotiis præpositum remisit: ita ut ipse Cæsar per ianitorem continuo eum permoneret, ut legatum audacius loquutum asperis castigaret uerbis, uel ob id præsertim, quod non obscure prædicaret Insubres ex tantis contumeliis ad arma excitos, nisi Cæsar prouideret, Hispanos ad unum omnes tanquam improbe extremæq; malignitatis & auaritiæ homines paruo negotio concisuros. Itaque Granuelius aduentum legatum contumeliose prope reprehendit, quod nimia oris libertate usus, principis maiestatem arroganter offendisset. Qua in re Archintus eo modo officij sui necessitatem excusauit, ut multo plura atq; atrociora Mediolanenses facturos testaretur, ut res suas atq; uniuersam immeritæ ciuitatis iniurias uindicaret: addens spumanti ore, Ergo Granueli, qui Cæsaris consilio præes, si non omnino ferus sis, pati poteris, ut ea ciuitas quæ nulla aut fidelius, aut accuratius Cæsaris nomine colit, indignis perpetuisque nefariorum militum latrocinis euertatur: quando ea uos omnes non modo præbitis stipendiis ditet, sed uniuersam etiam Cæsaris aulam à mul-

tis annis alerie cōsuecat: Cæterum neque à Granuelio, neq; ab ipso Cæfare his grauissimis obtestationibus quicquam aliud impetratum est, præter literas quibus Vastius admonebatur operam dare, ut aliqua pacificationis ratione tanto prouinciæ incommodo mederetur. Hæc ubi sub ipsum Cæsaris à Nicæa discessum ex legatione renūciata, & per urbes Cisalpinæ Galliæ euulgata sunt, usque adeo tantū ex rei indignitate odium Cæsari creuit, ut omnes ex rerum desperatione facilè defecturos apparet, si mitior & clemētior qui dedētes reciperet dominus offerretur. Immoderatis siquidem pace bellōque tributis oppressi, noua etiā tum mēstruæ exactiois onera pertulerant, quæ nunquā desitura boni mortales crederent, donec uiueret Cæsar, atq; Italiæ imperio potiretur. Sic ut non alia de causa uictorias de hostibus quæsiuisse existimari posset, quàm ut ferendo bella ex bellis perpetuò milites aleret: atq; ideo subactas prouincias immitti dominatione ad egestatem redigeret. Optabāt siquidē prouinciales, ut Cæsar nequaquam similis euaderet quibusdā superiorum temporum Cæsaribus Germanis, qui non in amore atque beneuolentia subiectarum gentiū, sed præcipuum potētiae suæ robur in ueterano milite præda alito reponere consueuissent, ob idque Henrici, atq; utriusq; Friderici, & Ludouici Baioarij, & Caroli quarti exemplis, miseræ Italiæ ciuitates quæ liberæ atque opulentissimæ dicerētur, sibi prædæ destinassent, postquam illud uetus inclytæ laudis & famæ studium, quo generosissimi olim principes præclaras res bello gesserint apud huius seculi principes uigere deserit. Paucis siquidem post Carolum magnū ad ueræ pietatis & gloriæ decus rapi uisi sunt, quum nemo ferme arma tractarit, ut bona pace parta frueretur, & admirandis iustæ uirtutis monumentis seculum suum florentius & luculentius efficeret: sed ut uictoriis & bellis nunquā modum imponēdo infatiabilē animi libidinem posteris testaretur. Id enim hodie præclarum atq; magnificū uidetur ad mutuas clades intestinis grassari bellis, ut immanē illam belluam ab Oriēte nostris diffidiis excitatam prouocemus, uastaturā proculdubio cuncta, quum nos ualido cōcitata impetu affectos uiribus, miserēq; dissidētes inuasit. Porro Vastius his acceptis à Cæsare literis, quum pacādīs militibus, & ad officiū reuocandis satageret, singulos eorum tribunos, quos ex urbana sorte educitis nominibus cū potestate imperij in singulas hebdomadas creabant, & propter publicæ causæ patrocinium honoris gratia electos appellabant, sigillatim pertētabat, anteaqtique omnis maleficij impunitatem & præmia insuper pollicendo mollire contendebat: sed ueteratores eximij, quum ex opimis rapinis ditescerent, & ex tanta licētia luxuriosissime uiuerēt, nec quicquam timerēt, nihil sani consilij contēptis Vastij monitis atq; promissis ad animum admittebant: utpote qui corruptis moribus in delicto perseuerare, quàm ad uetera militiæ munera reuerti mallent. Quamobrem eò res utrinque altercando deducta est, ut Vastius, qui multis de causis Cæsari obtemperare uelle uidebatur, uel rebellibus nullo pacto uim admouendam esse iudicaret, sed imperandum

A populis pecuniam, quæ seditiofo, ac ob id atrocem pœnam merito militi præberetur. Ea imperata, ad summā undecim myriadum, quum paucorum dierum spatio exigi non posset, neque milites promittenti duci fidem adhiberent, Vastius non recusauit filium eis obsidē tradere, ut interim dum repræsentaretur pecunia à maleficiis abstinerēt. In ea transactione cautū est, ut milites è Gallia Cisalpina decedētes, uti iubebat Cæsar, nauali bello, quod tum aduersus Turcas enixe parabatur, operam nauarent. Deducti itaque sunt ad classē quæ in Liguria exornabatur. Furehi qui classē impleuerunt circiter quinquaginta millia hominum: B Reliqua uero pars per Tridentinas alpes in Germaniā est traducta, ut in Pannoniæ præsidij disposita Turcarum incursiones sustineret. Accidit autem, ut quum secundo Eno flumine deucherentur, duo nauigia illisa petris rapido profluente paucis enatātibus mergērentur: ita ut Cisalpinæ Galliæ homines à multis execrationibus cōsultore Deo magno meritas maleficij pœnas dedisse crederent. His fœderibus quæ antea Romæ inter Cæsarem, & Venetos, Socio, atque authore Pontifice, percussa fuerant, & de congressu Cæsaris, & Francisci regis, Pontificisq; profectio Byzātij nuntiatis, Solymanus, quum aduersum se maritima arma parari prospiceret, Hariadenum Barbarussam exornare classē iussit, ut mature Helleponto egressus hostibus occurreret, & quāta posset detrimēta, aditis, uexatisque insulis, Venetis inferret. Quo accepto imperio Barbarussa ingenti cura, laborēq; classē refecit, deductisq; ad litora quos antea descripsisset, prouinciarū remigibus, naues impleuit, atque omni militari apparatu diligentissime instruxit. Helleponto, Gallipoliq; prouectus in Cretam insulā cum cētum triginta nauibus, quæ remis agerētur, cursum direxit, primūmq; omnium superato Cyamo promōtorio, quod hodie Spatæ nomen obtinet, Caneam urbem, quæ Cydonia olim D fuit, adortus magnam suorum partē temere exposuit: nam Grito patrio prætoris firmis præsidij tuente urbem, Turcarum impetus eum habuit inconsultæ audaciæ successum, ut quum undiq; è mœnibus, & propugnaculis cum multo reboatu maioribus, & minoribus tormentis peterentur atque Italica duæ cohortes eruptione facta perturbatos hostes inuasissent, multis suorū amissis Barbarussa receptui canere cogeretur. Constat eum, quum suos reuocaret ad classē, nimia naualis pugnae trepidatione supra mille Turcas, qui longius prædatum à litore processerant deseruisse, qui ad unū omnes nō multo post ab armatis Cretēsisibus E interfecti sunt. Exinde Drepano promontorio, quod Melachā uocant, superato in Amphimaleū sinum, qui hodie nautis Suda est, classē intulit, quum Ioannē Morum totius insule præfectū multis millibus Cretēsum coactis, atq; adiūcto Italicarum aliquot cohortium præsidio, Cydoniis opem celeriter allaturū didicisset: inde ad Rithimnā, quæ est hodie Retimum urbē nobilem processit, parique euentu ab ea urbe munitissima repulsus est: quod priusquā trirēmes ad oppugnandū appropinquarent, Rithimnenses contortis in eas maioribus colubrinis, non par-

uóque detrimento illato eas auertissent. A Retimo ad Dion promóto-
rium, quod Fraschea hodie dicitur, profectus est: moxq; deflexit ad urbé
Candiam, ab hoc Dionis promontorio decem millibus passuum distá-
tem. Hæc urbs olim Cytheum fuit, hodiéque toti insulæ nomen suum
præbet. Hanc Barbarus contemplatus, quòd eam longe omnium muni-
tissimam rebatur adoriri non est ausus: sed sese ad oriétale insulæ caput,
quod est Salmoniú, còuertit, Ceciliámque oppidulum, desertum ab in-
colis, succendit, atq; ita Cretenfisibus litoribus abcessit. Nam Vincétium
Cappelliú, Venetæ classis præfectú, qui iam Corcyram appulisset, Cre-
renfisibus rebus maturá opem allaturum intelligebat. Qua de causa Ale-
xandrum Bondelmerium cum suo insigni galeone, atque altero ingenti
nauigio, quod Barciam uocabant, omni tormentorú copia, præfidio-
que militum instructissimo, comitante Pasqualico patritio cum uigin-
ti quinque triremibus Zacynthú peruenisse speculatores renunciabant.
Per idem quoq; tépus ueluti maligno quodá exorto sydere, par diræ cò-
sternationis infania inuasit Africanas Hispanorú cohortes, quæ aliquá-
diu meritis stipendiis fraudatæ, atque ea frustra postulátes seditiose tu-
multuari apud Guletá cœperát. Propterea Bernardinus Médocius His-
panicæ classis præfectus non temere Numidarú atq; Afrorum, propter H
incertam gentis fidé, arma ueritus: quum seditiosorum tumultum, ora-
tione & precibus sedare non posset, ea labe hominú exonerare Africam
cogitauit, ita ut eos omnes in Siciliam transfueheret. Nam eis neq; stipé-
dia à prorege Siciliae, neque alimenta in ipsa summæ fertilitatis regione
defutura pollicebatur. Sed postquam in Siciliam peruenere, quòd neq;
Ferdinandus Gonzaga prorex expeditá pecuniam se habere diceret, ne-
que Siculi tot externos hospites priuato sumptu alendos æquis animis
fufciperent, Hispani, uti erant ueterani ad sex millium numerum, agros
atq; oppida impetu factò inuadere cœperunt: indignátes quòd ex forti I
fidelíq; tot Punicis bellis nauata opera, ingrate demú speratis stipendiis
excluderentur, nec quibus miseram uitá confecti uulneribus & morbis,
& egétes tueri possent, ex agris, minúsq; benignis incolis alimenta repe-
rissent. Quibus de causis necessitate quadá eius flagitiosæ secessionis sce-
lus obregétes, signa & duces atq; signiferos deseruerút, & qui erát iuxta
Messaná apertos pagos diripere aggressi sunt: cesseréq; eis in prædá ante
omnia uici nullis obsepti muris, Castaneta, Montefortis, S. Lucia: quo-
rum incolæ ad munita oppida confugiétes, & de suis incómodis frustra
conquerétes atrocis & uerè hostilis iniuriæ famam ex sociorú impotéti K
impetu per totá Siciliam excitabant. His fœde direptis ad castrú muni-
tum oppidú perrexerút, murúmque undiq; corona expugnare conati de-
fendentibus sese Castrenfisibus ita repulsi sunt, ut amissis ad quadraginta
militibus, multíq; relatis uulneribus, quòd fortè sæua tépeftas cū denso
imbre exorta sclopettorum funiculos extingueret, re infecta se recipere
coacti sint. His cognitis rebus Gonzaga Aluarem Sandeum, castrorum
magistrú, qui incolas Siculos in unum cogeret, atq; armaret, & in sedi-
tiosos

A tiosos impetum facturi specié præberet, in loca opportuna præmisit. Sed
usque adeo his pagorum direptionibus efferatæ erant Hispanorú men-
tes, ut proregis deprecationes, atque imperia contemnerent, nullámque
pacati animi, ut redire ad sanitatem se uelle ostenderét, significationem
darent, sed effusus quotidie atque crudelius in Siculos grassarentur: uti-
tum accidit, quú Sandeus cum armata agrestium multitudine in còspe-
ctú se dedisset. Hispani nihil his territi minis, minime dubitarunt, quin
interiectam uallem illico transirent, factóq; impetu, omné eam Siculo-
rum turbam profligarét, & in præaltos montes aufugere cogerét. Exin-
B de præfectorum & signiferos loco, qui à seditiosis discesserant, nec tam
fœdæ consternationis socij esse uolebant, tribunos crearút, qui electi di-
cebantur. Horum imperiú triduo finiebatur, atque eis alij succedebant,
omnibus tamé qui certò perpetuæ potestatis iure præesset, quendá Hæ-
rediam cunctis suffragiis extulerunt. Hunc erudita facundia præpoten-
tem, quòd antea cucullatus sacerdos, & in sacris concionibus exercita-
tus fuisset, supremi scribæ & consiliarij munus implere iubebant. Huic
autem attribuerunt rerum capitalium ministrum Mondraconem Cã-
tabrum, qui oblatos quosque equos arripiebat, quos apparitoribus suis
C distribueret: exornatáque inde numerosa ala, ad parandos commeatus;
rapiédámque omnis pecoris prædam, regiones proximas percurrebat.
Primum omnium Hæredia persuasit militibus, ut in Rocella oppido,
quod nobilis Siculi è Spataphora familia ditionis erat, omnia impedi-
menta & sarcinas, scortáque & inutilem famulantium puerorum tur-
bam deponerét. Quo factò ad oppidum Rádatium, quod est ad radices
Aetnæ montis positum (id olim Triatiú fuit) hostili animo duxit. Rán-
datiani ubi formidabiles ad se Hispanos uenire cognouerunt, ad eos cū
infulis sacerdotes præferentes crucifixi Dei Christi uexillum, qui iniu-
D riam deprecarentur, emisérunt, eísq; bina cœnobía perampla, quæ erant
extra oppidú, hospitali iure concesserunt: ita ut si à maleficiis tempera-
rent, quotidie ab oppido se cibaria gratuito summissuros pollicerétur.
Còfederút satis æquo animo in cœnobíis Hispani: sed fortè accidit ini-
qua oppidanorú sorte, ut Hispanus miles è muro gláde sclopetto emif-
sa sit interfectus: quo casu facile permoti milites, nò obscure exoptatam
expugnádi oppidi occasione arripuerút: sic ut concitati ad arma admo-
tis proximæ portæ ignibus, fores concremarent, & ualuas ardétes multo
hastarum nixu intus propellerent, & in oppidum irrumperent, quúm-
E que media fere nox esset in foro constitutis ordinibus nusquam discúr-
rendo consisterent. Tum uero animaduersum est oppidanos per aduer-
sam portam, quæ dudú semiobstructa fuerat ægre effugisse, & in domi-
bus, non paruá rerum suarum copiá, & fœminas natu grandiores dese-
ruisse: Atque ita Hispani potiti oppido, Hæredia iubente partiti inter se
hospitia, per regiones uigilias instituerunt, tréscque ibi mēses per hyemé
usq; ad prima ueris signa opiparè & copiosissimè omnibus abúdantes re-
bus hybernarút. His tantis maleficiorú contumeliis affectus Ferdinan-

dus, tamen si uera ui, atq; armis ea latrocinia coercēda atq; omnino uin-
 dicanda existimaret, adhortantibus præsertim Siculis proceribus, & suā
 peracrē in conficiendo negotio operam pollicētibus, nihilominus alia
 prius ad sanandas seditiosorum mentes experiunda remedia iudicabat,
 quod ueteranā atq; inuictam militū manum, nisi multo cum sanguine,
 & funesto utrinq; successu superari nō posse prouideret. Neq; enim mi-
 litibus pares uideri poterant. Siculi, uel in uniuersum uiri acres armisq;
 dediti, ut qui semper inter se contentiosi sanguinariq; sint, & priuatim
 quisque lorica aut thoracē & galeam, uel in pace induat, & uariis atq;
 mortiferis quibusdam utatur telis, quæ in hostem eminens cōtorquētur. G
 Ea sunt spari tripedales acuto præfixi ferro, & manubriatæ fūdæ, quibus
 ex coriaceo uidulo uolema saxa Balearico more iaciūt, & huius generis
 armatorum hominū supra uiginti millia se coacturum Simeon Vinti-
 milia, Hieracensis regulus, pollicebatur: uir quidem corpore pusillo, sed
 generosa animi magnitudine præditus, & per amplis opibus potēs, qui
 uetustū Siciliæ decus aduersus externos tueri magnopere cupiebat. Sed
 proregi Ferdinādo tū Cæsari tum Siculis calamitosum fore uidebatur,
 si is tumultus temere excitatus, uti accidere necesse erat, dubio & cruen-
 tissimo prælio finiretur, utpote qui reputaret summis uiribus milites, H
 qui iustis & militaribus armis essent instructi, desperata salute esse dimi-
 caturus, neque Siculos multitudinis sua, atq; ineptis in acie fretos armis,
 ueterani militis impetū diu laturos intelligebat. Igitur alio modo sibi a-
 gendum ratus, ut seditiosos pacaret, & ex tuto eorū improbitatē atq; in-
 solentiā ulcisceretur, per idoneos eorū præfectos, qui apud contamina-
 tum sceleribus exercitū remanere noluerant, & in officio apud proregē
 persistebant agere cœpit. Hi fuere ipse dudum castrorū magister Alua-
 rus Sandeus, & Ioannes Vargas, & Sācius Alarconus, & Alfonso Viues,
 qui apud milites eximiam auctoritatem obtinebant. Per hos agebatur I
 apud milites, ut ad sanitatem redire uellent, postquam prorex eis inte-
 gra fide omnis maleficij impunitatē promitteret, & quatuor mensium
 stipendia præsentī pecunia persolutorum polliceretur: quod si milites
 sibi usquequaque Siciliam magno Cæsaris incommodo peruastandam
 susciperēt, nemini unquā ad penates reditū in Hispaniā fore, atq; omnes
 simul tanquā perfidiæ damnatos hostilia totius Siciliæ arma aduersum
 se publico edicto concitata infeliciter experturos. His denunciatis Hæ-
 redia, fortunæ suæ ignarus, grauē & luculentā concionem ad milites ha-
 buit, facilēq; persuasit, ut oblata stipēdia accipere, & redire ad officium, K
 quā iratis Siculis obiici, notatq; infamia patriæ exilio mulctari mal-
 lent. Sustulere uniuersi dextras, & conditionē approbarūt, modo sibi de
 impunitate caueretur, & multi quidē Gonzagæ seueritatem non temere
 ueriti postularunt, ut sibi liberorū natu maximus pro obside traderetur.
 Sed res deducta est ad iusiurandum, & ad sacramenti religionē: eo pacto
 atq; ordine, ut apud uicū, cui Linguægrossę nomē est, medio fere itinere
 inter Messanā atq; Randatiū institutis solennibus sacris & prorex &
legati

A legati exercitus cōuenirent, id magnopere probāte Ioāne Varga, quem
 plerique ueteranorū parentē appellantes maxime colebāt. Primos enim
 honores gesserat in exercitu per annos uiginti, quum Aurantius, inter-
 fecto ad Hispellū Ioanne Dorbino hunc præcipue Vargā illius signife-
 rum supra cæteros Hispanos plurimū extulisset: sic ut milites salutē suā
 fidei eius cōmittere minime dubitarent. Erant Hispanorū uexilla uigin-
 tiquatuor, è quibus delecti sunt singuli, qui ingenij solertia, & corporis
 habitu maxime præstarent, & legatorū nomine cum ipso Hæredia, dādi
 accipiendiq; sacramenti munus obirent. Itū itaq; est ad Linguægrossam
B uicū, ubi præsto adfuit ipse Ferdināus, cōpositisq; rebus sacra peragi
 cœperunt. Quum uero ad mediū sacrorū esset deuentū, quo redempto-
 ris Christi hostia populō ostenditur, in eam præeūtibus uerba hinc Var-
 ga, illinc Hæredia, eo modo iuratū est, ut legati simul & prorex ipse dex-
 tras attollerēt, atq; ita ea quā diximus de impunitate atq; stipendiis cō-
 ditione transactū est. Accidit autē, ut quum à præeūtibus uerba ad at-
 tollendas dextras uocarētur, & legati omnes id expedite fecissent, Ferdi-
 nandus autē cunctantius facere uideretur, unus è legatis nomine Villa-
 lobos præclare uocē attollēs, Si cuncteris prorex, inquit, iurare, nec dex-
C tram sincero animo extendis, nos quoq; ab huius sacramenti fide disce-
 demus. Tunc uero prorex oborto pudore præalte manū extendit. Fuere
 qui ab ea proregis cunctatione existimarēt, eum pro cōsciētia sacramē-
 ti uotum suspendisse, conceptisq; uerbis ex animo iurasse tam fœdē pa-
 ctioni, quæ ui necessitatis exprimeretur (uti euentus postea docuit) ne-
 quaquam se staturū. Per hunc modū peractis sacris, & cūctis late adsti-
 pulatibus constitutū est, ut cohortes per urbes atq; oppida spargerētur,
 ut cōmodius ali, præbitisq; stipendiis in officio contineri possent: ue-
 teresq; præfecti quos diximus, ad sua munia redirent, quorum iussis mi-
D lites ex disciplina obsequerentur. Nec multo post singulæ cohortes ad
 Augustā quæ Megara olim fuit, Siracusas in Leontinos, Calatāmq; Hie-
 ronis, & Taurominium, aliāq; oppida sub uexillis contēdere. Quū esset
 Taurominij Ioannes Vargas, ad eum Gōzaga scripsit, ut ipsum Hæredia
 atq; Carantiū, qui designādis hospitibus apud seditiosos præfuerat, com-
 prehenderet, uinctosq; sibi nauigio celeriter Messanā deuehēdos cura-
 ret. Præstitit officiū Vargas, & nihil tale timentes ambos, uti præceptum
 fuerat, Messanam deuehi iussit, ubi illico arctæ custodiæ traditi sunt. Ad
 alia quoq; oppida simili ratione Gonzaga perscripsit, ut singulæ cohortes
E suum electū, qui sacris interfuisset, uinctū præfectis artium traderēt:
 atq; ita ad unum omnes illi uigintiquatuor diuersis in locis uno tēpore
 comprehēsi, perductiq; sunt Messanā. In eos autem iustā iracundiæ suæ
 uirus Gonzaga usque adeo seuerē & grauiorē euomuit, ut uno die dāna-
 tos ad furcas, latronum more, laqueis suspendi iusserit: atque hæ furcæ
 toto litore, ut à præternauigantibus spectari possent, erectæ sunt. Ex his
 altissimam Hæredia, detruncata prius per carnificē dextra, honoris cau-
 sa promeruit, cui comites fuere hinc Mōdraconius, atq; Carātius, illinc
M iij

Villalobos, qui inter sacra iuramentum Gonzagā arroganter interpellarat. P Sed horum omnium supplicio cōceptus altē dolor in Gonzaga expiari non potuit: dedit enim operā, ut quos maxime facinorosos extitisse dicerat, omnibus modis atq; omnibus locis interciperet. Qua in re præfecti arcium & prætores urbiū, quum de scripto monerentur, operā sedulo præstiterūt, usque adeo diligēter, ut qui neq; excipi, neq; deduci Messanam poterant, custoditos necarent, & cadauera in subiectū mare proiicerent. Hoc enim incolumi sua fide ab his præsidibus peculiari suo iure fieri debere Ferdinandus censebat, quoniā qui antea quum arcium & oppidorum præfecturas acciperēt, Cæsari sacramētum dicentes se cunctis in rebus iustitiam obnixè culturos promississent, ideóq; in reos maiestatis, indicatis singulorum nominibus, lege agerē tenerentur. Verum Alvarus Sandeus apud Messanā truculentiorē carnificinam instituit: nā multos, qui Messanam ad forū rerum uenaliū exornādi sese causa ueniebāt, uel inuitatos ad cœnam, & uariis modis per aleatores lenonēsq; pellectos cōprehendebat, statimq; per seruos Aethiopes perneatos in mare proiciebat. Id supplicij genus maturabatur spitamali quodam ligno, ad ceruices laqueum intorquente, quod Hispani garotū appellāt: sic ut ad multa Siciliæ litora, à Messana ad Taurominiū, & inde ad Siracusas atq; Augustam, cadauera Hispanorū illisa scopulis, & fœde fluctibus lacerata spectarentur. Qua re certius comperta, reliqui Hispani tāto terrore concepto cōcuri cœperunt, ut plerique quæsitis frustra nauigiis, excedere insula niterentur. Interdictum nāque fuerat omnibus nauis, ne quenquam militē nauigio exciperent, aut aliò aueherent: sic ut multi in ea cogitatione, abeundi que consilio maturè comprehensi, sæuiente in eos Aluaro, scelerū suorum pœnas darēt. Ad extremū reliquā militū partem, quæ nouis multiplicatūque stipendiis exaturari nequibat, Gonzaga ipso Vastio multo seuerior inexorabiliorque, præbito mēstruo stipendio, nauibus auehentos in Hispaniam imposuit. Quam ignominia usque adeo grauitur milites tulerunt, ut postquā improbitatis atq; perfidiæ notati in patriam aueherentur, animis contumeliam ferre nō possent, commilitonūque exemplo se laquei pœna puniri malle prædicarent. Ab hac tanta animaduersione in seditiosos carptim patrata, eam Ferdinandus sui nominis famam tulit, ut Siculi suis commoti iniuriis, singulas cohortes tanquā maleficientissimi generis hominum ex uetere disciplina decumari debuisse prædicarent: Hispani autem eum tāquam hominem præduræ seueritatis, & supra æquum inhumaniter atrocem, K auidūque prorsus Hispanici sanguinis in occulto maledictis laceratum diris execrationibus onerarent, & ex aduerso ab recenti facti memoria, Vastij lenitatem, pari seditiosis crimine offensi, laudibus immodicis in inuidiā proregis attollerent: qui ea in re maxime benigna ingenij temperie usus, necis pœnam delicto grauiorem iudicasset, ideóq; tantum monendo molliendoque animos militum, & stipendia liberaliter persoluendo, totū compescendę tollendęque seditiosis negotiū exsententia

A tentia cōfecisset, utpote qui Hispanico sanguine progenitus, extra omnem pœnæ suspicionem uniuersæ consternationis maleficia sincera fide singulis condonare, quàm ullius omnino sui militis sanguine generosas manus fœdare maluerit. Caterum tantum abfuit, ut id Gonzagæ factum à Cæsare minus probaretur, ut præclare ei succenseret, quòd indulgentius agēdo cohortes singulas nequaquam repetita seueritate decumasset, & in Vastio indignam iusto militariq; duce inepte quæsitam clementiæ laudem effuse detestaretur. Quo iudicio Cæsaris & Vastius multum de pristina sua apud Insulæ gratia amisisse uisus est: Gonzagam uero ipsū uel indignatibus Hispanis ad amplissima præmia prouectum fuisse constat, quum ex aduerso nonnihil de concessis antea stipendiis atque muneribus, Cæsaris iussu, per quæstores Vastio detractum fuerit. Gonzagam tamen Hispaniæ magistratus ad dicendam causam citarunt. Verum is comparatis ad defensionem luculentis orationibus, ut in Hispaniā proficisceretur, & iam nauigaret, prohibuit Cæsar: ne perulgata per Hispanias tot scelerum & suppliciorum labes, animos provincialiū altius offenderet. Nec multo post Sicilienses cohortes collatis quæstorum indicibus, quibus nomina militum describebantur, circiter trecentos commilitones desiderarunt, atque hæc transuectæ in Italianam, classē Cæsaris apud Tarētum atque Brundisium conscenderūt. Sunt qui asserant Sicilienses cohortes, non quum statim ab Africa transuectæ in Siciliam fuissent, seditionem ad Randatium miscuisse, sed quū sequenti anno post maritimam expeditionē in Siciliam reportatæ fuissent: uerum nihil ad rei notitiam pertinere putamus, an tum, an postea admissæ seditionis pœnas penderint. Eo siquidem tempore, antecedentibus Venetis, Andreas Auria superato Messanæ freto, sublatūq; passim militibus, ad Corcyram insulam cursum intendebat, eò nāque Vincen- D tius Capellius cum imperio atque uniuersa Venetorum classe peruenerat: coniunctisque eo modo classibus apparebat Barbaros tantam uim Christianæ classis non esse laturos, & congressum & pugnam omnino uitaturos. Tum enim Hariadenus Barbaruffa Ambracio sinu cum tota Ottomannica classe se continebat, & de aduētū nostræ classis certior factus, ut illac nostri intrarent, propter arctas fauces expectare uidebatur, tanquam ex æquissimo loco dispositis utrinque tormentis intrantes oppressurus. Paulo siquidem ante Grimanus Patriarcha cū Pontificiis triremibus è Corcyra progressus ad fauces eiusdem Ambracij sinus, Preue- E sam oppidum in ipso Actiaco promontorio positum, ad motis triremiū proris oppugnare adortus fuerat. Sed is conatus, explorandi causa susceptus, eum habuit euētum, ut quum Iustiniana triremis Paulo duce audacter arctas intrasset fauces, atque aliquot hostilium tormentorum sinistro nauis latere pilas excepisset, expositi sint in terrā milites cum tribus tormentis, quibus & à terra, & à triremibus aliquādiu quassatū Preue- castellum fuerit: sic ut appareret expugnari potuisse, nisi Turcæ, ab Aetolia acciti, ab obsessis cum ualida equitum & peditum manu super-

uenientes, nostrósq; magno clamore edito aggressi, aliquot interfectis & uulneratis, reliquos in mare umbilico tenus ad scaphas triremiū con fugere coegissent, quanquam Alexander Interamnas, peditum præfe ctus, uel grauius saucius, aliquādiu constanter Turcarum impetum sus tinuisset. Per hunc modum Patriarcha repulsus, sublati in naues quæ exposita fuerāt tormentis, Corcyram rediit, nihil eius consilij pertaxus, postquam quales essent angustia sinus explorasset, atque hostium clas sem toto sinu ad anchoras stantem ex propinquo prospexisset. Concef serant tum classes nostræ in Gomunitia portum, quæ est cōtra Corcyra in continenti, ad eum locum uberrimæ aquationis, qui antiquitus Re gij fontis nomen tulit, atque ibi præfecti omnes quidam primum ten tandum foret, dictis sententiis consultabant. Referente autem, quæ ui derat, Patriarcha, ante alios Ferdinandus Gonzaga eius erat sententia, ut expositis militibus atque tormentis Preuesæ castellum magna ui expu gnandum censeret. Quo expugnato, constitutisque in promontorio, ca stelli que ruinis maioribus tormētis, elabi non posse hostem, atque eius classem summis detrimentis affici atque deleri posse differebat: Nam ut egressus hosti totus eriperetur, in ipsis faucibus onerarium nauigium la pidibus magnis minutisque repletum demergi iubebat: atque item tres H galeones, qui erant è tota classe tormentis instructissimi, contra ostium earum faucium produci constituique ualido atque obliquo rudentium nexu in anchoris iubebat, ut si Barbarussa sinu euadere in altum cona retur innumerabiliū pilarum procellam in limine faucium exciperet, atq; ibi omnino demergeretur. Ad ea Auria respondit, id Gonzagæ con silium dictu quidem speciosum, sed factu, atque exitu periculosum atq; difficile uideri. Nam primum omnium exponere in terram milites an cipitis periculi rem esse, quod credi par esset, Aetolicas copias, uti dudū Grimano teste fecerint, minime defuturas, quin oppugnatis atque ob I sefsis suis maturam opem ferrent, quorum superuentu nostros pedites uim incumbētis equitatus ægre toleraturos appareret, & si quid eis ini quo in loco opinione durius accideret, naues profecto onerarias desti tutas militari præsidio, quod esset miserrimum, hostibus præde futuras. Ipsi porro peditatui iam in terram exposito graue periculum inimine re, nam si aliqua autumnalis tempestas ita incideret, ut onerariae naues pariter atque triremes à scopuloso litore se recipere & in altum ad salu tem uela dare cogentur, unde tum suppeditari posse alimēta, non mo do desertis inimico in litore, sed ingruentes undique hostes pugnando K sustinentibus. Id certe euenire posse nemo maritimarum rerum peritus dubitarit, sic ut fortissimis uiris spes omnis receptus, & fugæ, importu na malignitate subita tempestatis eripi posse iudicemus. Cælum quidē autumnale ex mutabili natura temporis, ad repentinos uentorum tur bines edendos paratum, non insanis nautis esse pertimescendū, uti iam multis recentium naufragiorum exemplis compertum esset. Propterea si hostis extra sinum ad pugnam elici non possit, ipsis tutius atque uti lius

A lius uideri, superare Leucadem, ipsamque Neritum saxi asperam, & di recto cursu in Naupacteu sinum classem inferre, ubi & expugnari posse Naupactum oppidum, mœnibus non magnopere munitum, & multa obiter oppida, quæ ad intimum sinum Corynthiacumq; Isthmum per tineant, impune diripi atque euastari posse, Græci homines prolixè con firmarent, quod nauigationis iter si teneāt, acciderè posse ut Barbarussa uel pudore adductus, uel suorum ingenti periculo permotus, sinu egre deretur, & conferendæ pugnae facultatem ipsis optatibus & paratis præberet. Hanc gerendi belli rationem quanquā Gonzaga propositas diffi cultates infirmare & tollere cōtēderet, Capellius ipse & Patriarcha probare uisi sunt, ut pote qui maritimo potius quam terrestri conatu au dendum esse censerent, subitaq; tempestatis pericula, potius quam hos tes, quos æquo mari contemnebant, non temere formidarent, Naupa ctumque si expugnaretur, quod Veneti imperij Methonenfi bello fuisset, ipsis ex lege fœderis accessurum sperare possent. Exinde Auria con stitutus totius classis ordinibus è Gomenitia portu profecturus, onera riis nauibus, quæ erant septuagintaduæ, Francum Auriam gentilem & propinquum suum præfecit, quod magni usus maritimis in rebus habe retur. Ex his tamen quatuordecim Alexandro Bondelmerio attribuit. C Is enim uniuersam anteire classem & Franci nauigationem obseruare iubebatur. Sed quinque etiam triremes (eæ siquidem in uniuersum erāt numero centum & triginta quatuor) delectæ sunt, remigio & uelis ma xime agiles atque expeditæ, proptereaq; speculatiuæ uocabantur, quæ galeonem contra sinus fauces dare anchoras & consistere iussum præce derent, atque hostilis classis motus explorarent. Turcicae nanque trire mes quatuor, cum expeditis totidem biremibus sinum egressæ per fau ces in altum euaserant. Sed conspecto galeone, ut triremes nostras quæ D aduersum se directis rostris impetum facturæ uidebantur, effugerēt, elu dendo rursus intra fauces se receperunt. Itaque Auria dato signo, ut re lique classes se consequerentur, ad Preuesam contendens, uniuersas tri remes extendit, ita ut ab hostibus facile numerari possent, quoniam si minora nauigia suo opte studio uoluntateque classem comitantia recen serentur, iusta supputatione supra quinquaginta & ducentorum nauium numerum impleuissent. Quo spectaculo magnus (uti aiunt) timor Bar barussa animum incessit, qui tametsi natura intrepidus, nostrorum uir tutem & disciplinam non magnopere formidandam putabat, ingentis E tamen classis amplitudine atque apparatu uehementissime permoueba tur. Neque enim maior à priscis temporibus in Ionio nostrorum classis cōspecta fuerat, ita ut quidā eunuchus ex Solymani ianitoribus Barba russa comes datus, eum cunctantē subtimidēque perplexum inurbanis & plane superbis uerbis insolēter obiurgaret, quod in prouocātes Chri stianos, & pugnam cientes, non statim sinu erumperet, atque eos adori retur, qua in re non salutē suam qui conspectum hostis ferre nō posset, sed Solymani imperatoris decus respicere deberet, qui gloria suæ mul-

tum splendoris ea turpi cunctatione detrahi nollet. Pro dignitate siquidem Ottomannici nominis experiundas esse uires. Nam si bello fortis & pugnax esset, uti profiteretur, non desperadam esse uictoriam. Quod si fortuna uotis uirtutisque Turcarum inuideret, non defuturos Solymano trierarchos, ipsis si uincerentur meliores, & Ponticas syluas tantam ad conficiendam classem materiam suppeditaturas, ut duplo maior & ornatior uiris atque remigibus classis edificari facile posset. Postremo id quoque addidit eunuchus Barbarussæ, cauendum esse ne metu honestissimæ mortis, quæ aduerso etiam prælio esset incerta, ab irato Solymano fœdæ necis periculum subiret. Nec mora, uociferante adhuc eunuchus, conuersus ad Salechum archipiratam. Ergo, inquit Barbarussæ, uir fide uirtutisque præstantissime, nobis ut uideo, uel iniqua cōditione pugnae fortuna tentada est, ne huius semiuiri latrantis delatione pereamus: atque ita classem educere cœpit, quum iam Auria ad Leucadem uela flecti iuberet, ratus hostem his faucibus, timore præpeditum, egredi non ausurum. Tenebat propositæ nauigationis cursum Auria, & secundo uento uento ad Leucadem prouehabatur, quum à speculatoribus, qui in Carthesio summi mali galeonis Bondelmerij constituti erant, Auria significatum est, hostilem classem exire sinus angustias, & sinistrorsum dum litus flecti. Hanc oram quam Barbaricæ classis sinistrum cornu lambebat, paulo ante Grimanus præoccuparat, eo cōsilio, ut si hostis ab angustis prodiret, commoditate litoris excluderetur. Sed non multo post iter mutare iussus, atque inde recedens ad reliquas sociorum triremes se contulerat, atque ita euenit ut Barbarus terræ litus obtineret. Nam calido pro necessitate utens consilio, si ab nostra classe impotenter urgeretur, proris in hostes obuersis terræ puppes applicare, expositisque militibus à terra classem exarmatam uiris atque tormentis, uti usus posceret, minorem nauigiorum quam uirorum iacturam fore iudicans, defendere decreuerat. Cæterum Auria ea erumpētis hostium classis significatione commotus, ut qui iam triremes ad stationem sub Leucade, quæ Sueffula dicitur, adegerat, tametsi quod non putarat accidisset, animum tamen egregie componit, & classem uti imperatum antea fuerat, ad ineundam pugnam comparare sese, & prætorie suæ signa sequi iussit. Iam tota Turcarum classis in apertum pelagus euaserat, eo ordine ut Haradenus ipse mediam teneret aciem, ubi eius prætoria purpureis pluribus uexillis exornata conspiciebatur. Dextrum latus obtinebat Tabaches, sinistrum uero Salecus pari prope triremium numero instructi, qui Turketanis præliis inclaruerant. Nam eo die Barbarussæ produxit octoginta septem triremes, biremes autem rostratas circiter triginta, robore triremibus pares, leuiore uero triremes & mioparones tot erant, ut nauigiorum omnis generis centum quinquaginta, quæ remis agerentur, summam efficeret. Mediæ autem aciei cohærebant cornua, tanto ordine, ut quo uerteretur prætoria alas extendentis aquilæ speciem præberent, fatereturque mirabundus Auria, sicuti hæc eum postea narrantem audiui, neque

neque habilius, neque firmitus, aut omnino decentius classem à perito duce educi potuisse. Antecedebant Barbarussæ classem triremes circiter uiginti, partim rostratæ, partim leuiore, quæ omnium erant uelocissimæ, cui præerat Draguthes archipirata, multis postea in nostros maleficiis clarus. Constat Capellium ineundæ pugnae audum, è sua puppe in scapham descendisse, aduectumque ad prætoriam Auria, illum compellente his uerbis: Quid tibi, inquit, princeps, hac proposita prælij edendi longe pulcherrima occasione faciendum sit uides: ego certe, si me fortè cum Venetis triremibus te gnauiter sequuturum dubitas, iam à te ad declarandam Veneti senatus uoluntatem, studiumque meum primam aciem deposco, primaque prælij pericula fortiter subibo: splendidumque thoracem, quem induerat, ostendens, & palma pulsans, in hoc enim uti pius & impigrum decet Venetum præfectum, aut gloriose uincam, aut uictus honestissime occumbam. Egit gratias Auria, laudatque eius ingentis studio, rogauit, ut se præeunte subsequeretur, & quid fieri oporteret, intētus obseruaret: se enim quid fieri uellet opportune signum daturum. Iam prima biremium manus ad galeonem appropinquabat, & aliquot triremes à Saleco missæ, id ingens nauigiū oppugnabant, ea tamen cōditione, ut quum non multum appropinquaret, nec ob id multum nocere possent, neque in eos pariter è multo spatio Bondelmerius tormenta contorqueri sineret, non multum utrinque proficeretur. Expectabat enim uir rerum naualium apprime peritus, ut propius accederetur, ex improviso sæuam omnis generis tormentorum procellam in subeuntes effusus. Neque eum fefellit opinio, nam Turcæ audacius accedentes, adeo graui glandiū & pilarum grandine perfusi sunt, ut inhibere remos, & magno accepto detrimento trepide se recipere cogentur. Auria interim reuocabat naues, quæ præcesserant, & galeonem suum remulco protrahi iubebat, & triremium trierarchos intercurrentibus per nauiculas nunciis hortabatur, ut sese animis ad ineundam pugnam cōfirmarent paratique essent ad imperia, quum tubæ cantu atque explicato maximo uexillo signum daretur. In eo autem consilio, decretumque erat Auria, ut nisi onerariarum nauium fretus præsidio, confligendum sibi non esse iudicaret, uti postea cōfirmatione maiorum minorumque ducum, qui aderat, didicimus. Idem pariter astutus hostis prouidebat, qui pari utrinque triremium cōcursu procul ab onerariis, quæ castellorum erant instar, dimicare cupiebat. Nam tum fortè uetus omnis ita subsederat, ut æquora ad edendam nobilem pugnam pacata fluctibus & plane constrata præberentur, & patriarcha prouectus ad Auriam eam inuadendi, delendique procul dubio hostis facultatem non prætermittendam prædicaret, tantumque ardore uociferaretur, ut propinquiores trierarchi inuitantis uocem audirent, maximèque miraretur quod Auria rem prælio committere dubitaret. Is enim onerarias naues in unum coeutes ingentibus gyris atque meandris subsequente triremium ordine circuibat, & ex nauali peritia, nouum aliquod atque inexpectatum hosti facinus editurus uidebatur, sic ut id ipse perspi-

cax & minime præcep̄s Barbaruffa, uti poſtea cõmpertũ eſt, facile crederet. Id Auria crebro rotatu claſſem ſuã circueñs, ea ratione faciebat, ut ad ſe hoſtiles triremes perliceret, & in prouectas è caſtellis excelsarũ nauũ propius & certius tormẽta dirigerẽtur, atq; ipſe demũ in perturbatas, quæ erat certa uincẽdi ratio, directis proris inueheretur. Interim ſubſiſtẽte Barbaruffa, & quorũ ea hoſtis flexuoſa nauigatio recideret ſpectãte, quòd dolum aliqũe ſuſpectaret, cornũum ſuorũ triremes, iam uergente ad occaſum ſole, diuerſis in locis rem gerebant, pars in oppugnando galeone fruſtra perſeuerabat, pars aggreſſa onerarias duas, in quarũ altera Buccanigra cũ ſua Hiſpanorũ cohorte uehebatur, in altera erat Macinius Mongaia Cantaber, uſq; adeo grauiter cõiectis in eas pilis affixerat, ut perrupto malo incenſisq; ueelis, & multis Hiſpanorũ & nautarũ interfectis, periturã crederẽtur. Alia uero pars duas onuſtas cõmeatibus circũuentas naues, quarũ altera erat Veneta, altera Dalmatica, coniectis ignibus concremaret, paucis in ſcaphas deſiliẽtib; aut ad propinquas ſociorũ naues adnãtantibus. Duas etiã triremes ſub ipſum crepuſculũ, quẽ lentiore utebãtur remigio Salecus interceptit, quarũ triararchi erant Mozenicus Venetus, & Bibiena Etruſcẽ ſtirpis uir ſacraus. Secundũ has triremes capta eſt Aloyſij Figaroæ Hiſpani nauis, tamenſi ſuẽ cohortis milites aliquandiu pugnaciſſime ſe defendiſſent. In ea captus eſt cũ ipſo Figaroa patre filius adoleſcẽs nobiliſſimẽ formẽ, qui poſtea deductus ad Solymanũ Mahometis ſacra ſuſcepit. Is quũ principis cubiculo aſſueuiſet, poſt tertiuũ carceris annũ miſero patri libertatẽ impetrauit, donatũq; liberaliter in Hiſpaniã remiſit. Tum uero cũ tonitru turbatis nubibus grauis imber & procella ſtantibus Euris exorta eſt. Nec dubitauere noſtri, quũ uidiſſent Barbaros attollere dolones, quin & ipſi præuẽte Auria dolonibus ſimul & maioribus expansis ueelis, ſe inde explicarent, & quo uentus ferebat, ad Corcyrã unde uenerant uertentur, uſq; adeo diſſipatis agminibus, ut intento etiã remigio, nequam ſe recipere, ſed confuſe & turpiter effugere uiderẽtur: ſic ut Auria tanti uſus, tãtãq; peritiã, & tantẽ deniq; exiſtimationis mari dux, eo die nullus imperator extiterit. Ferũt Barbaruffam noſtros eodẽ uẽto ad aliquantũ ſpatiũ perſequutũ, nec quẽ hoſtes elabendo curſum tenerẽt, pet tenebras plane cernentẽ ſubſtitiffe, quoniã noſtri duces in ſingulis ſuis prætoriiis lumina extingui iuſſiſſent, quæ erectis ad puppem ingentibus laternis præferri ſolita ſunt. Proinde ipſum in cachinnum uerſum ſæpe repetiſſe hæc uerba Hiſpanico ſermone prolata: Ergo Auria lumẽ abicit, ut certius fugam ſuã tenebris recondat? Quafi miraretur noſtros tanquam magno metu occupatos, omnis decoris, modo ſe eriperẽt, obliuiſci, quã manus cõſerere maluiſſe. Ea uero apud omnes Corcyrẽ applicãtes opinio fuit, ut præclaro oborti repente uenti beneficio, uel cũ ignominia è ſummo periculo ſe ereptos faterẽtur. Cæſariani autẽ præcipuẽq; Ligures, ut Auria nomẽ ab omni infamia uendicarent, tam fœdi exitus culpã ex obliquo in Venetos referebant: quòd ab initio præſidiũ Hiſpanorum

A norum militum, quod diſtribui in Venetas triremes debebat, ut propugnatoribus firmiores in congreſſu hoſtiũ euaderent, ſuperbe repudiaſſent. Venetis nanq; triremibus non plãne confiſum Auria, & propterea temperaſſe à prælio diſſerebant, ob idq; præſertim, quòd euadẽte anguſtias Barbaruffa, illæ ferme omnes collectis ueelis & per iuncos ad antennas ſubligatis, eas ad ſummitatẽ mali celeriter eduxiſſent, ſcilicet ut repente præciſis iuncis, expedita ad quẽ uellent fugæ curſum uela uẽtis inflanda præberẽt. Quũ in ea mutui erroris obtrectatione, mœſtitiãque & dolore turpiſſimi euentus uerſarẽtur, Macinij Cantabri nauis uel quaſſata perforatãque, quæ periſſe credebatur, Corcyrã applicuit, eius autẽ Macinij mira constantia fuerat deſenſa. Nec multo poſt ipſe Barbaruffa nõ contẽtus noſtro dedecore, nec hoſtes inopinata procella ſibi è manibus ereptos æquo animo ferẽs, ad Paxũ inſulã prouocabundus ad pugnã peruenit. Ea inſula centũ fere ſtadiis ab ultimo orientali, quod Phalacrum olim fuit, Corcyrẽ promontorio diſtat, ſic ut exprobrare noſtris fugã, & ſi è portu prodirent, cũ eis acie cõgreſſurus eſſe uideretur. Quã obrem Gonzaga fremens, ut qui ſuperbi hoſtis arrogantia ferre nõ poſſet, ſingulos adiit duces, rogauitq; ut pro dignitate Chriſtiani nominis C animos uirẽs; cõponerent, & fœliciore uirtute inſolentis Barbari uim omninõ retũdere niterẽtur: rẽſq; eo deducta eſt, ut Capellius, quod antea nihil tale iubẽte ſenatu ſuſcipere recuſarat, Hiſpanorũ certa præſidia quæ offerrentur ſe in triremes recepturũ polliceretur, quaternãque acie Barbaros inuadere decernerent. Quartã enim acie Ferdinando Gonzagæ honoris cauſa attribuerant. Verũ hæc cõſultatio tam diu prolata eſt, ut Barbaruffa aduerſam circa nonas Octobres metuens tempeſtatẽ retrocederet, & ſibi abunde ſatiſfactũ exiſtimans in ſinũ Ambraciũ reuertetur. Ab ipſo autẽ hoſtis diſceſſu de expugnãdo Dyrrhachio cogitatum eſt, ſed quũ à Capellio totius Dyrrhachini litoris ſtationes nauigiis maleſidẽ prædicerentur, nõ multo poſt in Rizonicum ſinum, quẽ Catareum uocant, curſum direxerũt, ut Caſtronouum Turcicæ ditionis oppidum, in eo ſinu poſitum expugnarent. Ea enim forma eſt & natura ſinus, ut tutiſſimũ atque ingentẽ præbeat portũ, marẽq; ſeſe ad orientem intorquens in intimo reſſu Cattarũ, oppidum Veneti imperij, alluat, ſic ut per quaſdã fauces, quæ protracta cathena præcludi poſſint, nauigiis adeatur. Tota regio apricis, & egregie cultis collibus peramœna eſt. Sed Cattarũ, obſtantibus ad dextrã montibus, ita opacũ redditur, ut incolæ ſub brumã breuiſſimis ſolibus utãtur. Caſtrum autẽ nouum, quod multis ante annis Cherſego regulo à Mahomete fuit ademptum, apricius eſt, ſed nequaquã Cattaro munitius. Caſtrẽſium ædificia ab infima oppidi parte, quæ mari alluitur, & turritã munitiõnẽ inſtar arcis habet, per dorſum collis aſſurgũt. In ſummo autẽ caſtellum habet, natura potius quã arte munitũ. Oppidani partim Dalmatici, & partim Epirotici ſunt generis, ſed qui iam pridẽ immixti Turcis à Chriſtiana religione defecerãt, mercaturẽ ſtudent, & paruis nauigiis queſtũ faciunt. Nulli

Turcæ milites erant in præsidio, quum binę tantū quas diximus infimę munitionis & superioris castelli arces, à paucissimis Turcis custodirentur. Itaque intrātibus sinū classibus, magna vi admotis tormētis, priusquam oppidum ab incolis aliquādiu defensum caperetur, socij nauales Venetæ classis per remos murum scandentes ad infimā partē intrarunt, & mox ab expositis Hispanis oppidum quoq; perrupto muro captum est, quum ibi duo insignes cohortiū præfecti Buccanigra Hispanus, & Cæsar Iofias Firmanus interfecti cecidissent. Multa eius oppidi, sed nequaquā pretiosa domesticarū rerum præda fuit, sed ingens omnis ætatis & sexus incolarū multitudo in seruitutē abducta est, quanquā multi ex his nunquā se à cultu Dei Christi discessisse dicerent. Triduo post, superius castellum præfidiarij Turcæ frustra pacti incolumē fore libertatem, & uitam, dediderunt. Quum id oppidum cōmunibus uiribus captum ex fœdere Venetis deberetur, occupatū est ab Hispanis, quos Auria Ferdinandusque Gonzaga extra Italiā alere cupiebant. Itaque uel ægre permittente, & è Venetiis super ea re senatusconsultū expectari debere frustra postulante Capellio, Franciscus Sarmētus cū quatuor milibus ueterānorum militū, qui apud Insulres à scelerata secessione, regionem ad Galeritum oppidum peruastarant, Castronouo præpositus H est. Eam rem molestissime tulit senatus, quod id oppidum cōmunibus partū armis non sibi ex lege fœderis, sed Hispanico præsidio concessum fuisset. Suspectabat enim Hispanorum ingenia auida imperij, atque affueta rapinis & maleficiis, tanquā ex occasione Cattarēsium rebus uim allatura, usque adeo indignanter eam iniuriam patriis æstimantibus, ut auerso à Cæsarianis animo susceptæ eius detrimentosæ expeditionis singulos patres pœniteret, & decemuiri in spem pacis inducias à Solymano petendas esse decernerent, quæ uel ob id opera Laurentij Gritti, qui Andree principis fuerat filius, benigne atque celeriter impetratæ sunt, quoniā Galliæ regis legatus Antonius Rinco Byzantij purpuratos opportune docuerat id fœdus, quod apud Neapolim cum Cæsare à Venetis dissentiente multo maxima senatus parte percussum fuisse, inuitisq; demum fere omnibus id recens bellum susceptū esse memorābat. Quū hæc agerētur, nunciatū est Barbarussam, ut Castrensibus opē ferret, eduxisse classem, sed quum ad Saxonem insulam peruenisset, aduersa tempestate oborta non modo retentum fuisse, sed aliquot trirēmium, quas atrox uētus Africo atque Austro permixtus Acrocerauniis cautibus illisisset, iacturā fecisse diceretur, uti facile apparebat ex armamentis, cuiusque naufragij fragmētis, quæ toto fere Dalmatico litore natātia & eiecta uisebantur. Ea re certius cognita Cappellius eius animi fuit, ut eductis classibus Barbarussam eo incōmodo perturbatum persequeretur, cui consilio fauebat & ipse Gonzaga, qui amissum decus ad Leucadem nobili aliquo facinore edito redimendū esse diserebat. Sed Auria multis de causis tanquā importuni ausus consilium facile improbās, sibi in Italiam redeundum ita statuit, ut cōtinuo uela uentis daret, plurimum indignante

A indignante Capellio, qui aduocatis suæ classis trierarchis omnibus, contumeliosam orationē in Auriā effudit: ita ut seipsum detestaretur, qui se alieno imperio subiecisset, eosq; moneret, ne unquā externi cuiusquā præfecti imperia subirēt, postquā uel ignauia uel malignitate homo Ligur, Veneti nominis antiquus hostis, conceptæ atque exploratæ uictoriæ deesse, & Italicæ naualis disciplinæ existimationem, fœdo importunæ cessationis & fugæ exitu dedecorare uoluisset. At Auria consilio apprime grauis hæc uerba, atque hosce uel aduersos de se rumores facile contemnebat, quum cuncta quæ ageret & diceret, ad commodum Cæsaris reuocare esset solitus, ita ut per ironiam Valerius Ursinus, qui tum aderat Veneto stipendio addictus, nihil nisi peritissime & consultissime ab Auria administratum atq; omnino gestum diceret: quando Venetos cum Solymano commisisset, & diuturno maxime bello ianuā, uti exoptare uideri posset Cæsar, uel ipsis nolentibus Venetis aperuisset, & id certe ne amisso quidem ullo nauigio probe præstitisse iudicari deberet. Non deerant siquidem factiosæ malignitatis homines, qui interpretarentur id contractum cum Turcis bellum, magno Cæsari cōmodo cessurum, quod Venetos tanti irritati hostis uim terra marique diu non esse laturos appareret: ideoque eos tanquā exhaustos opibus atque pecunia, eò breui redigi posse asseuerarēt, ut his terrestres eorum imperij urbibus, quas superioribus temporibus impotēter occuparint, aut ui, aut aliqua demum pactione, quam necessitas exprimeret, uti nuper conspirantium regum bello fecissent, decedere cogerentur. Cæterum Castronouo capto, atque his, quæ diximus, Hispanorum præfidiis Sarmento duce impositis, atque obiter abeuntibus classibus, eam iniuriam usque adeo grauiter atque superbe Solymanus tulit, ut magno apparatu id oppidum terra marique, repetendum decerneret, auerētque iratus Venetis in Peloponneso copias, quibus & Nauplium & Epidaurus acriter oppugnarentur simul & uehementer obsiderentur. Singulare autem gaudiū concepit, quod totius prope Christiani nominis classes, quas antea plus æquo magnificere erat solitus, aduersum se coactas Barbarussa omnibus prope rebus inferior, omni existimatione spoliatas, toto mari effugere coegisset. Ineunte igitur uere Barbarussa refecit classem, & novos remiges in supplementum maritimis regionibus imperauit: atq; eum, uti oportebat, propugnatorum ex Ianizeris præcipue numerum, & exercitatissimum quæque ex aliis ordinibus, in classem descripsit, duasq; ingentes onerarias naues, quas mahonas uocabat, ad ferēda totius tormētarij apparatus, & castrensium instrumenti onera, celeriter ædificauit. Decretus quoq; est in id bellum dux alter, qui terra rem gereret Vlamanes Persa. Is bellicæ uirtutis commendatione in demortui Vstrephi locum in præfectura Illyrica, quam Bosnensem uocant, suffectus fuerat. Hunc enim alibi à Tammaso Persarum rege transfugisse memorauimus. Hic operam dedit ut septem minores Sanzachi cum eorum equitum assuetis turmis è proximis regionibus sibi adiungerentur, conduxitque non

multa pecunia pedites eius generis qui Haidones, Vscoci, Martellosij, Chymeriotæ, & Morlachi uulgo appellantur, agreste hominum genus, syluis atque nemoribus prædandi causa assuetum, sed durum & uelox, indomitique uigoris aduersus omnes cæli iniurias, & in omne belli facinus paratum atque expeditum, utpote qui nudis pedibus, aut tantum carbatinatis per rupes & cautes cõfragosarum uallium asperrimorumque montiũ crepidines, mira, uti in capreis uidere est, celeritate discurrant, & sagittis & fundis eminus, cominus autem præpilatis quibusdam sparis, paruĩsque securibus, ab ancipiti mucrone, quum eas nonnunquã contorqueant mortiferis, in hostes utantur. Hos enim Vlamanes, non qui pugnarent modo, sed qui opus facerent, munitionesque erigerent, maxime idoneos (ut Turcis parceret) & prope sibi necessarios existimabat, quibus omnibus Testegim Turcam præfecerat, qui Habraimi Bassæ citharæcedus fuisse, & improba delatione illius damnationem maturasse dicebatur. Itaque adulta ætate, quũ Barbarussa educta Hellesponto classe in Rizonicũ sinum peruenisset, eodẽ tempore Vlamanes cum triginta millibus equitum & peditum in summis montibus sese ostendit. Barbarussa prius quã primas sinus fauces intraret, Draguthem & Corsetum piratas cum triginta ualidis biremibus, quas galeotas uocat, ad explorandum præmisit, ita ut ad Castronoui mœnia accedentes, sinu quodam à tormentis se protegerent, indeque aquatum ad proximum fontem, quem Artifarium appellant, in terram exirent, in quos exemplo Sarmentus Macinium Mongaiam cum sua cohorte, & Lazarũ Coronæum cum turma equitum erumpere iussit, commissoque certamine Turcæ multis eorum interfectis & captis terga dare, & ad Galeotas adnatare coacti sunt. Exinde Barbarussa applicuit cum nonaginta triremibus, & tribus quas diximus mahonis, totũque triduum absumpsit in exponendis tormentis, erigendisque eorum munitionibus, quæ nisi noctu administrari perficique poterant, propter perpetuam tormentorum omnis generis pilarum procellam, quæ in opus facientes ab Hispanis effundebatur, sic ut eo triduo Turcarum amplius mille tormētis cõti interfectique sint, in quibus & ipse cecidit Agis Hariadenus, qui in Africa ad Taioream urbem iuxta Tripolim sese regem effecerat, cuius morte Barbarussam non mediocri dolore affectum ferunt, quod inter ueteres amicos longe omnium prudentissimus atque fortissimus haberetur. Barbarussa multo cum labore cædẽque suorum perfectis quæ instituerat operibus, supra quinquaginta quatuor maioris generis tormenta promouit, in quibus erant duplices colubrinæ septem, stupendæque item magnitudinis quatuor basilisci, qui ferreum amplius centũ pondo globum euomebant. Reliqua erant eius generis quæ duplices mediũq; canones uocantur, præter sacros & hierofalcones: atque item mortaria quæ lapideas immanes pilas in sublime iaciebant, ut superne decedentes terribili ruina domorum tecta deformarent. Ex hoc numero, uti oportebat, circiter quartam partem Vlamanum impartitus est, ut à septentrione diuersam

A diuersam à sua oppugnationem institueret. Ipse enim ab oriente è triplici loco diuisis muneribus cum Tabache & Halileuano uiro Hispano, qui iam pridem ad Mahometis sacra delapsus Tunetano priore bello singularem peritiæ militaris laudem, eximiosque inde honores apud Barbarussam & reliquos Turcas promeruerat, quater murũ cœperat. A mari quoque Salecus admotis triremium proris certum propugnaculi locum oppugnare iussus, eum ferendi muri tenorem seruabat, ut quotidie sub auroram, & quum sol inclinaret in uesperam denis per uices promotis triremibus murum uerberaret. Vsq̃ adeo autem per aliquot dies acriter & continenter quassata sunt mœnia, ut Sarmentus uel opportune intus contra procidentem murum noua munimenta noctu præcipue erigens, ægre patefacta loca resarciret, & tam multa tormentorum uerberatione magnopere terreretur. Nam tamen si integros nouem menses uacuos à bello nactus, nihil parcendo militibus aduersum hostes, quos omnino uenturos ad oppugnandum ominabatur, nouos aggeres erexisset, & reliqua in rem opportuna opera perfecisset, duabus maxime de causis angebatur, quod saxeo in loco glebam & cespitẽ ad construẽdas ex disciplina munitiones desideraret, nec à quoquã maturam opem sibi afferri posse speraret. Nam tamen si ab Auria, qui Brũdufino in portu Cæsarianam classẽ continebat, duo nauigia onusta cõmeatibus, atque his rebus, quæ ad apparatus tormentorum pertinerẽt, superioribus diebus acceperat, multaq; adhortatione ipsius Auriæ subsidia pollicentis fuerat confirmatus, nihil tamen eum deducta in pugne periculum classe, qua ipsi subueniretur, tentaturum arbitrabatur. Itaque quum Sarmentus tot ruinis uno tempore uario in loco sese opponere conaretur, Turcæ perampla turre, quæ muro interiore quadrato cingebatur, potiti sunt, eo successu ut ad terrendos nostros in fastigio Barbaricum uexillum erigerent: atque ex ea munitione, quæ erat circa turrem, sclopettis atque sagittis primo, mox etiã tormētis inde collibratis Hispanos impeterent. Quum impigre resisteretur à nostris, Sarmentus ad ima fundamenta eius munitionis cuniculum agi iussit, quẽ uulgo minam uocant, ut suppositis ex tormentario puluere ignibus, quum Turcæ maxime urgerent, & in oppidum irrumpere conarentur, ex repentinis flammis disructæque munitionis ruina, inopinantes opprimerentur. Sed ea res aduersum habuit euentum, nam quum ingruentibus Turcis opportune cuniculo ignis subderetur, ea collata materia incendiarij pulueris, importuno quodam lentore concepto, tarde & segniter flammam corripuit, ita ut frustra in hostes exitum quærens repulsa flamma in nostros reuerberaretur, multosque igne correptos absumeret, & in his ipsum cuniculi magistrum Michaelẽ Firminum, è Cæsarea Augusta citerioris Hispaniæ. Accidit etiã ut eodem tempore apud superiorem oppugnationem Vlamanes aliquantã ab attigua arce muri partem prosterneret, & Barbari tanquam uictores sublato clamore plurimũ exultarent. Quibus rerum difficultatibus adductus Sarmen-

tus edixit, ut qui milites essent fauciat, neque operam pugnando præstare possent, sese in inferiorem arcem reciperent, quo Aloisius Arius, & Macinius Mongaia incommode uulnerati concessissent, reliqui autem supremum bellicæ uirtutis conatum edituri, mediò in foro se cõglobarent, ut non inulti extremum communis fortunæ casum subirent. Nec mora cruentissimum irruentibus Turcis certamē editum, sed nostris iniquius, quum plenus imber sclopettariis, qui uni omnium periculis rem gerebant, funicularum ignes extinxisset, & necessario non hastis modo, sed gladiis uterentur, æquiore Turcarum conditione, qui innumerales sagittas in nostros spargebant. Multi præterea hostium equestris ordinis, pedibus pugnare iussi, prælatis equestribus peltis incuruos suos enses ita in nostros exercebant, ut galeas ferreæque humeralia facile discinderet, atque ad unum ferme omnes uel fortissime repugnantes trucidarent, sic ut utraque pars ardore prælij accesa per strata cadauera peruadere ad suum hostem, & confertis manibus pugnare minime dubitaret. Cecidit in eo conatu fortissime dimicans, Cusanus Burgundus, qui propter sapius spectatam in præliis uirtutem Hispanicæ cohortis præfecturam meruerat. Sarmentus ipse tribus sagittis intra galeam os confixus, fessusque longa uigilia & diurno pugnae labore, in uestigio aliquandiu tela uitabundus fortiter perstitit, & quum pugnando honestam mortem oppetere quàm pedē referre mallet, & Sancium Friam cohortis præfectum fugam circūspectare conspiceret, eum seuera uoce increpitans manu comprehendit, & locum tueri iussit, sic ut secum ingruentibus hostibus consistere, atque occumbere cogeretur. Is nanque Frias turbidis & peruersis consiliis salubria Sarmenti imperia saepe contempserat, & improbitate quadam malignitateque ingenij meliora, atque opportuna ad salutem suadetibus transuersum se præbuerat, & omnium seditiosissimus apud Insubres fuisse ferebatur. Itaque, ambo, nequaquam pari uirtute, detruncati ab hostibus in uestigio cõciderunt, cæteris omnibus pari forte, sed non eadem generosi animi fortitudine ad unum interfectis. Nam quosdam abieciisse gladios, uti erant longa dimicatione fatigati, confectique uigiliis, salutem à Barbaris frustra passis manibus petiisse ferebatur. Interfecti sunt in eo tumultu cohortium præfecti Ioannes Cantaber, Dominicus Arriadanus maior, Seronius Taraconensis, & Oliuerius Valentinus. Qua suorum terribili cæde terrefactus Arius, & qui cum eo in inferiorem arcem confugerant, quòd nullis uiribus, quibus sustineri posset uictor hostis, niterentur, deditiois uexillo expanso significationem hostibus fecerunt, atque ita eos integra fide Hariadenus in seruitutem uita incolumi facile recepit. In his fuere præter ignobilem militum turbam, præfecti spectatæ uirtutis & dignitatis, ipse Arius, atque Macinius, Didacusque Maschafa. Præterea uiri Græci strenuissimi equitum præfecti Lazarus ipse Coroneus, & Andreas Scrapula è Nauplio. Reliqui quibus expedita deditio saluti fuit, fuere omnis generis hominum circiter octingenti, in quibus eminebat Hieremias Li-

gusticæ

Augusticæ stirpis, qui eius oppidi episcopatum impetrarat. Hi omnes à Barbarussa in seruitutem Byzantium asportati sunt, præter unum Macinium Mongaiam, qui quum ab eo quæreretur, sollicitareturque impetius, ut ad sacra Mahometana deficeret, atque insolentius oppugnata & conseruata nauis suæ casum iactaret, Barbarussa ei iratus ad proram triremis ceruices abscindi iussit. Sarmenti cadauer inter tot occisorum aceruos agnoscere non potuit, quanquã id Barbarussa multæ pecuniæ & libertatis proposito præmio diligentissime perquisisset, quòd caput eius ad Solymanum mittere decreuisset. Exinde inflatus uictoria, & quòd iam Rizzanum castellum in propinquo positum Veneti custodes tot hostium conspectu perterriti Turcis dedidissent, Cattaro urbi inhiare cœpit, ita ut urbis prætorem minacibus literis sollicitaret ad dedendam sibi urbem, ac nisi continuo portas aperiret se mœnia tormentis aggressurum denunciaret. Erat is prætor patricij ordinis, nomine Maphæus Bembus, insigni uirtute constantiaque animi præditus. Is per literas Barbarussæ respõdebat nullum Cattaro in urbe Ottomanis ius esse: propterea si uim inferret, eum recetium induciarum, quas concessisset, leges uiolaturum, non sine contumelia sui imperatoris, qui nunquã iusiurandi fidem fallere consueffet. Quòd si iniquo iudicio rem ad arma deducere cuperet, ipsum qui cum imperio præfesset urbi, daturum operam ut improbe uim illatam paribus tormentis propulsaret. Ad ea subiratus uictor Barbarus in ultimum sinus recessum aliquot triremes promouit, displosisque tormentis oppugnaturi speciem præbuit. Cui Bembus prætor egregie constans & impaudus, totidē tormentorum suorum bombis & pilis strenue respondit, & præsidium armatum in mœnibus Barbaris ostendit. Qua re animaduersa Barbarussa inhibuit remos reuocatisque anterioribus nauigiis ad Castronouum est reuersus, delinitusque exinde prætoris Bembi muneribus, nihil expectata induciarum fide, quàm paulo antè de scripto exegerat, sinu excessit, rogauitque Bembum, ut præclaro induciarum testimonio præbito, quibus posset rebus Vlamanem Illyricæ prouinciæ præfectum amicè subleuaret. Castronouo per hunc modum, ut diximus, à Turcis fortiter expugnato, atque inibi Hispanis ad unum omnibus aut trucidatis: aut si qui ex deditioe cædèque superfuissent ad transita triremium relegatis, nostrorum ducum animis non dubius cum pudore timor incessit, facile reputantibus quales quantæque forent Barbarorum militum uires, quantæque opes Solymani superbi hostis terra marique ad propulsandam uindicandamque iniuriam nuper extitissent: sic ut piis animis homines intestina bella atque dissidia principum magnopere detestari inciperent, & de concilianda pace sacroque bello communibus studiis cogitandum arbitrarentur. Quum uero Vastius Mediolani fortissime legionis interitum deploraret Insubres ipsi tacite letabantur, diuique Donati numen frequentatis passim altaribus impense percolebant: cuius numen ritè factas à populis immaniter direptis in Hispanos execrationes nequaquam inanes esse uoluisset, post-

N iij

quam ipso die annuo, eius memoria dicato, ad septimum Idus Augusti rapaces homines maleficiorum poenas dare coegisset, & id aliquanto cumulatus quam non plane decumatis Siciliensium Hispanorum cohortibus accidisset. Admonebantur autem nostri principes attenuatis opibus infirmi, ut magis & magis cogendo auro uacarent, quod uel cum incomparabili subiectorum eorum imperiis populorum iniuria acerbitateque diligentissime faciebant, honestam sacri belli suscipiendi causam praeferebant: uanissima tamen, & semper usurpata ratione, postquam priuato potius commodo cupiditateque, quam publico decori publicaeque saluti studere consueuissent, maximeque mirarentur, cur Solymano ab inexhaustis thesauris, tot pecuniae in bellicos sumptus suppetere, quum ipsi uel semper expilando praedandoque, unius tantum belli copiis aegerrime stipendia solueretur, & Barbarum ex aduerso, pluribus simul in locis terra marique diuersa alere bella perspicere, ut tum acciderat quum eodem anno Ottomannica arma ad oppugnandos Lusitanos in Indiam usque protulisset. Aedificata siquidem, ut diximus, ad Suetiam olim Arsinoes portum rubri maris ingenti classe Solymanus eunuchus cum Moro Alexandrino, sinus Arabici angustias egressus, praeteruectusque Persici maris sinum ad Indum usque aemnem peruenerat: magnisque uiribus Diu urbem, Lusitanorum portum, ad fluminis fauces positum oppugnat. Cuius belli is exitus fuit, ut eunuchus post oppugnatos per multos dies terra marique Lusitanos, quum eos indomitae uirtutis esse reperisset, incepto abstinere, & desertis maioribus tormentis ad Ademum, nobilissimi emporij urbem, redire sit coactus, ubi plane fractus animo, quod nihil ex uoto prouenisset, ipsum Ademanum regem, sub fide ab se uocatum, in antenna praetoriae suae laqueo suspendit, eiusque gaza omni surrepta, urbem claustris complectentium se montium, & lapideo insigni muro munitissimam, occupauit: parique saeuitia appulsus ad Zidae portum, unde terrestri demum itinere Mecha urbs, totius Arabiae sepulchri Mahometis religione clarissima aditur, Zibitinum regem, sumptuosos muneribus gratiam eius appetentem interfecit, praesidiis eius aulae omnibus sub fide immaniter trucidatis: sic ut mox ille semiuir apprime rapax & cruentus ad Mecham deferretur, ut se apud pseudoprophetae fontem expiandis tot sceleribus religiose ablueret, Moro cum classe ad Suetiam redire iusso. Huius rubri maris, siue Arabici sinus longitudo a Suetia ad ipsas freti angustias mille, & quadringenta passuum millibus extenditur, quum latitudo maior uix ducentorum milliarium summam impleat. Id uero totum quandam humani cruris figuram exprimit, quandoquidem abscedentibus utrinque litoribus sensim se aperiens magis ac magis paulatim dilatetur, donec ad angustias quas uocant Azanias in fauces coarctetur. Ab his olim Oceanum a meridie Austri flatibus intumescens illac uiolento impetu se infudisse ac deuoratis terris eum sinum effecisse, perhibent, multis refertum insulis & scopulis,

A scopulis, propterea que nauigantibus importunum. Insularum longe maxima circa medium sinus affirmatur Camerana, quae tamen tota ferè inculca est, extantibus tantum quibusdam arcium uestigiis. Incolae Aethiopici coloris sunt, & tuguria palmarum foliis intexta inhabitant, praecipuamque piscationi operam impendunt, sic ut plerunque urinantes conchas margaritarum in profundo legant. Ab alto fretum intrantibus sinistrorsum sinuatur mare, ubi est insula nomine Delacia, quae proximae continentis regno subiecta est. Id Barnagasium uocant, & magni Preteianis Abyssinorum regis imperio parat: cuius etiam ditionis sunt cuncta ea litora, quae usque ad Suetiam in infimo sinu positam protenduntur. In hoc litore Ercocchus portus uisitur Abyssinae regionis, è quo Indiae merces ad interiora Aethiopum regna trans Nilum amnem deferuntur. In aduerso autem Arabico litore Zida percelebris portus reperitur, quò applicant peregrini, qui religionis causa ad urbem Mecham duorum dierum terrestri itinere distantem contendunt, ut Mahometis sepulchrum inuisant, quanquam id plerique inane esse asseuerent, quum illum apud Medinam Talnabim ex humanis excessisse, atque ibi tumulatum fuisse praedicent, quae urbs pertinet ad fines arenosae solitudinis, quae Arabes à Syris determinat. Extra autem freti angustias ad laeuam Ademum occurrit, celeberrimum, ut diximus, felicitis Arabiae emporium. Inde ad Orientem nauigatur ad aliud fama & celebritate par emporium, nomine Ormutium, ad fauces Persici sinus in insula positum, indeque reliqua Indorum regna, usque trans Indum, & Gangem, & auream Chersonesum adita subactaque à Lusitanis uersus Sinarum regiones, eorum classibus aduentur. Egradientibus uero rubri maris fauces immensum illud Australis Oceani pelagus dextrorsum occurrit, Trogloditicorumque in litore Selana, Mombazanaque, & Melindia regna, ad insulam diui Laurentij, atque ipsum extremum Aethiopiae promontorium, Bonae spei uocatum anfractuosum & laciniatis litoribus protenduntur.

FINIS LIBRI XXXVII.



PAVLI IOVII NOVOCOMEN-
SIS EPISCOPI NV CERINI HISTORIARVM

SVI TEMPORIS LIBER XXXVIII.



AM plures dies Genuæ subsederat Cæsar confirmandę ualetudini intentus, quę paululum comota fuerat ex inclemētia Prouincialis cęli: unde uastatis legionibus, tot milia hominum, Germanorūque præsertim, contagiosa tabe periissent. Vehementer etiam erat occupatus explicandis grauiissimarū rerum consiliis, quæ perpetuo curarum nexu, ex rebus in Gallia parum secundę gestis succreuisent. Quamobrem monebatur ab Auria, ut peragenda conficere maturaret, priusquam hybernis tēpestibus recrudesceret mare, quod subessent brumales dies, nec certa esset per Alcyonios dies maris trāquillitas, quæ sicuti nequaquam ad certam diem stara, sæpe præueniens, & nonnunquā serius aduentans, nauigare ausis non semper aridere consueisset. Cæsari enim in Hispaniā erat enauigandum: sed duæ res maxime retardabāt, quæ dignitatem eius, & iam ardente bello in Subalpinis rerum securitatē respicerent. Arx siquidem Mediolani priusquam ipse Italia excederet, Hispano custode, Hispanoque præsidio munienda uidebatur: & Mōtisferrati ditionis imperium, quod esset ex Cæsariana lege beneficiarium, legitimo heredi adiudicandum. Id censebant Cæsarianarum partium studiosi, quum eius regionis opes magno momēto ad sustinendos Gallos, eo bello futuras prospicerent, propter Padi amnis ualidiorūque aliquot oppidorum opportunitates. De hæreditate enim eius imperij grauis oborta erat controuersia, diūque ea magna competitorum cōtentione iactabatur: constitutis nanque à Cæsare iudicibus, & contestata lite, prolatisque antiquissimorum iurium documentis, tres simul litem ferebant, Federicus ipse Gonzaga, Carolus Sabaudius, & Franciscus Salassus, diuerso ambitu, diuersaque spe ingressi litem, ius sibi reddi uno tempore flagitabāt: spes eorum alentibus iureconsultis: utpote qui priuato quæstui & factionibus facile deseruirēt. Cæterum præclarū omnino ius erat Federico, in cuius matrimonio erat soror Bonifacij, qui ex lapsu currentis equi periisset, non obscura heres faterni imperij, quum Sabaudij atq; Salassi iura nimis ob-

foleta

A foleta & incerta putarētur. Salassus ab recēti merito, quod deserto Gallo rege ad Cæsarem opportunissimo belli tēpore se contulisset, non obscurā præmij spem præferebat. Sabaudius uero nulla sua culpa, sed causa Cæsaris, cui uel malo suo studendū iudicasset, magna parte principatus misere expoliatus, resarciri sibi incommoda, Montisferrati dominatus concessione, ex benignitate Cæsaris postulabat. Sed his in rebus Cæsar æquus disceptator, & iuris sui consultissimus, erecto tribunali, ita litem diremit, ut secundū Federici iura meritāq; pronunciaret, & Aluarū Lunam, à quo Federicus in ditionem diceretur, eligeret. De arce autē Mediolanensi pari celeritate transactū est. Nam Maximilianus Stampa uetus custos, post Sfortiæ mortē se Cæsaris nomine in custodia permanfurum professus, nullam moram attulit, quin arce excederet, quāquam ex uetere suo maximēq; fideli obsequio, & studio insigni in Cæsarianum nomē, relinqui posse in eadem præfectura sperauisset. Sed Cæsar Hispano potius uiro quàm Insubri, quāquam generoso spectatāq; fide prædito, fidēdum ratus, cæteris in rebus Stampæ postularis tāquam studioso partium, Insubrūmque procerum splendidissimo, collata Soncini oppidi ditione, benigne atque indulgentissime satisfacit. His confectis rebus dimissisq; ab se totius prope Italiæ regulis, ipsōque præcipue Alexandro Medice genero, & Federico Mantuano, qui Casalem Montisferrati caput ab Aluaro Luna deduceretur: nactus idoneam tempestatē in Hispaniam secundissime nauigauit. Sub id tempus Gallorum duces per ea, quæ nuper occupassent, Subalpina regionis oppida, diuisis copiis, præsidia confirmarunt. Erant hi ferme omnes Itali, quod Gallos magna ex parte ad præsidium terræ patriæ, quum Cæsar in Prouinciam irrumperet, Franciscus reuocarat. In his fuere præter Paulum Rentij Ceritis filiū, & Annibalē Gonzagam cognomento Nouellarium, Guido Rangonus, Cæsar Fregosius, Caniniūque Gonzaga, qui paulo antè nequicquā tentata Genuæ expugnatione, ad Subalpina Gallorū oppida se receperant, & quædam minora castella pulsas Cæsarianis occuparant. Excubabant autem in eam curā, ut proferrent fines, opportunoque aliquo ad gerendum bellum oppido ex insidiis potirentur. Hoc idem ne facile accidere posset, sedulo præcauebat Vastius. Is paulo antè ex Transalpina prouincia regressus, Puerino in oppido Hispanorū, Italarūque cohortes recensuerat, animaduersisque ac exploratis Gallorum præsidiis atque cōsiliis, Cherium instar urbis ingens oppidum, Taurino ad quintum lapidem propinquum, ex itinere aggredi, atque expugnare cogitarat. Sed ea re adactis tormentis uixdū cœpta, quod ibi Rodericus Ripalta castrorū magister, oppidi situm mœniūque naturam speculando ictu minoris tormenti fuisset interfectus, & Annibal Nouellarius extructo insigni propugnaculo, cum delectis cohortibus oppidū tueretur, ad Astam in hyberna concesserat, Ioanne Barga in præsidio Villanouæ cōstituto, & reliquis item cohortibus per circumiecta castella distributis. Huic negotio præpositus erat Franciscus Marchio Salassus, qui à Francisco rege ex

fluxa fide discedens, ad Cæsarem Galliam inuadentē se contulerat, præbueratque non obscura malignitate callidam operam, ut Fossanum oppidum ab inopia com meatus à Gallis præfidiariis Antonio Leua dederetur: sedulo enim dux ille apprime astutus & uaser Salassum quibusdā offensionibus à regiis ducibus alienatum, multa pollicēdo, à regis amicitia clientelāque ea conditione diuulserat, ut ei præfecturam Hispanici peditatus Cæsaris nomine promitteret, quam Daualæ domui à multis antè annis præclaro fidei atque uirtutis merito rex Ferdinandus cōcessisset. Ei quoque Leua filiam nuptui se daturum pollicebatur, quibus emolumentis inuitatus sine pudore fidem mutare, regemq; deserere potuerit, sed iusta cum obtrectatione Vastij, inuidiāque multorum, id infamis consilij præmiū appetisse, apparebat, quanquā Hispani cohortium præfecti, & ceteruriones nonnulli, malignis ingratisque ingeniis cū probro Vastij ipsum Salassum tanquā uerum opportunūque ducē, ideoque efficacius atque nobiliter arma tractaturum, impudenti adulatione complecterentur: utpote qui sibi licere cuncta, & impune rapere posse omnia ex indulgentia noui, nec adhuc à Cæsare confirmati ducis sperarent: uti uideri fuit quum apud Caragium oppidum, deuictō Turrisano Gallicarum partium tumultuario duce, trahentēque secū ad bellum inconditam agrestium multitudinem, inusitata crudelitatis cædes ederet. Salassus nanque Hispanos ut in deditam & ad terram arma proicientem miserorum hostium multitudinem, atrocissima cæde grassaretur, immaniter fuerat cohortatus: eo euentū ut ingēs hominum multitudo mortē suppliciter deprecantiū crudelissime fuerit trucidata: quod usquam antea uel ab efferatis & Barbaris factum fuisse nemo meminerat. Qua crudeli indulgentia Salassus se bene auspicatum fuisse promissæ præfecturæ honorem, & cōciliaffe sibi hostili sanguine & præda Hispanos insolentissime iactabat. Substitit Albæ Pōpeiæ Federicus Gonzaga, expectans ut ex sententia iussūque Cæsaris à Casalēsis in urbem reciperetur, & Montisferrati princeps populari acclamatione præclaro iure hereditatis appellaretur. Sed Aluarus Luna ad tradendum de manu urbis imperium solenni cęrimonia in urbē præmissus: ea in re non alienas modō, sed plane rebelles ciuium uolūtates reperiēbat. Erāt plerique principes Guelphi nominis, qui antiquissimi dominatus ditionem patriamque in potestatem Mantuani, noui, ignotique sibi principis deuēnire iniquissimis animis ferebant: malebantque parere Gallis, opulētissimiq; regis imperio, qui Cisalpinæ Galliæ possessione, eiectis Cæsarianis, K potiturus esse crederetur, quam perferre Cæsarianorum acerbitates, qui perpetuis æstiuis atque hybernis amica oppida miserabiliter uexare, ac euertere consueuissent. Vigebat etiam tum memoria apud Casalenses, Gulielmi principis, qui Gallicā alam ductare, & regis gratia, magno ciuium suorum commodo, pollere erat solitus. Nam quisque uti erat genere nobilis, & spiritu alacer, in alam equestri stipendio scribebatur: sentiebantque ferme omnes ciues, ex ea militia & peculiari regis benignitate,

A tate, non obscura emolumēta quæ erant honestissima, his præsertim ciuibus qui principis beneuolentiā ex fide uirtutēque, aut in ala foris, aut in aula domi meruissent: quarū rerum nihil sperarent ex dominatu Mantuani, quod Cæsarianæ militiæ honores & præmia nequaquā ad Italos, uerum ad Hispanos, atque Germanos, & Belgas uerterentur. His deprauatos opinionibus Casalēses, duō ante alios, ut ad Gallos deficerēt, assidua cohortatione sollicitarat Guilermus Blandratus professione iurecōfultus, sed ingenio seditiosus & acer, planēque militaris, & Christophorus Guascus, Guelphæ factionis princeps, apud Alexandrinos, qui eius ardentioris studij nomine extorris, & exul factus Gallis militabat. Itaq; Casalensium quorūdam ciuium opera accersuntur Galli, hisque ad ingressum porta proditur, populo inexpectata re tanquā ignaro eius cōsilij uehementer cōmoto atque exterrito: sed mox subtriciente, & nihil sese ad arma cōmouente, quod publico nobilitatis cōsilio id facinus patratum fuisse crederet. Burria Gallorum præfectus primus omnium urbē intrauit, promptissimos Vasconū peditum, in equitum tergis confessores, festinandi causa secum adducens, edicensque ut alij atque alij pedites & equites ex Varulengi oppidi præsidio deducti se præeuntem consequerentur. Eo modo ad conditā à proditoribus horam quietissime in urbē receptus, circumuallare arcem parat: ne quis inde in arēam erū pere possit. In eam nanque Mantuani ipsius legati cum Aluaro Luna confugerant. Nec mora, Gallis impigre operam nauantibus, Burria, Blandratus, & Guascus, arcis egressum circumuallāt atque præsepunt, fossaq; subitarij operis satis lata profundāque producit, lunatūsq; erigitur agger, in quo aduersus erumpere tentantes præsidium imponitur. Cæterū occupatis in opere Gallis, eius rei gestæ nūcius ad Vastium illico defertur: Is tum exercebatur apud Astam in ludo parua pilæ. Hac re audita nihil D ipso ore perturbatur, sed erecto animo expeditū capit consilium ferendæ opis, idque miro silentio contegit, ac signum tuba dari iubet, ut milites illico arma capiant, & se proficiscentem summa festinatione subsequantur. Parēt edicto milites, & per lutulenta itinera summa alacritate uiam capeffunt, rati se propere perduci ad occupandum aliquod hostile oppidum, unde opima præda peteretur. Sed non prius consilium aperuit Vastius, quam ad Alferiū uicum est peruentū. Tum uero aduocatis præfectis, quam stulte atq; arroganter Casalenses ad Gallos defecerint patefacit: eorum perfidiam extemplo uindicādam edocet, spēmque omnē ulciscendi hostis in celeritate positam ostendit: hortatur singulos, ut uel E difficillimi itineris laborem impigre sustineant, ut paratæ uictoriæ fructum contendendo atque accelerando secum percipere uelint. Itaq; tota ea nocte, uel præalto impeditum cœno iter nusquā fuit intermissum, indignantibus Hispanis quod Casalenses usque adeo fœdū facinus admisissent, ob idque ad eos accensis spe prædæ animis celerrime peruadunt. Orto iam sole peruentum est ad arcem, continuoque Vastius ab Aluaro Luna, Ioannēque Pefcherio arcis custode perdiscit quas muni-

riones Galli contra arcem erexerint, quo animo sint Casalenses, quibus uiribus nitatur Burria Gallus. Speculanti autem muri altitudinem Vastio, eius equus, è quo dudum descenderat, ex transuersa hostium munitione tormenti pila interficitur. Sed nihil eum id inane ostentum terret: postulatque sibi extrorsus ab arce dimitti scalas, quibus murum ab arce ad Padum pertinentem aggrediatur. Nam milites per arcem receptos (quominus expedite atque audacter ad inuadendam hostiū munitionem progredieretur) pons arcis ligneus, prolata forte grauioris tormenti pondere effractis asseribus interruptus, importune retardabat, & dispositi post aggerem hostiū sclopettarij in ipsos erumpere audentes subitam glandiū procellam se effusuros intentis ignium funiculis ostēdebāt. His igitur scalis arreptis & apposis, nō dubitauere milites, quin audacter conscenderent, & sese in urbem deiicerent, quod uetus agger mœnibus appositus, ex ueteri consuetudine introrsus esset accliuus. Verum Galli è munitione, ab altisq; priuatis ædibus sclopettis rem gerentes, multos eminus uulnerabant, atque sternebant. Qua re animaduersa Vastius exteriorem fossam scalis coniungi, superiectisque asseribus cōtegi, atque erigi in muri coronam præcipit, ut conferta acie milites tanquam per accliuem pontē conscenso muro in urbem intrarent, auctōq; H eorum numero, qui iam trāscenderant omnium animos confirmarent, & in arcem conglobata acie deferrentur. Non defuere sibi Galli quin acerrime prælium cōmitterent: sic ut aliquādiu cruetissime dimicaretur. Nam ut ad manum quoque uentum est, dubia uictoria uidebatur. In eo enim congressu Hieronymus Mendocius, Rhodiæ militiæ ascriptus, & in Pelopōneso uirtute clarus, qui erat Hispanorum princeps, glāde traiectus cadit. Petrus Giaena mortifero sclopetti ictu sauciatur: occiditurque immoderata fortitudinis adolescens, Vgone Moncata genirus, quē nauali prælio iuxta Salernum ab Aurianis uictum, interfectūq; fuisse I docuimus. Exarsere ira Cæsariani, prodeuntēq; & cohortante Vastio, in hostes impetum redintegrant. Nec Galli impressionē ferre possunt, statimque profligātur, diffugiuntque per priuatas domos, quas perforatis parietibus inter se ad permeādum coniunxerant. Sed passim expugnatis domibus hostes ferme omnes aut trucidātur, aut se uictoribus dedunt. Capitur ipse Burria. Blandratus sceleriter effugit. Guascus dum tentaret Vadum in Pado, quum nullā ueniam speraret si in Vastij potestate uenisset, se temere commisisse amni, & periisse creditus est, quod nusquam postea cōparuisset. Casalenses uel Guelphi Gibelliniq; nominis ad unum K omnes admissi facinoris in uestigio pœnas dederunt, quum capti à milite pecunia se redimere cogerētur. Vastius tēplorum decus, mulierūque pudicitiam cordi habuit, multos seruauit: accitūsq; Federicus liberalitatem suā in multos suarū partium ciues exercuit, in luctuosq; uictoria, quæ uoluptate peculiari minime careret, publico consensu receptus est. Nec multo post Vastius præmissa Burria, qui in arce Mediolani custodiretur, Mediolanū contendit, eo animo ut Iacobū Medicem, fratremq;

A trēmque eius Baptistam cōprehenderet, quod ab inimicis iniqua delatione consensisse cum Gallo hoste diceretur. Erant enim Medicei, propter antea acti belli memoriā auarissime & crudelissime Lario in lacu gestū, magnæ apud Mediolanenses quosdam principes expositi inuidiæ, sed qui à Francisco Sfortia earum rerum ueniam essent promeriti. Quum ambos Vastius post epulas cepisset, his suspicionibus ita sese Iacobus explicuit, ut pro uetere sua clementia Vastius eos nequaquam capite puniendos existimaret, ne alienæ libidini, malignitatēq; seruiuisse diceretur: reiectōq; ad Cæsare iudicio, eos demum recepit in gratiam, atq; eis B ablatum à quæstoribus argentū restitui iussit. Quum Vastius Mediolani ueterum Saturnaliū more natalitia Dei Christi festa celebraret, apud Florentiam inusitata perfidiæ, summæq; immanitatis facinus postridie nonas Ianuarias admissum est à Laurentio Medice in Alexandri principis atrocissimā cædem. Cuius execrabilis facti causam & modum quàm breuissime potero explicare pro instituto operis, operæpretium esse putauerim. Alexander ubi, nuptiis cum Margarita Cæsaris filia Neapoli cōfectis, Florētiam est reuersus, opportunis ciuiliū actionū decretis, institutisq; præfidiis, dominatus opes confirmauit, & maxime cōpositi & C diligentis futuri principis specimen dabat, ignoscendo ueteribus inimicis, studiosōsq; Medicei nominis, & propinquos beneficii subleuādo, & quod erat gratiæ popularis rectissima ratione inter ciues ius dicendo, quum infirmorū etiam ciuium preces & querimonias benigne ad aures admittere nunquā pigeret. Sextum & uigesimū nato annum corpus ob uenerat mediocris certe staturæ, sed ualida atq; habili neruorum cōpage firmissimum, militiæ laboribus utique par, atque omni ingenuæ exercitationi quum expediret aptissimū. Sed eius animus leuitate iuuenili in Venerem usque adeo pocax erat & præceps, ut ei nouæ nuptæ forderet thoros, ac dignitatis suæ & ualetudinis, & denique salutis curam D abieciſſe crederetur, quum Laurentij patris exemplo, nouis semper stupris ac adulteriis obnixè gauderet. Ea de causa noctu per urbem cum armatis sæpe ita uagabatur, ut nonnunquam contracto cum obuiis crueto certamine summum uitæ discrimen adiret. In eius intimam familiaritatem sensim sese miro astu insinuarat Laurētius Medices, effictis moribus, & his in adulationē & destinatum dolum callidissime cōpositis, quibus infatuatū atq; deceptum principē opprimeret. Erat is Mediceorum omniū Alexandro sanguine maxime propinquus, etate ferme equalis, ipsiq; paternæ domus cubiculis adeo coniunctus, ut secretiore ostio E ad cōmeandū cōmitterentur, cōmunicatis scilicet seræ clauibus, quibus quum utrique luberet, sine arbitro conueniendi facultas daretur. Nam unde facile capi princeps poterat, amatoriarū cupiditatū, quibus ille infatiabilis & uagus semper arderet, unus ipse Laurētius & conscius & arbiter erat effectus. Eruditi siquidem & arguti ingenij illecebris ad omne lenociniū erat paratus, & efficax: adeo ut non absurdos uersus, qui essent instrumenta libidinis, pāgere, nec inamœnas Etruscæ fabulæ comœdias

factitare, & in scenā edere soleret: simulabat enim se unicā ex his studiis F
delectationē petere: propterea abdicare penitus arma à latere, quę ceteri
ex aula gestarēt, cruorē reformidare, & prorsus se imbellē esse, atque otij
avidū ostendere. Ad hęc pallente uultu, & fronte cōtracta deambulabat
solus cum paucis parcissime sermones ferens: uasta & silentia urbis loca
frequētans, & non obscuras ebullientis atrę bilis notas ita pręferens, ut
nonnulli eum irridere tacitē inciperēt: alij acutiores eum aliquod inso-
lens, & truculentum facinus coquere, prorsusq; meditari suspicarentur.
Nam quibusdā in aula & suspectus & inuisus esse cęperat, quod Neapo-
li cum Strozis exulibus consilia de interficiēdo principe miscuisset. Se G
pe enim apud exules maledicētissimo ore in Alexandrū fuerat inuectus,
quum ille incerta adhuc Cęsarıs foceri gratia suspēsus, spurcissimis ini-
micorum libellis & delationibus oppugnaretur: dixerātq; se mature uia
inuenturū qua cōmunis patrię tyrannus ex tuto tolleretur. Cęterū ge-
minata ueluti perfidia, quid exules cogitarēt, quidue molirētur, ad Ale-
xandrum illico deferēbat: prolatisq; nōnullis literis & syngraphis, præ-
claram studio, officiōq; suo syncerę sedulitatis fidē adstruebat. Id quum
rescisset ex suis speculatoribus Petrus Strozza, uersipelle Laurentij inge-
nium, tanquā duplici ancipitiq; perfidia infame, generose atq; indignā. H
ter detestatus, Pandulpho Puccio ueteri suo sodali fortē obuiō, quin de
ea re pręceps colloqueretur linguā moderari nō potuit, aperte dicens:
» Equā ineptus est, & sui ignarus, Pādulphe, hic uester Alexāder, qui Lau-
» rentio Medice summę perfidię adulate tātō opere delectatur? quādo is
» quotidie nobis se illū omnino interfecturum iactāter repromittat. Non
» defuit officio suo Puccius, uti erat ex amicorū cętu pręcipuus, sermo-
» nēmq; Strozze rotum principi detulit. Nec multo post Alexander Lau-
» rentiū in cubiculū uocat: quid audierit enudat. Ad ea ille absolutę simu-
» lationis proditor, composito uultu subridens, ita respōdit, ut cuncta ea I
» quę Strozza dixisset, uera esse fateretur: uerū non inepto artificio iāpri-
» dem ab se instituta. Quōnam (inquit) princeps, tutiore aptiorēq; modo
» mihi erunt exacti speculatoris partes implēdę, nisi ut me tibi ex arcano
» inimicissimū esse prædicē? scilicet ut hac subtili simulatione secreta o-
» mnia è præcordiis inimicorū eruantur, & saluti dignitatēq; tuę egregie
» prospiciā, uel hac mea diligētia, quanquā ea meo nomini periculosa &
» turpis appareat. His uerbis, uti credi par est, antea meditatıs, suspiciōne
» omnē facile auertit: apud principē iam plane fato suo obstrictū, & nihil
» de homine cunctis amicitię gratięq; iuribus, & peramplis beneficiis cō
» iunctissimo suspicantē. Cęterū ut certius atq; lethalius falleret, his tan-
» tis delationū artificiis, etiā fraudulenta omnis lenocinij obsequia soler-
» ter addebat: nonnunquā principē ab effręni licētia intēperantem, ad sa-
» cratas uirgines perducens, quarū ipse nefariis amoribus usque adeo per-
» ditē delectari cōsueffet, ut nequaquā magni dei ultoris numen timeret,
» quod eius sacrilegij reos nequaquā serō uti impios, teterrimo uitę exi-
» tu, uel hoc præclaro amborū exemplo damnare cōspicimus. Itaq; Lau-
» rentio

A rentio supra sesquianum in hac diri sceleris cogitatione uersato, nec a-
lienę fidei quicquā temere cōmittendi, fortuna infesta principi, per se-
questram uenerē patrandō facinori exoptatę securitatis occasiōne præ-
buit, saluti nāq; quum ante omnia cauendū arbitraretur, ut post editam
tyranni cędem (sicuti aiebat) liberatę ab se patrię gaudio glorięque suę
saluus interesset, multa hactenus tanquam parum tuta expediēdę fugę
loca & tempora repudiaret. Forte tum erat in ipsa principis uicinia ma-
trona pernobilis, uenustęq; formę, sed certissimę atque inexpugnabilis
pudicitię. Hanc, quod mirē placeret principi, ad tendēdas infidias ido-
B neam ratus, conciliando eius amori operā suam atq; ingeniū amāti ob-
tulit, eōq; propensius, quod ea sibi esset arcta propinquitate coniuncta,
atq; ideo maxime familiaris. Itaq; ea nocte quę Ianuarias Nonas ante-
cessit, postquam cęnatū est Laurētius composito dolo in aurē Alexan-
dri insufurrans, perfidiosęq; mentitus, dicit in adamata muliere uel inge-
nuē casta, & diu reluctāte, expugnatū esse pudorē persuasionebus atque
promissis, eadēmq; nocte eam in cōplexum eius deuenturam, ea tamen
conditione, ut totū id religioso silentio cōtegat, & quę eius nomine ex
sua fide præmia pepigerit liberaliter præstet. Simulabat siquidē à mulie-
C re mutę pecunię subsidia peti, quę ipsius uiro, uti iam princeps norat,
non obscure decoquēti suppeditarētur, confirmādis scilicet eius fortu-
nis & mercaturę rationibus, quę uehemēter essent conturbatę. His po-
stulatis tanquā honestissimis facile annuit Alexander, matura spe exo-
ptatę libidinis incēsus, statimq; cęnaculo exiēs in domū attiguā ipsius
Laurentij (uti sæpe aliās) deducitur, ablegarēque ab se cubicularios duos
qui aderant iubetur: ne illi quicquā ex re cōposita instantiq; subodorari
possent. Sistitur ergo incautus princeps in cubiculo, ipsōq; etiā prodi-
D toris lecto, ut ibi tantisper conquiescat, & expectet donec intēpesta nox
adfit, & silentia adducat, per quę utrique, uti expediat, tutissimus trās-
itus paretur. Breue siquidē spatiū angustę uia inter principis posticū &
matronę fores intererat. Parato expectare, extētōque in thorū principis
suadet ut gladium discingat, quo mollius cubet. Id quum ille fecisset,
Laurētius gladij capulum uagine baltheolo dissimulatę, ut sæpe fit, ita
conuoluit: ut si eum præsidij causa repeteret princeps non facile uagi-
na educi posset: hortatur demū ut obdormiscat, donec ipse rebus com-
positis & instructis reuertatur. Discedens Laurentius reliquit lumen,
circumductōque ad lectum conopeo, cubiculi fores post se trahit, quę
E ultronea fera claudebantur. Tum uero compositis ē sententia infidiis
Laurentius iuuenem, Scoruncunculum nomine, sibi à pedibus famulā-
tem, cui ipse homicidij reo uitam à principe impetrarat, ad se uocat: hor-
tatūque ut sibi fortem operam, sicuti antea promississet, præstare uelit,
in confodiendo insigni quodam homine, nomini suo inimicissimo: ani-
mis tantū opus esse, neque eius aspectu debere permoueri, quod res ex-
tra periculum transigi possit. Ille alacriter respondet, se non recusaturū,
quin ut aliquam accepti beneficij gratiam persoluat, quātumlibet infi-
O iij

gnem uirum, ac si iubeat ipsum denique principem obruncet. Ad hæc F
 Laurentius, Egregie diuinasti, inquit, mi frater, ipse est: inclusumque eum
 hoc cubiculo dormitantemque tenemus. Nec mora ad apertis tacite fo-
 ribus cubiculum ingrediuntur: ascito etiam comite uili agasone fami-
 liari, cui tanquam elumbi atque tardipedi à contrario sensu, Freccia co-
 gnomen erat, quæ uox Italicè sagittam exprimit. Laurentius expedito
 breuiore gladio stertenti costas trāsadigit. Ille exterritus tanto uulnere,
 in aduersam lecti spōdam se deiicit, repensque manibus & genibus subter
 lectū emergit. Ei sese erigenti Freccia malā discindit: alij arreptū scabel-
 lum præfenti animo pro scuto opponentē circumfistūt, atque ictus in-
 geminant. Ille rabidæ feræ persimilis Laurentiū inuadens, proditorémque;
 adeo alta uoce uocās, ut tota domo (sicuti ex mulierum tēstimonio con-
 stat) exaudiretur, leuæ manus pollicem dentibus apprehēdit atque perfre-
 git: quo dolore correptus, opem sibi à Scoruncūculo afferri postulauit,
 ab eoque iugulatus princeps multum euomens cruorē prosternitur: con-
 fossusque demū aliis uulneribus lecto impositus est, nec quisquā ad tantæ
 rei strepitum è familia accurrit, quòd Laurentius multum antea ad fal-
 lendos familiares cum sodalibus eo in cubiculo multa cū uociferatione
 scabellis & scutis, hastisque colluctari, ad imaginemque iocosæ exercita-
 tionis perstreperere consuisset, ut in eam diem dolum pararet. Interfecto
 per hunc modum principe, quum percussori detegenda cædes, idque fa-
 cinus defecto atque exposito interempti capite omnino propalandum,
 & uocandus ad libertatem populus foret: stetit ei aliquandiu attonita,
 & ualde suspensa mens ex cogitatione patrati sceleris, usque adeo ut ob-
 litus suæ gloriæ, quam unam à tanta perfidiæ labe se petisse postea iacta-
 bat, in ipsam salutis suæ curam totus incumberet. Propterea ad Ange-
 lum Martium illico contendit, qui principis occupati, aut absentis ui-
 ces implere erat solitus: ab hoc facile impetrat equos publicos, & ape-
 riendæ urbis portæ tesseram: simulans fratrem in Cafagiolia uilla mor-
 tiferis uentris torminibus torqueri, quem condendi testamenti causâ
 omnino ea nocte inuisere percuperet. Indulsi perētī Martius, quod in-
 iussu principis nemini præterquam ei singulari gratia pollenti erat cō-
 cedendum: atque ita ille acceptis & incitatis equis, sicarios suos educēs,
 Bononiam, atque inde Venetias peruolauit, ut optatissimum Philippo
 Strozæ nūcium afferret. Constat eum in discessu T. Zephio, qui dome-
 sticis rationibus præerat, funesti cubiculi clauē dedisse, iussisseque ut ante
 diluculum ingrederetur, & quid reperisset certis ciuibus nunciaret, qui-
 bus Medicei dominatus foelicitas grauis & inuisa uideretur. Impleuit
 iussa Zephius: sed nemo ex his hiscere, aut se omnino commouere ausus
 est, quòd neque Zephio, neque ipsi Laurentio tanquam ab ambigua fi-
 de suspecto satis crederent: seu id esset effectum experiundis ciuium ani-
 mis, ut qui præproperi forent nimia credulitate in noxæ capitalis crimē
 præcipites darentur. At sole iam exorto duo cubicularij, quos ab se Ale-
 xandrum, quum proditoris domū intraret, ablegasse diximus, quum to-
 ta nocte

A ta nocte eum frustra perquisissent, trepidi id totum deferunt Innocen-
 tio Cardinali, qui uti erat propinquitate atque amicitia cōiunctissimus,
 honestiore in parte ædium habitabat. Is quid acciderit principi pertur-
 bata mente diuinat, accersiturque statim in consilium Franciscus Cam-
 pana, epistolarū magister, ambōque nihil dubitant, quin incautus prin-
 ceptus à Laurentio in ipsius cubiculo sit interfectus, compressoque dolo-
 re ereptum procul dubio principem internis tantum lachrymis lugen-
 dum, nec usquam querendum censent, postquam renunciatum est Lau-
 rentium mutatis ad celeritatem iumentis per Apœninū iter extendisse.
 B Egregie autem compositis uultibus simulant, edicuntque ciuibus de mo-
 re in aulam ad salutandum principem uenientibus, illum obdormisce-
 re, quòd tota nocte ludibundus cum sodalibus uigilasset, forēque ut quū
 pransus esset, personatus prodiret, in eiusque rei simulationem multa ue-
 stis lupercalibus & theatralibus apta ludis circumferretur. Cæterum per
 tabellarios eximie pernicitatis Alexandro Vitellio, Rodolphoque, Baleo-
 ni prescribunt, ut magnæ periculosæque rei causa, quātas maxime pos-
 sent copias ex Aretinis & Cortonēsis agris celerrime cogant, Florenti-
 amque perducant. Idem ut faciant præcipitur præfectis cohortiū de-
 C scriptarum in Mugellano agro, cuius tractus incolæ fortissimi deditissi-
 mi que Mediceo nomini existimantur. Nec prius principis corpus que-
 situm conspectumque est, quàm primis tenebris, ne id in plebe adhuc
 ignara ueræ cædis tumultum excitaret. Itaque pauci familiares ita iubē-
 te Cardinale tapeti inuolutum in Laurentianam ædem clam detulerūt.
 Erat tum in Trebia uilla Cosmus Medices, decimum octauum ætatis a-
 gens annum, ad quem nihil tale expectantem secundissimo cursu Etru-
 sci imperij fortuna ferebatur, ipso Ioāne Medice duce fortissimo ex Ma-
 D ria Saluiata genitus, quem Germanis ad inuadendam uastandamque ur-
 bem Romam ingruentibus, seruituræ mox Italiæ fato potius quàm suo,
 ad Mincium tormenti ictu cecidisse docuimus. Is, quum patritiæ iuue-
 tutis sodalibus uenationem edidisset, ex frequenti & repentino incolarum
 concursu, cohortes tanquam urbani tumultus causa Florentiā ac-
 cersi uidet, Laurentiūque Medicem in singulis militaris uia mansionibus
 equos mutauisse & recta per Apœninum extendisse iter compe-
 rit: nec inani coniectura statim adducitur, ut principem à Laurētio in-
 terfectum, aut omnino uulneratū esse non dubitet, eoque firmiter quòd
 duos principis familiares, post aliquot horas eadē festinatione præter-
 E uectum persecutos esse didicerat. Sed admiratur cur sibi à matre diligen-
 tissima scēmina nihil sit enunciatum. Id uero accidebat quòd nemini ad-
 exitum portæ urbis paterent. Nec multo post ingruente iam nocte, su-
 peruenit uir agrestis certissimum interfecti principis nūcium afferēs,
 cuius cædis editæ certior factus, accurata uultus simulatione, cum do-
 lorem ex acerbissimo principis casu, tum lætitiā ex Laurentij parricidio
 statim commiscet, & silentio contegit. Nam sicuti illum ex animo
 amabat, colebatque: ita hunc maxime oderat, tanquam insidiosæ mali-
 O iij

gnitatis aduersarium: nam ei litem intenderat Laurétius de paterna atque auita hæreditate ualde grauem, ob idque explicatu difficillimam, quòd in ea protrahenda supinus princeps Laurentio non obscure fauere putaretur. Tum uero ea re paucis communicata Cosmus sibi ad urbem eundum censeret, cohortantibus quibusdam patris militibus ueteranis, qui cohortes ad iter paratas adducebant, & se custodiæ causa eunti comitem offerebāt. Sed eis gratias eius oblatis officij agens, & nocturnum iter multis de causis uitandum existimans id armatorum præsidium repudiatur, proficisciq; eos, nec quicquam de festinatione remittere iubet, dicens se prima luce subsequiturum. Nolebat enim uideri, quum ad urbem applicaret, armata præsidia quæsiuisset. Postero igitur die quum intrasset, modicum trahens comitatum, passimque ab obuiis miro studio salutaretur, perrexit ad principis aedes, ascenditque petasatus & penulatus ad Cardinalem, professus ideò se uenisse ut communibus lachrymis ereptum principem lugeret, & quam posset patriæ principe defensorique orbatæ fidelem operam præstaret. Complectente eum Cardinale, & ut bene speraret, seduloque conceptam spem dissimularet admonente, ad matrem se contulit, frequenti populo omnique turba prætorianorum qui armati uestibulum domus tuebatur, ita audis oculis, propensisque animis introeuntem inspectante, ut læto exorto murmure, aduenisse eum iuuenem summæ spei integrique pudoris, magnanimi patris spiritum gerentem prædicarent, qui principatū exciperet, & id totum parricidij scelus egregie uindicaret. Nec mora plerique ex paternis amicus beneuolissimisque ciuibus eum adeuntes arte complectuntur, suadentque ut sese erigat, & de principatu adipiscendo bonam spem induere uelit. Ipsos enim cum amicis & propinquis primorum ciuitatis ordinum enixe curaturos, ut præclara atque certissima senatus suffragatione subleuetur. At ille uti rei grauissimæ momentum postulabat, à summis uiris edoctus, molliter respondit, seque mira uultus tranquillitatem alienam à cogitatione dominatus ostendit, ut qui mediocritate fortunæ suæ contentus foret, modo urbanis rebus non incerta securitas paretur, & sibi ciues honestum inter patritios in republica locum relinquunt, usque adeo demisso animo sermonemque reiectis amicorum adhortationibus, ut nonnulli indignantes subiratque, in eo tanquam nimis humilem, argentisque spiritus habitum reprehendere auderent, addentes eum nequaquam Ioanne magnanimo patre genitum uideri, qui ad magna imperia, ingentemque semper gloriam aspirare, generosoque ausu decora quæque appetere, & maxime ardua fortiter complecti, uirtute duce, consueisset. Quibus de causis fiebat ut adolescens ingenui pudoris plenus, uerecundia uehementer angeretur, quòd amicorum fauentium studia inepte & periculose paruifacere crederetur, parumque uirili animo tantæ spei occasionem elabi sineret. Sed expediebat hos rumores astuta aure transmittere commodèque sapere in præsens, quando spes omnis posita esset in dissimulatione, qua capi facile conciliarique præsidia apparebat, quorum mentibus hæreret

A hæreret illa ipsa non obscure grata omnibus imago deploratæ libertatis. Erant hi quadraginta octo uiri, apud quos numeratis suffragiis componendi ciuitatis status, declarandique principis summa erat potestas. Horum fere omnium una mens erat, abolere principis nomē, ueteremque excitare libertatem, quæ tantis belli incommodis sæpe erepta, & uirili consilio semper recuperata, nunquam bonis & strenuis ciuibus defuisset. Sed primores ciuitatis infaustum popularis status nomen horrebant, ad quem sublato unius dominatu continuo recidendum esse providebant, recēti maxime exemplo, quum eiecta Medicea familia, populares, plebei que homines impudenter rempublicam inuasissent, quibus insolentissime atque acerbissime dominantibus, irrita prostratæque nobilitas fuisset, & ciuitas, importuna imperitorum ciuium obstinatione in ultimum terribilis excidij, & ueræ demum seruitutis discrimen perducta conspiceretur. Itaque singuli fere primates, qui solertis ingenij atque inueterata prudentiæ autoritate ualebant, quaquam auidissimi essent repetendæ libertatis, & patriæ amantissimi, media tamen consilia in eo negotio salutaria fore iudicabant, ne iterum inuictissimi Cæsaris præpotentia arma prouocarent. Placebat enim moderatæ potentæ princeps, qui patriæ legibus obtemperaret, ipsorumque optimatum perenni consilio uteretur, scilicet ut plebs curiæ muneribus exclusa ad opificia sua rediret, assuesceretque parere melioribus, & patritio ordini, quem tantis affecisset contumeliis, meritis improbæ temeritatis pœnas pederet. Plebi & mediæ classis hominibus maxime erant infensi Franciscus Guicciardinus, Matthæus Strozza, Franciscusque Victorius, & Robertus Acciaiolus, iam pridem grauissimarum rerum consiliis assueti, qui moderatæ potentæ dominatum ferre, in quo ipsi sese gratia autoritatæque insignes fore minime dubitarent, quam ab ingratis & sordidissimis ciuibus iniuriam pati malebant. Ab his quum honestissimus quisque in sententiam traheretur, quadraginta octo uiri per apparitores ad consiliū uocati sunt. Habitus est is senatus ex dignitate Cardinalis, superiore in cœnaculo Mediceæ domus. Valida autem armatorum præsidia, & in compito exteriori, & intus in cauedio ad scalas, singulasque ostiorum ualuas, ab Alexandro Vitellio disponebatur, qui dudum singulari usus celeritate cum cohortibus aduenerat, & Cosmo studiosissime fauebat. Quum senatus cogeretur, & Cosmus è penetibus suis ad Cardinalem fautoresque suos redire statueret, mater eum retentare atque obtestari cepit, ne ea cupere aggrediq; properaret, quæ ipsum in ualde periculosam salutis & dignitatis aleam perducerent, propter malignas & occultas multorum uoluntates, & insitum natura Florentinis omnibus arripendæ libertatis studiū, cui, uti paulo ante experti essent, nisi cruentis armis resisti non posset. Ad ea adolescens non dubiæ ariditatis fortunæ suæ conscius, Desine me, inquit, pia mater, tam sollicitè adhortari, nam eò mihi omnino eundum est, quò fortuna uocat, quæ hanc ipsam parandi summi decoris occasionem, tam honestam quam necessariam nomini nostro

benigne demonstrat, nec eam utiq; si negligatur, uti reor, ad nos postea redituram. Neq; enim fas est deesse nobis ab ignobili metu, quum Diis nequaquam inuitis ad oblatum decus rapimur, ut fidem fati uirtute sequamur. Meminerat siquidem à Basilio mathematico, Græcòque item ariolo, ex inspectione uolæ manus, ingentis opulentiæ hæreditatem sibi portèdi, quòd in ipso genituræ horoscopo idem Capricorni foelix astrum mirabili conspirantium syderum aspectu irradiatum esse dicerent, sicuti olim euenerit Augusto, & hodie Carolo quinto imperatori, qui propter inuètum subactumque ad occidentalem plagam nouum terrarum orbem, ipsa prope immensa imperij amplitudine Augusto æquiparandus uideri possit. Cum hoc animi decreto ad Cardinalem pertendens Cosmus, senatores qui iam confederant, neque seuera, neque demissa fronte salutauit, ne conceptam spem intuentibus proderet. Cæterum amicitissimi, quos diximus, pro eo ita prensabant, ut magna pars senatus, nequaquam de eligendo principe, sed de ordinanda republica, se prolixè consultaturam crederet, ut pote quæ uexilliferatum, tanquam imaginem temporarij principis, erigendum arbitraretur, quo aliquis ex ipso ordine ornandus atque attollendus foret, qui publici imperij dignitate solita honorabilis personæ maiestate tueretur. Tum uero Cardinalis, Cosmo in subdiale pauimentum ad deambulationem se recipere iussit, ne uti compositum fuerat, sententiis senatus interesset, exorsus ab immunitate parricidij periculoque ciuitatis, Patres (inquit) quod est Deorum immortalium munus, uno auulso non deficit alter aureus, qui affecta orbatæque reipublicæ subueniat, Cosmum præclare indicans, qui certæ nobilitatis, temperatq; ingenij atque incorruptæ probitatis adolescens, tanquam Alexandro maxime propinquus, ex Cæsaris tabulis in administranda republica successor esset designatus, ipsos ergo probe recteq; facturos, si eam Cæsaris legem obseruarent, à qua discedere nefas sit. Neque ex usu commodoque ciuitatis uideri possit, si uiolata fide, quibusdam alio flectendas esse uoluntates appareat, ut nouus rerum status inducatur. Iura siquidem Florentini imperij ex ipsorum uoluntate, auctoritateque Cæsaris addicta familiæ Mediceæ, & solennibus codicillis confirmata, nisi stultissima præuaricatione, à quoquam extra perniciem uiolari non posse. Quandoquidem eius improbe initi susceptique consilij authores necesse sit in ipso maleficij uestigio pœnitere, tam propinquis scilicet atque expeditis Cæsarianorum copiis, quæ omnem infidelitatis suspicionem celerrime ulcisci queant. Porro Cosmum tanto ciue genitum, qui nuper intermortuum militiæ decus apud Etruscos ad æternam laudem excitauit, tantisque nobilitatis eximie ex Saluiata matre propinquitatibus septum, non alio quàm ipsorum usurum consilio, daturumque operam ut ipse rerum rudis & imperitus publico consensu obsequentissimi & moderatissimi principis famam cõsequatur. Serebant inter se tacitos sermones patritij, perplexiq; animis consideratius atque languidius deliberabant: Nam Canisianus, ineptus & futilis senator, de subrogando

Agando Alexandri filio ex cõcubina uix trimo, ad quem Cardinalis paulo ante respicere uidebatur, mentionem intulerat, & Pallas Oricellarius se neq; principem neq; ducem in re. uelle professus, non recusare dixerat, quin pro alba suffragij faba capitis pœna plecteretur. Sed hunc Franciscus Victorius modestiæ admonens, ut federet iussit, suoq; suffragio, quod inter tot senatores tantummodo unum foret, pro insana libidine, uti luberet, uteretur. Illum uero uehementer increpauit, quòd spurius infans, cõtra ius tabularum Cæsaris, patriæq; bonum & æquum, adulatione uanissima Cosmo iam plane uiro natuq; legitimo & matura uirtute cõspicuo præferendus uideretur. Guicciardinus quoq; cuius tum summa erat auctoritas, quòd popularis factionis statum in patritios grassari solitum uehementer abhorreret, & de libertate que optimatum cõsensu regi atque defendi posset, desperare uideretur, Cosmo non obscure fauens, præclara uoce differabat, se non passurum, ut sciumpi iterum regnarent. Sciumpos enim uetere Etrusco uocabulo ad contumeliã appellabatur ex populi fœce proletarios & despiciatos homines, quorum audacia fretus Michael Landus auorum memoria, è lanificij taberna profiliens, urbis dominatum eiecit miserabili cum iniuria patritijs inuasisset: identidem dicens ad salutem ciuitatis expedire, ut aliquod in re. caput emeretur. Atq; ita nonnullis è primo ordine ciuibus in sententiam traductis, in proximum cubiculum secessit cum Roberto Acciaiuolo, Franciscoque Victorio, & Matthæo Nicolino iuriconsulto, qui in unam fere sententiã conspirabant, opinionemque prudentiæ, & ciuili auctoritate multos uel dissentire paratos, aut certe perplexos in sententiam perducturi, uti euenit, credebantur. Secedendi autem causa fuit ut una constituendi principatus conditiones perscriberet. Volebat enim Guicciardinus inter eos facile princeps certis legibus astringi potentiam dominatus, atque abolere odiosum in libera ciuitate ducis nomem, toties in Medicea familia repetitum non obscuro quidem patriæ studio, quod non inepta ratione dissimulabat, utpote qui præclare diceret ducis nomem nequaquam gratum Cæsaris auribus futurum: qui antea non temere Alexandrum ipsum, uel etiam generum, in literis quas ad eum perscribere esset solitus, nunquam Florentiæ ducem appellauisset, uel ob id præsertim quòd recepta ciuitate, cõstitutaque repub. neque Clemens Pontifex, neque ciuitas id tituli decus ab se, qui tum rogandus fuerat, & maiora benigne concesserat, nequaquam petiuisset: nam uti cautus & prudens iureconsultus minime tum de ducis nomine controuersiam importuna mentione commouendam esse existimabat, ne creandi ducis iura, quæ ad liberam ciuitatem omnino pertinerent, imperite ad Cæsarem inepto præiudicio transferrentur, quandoquidem non creandi, sed cõfirmandi tantum quæ ipsi sua ciuili antiquissima lege sancirent, atque decernerent, facultas esset apud Cæsarem. Conditiones erant hoc modo perscriptæ. Cosmus quod bonum faustumq; esset, reip. præficeretur, nec dux sed caput modestiore nuncupatione uocaretur. Neminem nisi ciuem, quum ipse abesset, in ciuitate uicarium relinqueret,

quòd elata nobilitatis ingenia superioribus temporibus, & Gori Pisto-
riensis, & Passerini Cortonensis, & demum Statij Romani iussa fastidissent,
& quòd Etruscæ frugalitatis fuit, duodecim milium aureorum nummum
summa in annui domestici apparatus sumptum contentus foret: quòd æ-
quo grauiore impensam fecisset Alexander, qui decem & octo milia quo-
tannis in conuictu absumere consueffet. Quum hæc perscriberetur, defer-
renturque ad singulos senatores, ac his omnibus prolixè annueret Cos-
mus, & in senatu diuersæ sententiæ aliquanto lentius dicerentur, quàm
fauentium Cosmo studia postularent, exortus est in conuictu ex ignobili ri-
xa, ingens apud milites armorum strepitus, quo exaudito plerique sena-
torum timore concuti atque pallefcere cœperunt, nec temere quidem,
quòd à Vitellio, ex uetere odio paternæ necis ciuitati inimicissimo, inci-
tari milites ad prædã & cædem facile suspicari possent. Ad fores quoque
eius cœnaculi audita uox est cuiusdam admonentis, ut quòd uellent se-
natores decernere illico maturarent: quando Vitelliani, uel ipso ducis
imperio diu reprimi non posse uideretur, quin captis iam armis ad ob-
uiorum prædam & cædem discurrent. Ea res siue orta casu, siue confi-
cta consilio, senatores ad ineunda suffragia opportunè compulsi, præ-
claroque omnium assensu, quem præsentis periculi necessitas exprime-
ret, Cosmus reipublicæ caput est renunciatus. Is è subdiali in senatum uo-
catus, & uniuersis gratias agens, ea quam dedissent summi honoris po-
testate non alio quàm ipsorum iudicio consilioque se usurum testatus est,
adapertoque senatu, tanta acclamatione, tantoque applausu omnium per-
strepuit domus, ut milites prædæ auidi admixtique plebeis, gratulandi
causa, ad Cosmi matrem irumperent, domumque totam, frustra ea pro-
hibente, sed tamen filij felicitate impense læta, diriperent, & ex magno
simul metu solitudinèque tota ciuitas ad hilaritatem uerteretur. Nec
multo post Laurentius Medices parricida & patriæ hostis ex senatus con-
sulto declaratus est, bonisque proscriptis, præmia eius percussoribus au-
reorum septem milium constituta, & domus eius ad perpetuam igno-
miniam à tecto ad ima fundamenta lato hiatus profissa est. Paulo etiam
ante Cardinalis quum in attollendo Cosmo obnixè satageret, ab eo, si
principatu potiretur, hæc postularat, scilicet ut nihil unquam ad gratiam
aut odium flexus iustitiam exacte colendam arbitraretur, nec unquam ab
authoritate Caroli Cæsaris discederet. Alexandri indignam cædem gra-
uiter uindicaret, & liberos eius pupillos ex concubinis susceptos, bene-
uolentissime complecteretur. Quæ omnia postea cumulate impleuit, K
nam admirabili prudentia ius dicens, & noxios plectens, perpetua non
iniquæ seueritatis, atque clementiæ moderatione, iusti nomen prome-
reri postea contendit, & fideli obsequio, liberalique studio erga Cæsarem,
grati animi sui existimationem tutatus est, eo quoque maiore gloria,
quòd inexpectata quadam lenitate summam clementiæ laudem tulit,
quum à nemine, uel propinquo, affinéque rogatus, sed sponte uno edi-
cto exules, & relegatos omnes ab Alexandro in patriam reduxisset, & sin-
cerissima

A cerissima fide in gratiam receptos, oblitus ueteris iniuriæ perpetuo fo-
uendos suscepisset: ipsum uero parricidam usque adeo intentam diligentiam
est persequutus, ut quum ille è Gallia Byzantium profugisset, eum So-
lymanus hominis perfidiam execratus, aui Baiazetis exemplo, qui Ban-
dinum tanquam impietatis reum olim tradidisset, capiendum deden-
dumque censeret, nisi ille insidias ueritus prope Venetias se contulisset,
ut ibi aliquot post annos cum auunculo Soderino trucidaretur, haud
dubie, in gratiam Cosmi, duobus Volaterranis militibus Bebio scilicet,
qui fuerat ex prætorica cohorte Alexandri, atque Cecchinno Bibbona
B ultro superioris domini mortem uindicantibus, & ob id quidem gene-
roso magis animi decreto, quòd proposita publice à senatu præmia re-
pudiassent, quum se satis lucri facturos existimarent, si exoptatum Cos-
mo, de parricidæ cæde facinus liberaliter edidissent. Iulium autem libe-
raliter educari iussit, & Iuliam patris ora atque oculos referentem Restan-
nio Cantelmo in Præcutinis pernobili regulo, nuptui dedit. At ubi Ro-
mæ & per omnes Italiæ urbes nunciatum est Alexandrum, unius ciuis,
eiusdemque gentilis & propinqui, adeoque amicissimi sodalis perfidio-
sa manu fuisse trucidatum, triduoque post Cosmum Medicem, ei in eo-
C dem honore principatus ex senatus consulto subrogatum, mira omnino
res uideri cœpit, quòd ciuitas suo pte instinctu erecta in spem libertatis,
in tanto interfecti principis murmure nihil prorsus sese commouisset,
quando nulla essent in urbe militum præsidia præter unam satellitum cu-
stodiæ corporis centuriam, quæ nec pueris explodentibus & more patrio
saxa uibrantibus suffectura uideretur. Quibus de causis Laurentius per-
cussor diuersissima nominis sui fama iactabatur: uti sunt fere cunctis in
urbibus factiosa ingenia, quæ cuiusque magnæ rei editæ rationes excu-
tere, subiicerèque censuræ suæ insolenter & proterue solent, ut partibus,
D quibus sese semel addixerint, propensissimo studio, sermonèque passim
& perscriptis undique literis opportune deseruiant. Vni omnium Flo-
rentini, præcipuèque exules Laurentium miris laudibus in cælum sic at-
tollebant, ut eum M. Bruto gloria parèem dicerent, qui amore patriæ di-
uinum libertatis reuocandæ studium, contempta uel amicissimi tyranni
gratia ostendissent. Multos utique illum laudis consortes ex senatu
adiutoresque & conscios pensitati patratique facinoris habuisse: hunc
uero nemini, quòd diu concoxerat pulcherrimi ausus consilium dete-
xisset, satisfecissetque sua manu communi uoto, simul & patriæ charitati,
E ut ciuibus, si animos uiriles induerent, ad excutiendum seruitutis iugum
tuta atque expedita uia pararetur. Ast alij hæc omnia in uniuersum, uti
humaniores, æquissimique homines secus interpretabantur, quòd Lau-
rentius nequaquam studio asserendæ libertatis, sed incredibili maligni-
tate, uecordiæque impiæ mentis adductus, ad id patrandum scelus descen-
disse uideri posset, postquam cuncta humanitatis, amicitiae, propinqui-
tatis, & denique tenerioris sodalitiij iura subuerterit. Quàdoquidè eum
ignobili fraude interficiendum suscepit, qui omnes sibi timèdos præ-
P

cauendóque ratus, ipsi uni optimo iure salutem cōmitteret, utpote qui esset fortunarum omniū, & tanti etiam principatus ex autoritate Cæsaris præclarus hæres & successor designatus, nisi magno suo incommodo peruersus & impius parricida damnaretur. Cur enim inde laudē nisi falsam ac omnium fere iudicio turpem, odiosamque insuper truculenti nominis famam expeteret? unde nullum patriæ commodum, nullū familiæ decus, & nullā denique sibi priuatim ab ulla uindicta iniuria uoluptatem, aut publicè gratiā peperisset? Quandoquidē id admissum scelus omnem uesanæ feritatis æstimationem diro pondere exuperasse censetur, qua sanctissimos penates in quibus inclytus ille superior Cosmus progenitus natúsque sit, & illud ipsum patrum atque auorum geniale cubiculum, socialisque lecti culcitrae, tanti amici atque hospitis cruore defœdarit. Num interempto ut uideri uolebat impotenti regnatore, prius sibi celeri fuga prospiciendum fuit, quàm repræsentanda ciuium oculis atque animis exoptata potius quàm quesita libertas? Detegere hercle cædem illum oportuit, nec occisum ladicibus occultare, ut populus antiquo feruorum more ad pileum uocaretur. Sed in fatis erat, ut sine perturbatione amplissimæ ciuitatis adstrueretur Cosmo imperium, & percussor omni sua spe deceptus detestabilis flagitij sui non leuissimam uel diu profugus & exul pœnam subiret. Nec hac in re prætermittendum uidetur quod falsè & grauius de Laurétió mecum loquens Guicciardinus protulit, illum scilicet quocunque animo fuerit, tria quæ ei contrario euentu responderint, ab eo facinore edito quæ nollet quæsiuissè, quum amicissimum principem occiderit, inimicum capitalis odij ad principatum extulerit, & patriæ grauiorem quàm uolebat diuturnæ seruitutis conditionē inuexerit. Ferunt nonnulli eum nō tantum amore patriæ, sed immensa quadam magni alicuius edendi facinoris cupiditate uehementer exarsisse, quo obliterata, aut obscurata recentis infamie nota claresceret. Viuo enim Cleméte ut studium gentilium suorum eruditæ uirtutis & elegantiae æmulari uideretur, antiquis Romæ statuis capita detruncans ab arcu præcipue Constantini noctu abstulerat, fremente populo Romano, & frustra illum, quisquis esset, ad supplicium trahi iubente Pontifice. Sed non diu immanis furti author abscondi potuit, quum ille cognita ira Pontificis defossa præda Vrbe profugisset. Itaque Clemens stultissimæ leuitatis atque libidinis scelus execratus, ita eum Mediceæ familiæ probrum & labem appellauit, ut populus Romanus eum ex iusta iracundia in capitolio asperrimis decretis perpetuo exilio damnaret: senatórque urbis potestate consulari eum non impune modo, sed cum præmio etiã Romæ occidendū ediceret: & in academia Romana, quòd ad eam quoque tanta iniuria pertinere censeretur, Marius Molfa Mutinensis in eum luculētissima oratione perscripta, maledicētissime inuectus æternæ infamiae notam inureret: quibus uirulētis telis undiq; confixus, suóq; pudore excito insanabilē sentiens dolorē, consiliū suscepit, priore quidē scelestius, sed quod honestissimè laudis ex euentu

A euentu speciem præferret, scilicet ut nouitate, & magnitudine antecēntem iam late famam obscuraret, & obrueret. Prædixere Alexandri cædē, & Cosmi imperiū, is ante omnes quæ diximus ariolus Græcus, magno multorū miraculo, quum & illi non modo cædē, sed certum quoq; percussorem indicasset, qui esset ipsi intimus, habitu gracili, uulticulo buxæ, & suspensa taciturnitate fere cæteris in aula infociabilis: Cosmo autem pro cōstanti polliceretur breui fore, ut hæreditate cresceret opulenta, audiente quidē Alexandro, & subridente Cosmo, quū absumendus morte prius foret magnus propinquorū numerus, quàm ulla ad se uel tenuis hæreditas perueniret. Iuuenis quoque Perusinus minister à dapi-
B bus nomine Horatius, quum febre torqueretur ex uapore, uti credi par est, atræ bilis, ter noctu uisum habuit quo principē à Laurentio iugulari apparebat, quæ rerum imagines agrū perpulerunt, ut Paschalió principis medico enunciaret ad principē referendas. Sed Paschalius officio follicite fungens, ea mente principē reperit, ut eam somniantis ægri fabulā esse diceret, admirās cur tota domus in Laurentij odiū cōspirasset. Hæc præclaro Cosmi principis testimonio scribere uoluimus, ut nō semper de futuris uanā esse diuinationē curiosi mortales intelligant. Eo die (is
C fuit quinto Idus Ianuarias) quo Cosmus ad principatū bene auspiciatō prouehabatur, in ipsius uilla Castellia suburbani tractus, mira & planè prodigiōsa omnis generis florū ubertas, cunctis stirpibus erupit, quum rigore pertinaci uicina prædia adhuc inhorrescere uiderētur, & uni fere omniū (quod mirum esset) Cosmiani horti ad adulti ueris similitudinem singulari iucunditate florescerent. Eadem nocte quæ creati principis diem sequuta est, Alexander Vitellius composito multum antea in eam occasionem, ut plerique existimāt, insigni dolo, arcem occupauit. Præfecerat ei ab initio Alexander princeps, Paulum Antoniū Parmen-
D sem, fide quidē integra, sed nullo militiæ usū uirilique astu præditum: qui, quum forte nocturna in rixa dum principē protegeret, sibi decifæ nares fuissent, eius opimi muneris præfectura fuerat donatus, ut deformati oris fœditas aliqua ex parte eo beneficio pensaretur. Huic Vitellius delectos ex suis Tiphernatibus milites, custodia causa attribuerat, sub Mendula astuto uafroque centurione genere Salentino. Per hunc persuasus militibus ex cōposito excitata est in arce repentina seditio falso rumore excito, quòd præfectus noctu pecuniæ culeos è muro demitteret, atque arcem in spem ingentis præmij exulibus traditurus esse diceretur. Ex ea uociferatione perfidiosaque insolentia tumultuantis turbæ,
E quum sese purgare præfectus uellet, impetu conspirantium facto, consilij & uirium in ops comprehenditur: Mendula claues extorquet, & uti significatione facta conuenerat, Othonem Montacutum Vitellij præfectum, qui cum cohorte ad extimos fossæ cancellos peruenerat, ad apertis portis introducit. Aduenit etiam illico Vitellius ipse, extrusoque perminas & cōtumelias Parmensē custode, tota arce potitur, nouasque uigilias disponit, & Cosmo principi nunciari iubet sedatam esse seditio-

nem, rem in tuto esse, atque arcem in eius potestate futuram pollicetur, P egregio hercle tum animo, nisi postea, ut aliqui existimant, uoluntatem maioris præmij spe adductam magno quidem Cosmi detrimento mutauisse diceretur. Cuius conceptæ suspitionis nomen ut auerteret, apud Cosmum præsentibus senatorum amplissimis prolixè testatus est, se nemini præterquam ipsi Cosmo, sicuti iure deberet, dediturum arcem, modo is in fide clientelæque Cæsaris permaneret, propterea que se duos è liberis promissi obsides daturum, sed id pignus tanquam minime necessarium Cosmus generose abnuit, ut nondum confirmati hominis conscientiam arctius atque nobiliter obstringeret. Ferunt nonnulli Vitellii G Mediceæ gazæ oculos adieciisse, quam Margarita Austria orbata coniuge, mœroréque & metu occupata, in arcem deducente Cardinale confugiens, plane totam, usque ad ignobilis instrumeti supellectilem secum asportarat, utpote qui eius partem, uti postea accidit, in præmij nomen sibi obuenturam sperauisset. Nec multum inde Vitellius, ad Cæsare syngrapham misit, qua arcem securitatis causa ab se occupatam, ipsius Cæsaris nomine defensurum promittebat, neque ulli traditurum unquam, nisi ex uoluntate eius id facere iuberetur. Dum hæc Florentiæ aguntur, & Romæ de cæde Alexandri certius cognoscitur, exules Florentini Bar H tholomæo Valorio, & Antonio Francisco Albicio cogentibus, ad Saluiatum Rodolphumque Cardinales concurrunt, de recuperanda libertate uehementer consultant, consilio Maconium Galliæ regis legatum adhibent, & quum nunciaretur Cosmum in interfecti locum ex senatus consulto fuisse subrogatum, amissam omnes recuperandæ libertatis occasionem dolent, conqueruntur de pigritia, ignauiaque ciuium, qui opportunissimo tempore nihil se commouerint, senatum incusant, atque patritios imbecillitatis, importunumque timoris, qui tyrano fortiter opportunèque sublato, Cosmum nimis præcipiti deliberatione, expedi- I tis suffragiis suffecissent, sic ut non excutere iugum dominatus sed mutare dominum tanquam priore mitiorem cupiuisse, uideri possint. Itaque ardentibus animis paranda arma censent, properandumque Florentiam decernunt, ut priusquam noui principatus uires coalescant, tanquam prætenere adhuc & inualidæ, excitatis ad liberandæ patriæ studium ciuibus, conuellantur. Incensos proclinatorumque ad bellum Cardinales, cæterosque exules incitat Paulus Pontifex, conferentemque pecuniam Maconio, in Umbria, Pontificiique imperij prouinciis milites conscribi finit. Suis nanque rebus atque consiliis cum priuatis tum publicis condu- K cere iudicabat, si Etruriæ imperium æquabili restitutæ reipublicæ consilio, potius quam unius principis nutu atque auspicio regeretur. Agnoscebat siquidem se non obscuro metu, infensoque hoste fuisse liberatū, sublato Alexandro, qui grauissime de subagresti avaritia, inhumanaque duritie ingrati Pontificis fuerat conquestus, quod defuncti Hippolyti Cardinalis supellectilem, in qua erant uetera Mediceæ familiæ ornamenta, ad hastam uendere, quam sibi æqua pecunia redimere cupienti concedere

A cedere maluisset, qua ex re tanquam inexpiabili iniuria exacerbatus, multis nominibus ingratum Pontificem appellare consueffet, & testari se aliquando eius contumeliæ dolorem expiaturū infesta populatione, quod esset ualido cum equitatu expeditisq; cohortibus, ad concremanda Farnesiæ familiæ oppida, usque ad Vllinensem lacum irrupturus, sic ut non temere Pontifex eadem pericula conuerso in Cosmum odio præcauenda duceret, quandoquidem erecto nouo principatu, & uigente eadem causa priuatæ simultatis, nomē tantum non animum principis esse mutatum existimare posset. Itaque Cardinales expedita pecunia Paulum B Rentio Cerite genitum conscribere cohortes, & in Aretinum agrum contendere iubent. Ipsi ab Vrbe proficiscuntur, & Florentiam ire pergunt. At Cosmus de eorum consilio certior factus, per Vitellium, Rodolphumque Baleonum copias cogi atque opponi transituris iubet, accersitque in agrum Fesulanum Hispanorum cohortes, duce Francisco Sarmento, & quæ sibi in urbe præuenienda erant diligenter instituit. Eo etiam securiore fiducia quod ad Hispanos accesserant duo uexilla Germanorum, ex his qui ab Algeriano bello in Hispaniam delati in Italiam demum uenissent. Nam Alexander dubij, & in officio Cæsaris non obscure nutantis, Pontificis consilia suspectans, & in eum capitale prope odium coquens, sese externis præsidis confirmare statuerat, & Vastius cognita Alexandri cæde Pyrrhum Stipicianum, qui Cosmo, uti expediret, Cæsariani nominis præsidia compararet, Florentiam miserat. Fama erat ideo uenire Cardinales ad patriam, ut publicarum rerum statum componerent, quasi neque recte, neque ex usu ciuitatis, optimates subrogato nouo principe publicis rebus consulissent. Quamobrè fiebat ut Cosmus eorum aduentum miraretur, quod uterque ipsum arcta propinquitate contingeret, ipseque Saluiatus esset auunculus, eorum uero consilium rideret potius quam timeret, quoniam propinquus confusus copiis, nihil de optimatum fide, constantique erga se studio dubitaret. Hinc nanque ius suum tueri uolebant, existimationemque iudicij sui, factique causam se defensuros esse testabantur. Interim Cardinales & exules ad Montem Politianum recepti, ubi de aduentu Hispanorum ad urbem certius discunt, & Baleonus cum equitibus ad Clanis pontem peruenisse nunciaretur, tantisper subsistunt, & per idoneos homines ciuitatis animos explorant. Præmiserant Cardinales cum literis ad primores factionis Georgium Ridulphum. Is quod esset exul tanquam temere ingressus compreheditur, magnoque correptus metu, quas deferret literas profert, postmodumque dimittitur. Tum uero per mutuas legationes actitatum est, an colloquiis potius quam armis de publicis rebus esset disputandum. Cosmus honoris causa uenientes ad se cum inermi comitatu in urbem recepturum profitebatur, sin cum copiis quas adduxissent uenire mallent, ipsum quoque introductis Hispanorum præsidis saluti suæ & dignitati consulturum. Saluiatus non satis sibi uirum adesse cernens, quod se plurimum consilio & colloquiis apud ciues ualiturum confideret, suasisit P iij

Ridulpho, atque item Gaddio, qui tertius impellente Maconio uel nolens accesserat, ut omnino in urbē iretur, inermi comitatu, sicuti sacerdotes pacis potius quàm belli auidos deceret. Eos Cosmus obuiam honoris causa progressus, tanquam propinquos spectabilēque sacri ordinis ciues hilariter suscepit. Sed intrantibus urbem non aliter à populo acclamatum est, quàm ut pilarum nomen ingeminatis clamoribus attolleretur. Qua significatione animorum, Cardinales ægra spe suscepti consilij sui, ad paternas domos deducti sunt. Nec multo post inter crebras salutationes ciuium frustra pertentatis uolūtibus Saluiatus Cosmo suadere cœpit, ut abdicato principatu, honestissimo inter ciues loco contentus esse uellet, qui ei maxime gloriosus atque tutissimus foret in libera ciuitate suis legibus uiuere florereque solita. Id si faceret, mansuram ei dignitatem amore & gratia ciuium amplissimam, qua maiores ipsius ab ciuili moderatione principes ciuitatis euasissent, collaturamque ei ciuitatem ex senatusconsulto, insigne præmium annui redditus, quo adiutus supra paternas opes splendidissimi ciuis disciplinam & cultum tueretur. Repeteret ipse animo, quo spiritu quæue animorum constantia, ciues paulo ante libertatem appetierint, partamque demum defendere conati sint, & quàm nō diu regnarit impositus Tyrānus, uel apud H desertos ab omnibus fociis subactosque conspiratione totius Europæ, atque omnibus demum exutos armis. Hæc à se commemorari libentius atque lubentius, quod extra pudorem & bonus esset ciuis, ac propensius auunculus. Dij boni facerent, ut optima cōsilia quæ secuta essent atque honestissima ad mentem inani ambitione uacuam admitteret. Fore enim ut ipse hoc officio uerè pietatis, & is summæ gloriæ spe ductus iusto melioris animi decreto incomparabilem ferrent laudem, nec eam quidem ullo unquam tempore perituram. Ad ea Cosmus uirili cōstantia respondit, se neque ullum honorem iusto maiorem in patria, neque I principis locum Alexandro erepto quesuisse, sed integro pudore repudiare noluisse quæ uno consensu senatus ex lege Cæsaris detulisset, ne ineptus foret, si degeneri animo oblata dignitati se minime parem esse fateretur. Eum qui esset auunculus hac fortuna sua lætari debere, nec inimice aut certe parum pudēter hortari, ut non usurpatum, sed collatum ultro dictaturæ nomē stulte deponeret. Se quidem auspicio inuicti Cæsaris rempublicam gesturum ciuili æquitate, non impotentis principis more, sperareque, se ex rectis consiliis probitatēque uitæ, multos sibi ex inimicis amicissimos esse redditurum, daturumque operam ut potētia K suæ nomen nemini bono ciui inuidiosum foret. Salutem porro suam Diis immortalibus cordi futuram se credere, qui ex benefactis nemini probe piēque regnanti atrocem unquam uitæ exitum attulissent. Itaque desineret secum agere de re transacta: sibi nanque in animo situm esse quid fata obtulerint, quidue ultra etiam promittant, uirtute duce prosequi atque suscipere, firmissimoque decreto non deesse fortunę arridēti. Quod si armis sibi uis afferatur, ostensurum se ea constantia esse præditum

A ditum in retinenda dignitate, ut non prius extrema omnia experiri & perpeti, atque armatum si oporteat interfici, quàm honore iam recepto & fœliciter inchoato deiici malit. Saluiatus ab hoc colloquio discedēs, facile sensit quos spiritus gereret sororis filius, uel imberbis adolescens, & quàm angustè sibi esset sperandū de ciuium uoluntate, iudicioque populi, quum nemo sese cupidum rerum nouarum, aut omnino popularium partium studiosum ostenderet. Proinde irascebatur iam sibi tanquam nimis properè rem difficilē ingressō, quæ respectu propinquitatis certum & non dubiū quoque metum afferret: tot scilicet Cosmi præsidis B eorum aduentus causam improbantibus. Milites nanque passim dispositi domos Cardinalium dissimulante obseruabant, sic ut interdum notūque adeuntes ciues notarēt: nihilo secius tamen Cardinales ipso stolato cultu & senatoriis insignibus tuti, quum nihil de instituto consilio remitterent, specięque quotidiani conuictus nonnullos inuitare, & familiarius complecti solerent, eis Cosmus per Vitellium renunciari iussit, ut urbe excederent, & sese ad sua munia senatoriæ dignitatis reciperent, ne in ipsos militi inuisos odia atque arma uerterentur. Valerio quoque peracerbè eadem interminatus est: qua periculi denūciatione C Cardinales extēplo urbe profecti, Bononiā se contulerunt: quibus in Apœnino obuius factus est Philippus Strozza exulum princeps, quo cum eadem quæ dudum improsperè euenerant, belli gerendi consilia instaurata sunt. Negotiū itaque parandi atque inferendi belli Petro Strozze ipsius Philippi filio permittitur, quod secū nonnullos ex prima nobilitate exules traheret, & summo nauandæ operæ studio ardere uideretur. Is pecuniosi patris opibus fretus, auctūsq; militari laude, quod Gallis apud Taurinum non obscura fama militasset, non defuturas sibi copias existimabat. Venerat in spem occupandæ eius urbis, cui Burgo sancti Sepulchri D nomen est, in finibus Etruriæ, qui ad Umbriā pertinent. Per id enim tempus Burgenses intestina discordia laborātes, mutuis inter se cædibus defœuiebant: fortēque; euenit, ut nonnulli his de causis prætorio iudicio extorres facti, Strozze urbem occupandā se præbituros pollicerentur, creditūque est ab hac proditione ciuitatis præfulē minime dissensurum. Is erat Alexander Rondinellus uetere odio, sed accurate compresso Mediceis infensus: ad quem colloquendi causa Franciscum Pactiū & Philippum Valorij filium, Bertoldūque Corsinum ex numero exulū intrasse constabat. Ceterum ubi ex non incerta fama percebuit Strozzeam E cum cohortibus aduentare, & iam eius uexilla conspici, in uniuersum Burgēses, ne ullam infidelitatis suspiciōne darent, ad sonitū cāpani æris, arma capere atque egredi porta cœperunt. Quo cognito Strozzeani elusi spe sua, & oppidanorū multitudine perterriti, adeo celeriter signa uerterunt, ut Apœnini dorsum illico transcēderent, & ad Sestinum ignobile castellum improviso occupandum uerterentur. Sed non minore fide uirtutēque; Sestiniani, quàm Burgēses, uel nullo militari præsidio defendēte, subeuntes Strozzeanos pepulere, aliquot eorū interfectis, & in his

Nicolao Strozza, & Moretto Signorino exulibus, ac reliquis tãto impetu deturbatis, ut in præcipitem fugam se darent, & per alueum Arimini amnis, qui Mariza ab incolis dicitur, intra Pontificij imperij fines se reciperent. His aduersis partium conatibus nihil animo se demisit Strozza, communicatîsq; iterum cum Saluiato cæterîsq; exulibus, tertiæ expeditionis consiliis, maiore apparatu, grauiorêque impetu Etruriæ incumbendum esse constituit. Quarû rerum factus certior Cosmus, ualida etiã ipse præsidia, scæliciorâque (uti euëtus docuit) adulta iam ætate comparabat: ampliore fiducia, uel ob id expectãdos esse hostes existimãs, quòd iam sui principatus iura ipsius Cæsaris propensissima uoluntate confirmata, ex bullatis & solénibus codicillis acceperat, & id quidem uberiore Cæsaris benignitate, quòd hisdem titulis atq; honoribus, quibus antea Alexandrum generû consentiente ciuitate indulgéter exornasset, Cosmum quoque principis & ducis nomine appellandû censuerat. Ab initio siquidê per Auerardû Serristorium legatum Cosmus à Cæsare postularat, ut quicquid senatus Florétinus ex ipsius autoritate ab initio receptæ urbis institutus, Alexandro concessisset, id totû quoque sibi tribuendum decerneret. Qua significatione amoris & gratiæ usque adeo corroborata est apud omnes Cosmi existimatio, ut uetera in Mediceos odiâ odia detergi, & penitus extinguui: confirmari autem amicorum studia, & subinde exulum conatus contemni posse facile appareret. Vt uero in nuptialem thorum Margaritæ filia ex sponsalibus succederet, quæ uiduæ puellæ neque inepta, neque ingrata uideri possent, impetrari nõ potuit: quòd eam iam Octauio Pauli Pontificis nepoti ex arcano despõdisse fateretur. Tertio loco reddi sibi arcê petebat, quam Vitellius iniussu Cæsaris se minime redditurum asseueraret. Ad id ita Cæsar respondit, ut nõ in præsens concedi debere diceret: sed integrã ei spem, nec optato euentu carituram relinquere uideretur. Cæsar enim suo opte ingenio nunquã plenissimè de quoquam externo bene suspicari solitus, Cosmû propinqua spe illata recipiendæ arcis in officio continendum rebatur, postquã ei filia nuptias denegasset: admirantibus cunctis, quòd Mediceo florentis ætatis & formæ iuueni, in non dubiam Etrusci imperij possessionem recepto, Farnesius incertæ adhuc indolis & fortunæ, duodecim annorû puer, præferretur. Verum inualescētibus Gallorum armis, & incūbente Solymani classē, unus ante omnes Pontifex cui nouaria dono data minime suffecisset, aliquo insigni munere conciliandus erat, ut Galo regi, tanquam impiè Turcas ad communem Christiani nominis perniciem euocanti, sese hostem non iam perplexè, sed apertè futurum esse pronũciaret. Hi duo principes ætate nostra (uti existimare licuit) supra reliquorum regum ingenia, non eximia modo admirabilîq; prudentia: sed occulta ambitione, profundôq; astu insignes, commodis tantû suis, nullo ambiguar fidei cum pudore seruiebant: Pontifex, ut suę domus opes, uel malo publico ueheméter augetet, Cæsar porro ut finitimis subactis, uetus sibi imperium, in Italiãque præsertim assereret: ut inde amplificatis

uiribus

A uiribus & dignitate confirmata, sicuti innata uirtus & aspirans fortuna promitterent, maxime partis Europæ dominatu potiretur. His sensibus nunquã plane synceris plerunque fiebat, ut inter se per inania promissa colluderēt, & quantû integra amicitie dignitate fieri posset, uterq; callidis semper conciliis mutuas simulationis artes inducerēt, ne alter ab altero decipi, aut traduci facile posset. Neq; enim ab hoc Galliæ rex honestè deferendus, neq; ab illo etiam tutò contēnendus Põtifex censebatur, quando utrinq; cuncta ad mutuû comodum præsentis lucro, aut futura spe non ineptè p̄sarentur. Per id tēpus in Subalpina regione Galli cum B Cæsarianis ita gerebant bellû, ut detrimēta atq; pericula diuersis rerum euëtibus utrinq; exequata uideri possent. Nã per hyemē exercēdo militi cõtinuãdôq; bello uariis susceptis expeditionibus utriq; ex hostili agro aliquot oppida aut expugnarāt, aut oppugnãda ab aduersariis cruento sæpe certamine defenderāt. Enimuero sicuti superiore ætate Cæsariani Fossano potiti fuerant: ita per hyemē Galli Italicis aucti copiis Bargiã uir expugnatã, capto ibi Annibale Brancatio Neapolitano, in potestatē redegerāt, & Raconisium oppidum peramplû, noctu inuadēte intrantēq; per arcē Petro Strozza, atque ei subsidia equitû adducētē Cæsare Fregosio, ita ceperāt, ut cõmisso per regiones tumultuosissimo certamine, Cæsarianos oppresserint, cadētibus eo in prælio ex uictoribus Thoma Rõchio Nouellariæ cohortis præfecto, & Latino Vecchia Romano: Quæ duo incõmoda nõ multo pòst Cæsariani Caragiana cæde, & Casalēsi uictoria repēderint. Sed ineunte uere Salassus, quû occupata Carmagnola arcē, quam Stephanus Balia Mutinensis pertinacissime tuebatur, oppugnare pararet, tormētumq; librando in propugnatores dirigeret, glãde ipse traiectus occubuit. His uero animis exceptus est Salassi interitus, ut nõ Gallicarû modo partiû plerique, sed & equi homines in neutra incli D nantes partē, eum tãquam perfidia nota infamē, merito occisum dicerent: Hispani uero tanquã uirum fortè laudibus prosequerentur, & Vastius dissimulata offensione, interiorēq; lætitia, seuerius fortasse, q̄ oporteret, Stephanû nõ multo pòst protracta, & demû desperata defensione, laqueo suspēdi iuberet, ut ea uictima æmuli Salassi manibus parētare uideretur. Eo autem successu incommodum utrinque æquatû uidebatur, quòd paulo antè Galli Annibalem Nouellariû, qui nobilitate atq; uirtute par esset, apud Buscham ignobile castellum, nocturna oppugnatione fortuito minoris tormēti ictu interfectum desiderassent. Sub id tempus E Humerius, nouus dux Gallus, cum recentibus copiis ad reparandû bellû à rege missus, ab Alpibus descendit: cuius aduentû summumque imperium Guido Rangonus, Gallicanorum ducum quos diximus, usu belli, ingenique solertia longe optimus, non diu ferens, à militia regia profectus in Galliam discessit. Nec multû inde secundum Guidonem, & ipse quoque Caninius concepta ex leuissimis delationibus cum Fregosio similitate, à Gallis sese alienauit, singulari certamine cum eo certaturus, prouocatoriis in ea controuersia editis libellis, quibus Itali milites su-

perbis insanisq; ingeniis ferociam animi ostentare, & inane decus tueri, cum exitio saepe turpi, scedoque fortunaru & nominis detrimeto, pertinacissime student: secus ac exterę gentes, quę fere omnes honestiore decreto, militia & in acie tantu aduersus publicum hostem uirtute ostendere fas esse iudicant. Caterum Humerius, qui magna uirium & nominis fama, quod Delphini nutricius fuisset, specie ferox aduenerat, satis celeriter opinione hominum decidere uisus est: quum sese nequaquam pro natura Galloru pugnace, & in consiliis explicatum, sed plane timidum ostendisset: Quod opportuna quaq; gerendo bello consilia, uel no inepta occasione inducta & oblata a ceteris ducibus, tanquam periculosa respueret. Delatus enim ad Astam, recenti ualidoq; impetu eam urbem occupaturus existimari poterat, si paululu sese prouehere, & Asteses nudatos iusto prasidio, & in Gallicum nomen ex antiqua dominatus consuetudine proclinatos, ostetata acie tentare uoluisset. Tuebatur siquide eam urbem Antonius Aragonius no magna manu militum, sic ut Vastius eius periculo uehementer angeretur: & Antonius de salute sua, uti iuuenis opulentus atq; pernobilis, maxime sollicitus, nec bello abunde exercitatus, anxie a Vastio opem sibi ferri postularet. Accidit autem, ut quum subsidio cum semiplena Hispanorum cohorte Fraciscus Ruicius H aduenisset, Antonio animus confirmaretur, ob idq; Humerio obtinenda urbis facultas spesque omnis minui atque adimi uideretur, retrocedendumq; inde statu eret, quod aduentare Vastium ex inani rumore, & prelio certaturum arbitraretur: frustra reclamante Paulo Cerite, qui inuadenda, oppugnandaque urbis sibi nihil periculi uerito aut recusanti, id munus demandari postulabat. Is detestatus regis consilium, qui pro impigro bellicosoque duce ciuili modestia fideique & suspicacis naturę hominem, secus ac alias esset solitus, trans alpes misisset, abeuntis exercitus terga peculiari delectoru prasidio firmauit. Apparebat enim Cesarianos alacriter in hostes castra mouetes erupturos: atq; ita mox euenit, ut a nouissimo agmine conferta pugna certaretur, & Paulus audacius prouetes excipies, expedito cohortium flexu multis hostiu uulneratis, & quibusdam interfectis, incumbetium audaciam reprimeret, & eo congressu Cola Toraldus nobilis Hispanica stirpis Neapolitanus interficeretur. Humerius nihil ultra lacescente hoste, ad Albam Pompeiam profectus, extra urbe statiu castra posuit: quo cognito Vastius & ipse iuxta Astam inter duo cœnobia castrametatus est: Saseuerinum Besennianu regulu, qui uniuersis equitibus præerat, turmas omnes secundu Tanari amnis ripam extedere iubes, ut quid moliretur hostis, paratus ipse ad obsistendum certadumq; emissis speculatoribus expectaret. Quum Humerius segnius cuctari prospiceretur, & Vastius animaduerteteret in dies augeri Gallorum copias, & de aliquot oppidoru fide dubitaret, a Ferdinando rege duas sibi, ad prasidium Subalpinae regionis, Germanoru legiones mitti postulauit: idque celeriter cum publica causa & fratris Cesaris commodo, tum iustis Vastij precibus Ferdinandus tribuisset, dux legionum

A legionum Federicus Furstembergus, inclyti inter Germanos nominis regulus, Tridentinis alpibus descendit: quibus in legionibus plerique ex Norica atque Vindelica iuuetute nobiles, & proceru propinqui nomina dederant. Erat hic Federicus, eius Guliermi qui Gallo regi militabat germanus frater, dissimili ingenio uir: utpote qui fratrem peruerso iudicio, neglectaq; religione, militaribus rapinis, & improbo semper quaestu, defraudatis stipendio militibus turpissime deditum, & quod nefarium uidebatur, contra Germanici nominis decus externi atque inimici regis auspicia sequetem, probo ore, atq; exacta uirtutis fama superaret.

B At Humerius aduentu Germanorum cognito, uti uiribus atque animo hostibus impar, copiis quas habebat dispartitis, oppida tuenda comisit, ea ratione diuisis muneribus, ut singulos duces oppidis praeferet. Azalium e Togata Gallia uirum iactabundu potius quam fortem, Cherio imposuit, attributis ei prater Italicos milites duobus Vasconu uexillis: Clarascum autem opportunu oppidum, Cesari Fregosio defendendum dedit. Albe uero prapositus est Iulius Vrsinus, eo Mario genitus qui Florentia maioris tormenti pila ictus occiderat. Fregosius ea conditione demandatum munus suscepit, ut se fortem operam aduersus omnem hostium impetum prastaturum testaretur, si ab Humerio, sicuti ille prolixè fidem dabat, intra quadragesimu diem certa comiteus, & militum supplementa summitterentur. Iulius Albanis inspectis mœnibus, quoru uitia passim eminebant, & ea nisi longo labore aggeribus permuniri resarciri que possent, tutelam loci cum excusatione inopia multarum rerum susceperat, Humerij adhortationibus & spe promissa opis excitatus. Ceteru Humerius constitutis prasidiis nihil sibi moræ attulit, quin inglorius in Galliam reuerteretur, & Vastius non multos intermitteret dies, quin ad oppugnandum Cherium omnem tormentorum apparatus conueheret. Oppugnatio autē cœpta est ab ea parte mœnium, quæ diui Augustini templum respicit, quod murus ab ea parte debilis appareret. Azalius satis perite atque opportunè ex disciplina munitione erexerat ingressuris hostibus, tabulata æquata solo eminentibus praeacutis clauorum stimulis, quibus pedes ingruentium configerentur, obiecerat: multumque sulphureum ignem, qui de more aridam materiam corripere, occultis in locis excitandum ita instituerat, ut egregie prospexisse periculo uideretur: si eundem animum ad ingenij solertiam afferret, quem antea iactando prætulisset. Nam ubi adactis maioribus tormētis murus

E quati diruique cœpit, tantoque spatio continuata quassatione patefacta essent mœnia, quanto satis foret ad inuitandos milites, proponente pugnae signum Vastio, Itali Hispanique pariter in oppidu perruerunt: quo tumultu acerrime inuasionis, Azalius usque adeo trepidater atque imperite se gessit, ut nemo fere suoru in eo loco pugnaret, nec ipse, ubi periculum deposcebat, conspiceretur. Eo nanque impetu Cesariani Azalianas munitiones superarunt, ut nihil eos per strata tabulata eminentes clauorum cuspides retardarent, nec ea sulphureorum ignium fomenta,

quæ ad edendam flammam erant parata, suo tēpore ignem conciperēt, & dux ipse fœdè animū despondēs, uitæ discrimen effugeret, continuo- que trucidatis aut captis præfidiariis, turpi in latebra caperetur. Dū Cæsariani in urbem penetrarēt, Vascones timore præpediti ad id propugnaculum, quod superiore anno Annibal Nouellarius erexerat, se contulerunt: atq; inde (nihil ibi consistere ausi) ut se in longiorē fugam proriperent, exterius in fossam humore carentem se demittere cœperunt, quod eius munitionis agger satis esset humilis, facilēq; descēsum præberet. Id cōspicata Germanorum cohortes, quæ cōstituta phalāge, subsidiaria in acie constiterant, eos ad unum omnes numero amplius trecētos, uel G ultro sese dedētes, impetu facto trucidarunt. Totius uero oppidi mulieres, quæ pauore attonitæ in turrē confugerant cum carissimis ornamentorum suorum rebus deditiōē fecerunt, cesseruntq; in prædam Didaco Arzio castrorum præfecto, qui id coniectura futurum iudicans, & optimiorenī prædam quærens, primus omnium aduolarat. Cæteri uicacim singulas domos diripientes, captos earum dominos, pecunia se redimere cōegerunt. Azalius uero ipse perductus ad Vastium, cunctis risui fuit, quod nihil ei tot rerū apparatus, quum oportuit, usui fuissent, & idcirco oneratus infamia rei male geste, multo auro se redimere coactus est. Ex H pugnato per hunc modum Cherio, Vastius ad Clarascum mouit castra. Nec mora exploratis aduersariorum uiribus, animaduersaq; per speculatores ea mœnium parte quæ nouis munitionibus careret, maluit eam partem adoriri, quàm ullam aliam, quæ faciliore oppugnationem ostēderet: uel ob id præcipue, quod nulla extatium propugnaculorum, quæ latera subeuntium ferirent, munimenta haberet. Volebat enim Vastius quàm maxime posset militum parcere sanguini, incruētisque uictoriis latari potius, quàm à cædium sēuitia famam parare. Quod tamen secus accidit ac uolebat. Nā tamen hostilis murus uel antiqua, uel noua munitionis proiectura penitus carebat, ob idq; milites nisi à fronte ab ipsis defensoribus peti, feririq; & facile propelli possent, tamē satis profunda uallis intererat, quæ pro fossa totam muri faciem muniebat: usque adeo difficilem cum descensum in eam, tum & ascensum ad præruptam ui tormentorum mœnium coronā habebat, ut quum magna muri ruina edita esset, & milites ardente animo pugnae signum sibi dari flagitarent, hoc impetrato in descensu atque ima fossa, quæ erat lutulenta, & in ascensu demum perfracti, & cadentis exterius muri ruina confliscarentur, & maiorem quàm putassent conscendendi muri difficultatem reperirent: quod non plane ad amissim, quantū exteriora fossæ labra à mœnibus distarent, & quàm præceps descensus, arduusque inde ascensus foret, oculis metiri potuissent. Verum propter ea accepta hostiū telis detrimenta, non refrixerat ardor militū, nec Vastius forti incepto obstitendum ratus, ab expugnandi oppidi spe deciderat, sed ut prælium instauraretur crebro summis recentibus præsidis, atque etiā Germanis (ipsis id obnixè postulantibus) quanquam agrè, locum ad inuadenda mœnia concesserat:

A concesserat: ut Germani qui se ad bellum natos existimabant, Hispanorum atque Italorum uirtuti & audaciæ contemptis periculis æquarentur. Itaque redintegrato ardore omnium, tanquam æmulatione decoris à diuersis gentibus certaretur, asperrimo conatu consensum dimicatumq; est, maiore Cæsarianorū detrimēto, quod Fregosiani milites per noctem, Petri Pratenfis ingenio, munitionem in summa prærupti muri corona subitariam erexissent, comportatis ibi madentis fimi cumulis, quibus propter mollitiem tormentorū pilæ hærebāt, nec lentore prohibente, penetrare in oppositas hostium cohortes poterant: quæ ea repentina nouaque munitione protectæ, ex tuto propugnabāt: sic ut euadentes in summum ruinae supercilium hostes sclopettis traiectos, alabardisque, & lanceis acriter repulso, in fossam præcipitarent, terribili cū ruina succedentium, & subire magno nixu conantium, quum magno cū fragore armorum collidentium, sese uiui pariter atque exanimes debilitati artibus cumulate cœnosa in fossa uolutarentur. Hac peracri contētionē, quum aliquot horis esset dimicatum, amplius ducenti interfecti, & supra ferè quingenti mortiferis glandibus & faxis uulnerati sunt: & in his Vulcanus immoderata fortitudinis adolescens Guliermi Rocādulphi clarissimi ducis filius, ex Germanis occubuit, æquato cum aduersariis detrimēto, quod Liuius inclyti imperatoris Liuiani filio propugnati ingentis tormētī pila caput fuisset ereptū. Huic Fregosius rapida grauatibus febre suas partes cum imperio, quod esset magna spes adolescens, & militibus charus, cōcesserat. Eius immatura morte Fregosius uehementer permotus, tētātusque importuno atque acri morbo, & Humerianis auxiliis diffidens, quod tempus in id conditum per aliquot dies effluxisset, & tormentarij pulueris inopia laboraret, nec satis ampli commeatu copia superesset, se dedere constituit, si à Vastio honestis conditionibus acciperetur. Atque ita non diu post ab Aloysio Gonzaga, qui erat apud Vastium Fregosio arcta cognatione atque amicitia coniunctus, res tractata & confecta est æquissimis legibus: quod Vastius offensus & ipse Vulcani immatura morte, & fortissimorū quorundam iactura, reliquorum militum periculosis laboribus & sanguini parcendum putaret, cōpertumque haberet aduersariorū animos tales esse, ut in defensione fortiter oppetere, quàm contra decus pacisci mallent. Erant enim apud Fregosium acerrimi cohortium præfecti Cæsarina Salentinus, & Baptista Corsus cognomento Lega, quorum maiores Corsicæ insulæ imperium tenuissent, & præter hos duo Veronenses Antonius Beuilaqua, & Ludouicus Montanus, atque item Philippus Corsus, uetus cohortis dux. Deditiōnis conditiones in hunc modum perscriptæ sunt, ut Cæsari Fregosio saluis rebus, incolumique præsidio, & explicatis uexillis excedere liceret: tormenta ipse relinqueret & commeatum: sed ei quod sua pecunia cōmisset frumentum à Vastio solueretur, & oppidanis nulla afferretur iniuria. Atque ita comitante Cæsarianorum equitatu, atque eum passim ab iniuria defendēte, ad Penarolum oppidum peruenit, in-

déque in Galliam profectus est, ut regi rerū difficultates explicaret. Clarasco autem potitus Vastius Hieronymum Sangriū, & Cherio Ferdinā-
 dum Lofredium præfecit, & ad expugnandam Albam continuò duxit. Animaduerso autem eius urbis situ ultra Tanarum amnem tormenta
 perducta constitutæque sunt, eo Vastij iussu, ut binæ & penè inter se cō-
 iunctæ quassationes fierēt, quarum altera Hispanis, altera Italis ad inua-
 dendum erat assignata: quòd Germanis parcendum idcirco Vastius iu-
 dicabat, tanquam campestri prælio aptioribus, quàm subeundis muris:
 quòd id munus agilia corpora atq; expeditiores animos re-
 quireret. Erat in castris euulgatū quosdam Hispanorū signiferos acer-
 bis à Vastio uerbis fuisse castigatos, quòd sibi & gregariis suis, pro cono-
 parua uexilla galeis imponere iussissent: utpote qui ante alios ad prome-
 rendam laudē, ac murum & prima pericula se subituros insolentius ia-
 ctassent, nec demum murali in pugna ostentatæ audaciæ fortiter respō-
 dissent: qua obiurgatione Hispani in uniuersum permoti, quòd Clarasci
 perficere nequiuissent, Albæ ingētibus animis se præstituros testarētur,
 exorta inde apud Italos æmulatione, quòd sibi præripi decus indignarētur:
 cuius obtrectationis is extitit successus, ut Itali proximos loco His-
 panos æquandi aut superandi cupiditate, ante acceptum signum, mani-
 pulatim ad cursum se incitarent, & in præruptum murū, nec satis quidē
 apertū euolarent. Hac insana sed plane decora quorundam signiferorū
 properantia accidit, ut multi uiri fortes intra urbem irrumperent, & Ca-
 sariana uexilla, cum intus ab hostibus, tum extra à Vastio totòque exer-
 citu in summis mœnibus & decussis muri pinnis spectarētur. Sed Iulius
 Ursinus introrsus à muro ad iactum lapidis firmam munitiōnem exere-
 rat, ex uimineis turriculis more militari gleba & cespite repletis: atque
 etiam accelerandi causa ligneis ibidem uinariis doliis contra hostes cō-
 stitutis: quo munimento cohortes tutæ à maioribus hostium tormen-
 tis, quòd essent depressiore in loco, in primos hostium subeuntes, incē-
 sis sclopettis glandium procellam effunderēt, atque audacter munitio-
 ne egressi ingredi ausos, quominus ferociter inuaderētur, reiectos extra
 in præceps propellerent. Qua repentina scandentiū perturbatione, An-
 tonius Lofredius Cicchi senatoris Neapolitani filius, qui primus in mu-
 rum euaserat, impigre resistens occubuit, & Scipio Montebellæ cohortis
 signifer prostratus, cum uexillo captus est: Marcus uero Priuernas,
 qui primum illato signo uirtutis decus affectarat, ita se explicuit, ut in-
 cumbente hostium multitudine, incolumis cum uexillo ad suos reuer-
 teretur. Neque enim facile qui primi subierant à subsequētib; confir-
 mari poterant, quum magno casu ingens & uetus populi arbor, quæ e-
 rat interiore in aggere, forte succisa hostilis tormenti ictu, tranuersa ita
 procidisset, ut ea casus inclinatione tanquam noua munitio obiecta, ir-
 rumpentibus magno esset impedimento: proptereaque irritò conatu,
 qui iam ascenderant, pulsī ab interiore hoste, & iniquitate loci deterriti,
 omnes extra proruerēt, quibus sese recipientibus grauior incidit clades
 ab

A ab infimo propugnaculo, quod erat eminens in fossam, & sua proiectu-
 ra hostium latera conspiciebat. Id erat concameratum lateritia testudi-
 ne, & per idoneas fenestellas ex occulto emittendis tormentis facultatē
 præbebat, Casemactæque militari nomine uocabatur. Hanc cum manu
 sclopettariorū tuebatur Marconius Volaterranus, qui certos atq; mor-
 tiferos ictus è destinato sese recipientibus inferebat, & nisi fumus admo-
 dum densus interius spatium nullo ad effugiū inuēto foramine, multa
 edita caligine, sclopettarios præpedisset, magnum profecto hostium nu-
 merum inde tāquam ex insidiis interfecisset. Hic ille est Marconius qui
 B apud Viennam, uti supra memorauimus, Italicas cohortes ad armā cō-
 sternatas, & multis de causis nequaquam in Pānoniæ præsidio hyeman-
 dum censentes, turbulentissima concione in castris habita, perpulit ut
 in Italiam redirent. Eo ex Casemacta periculo, post nō paruam militum
 iacturam, animaduerso, Vastius receptui cani iussit, ut aliunde tormen-
 ta aptius & efficacius admoueret: quum Iulius audacia & multitudine
 Casarianorum perterritus, desperasque opem sibi alicunde ferri posse,
 quòd nihil de Gallicis auxiliis audiret, ad exemplum Fregosij se deditit:
 hisdem ferè conditionibus quibus ille Clarasco excessisset: sed aliquāto
 C iniquiore sorte, quoniam ab his qui præsidio dati, ut in fines Gallicos
 deducerentur, excedentium impedimenta, latrocinij modo, in itinere di-
 repta fuissent. Neque eam illatam uim, admissūque inique facinus Va-
 stius uindicauit, quanquam prædatōres equitum præfectos, & in his Ro-
 salium, & Iuania Hispanos, & Bellottum Sequanum, Epirotāmque Zuce-
 rum, seuerissimis uerbis castigasset. Alba in potestatē redacta, mōtis ca-
 stris ad Penarolum illico contendit, eo animo, ut id oppidum, quod tor-
 mentis expugnari non posset, propter loci natura atq; arte muniti diffi-
 cultatē, longa saltem obsidione fatigaret: Taurinōq; simul commearus
 D spem, quantū excursionibus effici posset, paulatim abscinderet. Hoc tā-
 to rerum successu Vastius supra recepti Casalis uictoriam mira celerita-
 te partam, Cherio demum & Clarasco, atque Alba urbe intra octauum,
 atq; uigesimū diem fortiter expugnatis, pristinam uirtutis suæ animiq;
 magnitudinis opinionē, non modo apud Casarē, sed apud æmulos, ip-
 sosq; etiam hostes mirifice confirmauit & auxit. Hisdem diebus quibus
 Vastius expugnatis, aut deditiōne in potestatē redactis aliquot oppidis
 aduersus Gallorū duces prospere bellum gerebat, Florētini exules repe-
 tendæ rursus Etruriæ cōsiliū susceperunt, cohortante Saluiato Cardi-
 E nale, & concitantibus Gallis, ut undique Casaris uires distraherēt. In id
 bellū Philippi Strozze persona poscebatur, quia esset summæ existima-
 tionis inter exules, & maxime pecuniosus haberetur. Sed uti erat armo-
 rum imperitus & parū fortis ad perferēda castrensium laborū incōmo-
 da, negabat se id munus esse suscepturū, ne postquā duo ipsius liberi Pe-
 trus atq; Robertus his periculis immiscerentur, nullū ipse salutis & for-
 tunarū discrimen esset aditurus. Hęc ita firmo animi decreto differebat,
 ut Petrus filius gerēdi belli cupiditate iuueniliter inflammatus, patrem

ipsum uehementi, & plane inuerecūda obiurgatione castigaret, nec ob-
 scure ei atrociam cōminaretur, si in ea spe recuperandæ patriæ tot patitiis
 deesset, & nihil sibi generose conandū esse statueret. Quibus uerbis Phi-
 lippus à filio, quē unicē diligebat, uel reluctans expugnatus, sese nō mo-
 do socium, sed etiā urgente fato antesignanum præbuit. Inter armatos
 exules eminebat ipse Petrus Strozza, & Bernardus Saluiatus Cardinalis
 frater, constāti, cōpositōq; ingenio uir, militiæ maritimæ assuetus. Hi Ca-
 pinio Mātuanō operam nauante, cohortes apud Mirādulam cōscripse-
 rant, & Bononiæ conductis passim militibus copias auxerant, quōd Pō-
 tifex eius consilij gnarus, & non occultus uti credebatur belli cōcitor, G
 hæc fieri pateretur. Fauebat autē exulibus mirifice Hieronymus Pepulus
 Bononiensis, cuius erant multæ in Apœnino montanorū hominū cliē-
 tele, descendētibusq; in Etruriam, tuta itinera per paternas possessiones,
 suggerēdis cōmeatibus opportuna demonstrabat. Hæc tacti occultè a-
 pud Bononiā pararētur, de his tamē sigillatim Cosmus princeps certior
 fiebat, & quanquam esset præsentis pecuniæ difficultate oppressus, q̄ eas
 publice sine graui offensione ciuiū imperare nō poterat: eas tamē ab a-
 micis atq; affinis mutuas exigebat, ut militari præsidio totā cōfirmari
 iam à Cæsare principatus existimationē tueretur. Erant in eius consilio H
 præter Innocentiū Cardinalē, & quosdam togati ordinis ciues, Alexander
 Vitellius, & Pyrrhus Stipicianus acerrimi duces: iamq; ualida & fide-
 lis militum manus undique accersita Florētiam ita coiuerat, ut nihil de
 intestino tumultu dubitaret Cosmus, hortatūq; ducum, aduētanti ho-
 sti nō fortiter modo repugnandū, sed obuiam audacter eundū decerne-
 ret. Primum autē omniū Pistorio cauendū censet, ne hostis studio ami-
 cæ partis fretus, ea opportunissima urbe potiretur. Pistorij siquidē duæ
 uigebant factiones, æternis inter se odiis cruentissimè de potentia dimi-
 care solitæ, quarū altera Guelphi nominis Cancellaria uocabatur, faue- I
 bātque popularibus Florētinis: altera autem erat Páciatica, Gibellinæ &
 Mediceæ factioni addicta. Huius princeps erat Nicolaus Bracciolinus
 uir militaris & maxime cruētus. Illius uero pari autoritate se duces fe-
 rebāt Frāciscus Habraus è Garesca familia, & Battus Rospillus. In hūc
 etiam modum Pistoriensis erat diuisus ager, ut Páciatici planis & cam-
 pestribus in locis nobilitate atq; diuitiis præstaret: Cancellarij autē mō-
 tanis in locis numero ampliore hominū æquatis opibus ualerent: pro-
 pterea fiebat ut Cosmus Páciaticæ factionis uires, introductis in urbem
 eiusdē factionis agrestibus, cōfirmare contēderet: ex aduerso exules cōci- K
 tatis ad arma Cancellariis inuadendę urbis spem cōciperent. Sed Cosmus
 confirmādos nominis sui studiosos militari præsidio, atq; urbē tuēdam
 existimās, Pistoriū præmisit Federicū Montacutū cum duobus delecto-
 rum peditū uexillis: accersitūsq; è summis montium pagis Castagninus
 Tanarius Páciaticis fauēs, cum multitudine armatorum suæ factionis
 descēdere parabat. Quibus cognitis rebus exules per Mattanā Cutellia-
 num seditiosum & sanguinariū hominē, & eum quem diximus Battū,
 faua

A saua incendia in aduersæ factionis ædificiis excitari iusserunt, ut Páci-
 tici conflagrantū Penatium suorū terribili calamitate adducti, ad uin-
 dicandā iniuriam elicerētur, Pistoriōq; exire, & ad sua defendēda profi-
 cisci, nec ideo Cosmianis rebus ullam opem ferre cogerentur. Iam exu-
 lum copiæ per Apœninū ad Fabricā uicū peruenerant, aliquanto len-
 tius & tardius quàm expediret, cōfectis itineribus: quōd in iugem bidui
 pluuiam incidissent, ita ut eorum principes Philippus atq; Valorius cu-
 piditate inuisendæ Etruriæ fatali festinatione reliquos anteire matura-
 rent, & ad montē Murlium usque descenderēt, existimantes eius regio-
 nis hominum studia ad occupandū Pistorium, inuadendāq; Florenti-
 am sibi minime defutura, quōd propinquas & ualidas uires traherent,
 quibus nullo modo Cosmus resistere posset, qui neq; diu alere copias si-
 ne pecunia posse, nec quas haberet aduersum se educturus crederetur: ne
 ciuitas parata ad recipiendā libertatem tumultu excito, tanquā præsidio
 nudata, rebellaret. Mons Murlius collis est in extremis Apœnini radici-
 bus qua desinit in campos, metæ modo in accliuæ fastigiū eductus, præ-
 altam in summo antiqui operis habens domū instar arcis, duplici muri
 corona, sed ea uetere & passim collabente permunitā, cū lata area amœ-
 nissimi prospectus. Eam arcem ademptā olim Florentinis, Castrucium
 Lucensium Tyrannum adiecta munitione confirmasse annales tradūt.
 Totus collis undiq; olea, uite, & pomiferis arboribus ita est cōuestitus,
 ut certis etiam gradibus ubi fruges serantur aratrū admittat. Viæ mili-
 tary imminet, qua à Pistorio Florentiā itur: Ab hoc septem milibus pas-
 suum, à Prato autē tribus distat. Tanta uero fiducia exulum principes in
 ea uilla constiterunt, ut nihil omnino timerent, & Valorius Villā suam,
 quam Baroniā uocabat, ab se nō ciuili, sed regio propè sumptu ædifica-
 tam, tertio inde stadio securus inuiseret, spatiaretūq; ociosus in xyf-
 to, D uillicū de futura uindemia, spēque oleæ, & de prouētū insitarū arbuscu-
 larum, & de perdicū aucupis diligenter interrogans: sic ut nōnulli mi-
 rarentur hominis insaniā supra modū, priuataq; fortunæ conditionem
 ædificantis, & nihil ille de aduerso rerum euentu, quem fortuna temerè
 progressis aduheret, dubitare uideretur. Philippus contrā cæco percul-
 sus metu, ut qui nullū circa se præsidium cernebat, deambularet solus, &
 sæpe sciscitaretur Zanobiū Nerlium uillę dominum an in tuto esset: nec
 suspirare desineret, donec procul cōspectis Petri filij uexillis animo sese
 confirmaret. Petrus enim ut præsidio foret his qui inermes montē Mur-
 E lium procefferāt, disunctus à graui copiarū agmine prouolarat, castrā-
 que ad radices montis iuxta uia militari collocarat, cōstitutis idoneo in
 loco quatuor minoribus tormentis, quæ secum aduexerat. Nec multo
 post Fedinus ex numero exulum impiger & audax, cum aliquot equi-
 tibus prædatum emissus usque ad Pratum, ereptos agricolis boues, &
 minoris pecoris aliquantam prædam ad exules retulit, improbante id
 factum Philippo, qui intemptiuo atque improbo militum suorū ma-
 lesicio susceptæ pro libertate adipiscenda expeditionis nomen fœdari

nolebat, indignabaturque mirum in modum, quod Battus & Mattana ueteribus factionis odiis studentes, sauo incendio cuncta prope eius tractus domicilia deleuissent, quasi Barbarorum more incendiis & cadibus ex usu uictoriae sauituri forent, quum incolae beneficiis atque humanitate, parcendo, nec factionum agnoscendo odia, alliciendi & conseruandi, potius quam detrimentis afficiendi non infanis ducibus uiderentur. Praemiserat Cosmus ad Pratum equitum turmas duas duce Poctio Insubre, Rosa item Victio patris ueterano impigro cum expeditis sclopettariis equites consequi iussit. Poctius explorandi causa usque ad hostes processerat, leuique pugna edita, amissis duobus equitibus retrocesserat. Huic tendendas insidias tanquam inconsulte iterum erupturo Strozza ratus, Sandrinum Filicarium cum iusta manu sclopettariorum, Parusianae uillae tectis (ea est militari in uia) sese occultare iubet, nec se commouere donec hostile exeuntis Poctij agmen pertranseat, quod demum a tergo inuadi deberet, ut Poctius interclusus a tergo simul, & a fronte caederetur. Ipse enim Strozza a castris suis stadia duo progressus ad pontem torrentis aquae delectorum signa statuerat. Sed longe aliter quam putarat insidiarum euentus cecidit. Cosmus enim de consilio suorum ducum in celeritate summam belli ratione reponens, ad orientes hostes esse censuerat, antequam reliqua eorum copia quae sequebantur, primo agmini Strozzaeque sese iungerent. Rei gerendae consilium hoc ordine explicatur, ut ipse Cosmus in urbe consistat, emissaque Margarita Austria, ut Pisis tanquam tutiore in urbe commoretur, bellicamunia Vitellius & Pyrrhus suscipiant, maximaque occultata profectio noctu ad hostes contendat. Caeterum Cosmus qui Sarmetum cum Hispanis a Fesulano agro acciuerat, astuto consilio eis designari parataque hospitia certis in urbe regionibus iubet, subindeque admitti in urbem eorum impedimenta, & inutilem seruitiorum turbam, ut species ingressuri praesidij hostium speculatoribus praebatur. Primis autem tenebris obserari cunctas urbis portas praecipit, ne quisquam exeat, & Hispanorum cohortes extrorsus praeter moenia, ad Pratum iter intendere iubentur. Parent Hispani egregie Sarmento duci suo, & plenis passibus ire pergunt. Interim per portam arcis Alexander & Pyrrhus Italicas cohortes educunt, easque Rodolphus Baleonus cum equitatu subsequitur, & omnes simul Pratum intempesta nocte perueniunt. Nec quiescendi ultra semihoram, qua paratis obsoniis, & poculis modice ientarent, spatium militibus datur. Nec mora Vitellius educit agmen, praecipitque Gaspari Pratenis iuuentutis praefecto ut occludat portas, caueatque diligenter ne quisquam egrediatur, qui certum nuncium de aduentu suo, itinerisque ad hostes perferre possit. Hoc uero ordine ad hostes contendit. Praibat cum sua praetoria cohorte, atque expeditis sclopettariis Borghesius, cui cum turma equitum coharebat Poctius. Hos modico interuallo cum Italicis cohortibus subsequebatur Otho Montacutus, eius agminis frontem lectissimis ceturionibus firmatam

A tam ita perducens, ut ei Rodolphus Baleonus uniuersos quos habebat equites ad dextram applicaret. Succedebant peditum agmini ipsi duces Vitellius & Pyrrhus, secundum uero eos Sarmetus Hispanos accelerare iubebat, qui ideo in postremo agmine collocati erant, ut tanquam subsidiaria acies quantum fieri posset integra atque intacta seruaretur, quod in his extremis cohortibus Etrusci imperij salus constaret. Eo modo incedentes Cosmianae copiae, ad Parusianam quam diximus uillam, ubi Sandrinum in insidiis a Strozza collocatum fuisse diximus, peruenerunt: nemineque hostium se commouente, ad pontem & ad Strozzeana demum castra contenderunt. Neque enim uti iussus erat Sandrinus sibi prius erumpendum esse iudicabat, quam hostile agmen, quod exiguum fore putarat, totum pertranfiret. Atque ita quum maius & continens totius exercitus agmen, uel obscura nocte transire cerneretur, ut ducis sui imperio pareret, erumpendi occasionem amisit, seque eiiciens extra uiam militarem altiore circuitu, ad pontem, ubi Strozza constiterat, regredi coepit. Sed is fuit properantium hostium, equitumque inuadentium impetus, ut Strozza deceptus suo consilio funderetur, & ut quidam existimant, quum pugnando resisteret, ignotus ab ignoto equite caperetur, sed se felici conatu a complexu hostis statim, ut erat nixu ualidus & pedibus uelox eriperet: hostes uero in castra eius, uti nulla munitione coepta, eodem cursu peruaderent, captisque a Borghesio tormetis, ea repente diriperent, quod Strozzeani nullo ordine constitutis, nec dispolis his leuissimis falconibus, tanquam perturbati & disiecti uiribus, in fugam praecipites se dedissent, nemine consistere aut in unum corpus sese coglobare auso: quoniam, uti in tenebris accidit, aurora forte nimbosior omnem spectata uirtutis & ignauiae casum absconderet. In eo tumultu Michael Angelus Romanus Strozzeanae turmae praefectus impigre resistens equo deturbatur, & capitur. Ipsi Baleono equus per armos glande traicitur. Cadit etiam constantissime repugnans Ioannes Mastraccius a Togata Gallia uetus centurio, paucis quidem interfectis, aut uulneratis, sed multis captis, quum Baleonus cum equitatu dispersatos, & in montes effugere conantes, per tria miliaria esset coeuctatus. Eo tam leui certamine Vitellius potitus hostium castris, uexillis, atque tormetis, tanquam re bene gesta, regrediendum esse iudicabat, ne superuentu Saluiati cum iustis copiis, qui non amplius quatuor milibus passuum abesse, & properare dicebatur, partae uictoriae successum in discrimen adduceret. Sed Pyrrhus atque Otho reclamantes felici cepto audacter incumbendum, expugnandamque omnino arcem, ubi hostium capita essent, sine consilio, nudataque integro praesidio, utendum fortuna censebant. Atque ita concedente Vitellio, & Hispanos cohortate ut ad praedam Italos subsequerentur, Otho portam primae munitionis quae in aream exteriorem perducit, occupat, aliquot ibi utrinque desideratis, & ad alteram portam facto impetu prouolat, quae per aream in uillam arcis, ut diximus, similem, aditum praebet. Hanc exules interius tumultuatam

ria materia obstruxerant, desertaque corona exteriori, quæ podij effigiē ostendit, sese in superiorem pinnatam ædificij partem contulerāt, inde sclopettis & prægrandibus saxis sese defendentes. Sed ita eius inferioris coronæ spatium undique Cosmiani occuparāt, ut nemo ex propugnatoribus caput exerere auderet, quin illico pluribus simul glandibus peteretur. Oppugnantibus tamē maxime infesti erant tres sclopettarij qui è sacra turre exterioris templi terga & latera scandētium atque inuadentium destinatis ictibus feriebant. Dum aliquandiu acriter certaretur, & iam cecidissent nonnulli, & ante alios cohortium præfecti Mendula Salentinus, & Sebastianus Pisanus, Otho fores coniectis facibus eo euentu succendit, ut flamma intus congestam in aditu materiam omnem corripere, arderēque iam coniuncta portæ cœnacula inciperent, & totum cauedium superioraque arcis cœnacula, ubi exulum principes erant, fumo & terrore complerentur, eoque trepidantius quod Caccia Altouitus egregie prudens & fortis peditum præfectus, in defendēda porta cecidisset, qui solus ab initio locum tanquam hostium audaciæ expositū, aut propere uel tumultuario aggere muniendum, aut celeriter deserendum esse censuerat. Milites quoque per subterranea loca, quod ædificiū substructionibus impositum, subtus ubi cisterna erat, totū erat permeabile, in superiora reuulsis ferreis fenestræ clathris emergebāt, ita tamen ut nonnulli properātes incumbentium reliquorum impulsu uti in obscuro facile accidit, in cisternam nullo ad os circumseptam podio præcipites darētur, & demum portulam quæ in læuo latere arcis erat aperirent. Interim nihil incendij flammas aut prunas ueritus Otho, uti erat protectus armis, scuto ad os prælato, per ardētem portam irrupit. Hunc pari audacia & cōtemptu ignis alij atque alij secuti, cauedium, & circumambiētem porticum occuparūt, exulibus iam extremo uitæ metu adeo percussis, ut uelum è fenestra proferrent, quod erat deditiois signum, I momētōque temporis occupata ab hostibus arce, exules ad unum omnes capiūtur, Bambalino Aretino audaci cohortis præfecto Philippum Strozzam sibi notum comprehendente, quum se Strozza Alexandro Vitellio commendaret. Nec mora Vitellius & Strozzam & reliquos equis imposuit, Florētiamque perduxit. Vnus qui expeti poterat Petrus Strozza feliciter (ut diximus) elapsus, ad Saluiatum cum uniuerfis copiis aduentantem peruenit. Eadem nocte horaque qua hæc ad montem Murlium fiebant, fœlici quodam augurio, geminata uictoria Cosmo affulsit, nam egressus Pistorio (uti constitutum fuerat) Federicus Montacutus Othonis frater, Cancellarios ad Abbatiam quam uocant Pactianam adortus, quum uiri agrestes armatæ cohortis impetū minime ferrent, ipso Mattana interfecto, Bartoque fugato, ac reliquis cæsis & profligatis, uictoriam retulit, Bracciolino in aduersæ actionis inimicos usque adeo immaniter animi sæuitiam effundēte, ut captum & deditū imberbem nobilis familiæ adolescentem cruenta manu iugularet. Battus ipse pernicitate pedum usus euasit: Franciscus uero Habraus, qui ad Poggolinum ut

ut diximus constiterat, ut Tanarianos descendentes inuaderet, frustra totam noctem obseruarat, audita & conspecta oculis sociorum calamitate, qui cum Mattana fuerant, & cognita ex crepitu sclopettorū montis Murlij expugnatione, eodem cursu quo Battus ad Saluiati copias se recepit, quò iam Petrus Strozza peruenerat, certum cladis acceptę nuncium perferens, & Saluiatum adhortans, ut descendere maturaret, & hostibus dissolutis ac præda occupatis uictoriam eripere uellet. Sed ille ipso Strozza cautior, negauit in id iuniperetū (aspera & fenticosa loca eius itineris ostendens) se demissurum, quas tamen haberet copias & tormenta, postquam infensæ fortunę reluctari non liceret, maturo tutoque reditu seruaturum. Atque ita transuersis Alpium tramitibus per Ferrariensis ditionis fines, Mirandulam iterum cum Capinio se recepit. Nunciata est Cosmo uictoria, quū esset in templo Nunciatæ Deiparę uirginis, ut ibi pro ea uitæ uota susciperet: quæ ei cumulate lætior extitit, quòd ipsis Augusti calendis inciderat, quo fœlici die Augustus Cæsar olim nutantis imperij nomen Actiaca uictoria confirmasset, quum ipse Cosmus eundem, uti Augustus, horoscopum in genitura nactus Capricorni sydus pro argumento in insignibus gestare consueisset. Peractis sacris reuersus domū, productos ad se exules ea fronte suscepit, ut nihil uictis insultaret, sed dubia seueritatis & lenitatis signa miseris relinqueret: blāde monēs, ut eodem animo, quo bellum suscepissent, aduersi exitus fortunam ferrent. Exinde minoris classis captiui, qui antea damnati iudicis, & recenti facinore maiestatis rei fuerant, in foro pars securi percussis, pars laqueo necati, triste spectaculum populo præbuerunt. Principes autem Valorius ipse cum Philippo filio, alteroque Philippo gentili suo, eius Nicolai filio, qui à Leone Pontifice detecta Boscolana coniuratione summa clementia seruatus fuerat, & secundum hos ipse Antonius D Franciscus Albicius, turbido instabilique ingenio uir, & uetus peracribusque exul, rerum capitalium iudicibus octouiris atque tortoribus traditi, confessique cuncta conceptæ perfidiæ atque malignitatis consilia, in carcere securi percutiuntur, cadaueraque eorum affinibus maiorum sepulchris inferenda conceduntur, lætantibus eorum supplicio plerisque; ex populari factione ciuibus, quòd ipsi iidem Albicius atque Valorius uel seras ueteris delicti merito uitæ exitu pœnas darent: quando eos detrudendi è summo magistratu decennalis dictaturæ, atque urbe expellendi Petri Soderini, authores & principes ante uiginti quinque annos E fuisse meminissent. Ab his enim ereptam ciuitati libertatem, Mediceorumque inductū dominatū, quæ tyrannidē uocarēt, uel parū libero ore prædicabant. Ambo enim ab eo facinore edito, quū honestissima tulissent præmia, rursus à Mediceis defecerant: Albicius, quū peruerso eius ingenio nullus gratiæ uel dignitatis locus, nullūque extraordinariæ liberalitatis præmiū in patria satis placeret: Valorij uero profundę cupiditati nullæ opes quantūuis magnę satis forent, utpote qui uecordi superboque ingenio ad summū ciuitatis imperiū aspiraret, usque adeo ma-

le occultatis sensibus, & à Philippo Strozza, ipsoq; item Albicio diffentiens, ad montē Murliū in deliberatione, ad iurgium intempestiuāmq; altercationē contumeliosis fere uerbis descenderēt, & unusquisq; ceteros celeritate præcurrere, & præoccupare in urbe hominū studia nitetur, quæ ipsis præproperis immatura festinatio proculdubio perniciem attulerit. Horum siquidē trium diuersa erant consilia, sicuti in quæstionibus & tormentis protulerunt. Valorius, ut diximus, ab ætatis honore dominatū affectabat perpetuæ dictaturæ nomine, sicuti antea Soderino obuenerat. Philippus populari fauore, & gratia totius iuuentutis, quā comitate, largitione, honestisq; atque inhonestis artibus, uti tum urbis G mores ferebāt, sibi cōciliarat, ualidissime subnixus, & uti habebatur pecuniæ ditissimus, ac affinitatibus potēs, liberū supra magistratus omnes iucunda conditione principatū in urbe sibi destinabat, Laurentio Medici profocero similis euasurus. Cæterum Albicio nihil nisi turbulenti cogitanti ea mens erat, ut in ueteres inimicos odiū exerceret, eorūque sanguine & fortunis truculentū exaturaret animū. Quibus de causis, uti uerissimo constat argumēto, Philippus Strozza Valorij immodicā ambitionem, & diram Albicij crudelitātē prædamnans, utrique necē afferre cogitauit, quū in eorū cadē allecti præmiis, se promptissimas manus H allaturos pepigissent, Sandrinus Filicarius, & Cecchinus textoris filius, iam pridem ab adolescentia Philippo addictus. Hic in fuga captus, perditorum more in foro suspensus est, ille è prælio effugiens, aliquanto post, quum in suspicionem mutata fidei Strozis uenisset, ab his (ut fertur) Ferrariæ trucidatus est. At quū diu Strozza in arce à Vitellio, & demum à Ioāne Luna, cui arcem tradi Cæsar iusserat, custodiretur, miserque auro oblato, & datis impense muneribus sese redimere frustra contenderet, ad extremū Cosmus à Cæsare impetrauit, ut sibi traderetur de nece Alexandri atque Hippolyti Cardinalis quæsituro. Quod ubi Philippus rescieuit, ne perferre immitia tormenta, & in perniciem amicorū arcana fateri, & indignā natalibus suis necem subire cogeretur, animū tam generose quā impie despondēs, gladio, quem Hispanus, carceris custos temere exiens reliquerat, gutturi apposito, eo nixu & corporis pondere incubuit, ut quū exeuntem Hispanū adactō statim uectō exclusisset, nec cito postes cardine reuelli possent, patefacto aliunde ingressu exanimis cruento in pauimento reperiretur, relicto in mēsa chirographo, quo testabatur, se qui recte uiuere nesciuisset, generoso animo uitæ & miseris finē imposuisse. Indignus certe eo uitæ fædo exitu, X quū ingenio erudito, apprimēque liberali, summe gratiosus apud ciues, & elegantissimus euasisset, nisi de superis atq; inferis male sentire, appetiūque illudere Christianæ disciplinæ præceptis, esset solitus: atq; inde procacius quā deceret Vestaliū uirginū amoribus seruire crederetur. Ferunt Cosmum miti ingenio clemētiæ laudem excipere paratum, seruare Strozam quā supplicio afficere maluisse, quod Ioāni patri amicorum atque sodalium intimus fuisset, nec suo opte ingenio, sed Petri filij impulsu,

A impulsu, & inimicitias, & deniq; fatale bellum aduersum se suscepisset. Quod ideo credere facile fas sit, quum in eadem causa Paulum Valoriū, ipsius Bartholomæi supplicio damnati filium, Philippique Strozæ generum designatum, Bracciūque item Guicciardinum, Verium Castellionem, T. Canisianum, & Chiurlium Macchiauellū, quos iure occidere poterat, diuturni tantū carceris pœna dignos iudicasset, & Ioanem Adimarium, Americūque Antinorium, & Lepronium Rineriū ab Hispanis captos, sese pecunia (quum æquo iure id posset uetare) redimere permisisset, quod parcendum edendis suppliciis, & finem acceptæ iniuriæ, conceptoque odio imponendū arbitraretur, & gentilibus damnatorum bona liberaliter adiudicaret.

FINIS LIBRI XXXVIII.



PAVLI IOVII NOVOCOMEN-

SIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM

SVI TEMPORIS LIBER XXXVIII.

D **C**AESAR ab Hispania per mediam Galliam in Belgium profectus, non Gallorum modo suo opte ingenio exoptata facile credētium, sed principū omniū animos magna pacis expectationē suspēderat: Neque enim periti rerum, qui æquissimo iudicio, & studio maxime libero uigerent, fieri posse existimabāt, ut regum longe maximus, ingenio grauis, & ueræ gloriæ percupidus, Frācisce regis antiquas spes publico omniū consensu confirmatas, diutius frustraretur, quum tanto apparatu, tantisque honoribus exceptus, nihil apud generosum regem de salute subdubitans, uultūque maturæ pacis spem præbēs, clarissimas Gallia urbes percurrisset. Postularat quoque Cæsar à Pyrenæis digressus, ut legati communi consilio ad Venetos mitterentur, qui nunciarent deterfa animis odia, amicitiamque subinde syncera fide renouatam, ea mēte ut præclaro fœdere icto, consiliisq; Christiana pietate dignissimis ingenti animo susceptis, in Solymanum dirum uerūque hostem totius Europæ arma uerteretur. Descenderant itaque, ut legationi maior inesset authoritas, cum or-

natissimo comitatu ipse Alfonso Daualus, Cæsaris in Italia dux summus, & Hanebaldus ab insigni fide & uigilantia Gallicis copiis ad Taurinū præpositus, exceptique fuerant admirabili pompa, quum eis Landus princeps solenni thalamego, quod bucentaurum uocant, & multis exornatis triremibus occurrisset. Erant tum Veneti ab recenti Turcico bello uariis acceptis incommodis uehementer afflicti, nam præter Coryram, multis millibus hominum in seruitutem inde abductis, late uastatam deformatamque crudelibus incendiis, & Obrouaciū in Illyrico infelici temeritate tentatum, etiam Creta, & insulæ Cyclades grauissimas clades acceperant; negotiatorésque Veneti non modo Byzantij, sed tota quoque Syria ac Aegypto capti, in cathenis seruabantur, bonaque eorum & pretiosa mercimonia Barbari præsidēs in fiscum retulerant, neque sublato cōmercio & deserta nauigatione ulla spes erat exercendæ mercaturæ, ob idque priuatæ opes, quibus publicæ steterant, euerfis multorum fortunis cōcidebāt, adeo ut post pacē ad Hidruntem unius trierarchi turbido insolētique ingenio abruptam, temere sumpsisse arma aduersus tantum hostē, improvidēque fœdus cum Cæsare percussisse pœneret, cum periculosi belli, cuius prima uulnera dānāque; ad ipsos recidissent, prægraue exitiosumque onus se subiisse perspicerēt, in nullam præsertim spem uictoriæ terrestri, sed debellandæ tantum classis, cuius animi ac uirium nuper cum ignominia ad Leucadem periculum fecissent. His de causis à Solymano inducias impetrarāt, adiuuante, uti supra memorauimus, Gallorum rege, qui eos à fœdere amicitiaque; Cæsaris diuulere cupiebat, ut Auriana demum classis numero longarū nauium impar Hariadeno uacuum maris possessionem concedere cogere. Induciarum uero iam prope totum tempus effluerat, inciderātque; Venetiis tanta inopia frumenti, ut sæua famēs in propinquo spectaretur, neque eos Cæsar, uel id ex fœdere postulātes, frumēto Siculo subleuabat, quod multo grauius quàm antea uectigal asportātibus imposuisset, adeo ut illud tritici uenalis pretio & uecturæ pariter æquaretur, nec ulla omnino paratior spes erat frumēti comparandī quàm è Macedonia & Græcia, si cum Solymano ad antiquam pacem amicitiamque recurrerent. Is enim paucis ante annis pari penuria laborantes liberaliter adiuuauerat, ingenio nequaquam Barbaro, præfatus inhumanū esse & principe indignum ex aliena calamitate lucrum expectare, quum alendos iudicaret, qui ex ira Deorum immortalium interceptis frugibus miserabile uitæ periculum subirent. His de causis plerique optimatium ad non dubiam spem auertendæ famis, antiquam pacem repetere, & tantis sumptibus, qui maxime diuturni ac intolerabiles futuri uiderentur, finē imponere cupiebant. Erat quoque liberis sermonibus euulgatum Cæsare, præalto auidōque ingenio, sed eo in omnē modestiæ simulationē probe composito totius Italiæ, & denique Europæ omnis imperium affectare, unos autem Venetos omnino esse reliquos, qui obstarent, & uigilanter libertatē suam tuerentur, quum cætera imperia inusitato quodā, & prorsus fatali

arridentis fortunæ munere, in eius potestate deuenissent. Proinde illum ualidis subnixum rationibus non inepte quidē expectare ex eo prægrauo bello, ut Veneti publica priuatāque, ac singularum quoque imperij sui urbium, consumpta pecunia, attriti ac inopes, opportunique iniuriæ redderentur, quandoquidē ipse Cæsar & Ferdinādus frater nō obscuro sed diuerso iure septē illis Venetiæ urbibus imminerent, quas antea Maximilianus auus Gallo coniunctus, armis cepisset: apparebat enim socias ciuitates si pecuniam conferre cogentur, uti acerbius expilatas, fidem facile mutaturas, quū duorum fratrum consilio concitatis Germanis, qui undique fines clauderent, repentinum bellum inferretur. Propterea fenatus, magnopere dubius, in ancipiti sententia uersabatur: horrebat enim Turcarum arma à ducentis annis Veneto nomini semper funesta, instantem timebat famē, obscuraque Cæsaris consilia suspectabat, quarum rerum pericula, una statim cum Solymano confecta pace tollerentur: sed non deerant, qui eam uehementer improbarent, ex ipsa scilicet quorundam potentium factione, quæ iam pridem deprauatis antiquis moribus malo reipublicæ enata erat, confirmatāque; demū Neapolitano fœdere, quo nihil toti Italiæ importunius accidit: ex obliquo siquidē, ut Cæsari fauerent, pacis authores sententiis atque suffragiis oppugnabāt, quando ea pax non ingenti modo auri pondere, sed maxime damnosa atque turpissima duarū urbiū cōcessione ab infido immanique; Barbaro redimi uideretur. Erāt ea Naupliū & Epidaurus, quæ reliquæ ex omnibus antea bello amissis in Peloponneso Venetis parebant: eminebat etiā in ipsa mētionē pacis subeūdē inuidiæ ac ignominia non obscurus pudor, quum Venetus præpropere decreto ac infami præiudicio, uti subtracto nauali apparatu, quo plurimum polleret, Italiæ oram Barbarorum classibus euastandam prodere uideretur. Is erat animorū habitus quum legatis à lectissimo ciuiū ordine in curiā deductis datus est senatus. Coiuerat autem tanta hominum multitudo, ut amplissimo conclauī comitiis dicato, minime caperetur: multi enim Hanebaldū Gallorum ducē bellica laude florentē intueri, sed omnes maxime Daualū, cum sua proceritate & dignitate oris conspicuū, tum rerum gestarū famā clarissimū, orantem audire cupiebant. Is à latere principis exurgens, in hanc ferme sententiā præclara militarique; facundia locutus est. Præclara magni numinis, diuorumque omnium prouidentia factum esse reor, serenissime dux huius amplissimi senatus, ut duo longe maximi Europæ reges, qui modo perpetuis armis inter se contendebant, non dubia tacti religione, in mutuos sincerae amicitia complexus deuenirent: in id unū proculdubio consiliū, ut constituta pace, conturbatis, & tam diu affectis Christiani imperij rebus dignam ipsorum nomine tranquillitatem afferat, & suscepto sacro bello tot acceptas à Barbaris clades ulciscantur. Hoc ut uobis uiri Veneti nunciaremus, reges ipsi nos huc miserunt, ut pari studio, quo uos semper arsisse pro dignitate huius amplissima ciuitatis compertum est, opportune incenderemus. Vos siquidem unos præ om-

» nibus qui tātum nauali apparatu disciplināque, & maritimis copiis ua-
 » letis, in sacri belli, speratāque uictoriā societatem asciscunt, & dignos
 » existimant, qui peculiare totius uictoriā fructus nanciscamini: quan-
 » doquidē renouato conatu & coactis tot classium uiribus nemo nō ui-
 » deat Barbaros mari omnino inferiores futuros, tametsi se ad Actiū ui-
 » ctōres dudū euasisse iactent, quū nō uirtute, sed inexpectato intempe-
 » procellā beneficio, uictrices iam prope manus nostras euaserint. Nobis
 » enim certa ratione pietatis in unū tantas undiq; uires cōferentibus, cum
 » cta cæli & terræ marisq; numina propitia aderunt, atque animos profe-
 » cto, ut uinci discant, Barbaris eripient. Quamobrē de terrestribus etiam
 » copiis nostris bene sperare fas est, quādoquidē ad eas, quas modo Cæsar
 » ad Viennam ipso Barbarorū imperatore in fugam cōiecto in aciē pro-
 » duxerit, accessura sint non modo totius Galliæ equitatus & peditatus
 » perampla auxilia, sed suos etiam magni roboris exercitus Sigismundus
 » Sarmatiæ rex, religionis atque uirtutis nomine contra impios foeliciter
 » pugnare solitus, nulla interposita cunctatione sit adducturus, sic ut de
 » explorata iam prope uictoria minime sit dubitandū. Hæc itaq; pie inita
 » consilia, quod Christiano nomini secundissime cedat, Cæsar atque Frā-
 » ciscus ut suscipiatis, & iustæ gloriæ atque uictoriæ spem uotis rite nun-
 » cupatis complecti uelitis, plurimū cohortatur, uosque salutari decreto
 » ab amicitia Barbarorū pios fortēsque; animos auertere suadent. Generosis
 » enim animis uestris omnino turpissimum uideri potest extēdisse indu-
 » cias, & infamem atq; insidiosam pacem pio atque iustissimo bello præ-
 » tulisse. Neque enim opulentissimam hanc rempublicā, uel magnis pro-
 » positis belli sumptibus, à bono & æquo deterreri decet: nam quod præ-
 » sentis est & diu exoptatæ occasionis, si semel uicerimus uino aut naualis
 » aut terrestris uictoriæ prouentu, cuncta superiorum temporum accepta
 » incommoda, incomparabili uestra cum laude farcientur. Ad ea Landus I
 » publico nomine respondit, nihil unquam ab ulla patrum memoria Ve-
 » neto senatui uel specie legationis ad dignitatem honorificentius, uel ad
 » publicam securitatem ipsa spe pacis optatius ac opportunius euenisse,
 » postquā duo longe maximi reges duobus præstantissimis ducibus lega-
 » tis missis certā inter se cōcordiā & maturā pacē nuntiarēt, ipsis certe ad
 » sempiternæ laudis nomen maxime gloriosam: Venetæ autē reipublicæ
 » tantis difficultatibus circūuentæ apprime salutarē, mirūmq; in modum
 » etiam reliquis Europæ principibus expetendā, si publico cōsensu confo-
 » ciatis uiribus de sacro bello syncera & religiosa fide cogitarēt. Tū enim
 » Venetos neq; sibi neq; reipublicæ defuturos, quin inducias, quæ cū Tur-
 » cis essent, nequaquā fœda pace, sed cōstantibus armis atque uictoria fi-
 » nirent: proinde supplicandum esse Deo maximo, diuisque omnibus, ut
 » reges totā eam spem pacis, quam mutuis colloquiis complexibūsq; af-
 » flicto terrarum orbi pollicerentur, pio decreto & foelici euentu mature
 » & gnauiter implerent. Sequētibus porro diebus legatos de more in col-
 » legium paucorum uocatos lectissimi senatores interrogarunt, an quic-
 » quam

A quam de legibus scirent, quibus ea pacis & amicitia fœdera sancirētur,
 ac obiter, putarēt ne Cæsarem in usum pacis Cisalpinæ Galliæ imperiū
 Francisci regis filio concessurum? Subtriciente ad id Hanebaldo, Daualus
 nihil plus exploratum se habere quā cōuenisse inter se reges, idque ap-
 petisse Cæsare respondit, qui grauissimis de causis fessā & labanti Chri-
 stianæ reipublicæ succurrēdum existimaret: id uero, quod uel cæci præ-
 clare intuerentur, nequaquam expediri posse perficique foeliciter, nisi
 Cæsar pro magnitudine animi plurima concedendo donandōque Frā-
 cisci regis uotis annueret, uolūtatemque redimeret. Generosus, inquit,
 B Patres conscripti, grauem etiam rerum suarum iacturam facile contem-
 nit, quum amplissima ueræ laudis ac ingentis famæ commoda late pro-
 spiciat. Erant hæc dictu ualde magnifica, gratāq; auribus, sed inuetera-
 tæ prudentiæ homines nihil penitus ad animum admittebant, ut Cæsarem,
 cuius uel intimos sensus tractando explorandōque sapius nouis-
 sent, temere crederent Mediolanensi imperio decessurum. Id enim unū
 Gallus repetebat: pro quo per uiginti ferme annos commoto & pertur-
 bato terrarum orbe, infelici contētione dimicasset. Mouebat senatum
 nouæ ac inusitatæ legationis autoritas supra ueteres legatos Didacum
 C Mendocium Hispanum, & Gulielmum Pellicerium Gallum qui ade-
 rant: ob id maxime suspecta quod nihil certum discussumque præter
 spem futuræ pacis attulerat, ita ut plerisque magno Cæsaris cōmodo
 ad fallendum instructa atque adornata crederetur. In eo enim totius ar-
 tis momentum uerti uidebatur, ut Venetus in spem concordia commu-
 nis adductus, consilium cum Solymano de prorogandis induciis & pe-
 tenda pace penitus abiiceret. Eam autem alieni arbitrij aleam subire se-
 niores imprimis periculosum atque omnino insanum esse iudicabant:
 Quid enim ipsis sperādum, si fortuna cōceptæ paci successum eriperet.
 D nisi ut deserti ab omnibus, obiectique immanibus Barbaris stultæ cre-
 dulitatis grauissimas pœnas darent? Sed uel inanem spem pacis Marcus
 Antonius Cornelius haud obscure Cæsari fauens mirifica illustrique fa-
 cundia sustentabat: differebatur contra à Francisco Donato, qui princi-
 pe loco dignus antiquam diuini & maxime constantis ingenij autori-
 tatem sententiis suis afferebat. Itaque senatus ueluti magno in æstu di-
 uersis magnisque fluctibus iactabatur, tanta contentione, ut Patres in
 curia consultando expendēdoque integras fere brumales noctes absu-
 merent. Erat tum senatus instar quassatæ nauis rimarum plenus, hac &
 E illac enim perfluebat, quod antea nunquā acciderat, usq; adeo ut senten-
 tiæ, decretāq; inexorabili antea silentio religiose custodita, non modo
 ad præsentis legatos, sed in prouincias quoque literis emanarent: tanta
 enim erat infania susceptæ semel factionis, in clarissimis etiam senatori-
 bus, qui ex professo noscebatur, ut antiquum illud decus optimæ reipu-
 blicæ odiosa paucorum ambitione & uenalibus studiis atque suffragiis
 prodi uideretur. Propterea animaduerso uitio Marcus Foscarus profun-
 da prudentia uetus senator dixit, rempublicā prodi multitudine & ma-

lignitate suffragiorum, breuique perituram, nisi paucorum fidei iudicioque salubriter commissa mature sanaretur. Erant enim ex ordine rogatorum, qui dicerent sententiam, & in suffragiū irent homines ferme ducenti. Hac multitudine offensus ad quinquagintauiros, qui usu rerū, fide, charitatēq; patriæ probarētur, grauiissimi atque maxime arcani cōsiliij summam reuocabat. Ita rebatur multorū insaniam paucorū sapientia superari: sed tanta mox Foscarus inuidia deflagrauit apud multitudinem, quū ea se consiliis excludi, notariq; infamia leuitatis atque imperitię minime pateretur, ut uir ille inter summos senatores facile excellet, & quo nemo grauitate iudicij potior habebatur, rogatorū ordine sit eiectus, spoliatusq; omni honore, diu in singulis comitiis pudendam reipublicę repulsam tulerit. Verum ei nō multo post, quod diuine, & sapientissime prouidisset, magnę glorię cessit, detectis his qui reipublicę arcana prodiderant, seuerissimēq; dānatis. Hi fuere patritij ordinis Maphæus Leonius, & Cōstantinus Cobatius decēuiralis collegij scriba. Reliqui autem complices cum Franciscō Valerio, qui patritio patre ex dānato coitu genitus, perfidiosa largitionis minister, & interpres extiterat, laquei pœnam inter geminas columnas in foro tulerunt, quam paulo ante Leonius, atque Cabatius in Galliam perfugissent. Ceterum ea de pace cōtentio hunc habuit exitum, ut senatus urgente præsertim fame, concordia principum diffidens, & tamen euentum expectans, tres legatos decerneret: ex his duo ad Cæsarem Franciscūque regem explorandis eorum consiliis mitterentur: tertius, qui erat Aloisius Badoerius forens eloquentia insignis, ad Solymanum mature contenderet: huic iniunctum est, ut desperatę inter reges pacis famam præoccupare nitere-
 tur: sed daret operā cunctis ingenij artibus largiendōque præsertim, ut Nauplium & Epidaurus Veneto nomini seruarietur: quod si id ab altuto insolentique Barbaro impetrare nequiret, necessitati daret manus, & quauis conditione pacem conficeret: eam enim decemiri è republica fore existimabant, secretōque de deditioe urbium in mandatis adscripserant, ueriti scilicet imperitę multitudinis uim atque tumultum, quę inde ueluti satis honestam nacta causam reclamandi intercedendique, proculdubio saluberrimi consilij decretū euertisset: neq; enim in dubiū uertebatur, si cunctarentur, & sero pacem peterent, quin Solymanus ex aliena imbecillitate necessitatēq; impotentis animi cupiditatē extenderet, nec daturus esset pacē afflicti atque desertis, nisi, quod esset ipso Venetę urbis excidio pene acerbius, Cephalenia, Zacynthus, ac ipsa denique Corcyra traderentur. Itaque Daualus & Hanebaldus, qui ea de causa uenerant, ut cum Turca pacem impedirent, nihil omnino diligentius effecere, quàm ut eam Veneti prouiso rerum suarum periculo, conficere maturarēt. Fit enim plerūque in consiliis humanisq; rebus, ut alioqui recte speratus & facilis successus nimia diligentia & cura corrumpatur. Neque dubium fuit, quin Hanebaldus in speciem tantum personam legationi præstitisset: clam uero per Guliermum Pellicerium uere-

A rem legatum pacem ac amicitia cum Solymano persuasisse crederetur: atque ita euenit, ut quū Badoerius apud Byzantium, impetrandę pacis gratia certam pecuniam urbium loco polliceretur, Solymanus eum tanquam impudentē minaciter obiurgaret, ac non aliter se daturum pacē, quàm acceptis urbibus, testaretur, quoniam de decēuirali decreto certior factus, eius rei transigendę potestatem legato datam esse ex literis ostenderet. Quamobrē Badoerius cum pudore redargutus, perfususq; nō dubio mortis metu, ubi arcana mandatorū Solymano, & purpuratis detecta esse cōspexit, in eas cōditiones pacē accipere coactus est, quę
 B Nauplio, atque Epidauo traditis sanciretur. Quibus etiam Pelopōnesi urbibus accesserunt duo Dalmatię castella, Nadinū, atque Labrana, graui quidem cum dolore uniuersi senatus, postquam de tam iniqua transactione Venetiis est rescitum, unde mox Badoerius atroci inuidia deflagrauit, quum ea dedisset, quę ex mandatis dare non posse credebatur, usque adeo in eius nomen aspere concitatō pōpulo, ut uix demum detecta Cabatij perfidia, quin exilio, & bonis uel insons mulctaretur, egerimē seruatus sit. Interea Cæsar dimissis Francisci regis liberis, qui officij causa profecuti Valentianū usque processerant, quum de cōcordia per-
 C scriptis conditionibus acturus esse crederetur, integrum tractandę pacis negotium in aduentum Ferdinandi fratris reiecit. Is tum è Norico, ut explicandis consiliis interesset, Rheno deuectus aduentabat. Nihil enim dum esset in Gallia Cæsar egerat de pace, nihilque præter iucundissimos sermones audierat, quum id antea cōsilio, uti mox apparuit, subtili potius quàm honesto per Anneum Memoratium petisset: ne si alienę potestatis factus in solo nuper hostili minus libere minūsq; utiliter de pace transigeret totius institutę liberalitatis suę gratiam defloraret: quando ea demum apud omnes opinio foret, quę facile tolli nō posset,
 D ut ipse nequaquam ex animo & satis generose, sed ignobili metu, & cæco pudore circūscriptus ad iniquas pacis cōditiones descendisse crederetur. Id uero facile receperat Gallus, quum certo excelsi animi decreto hospiales mensas, quibus regina ipsius Cæsaris soror cū lectissimo foeminarum comitatu ad hilaritatem induceretur, nulla penitus amaritie perfundendas existimaret. At Cæsar ab ea mora dilationēque Gallorum animis in ulteriores spes opportunē traductis, contra ac plerique arbitrabantur, Gandauum recta contendit, præmissa Germanorum legione, adductisq; secum Belgarum alis, quibus antea ut præsto adessent loco
 E cum diemque præscripserat. Gandauēses desperata Gallorum ope, quod pacem cum Cæsare occulte confectam crederent, occulto metu conterriti, & præoccupati celeritate Cæsaris, in pompę morem gratulantes se effuderant: sed ea erat apud salutantes recentis facti conscientia, & contrā is oris habitus portam intrantis, ut hic non natalis soli urbem, & patriam altricem pueritię, sed inuisa & prorsus inimica mœnia tectaq; subire uideretur: illi porro cum in oculis Cæsaris dubiam lenitatē agnoscerent, tristi uultu, & summisso murmure se pœnitere faterentur,

quòd non pro patria armis fortiter desumptis, portas ab initio clausissent: neque enim ui subigi expugnarique poterant, quum amplissima ciuitas uel subitatio tumultu supra quadraginta hominum millia facile armaret: sed Gandauenfes cum iuri suo tum uiribus audacius confisi grauiorem quàm putassent contumeliæ noxam subierant, eorum cõsuetudine qui ubi facinus admiserint, ut id demum extenuent, culpam sua potius quàm aliena conscientia metiuntur: siquidem, uti memorauimus, tanquam liberi & immunes Mariæ reginæ, quæ Belgis præerat, pecuniam in Gallici belli sumptus imperanti insigni contumacia restiterant, adeo ut paratam uictoriã interpellasse uiderentur. Id facinus alte admodum & grauius in pectus Cæsaris descenderat, quòd ab ea ciuitate in qua esset natus initium detrectãdi imperij exortum uidebat: summo quidem rerum suarum periculo, quando in eadem causa prouinciæ omnes perpetuis tributis exhaustæ ad non dubiam rebellandi occasionem Belgarum exemplo uocarentur. Nam Hispania omnis dudum conferendis pecuniis fessa, & ob id consternata animis, in conuentu liberæ uoces ediderat: Insubres quoque ex opulētissimis ad egestatem redacti, diuque uel in pace immaniter uexati, frustra apud surdas Cæsaris aures præsidum acerbitatem querebantur: Neapolitanum uero regnum, quo nihil spoliatus unquam fuit, euersum exutumque omni pristina dignitate, conciderat: & in Sicilia cum annuis tributis tum nouis rei frumentariæ uectigalibus, & frequentibus Hispanorũ æstiuis hybernisque euastata, occasio potius rebellandi quàm consensus deesse uidebatur. Itaque Cæsar ulturus iniuriã, quum iam pacato plane animo uideretur, dispositis per urbem custodiis multos uno tempore comprehendi iubet. No uem ex his, quos turbido ingenio aut facundia insigni & militari præsertim audacia compererat, iudicio damnatos, uti reos maiestatis, interficit: his paucos post dies sexdecim desiderio libertatis, & populari potentia suspectos addit, de quibus pariter in foro, conterritis omnibus, supplicium est desumptum. Ab hac reorum pœna ueteres demum ciuitatis immunitates uno edicto abrogat, leges dissoluit, totum id ius abolet, quo magistratus creabatur, ingenti que pecunia ciuitatem multatur, quæ in sumptũ ædificandæ arcis transferretur. Instituebat enim per amplam arcem opportuno urbis loco, insigne templum atque cœnobium diui Bauonis memoriæ dicatum cõplexus, ut Gandauenfes iugum seruitutis ex merito ceruicibus impositum sentirent. Erant qui in eos aliquanto grauius, quàm expediret, animaduersum arbitrarentur, quòd per uicacis ac indomitæ gentis is esset animus, ut ui subactus conspecto semel cruore odium iramque recondere, nec ullis subinde lenimētis flecteretur, ut ex tuto demum in uindictam exercendæ sæuitiæ locum aperiret. Damnarant in primis feueritatem Cæsaris totius Germaniæ liberæ ciuitates, horrebantque imprimis impositæ arcis nomen, uti nouum & maxime infestum libertati, ita ut Gandauenfibus tanquam fociis, si Cæsarem casu aliquo desereret, recuperandæ libertati maturam opem

A opem laturi uiderentur. Sub id tempus Ferdinandus ad Cæsarem uenit, expectabaturque sollicitis legatorum animis toties inita nec unquam ramen confectæ pacis euentus. Venerat per eos dies sub fide publicâ Villermus Cleuensis regulus, affinitate ac amicitia Gallo regi arctè cõiunctus: is à Carolo Gheldrio, qui sine liberis decesserat, hæres testamento scriptus Gheldriæ regionem sibi finibus coniunctam obtinuerat, inuito iratoque Cæsare, qui suo Augustali iure dicendi instituendique principis auctoritatem sibi ereptam indignabatur. Cupiebat enim eum conciliare obligareque certis beneficiarij principatus legibus, ut quod erat in intimo sensu conducendi è Germania milites Gallo regi facultatem eriperet. Nam è Menapiis atque Sicambris, qui hodie Cleuenses Gheldriique uocantur, nunquam Gallo regi mirificæ cohortes legionisque proposita mercede defuerant. Nihil Villermus de pacis euentu dubitabat, Gallumque ex commodo suo neglectis fociis atque clientibus, modo Mediolanum reciperet, cuncta facturum arbitratur, ob id se conferre ad auctoritatem Cæsaris, eique pro Gheldria sacramentum dicere, Christiernamque (ea Francisco Sfortiæ nupta fuerat) ex Cæsaris sorore genitã, uxorem ducere paratus erat: sed Gheldriæ ducis, & principis nomen, dũ uita maneret, concedi, conseruarique sibi beneficio Cæsaris postulabat. In ea re tribuenda Cæsar nihil unquam, nisi ex maiestatis dignitate facere aut pati solitus, quàm expediret durior est inuentus, quum præfecturam tantum abrogato principis nomine se concessurum respondisset: adeo enim decoris erat tenax, ut futura commoda facile conteneret modo præsentia uel ancipiti periculo tueretur: sed pari ingenio & Germanica constantia Villermus, quum speciosi susceptique simul tituli honore spoliari nollet, pro quo armis certare & nauiter occubere minime recusaret, se consulturum prouinciales suos dixit: & sub ea qua uenerat fide intra fines est reuersus. Iam enim paratæ pacis metus multorum dierum mora refrixerat, & Galli eum opportune monuerat, ne quid temere transigeret, quum uariis coniecturis nõ infirmas modo, sed penè extinctas esse spes pacis significassent. In eodem quoque metu fuerat Hæricus Britaniæ rex ab inexpiabili iniuria, qua reginam repudij dolore ad mortem adegerat, Cæsari auersus. Sũmæ enim dignitatis legatos in Belgium miserat, qui in rem Cæsaris multa pollicerentur, ut tutum, si pax fieret, ad eius amicitiam receptũ pararet. Cõmouerat & ea colloquij fama Solymanum usque adeo, ut indignabundus inconstantis ingrati que animi Gallum regẽ incusaret, iamque timere inciperet, ne in se à coniu-ratis regibus Christiana arma uerterentur. Ob id Antonius Rinco legatus atrocis supplicij percussus metu speculatorium nauigiũ occultè parauerat, quo se per noctem celeri fuga in pōtum eriperet. Germani quoque principes, qui Francisci studia secuti cum Austria domo graues infestis armis simultates susceperant, non obscure admonebantur, ut priuatim rebus suis consulerent: quas enim ulteriores spes ipsis relinqui, ut dignitatẽ & denique penates tuerentur, si Gallus commodo suo concii-

liatus Cæsari ipsos defereret, atq; irato merita pœna plectendos obiice- F
ret. Iam enim Cæsar & Ferdinandus ostentato pietatis studio dederant
operam per idoneos homines, ut principum liberarumque ciuitatum
legati Haganoam in Tribocibus mitterentur, ut ibi colloquendo disce-
ptandoque de placitis, & uero dogmate rerum diuinarum maior demum
& augustior conuentus apud Vangiones indiceretur, quo illam auditu
fœdam, & ualde pestilentem Lutheri de religione controuersiam finirent:
erat hic præclarus admodum prætextus, sed in recessu animi Cæsaris gra-
ue consilium incubabat, quo scilicet potentiam suam maiores opes astrue-
ret. Iudicabat enim Germaniam regulos multa & maxime liberali indul- G
gentia, dissimulationeque earum rerum, quæ religionis causam moribusque
respicerent, & multa denique lenitate alliciendos. Sic enim ab amicitia
Gallorum auerti posse, sic dissolui occultas coniurationes, & clientelas, nu-
darique certo atque expedito præsidio Galliam rebatur: hæc in arcanis
erant, palam uero communis omnium concordia, & consensus in reli-
gione, & digna Germanico nomine ingentia auxilia aduersus Turcas pe-
tebantur. Cæterum Cæsar diu cum fratre collocutus, quod diutius extra-
here moras, suspensasque hominum uoluntates incolumi pudore tene-
re non poterat, conceptum antea incuncti animi decretum protulit, mi- H
sitque ad Franciscum regem cum mandatis Pelusium familiaris suum, qui
Ioannem Lothoringium Cardinalem, ipsumque Anneum Memorantium
conscribendis pacis conditionibus antea delectos euocarat. Summa ma-
datorum hæc erat, Cæsarem nihil libentius complecti quam pacem, quam
quam reipublicæ potius quam sibi profuturam: proinde multo ampliora
augustioraque, quam Franciscus expeteret, communis concordie causa
concessurum. Imprimis asciturum sibi in generum Carolum Francisci filium,
eundemque sororis suæ priuignum, atque eum ex iure Augustæ maiestatis,
& dotali nomine Belgarum regem effecturum, quo nihil honorificentius at- I
que beatius exoptari posset: quando Franciscus in sua domo alterum è
duobus liberis iam regem Galliarum designatum, alterum nouo & maxime
decoro florentis, & contigui regni diademate insignem esset habiturus:
qui mutua fraternaque ope, coniunctisque sensibus opulentissima regna
tuerentur. Neque remotas spes maximarum rerum, quæ in abditis fatorum
essent, obiter spernendas uideri, quando eas sapientissimi uiri præalto
alendas consilio, & bonis euentibus commendandas semper existimarint.
Possent enim fortunam, quæ suapte libidine mortaliu uotis illudedo uarie-
tate casuum magnopere gauderet, Philippo pariter, & Henrico inuidere K
prolem, & quod Diu penitus auerterent, immature etiam ætatis uitam ab-
rumpere. Tum enim Carolum aut certe ex eo communis sanguinis stirpem,
totius ferè Europæ regna legitimo hereditatis iure, & rara felicitate com-
plexurum. Quod uero ad Galliam Cisalpinam imperium pertineret, cum sibi
tum Ferdinando fratri ineptum simul ac infaustum uideri inde decedere,
sicuti antea cum totius Italiae precibus aliquid dandum arbitraretur, li-
berali animo decessisset: nihil enim aliud esse quam Italiae humeris de-
truncari

A truncari caput, quo reliqua eius imperij membra regerentur. Periniquæ
autem malignitatis esse, quod ea regna plerique mortales fortunæ suæ
penitus inuiderent, quæ nequaquam quaesita armis, aut impotenti cupidi-
tate, sed quodam humanæ sortis iure atque ordine oblata collataque ad ma-
nus felici hereditate peruenissent. Porro non esse ex usu iuris & æqui,
obstrui sibi aditum, & portus ab Hispania in Liguriam uenturo, quum Ge-
nuenses comodo suo Mediolanensis imperij fortunam subsequantur, sub-
indeque etiam tolli tutum atque expeditum iter in Germaniam, quæ sibi pro
maiestate nominis, nequaquam alieni arbitrij beneficio repetenda uiderer-
B tur. Ad ea Franciscus quantum, uti spe opinionemque deceptis plerumque
accidit, uehementer animo commoueri uideretur, pacato tamen, sed reni-
denti uultu respondit, se gratias agere Cæsari, quod multo ampliora spe-
ciosioraque quam ipse sperasset tributurum incredibili benignitate polli-
ceretur: cæterum se usque adeo non esse inuerecundum, ut illi auita regna,
& denique natale solum eriperet. Proinde potiretur Belgicis regnis, quæ
optimo iure sua essent, eaque posteris possidenda transmitteret: itaque
equum uideri, ut de compositione loqui desinerent, postquam ipse aliena
non cuperet, & ea tantum quæ antiquo & multiplici iure sibi deberentur,
C uti fortunæ casibus intercepta repetisset, empturus etiam ea graui pretio,
& magno Cæsaris emolumento, ut afflictis utriusque imperij gentibus
certa, & maxime diuturna pax cum publica laude redderetur. Erat enim
noua atque inexpectata conditio, quæ offerebatur, multum aliena à ra-
tionibus Galli regis, opportuna autem Cæsari, qui publicæ pacis cupidus
existimari uolebat, quum iam totius ferme Italiae imperij copos factus,
è certis ueluti opibus cuncta quæ animo conciperentur sibi facilia fore
prospiceret. Hæc autem à Cæsare tanto silentio tegebantur, ut ne Farne-
lio quidem legato comunicanda iudicaret, quod hercule ingenio piore;
D principe indignum non inuisis uideri poterat: quando ille in tanta conue-
tus opportunitate ab auo Pontifice gratulatum missus, uel infesta hyeme,
& niuosis alpibus in Galliam peruolasset: sacras enim opes conciliandæ
paci, cunctaque item Pontificij imperij facultates obtulerat, si fœdus pa-
cemque percuterent, atque obiter de componenda religione, & de indicen-
do sacro bello digna ipsis consilia flagrate expedirent. Sed legatus aui-
to ingenio iuuenis cuncta, uel ex colloquiis illustrium fœminarum plane
didicerat, ita ut in Granuelium totius arcani Cæsaris conscium, cuncta
illiberali silentio suppressentem, enudando quæ ipse rescisset, ut pudorem
E intempestiuæ taciturnitatis exprimeret, falsa comitate iocaretur. Cæte-
rum id quoque legati animum ualde pupugerat, quod se incognito ad Ha-
ganoam legatorum Germaniarum conuentus esset indictus. Quid enim uel ad
dignitatem religionis, uel ad Germaniarum salutem, uel ad Christiani orbis
præsidium auspicate consuli perficique posse sine auctoritate sacrosan-
cti Pontificis: qui earum rerum summus arbiter & disceptator esse deberet:
postquam eximia pietate illustrique studio insignem semper dedisset ope-
ram, ut dissidentes componeret, neque unquam in tantis nauigationum, ac

itinerum incō modis grādāuus senex ætati aut uitæ pepercisset, profectō F
 malis artibus de pace agi, quando ruente republica ad confirmādas tan-
 tum augendāsq; priuatas opes omnium studia uerterentur. Nec multo
 pōst, quōd diutius manere nequaquā suæ dignitatis esse statuebat, in Vr
 bem rediit, relicto apud Cæsare Marcello Ceruino eximie grauitatis &
 fidei familiari, cui paulo antè Pontifex senatorij ordinis ornāmēta trāf-
 miserat. His etiā rumoribus admonitus Badoërius Venetus legatus, qui
 Byzātij Solymano aderat, pacem conficere maturauit: quæ tametsi per-
 iniqua erat, concessis urbibus (quando nullus nisi admodū infelix & lu-
 ctuosus suscepto bello exitus foret expectandus) apprime tamen necessa
 X
 ria in eo grauiore rerū periculo uidebatur. Scio me aliquando liberius
 quā deceret totius præsertim orbis gesta præscribētē in explicandis
 principum consiliis, quibus haud dubie perituri sumus, ab instituta bre-
 uitate discessisse: sed certe boni mortales in hac publici doloris, & iam
 propinqui luctus causa longius prouecto facilē omnino ueniā dabunt,
 quum intelligent quanta infania summi reges præclaram occasionem
 non propulsandi modo, uerum ingēti uictoria delendi eius hostis ami-
 ferint, qui accersitus ultrō in ceruices nostras cruentū gladium securus
 exercet, exercebitq; tandiu insolenter atque fœliciter quādiu uigebunt H
 reges, qui nulla pietate, & summa uecordia perdendo orbi nefariis inter
 se armis depugnēt: scilicet ut postquam mutuas uires attriuerint, Occi-
 dentis quoque imperiū cuncta iam ex tuto fidenter inuadenti, Barbaro
 fœdē relinquunt. Enudato Cæsaris consilio, ac ob id desperata cōcor-
 dia, quum induciæ ubique uigerent, exortum est in Pānonia bellum re-
 pentina morte Ioannis regis, qui tum in Transyluania prouinciæ præf-
 ctos minus dicto audientes armis persequēbatur. Sed quoniā ab hoc ini-
 tio perpetuas nobis clades lubet ominari, quum dissensionis nostræ nul-
 lum finem uideamus, ut cuncta suo ordine clariora legētibus fiant, pau-
 lō altius cœpti belli causas repetemus. Confecerant inter se pacē Ferdi-
 nandus atque Ioānes parī desiderio quietis & otij, ambobus certē utilē,
 sed ex eo rerum statu necessariā potius quā honestam: maxime autem
 exoptatam Hungaris, quibus uel diductis in partes cauebatur, ut fortu-
 nā incolumes manerent, uel his qui antea exules Ferdinādum secuti so-
 lum uertissent, urbes quoque, oppida, uicos, arces, quæ tum in potestate
 essent, suo quisque præsidio tueretur. Ioānem uero Ferdinandus regem
 appellaret, quum eum antea sermone, ac literis Vaiuodam à uetere Trā-
 syluania præfectura uocare esset solitus. In tabulis autē conscripti obli-
 gnatq; fœderis disertē fuerat appositum, subscribētibus nonnullis Hū-
 garorū principibus, ut si Ioannes uita excederet, Ferdinandus totius Pā-
 noniæ imperio potiretur. Ea tum cōditio in arcanis habita suppressāq;
 est, metu Solymani, cuius id regnum esset, tāquam belli iure captum, &
 beneficiario tātum nomine Ioanni liberaliter attributum: neque enim
 erat putandum, si id resciret, ut ille natura fortunāq; sua plurimum su-
 perbus insolēsq;que omnis contumeliæ, id regnum tantis sumptibus at-
 que

A que periculis partum, defensūmq; ingrati hominis testamento, ad ini-
 micæ gentis hæredes transmitti pateretur. Quum de cōcordia enim Io-
 annes ageret, consulerētq; super ea re Solymanum, is nō probarat mo-
 do, sed humaniter etiam amicēq; suaserat, ut ærumnoso ac ancipiti bel-
 lo certam ac honestam pacem præferret, utpote qui contra Parthos in
 Asiam traiecturus ullam omnino noui belli materiam in Europa relin-
 qui nollet, sed in tantæ rei arcano syncera silentij defuit fides. Ferunt e-
 nim Hieronymum Laschum pro Ferdinando suscepta legatione Con-
 stantinopolim contēdisse, detexissēque omnia Solymano, publicatis in-
 B ter Bassas purpuratos criminosissimis legibus, quibus pacem duo reges
 inter se confecerant, ut inde longe maximum ac inexpiabile odium Ie-
 anni conflaretur. Tantū uir ille multis alioqui eximie uirtutis ornāmē-
 tis ualde conspicuus, iniuriæ doloriq; dederat, quum à cæde Gritti, si-
 cuti suo loco memorauimus, custodia traditus, uixque dimissus Sigis-
 mundi regis precibus, à Ioannis amicitia discessisset. Exinde Solymanus
 Ioanni uehementē iratus, ut eum summæ contumeliæ nomine cumula-
 tē oneraret, ingratum appellauit, cōuersusque ad Luphtibeium: Quam
 indignam, inquit, infidis capitibus Christiani hi duo reges coronam ge-
 C rant? postquam impostores longe turpissimi nullo hominum pudore
 nullōq; Deorum metu deterrentur, quin ex cōmodo mutua fidei sacra-
 mentum dissoluant. Cæterū Ioānes re cōgnita sibi uehementer timens,
 per idoneos homines operam dedit, ut eius facti calumniam, multo au-
 ro multisque donis opportune dilueret: sed tantā postea contumeliam,
 quæ nō suam modo, sed reipublicæ salutē in discrimen deuocaret, à Fer-
 dinādo sibi indigne impositam apud principes grauitē est conquestus,
 misso ad id Statilio, Albē Iulię Episcopo, qui ad Venetos Paulūmq; pō-
 tificem, ac demum ad Franciscum in Galliā probrosum eius iniuriæ no-
 D men detulit. Nec multo pōst Ioannes regno in spem antiq; fœlicitatis
 singulari diligentia restituto, Budaque præsertim admirandis operibus
 opportuna cōmunita, uxorem duxit Isabellam Sigismundi Sarmatarū
 regis filiam, uirili eruditōq; ingenio puellam, & quod alliciendi animi
 multum interfuit, Italico lepore, & uenustate Polonica peramabilē. Ab-
 horrebat à nuptiis Ioannes, uti iam in eo ætatis flexu ualetudine tenta-
 tus, sed procerū Hungarorū precibus id dederat: suadebāt enim amico-
 rum præcipui ac ipsi familiares, ut cælibatū abrumperet, darētque operā
 liberis, ut Hungarici sanguinis proles legitimo & maxime illustri con-
 E iugio pararetur, quæ regnū exciperet, renouarētq; Zapolia familiae no-
 men, quod esset in ea domus orbitate periturū: nam Georgius regis fra-
 ter, quem Mugaciana clade cum Ludouico rege cecidisse meminimus,
 nullos reliquerat liberos: accedebat & uetus cognatio cum Sigismūdo,
 nam is in priore coniugio Ioannis sororē habuerat: apparebat enim fini-
 timi regis noua affinitate amicitiaq; res Hungaricas maxime confirma-
 ri. Probabat & has maxime nuptias Solymanus, qui antea in Ioanne cæ-
 libis uitæ statum religiosa uoce damnauerat: quod eas ex amicissimi so-

ciſque regis ſanguine expetita uidebat: ſed nõ æquè placuerat Ferdinãdo, quanquam & ipſe Sigifmundi filium regem Sarmatiæ designatũ ſibi generum aſciuiſſet, utpote qui liquidò proſpiceret Hungaros, præcipuo contẽptu atque odio externæ gentis ſuperbos, ſi puer ab his nuptiis ſuſceptus foret, extemplo in ſui ſanguinis prolem ſtudia cõuerſuros. Cæterum Ioannes iam noua nupta in ſpem uirilis prolis aluum geſtãte expeditionem aduerſus Tranſyluaniã præfectos ſuſcepit. Erant ij Maylatus Gritti cæde celebratus, & Balaffus quem ipſe Maylato collegam addiderat, quum fallaci arrogantique ingenio hominem ſuſpectum haberet: is enim faſtidito præfecturæ nomine, ſtabilis imperij certas opes, & noui denique regni decus affectabat. Pari nanque ambitione atq; perfidia petierat à Solymano, ut ex eius authoritate Tranſyluaniã rex appellaretur, uetere Decebali Dacorum regis exemplo, qui à Traiano Cæſare bello uictus, in eadem prouincia regnarit: id ſi impetraret, ſacramentum Ottomãnis imperatoribus ſe dicturum pollicebatur, quotanniſque pẽſurum tributi nomine certũ auri pondus, cuius non parua copia in beato ac admirabili Tranſyluaniã ſolo fruticãte natura ſponte naſceretur. Verum Solymanus infidi hominis impudentia commotus, quòd eum antea Gritti & Turcarum cæde cruentũ oderat, totius negotij literas ad Ioannẽ miſit, ut uel inde moneretur, quorum hominũ fidei ſummæ oportunitatis ac opulentiaẽ prouinciã commẽdaſſet. Ita Maylatus contumelioſe reiectus à Turca, Ioanniq; detectus, cõmutata cõſilij ratione ad Ferdinandum ſe cõuertit, ne poſtquam regni ſpe decidiffet, præfecturæ quoque honore, uindicante id facinus Ioanne, cum perfidia nota pelleretur. Erat tum in partibus Ferdinãdi Thomas Nadaſtus, erudito nobiliſque ingenio uir Hungarus, qui ſororẽ Maylato nuptui dederat: is certa prouinciã pactione propinquum ſuũ in partes facile traduxit, egitque, ut Maylatus Tranſyluanos ad defectionẽ occultè concitaret. Idem etiam Balaffus ipſe facturũ putabatur, quem Ferdinãdus per Melchiorẽ illius fratrem ad tranſeundum antea ſolicitarat. Sic enim nutabant apud utrunque regem iura pacis & fœderis, ut uerbis amicitiam colere, animis autem liuore atque odio turgidis bellum parturire uiderentur. Nam Liſcanum Hiſpanorum peditũ præfectum, ſumma licentia ueteranorum more in Italia prædari ſolitum, agreſtes Hũgari cum maxima cohortis parte ad Caſſouiam trucidarãt, quum eis uindemiãrũ & meſſis collectos fructus impotenter eriperet, multiſq; demũ maleficiis utrinq; editis tranſceniſſique limitibus fœdera uiolarant. Accidit autem peropportune turbandis rebus, ut Ioannes Trãſyluanis pecuniam imperaret, qua Solymano tributa biennio intermiſſa pederẽtur. Id erat nouum peracerbũque ualidã ac indomitã genti, quæ uel ob id iniuriam ferre nõ poterat, quod aurum enatũ patrio in ſolo ad immanes Turcas proprios ipſorũ hoſtes indigne deferretur. Itaq; conſternati ad arma nõ obſcurè imperia detrectabant, Maylato ſcilicet Balaffoque rem proclinatam adiuuantibus: dicebant enim ea pecuniã ſumma decẽ annis ſuſtineri poſſe inimica

A inimica Turcarum arma, niſi patriæ uirtutis honos, cõceſſis ultro & traditis omnium fortunis, adeo fœdè & turpiter proderetur. Igitur Ioãnes ubi uidet eorum contumaciam rebellionem proximam ad arma ſpectare, ſerpentis mali initiis occurrendum eſſe ſtatuit, præmiſſiſque Valentino Thuracco, Petroque Pereno, & Petro Vicchio ſummæ dignitatis ducibus, ipſe quanquã ex recenti morbo tenui adhuc ac infirma ualitudine, in Trãſyluaniam rheda peruolat. Commẽdarat autem reginam Ioanni Staro aula magiſtro, res Vrbanas Aconi præfecto urbis, arcis cuſtodiam & regiam ſupellectilẽ Benedicẽto Baioni, ſumma terro belli & pacis conſilia Gregorio Peſchenio ſeni fortiſſimo, qui antea Budam cum Gritto contra Germanos inſigni cum laude defenderat. Itaque diuiſis inter ſe copiis regij duces diuerſas uno tempore regionis partes inuaſere, circũlatoque terrore belli atque oſtentata clemẽtia regis, qui cum ad eſſe nũciaretur, ita rem geſſere, ut plures qui præfectorum impulſu defecerant ad officium redirent, nonnulli contumaciã pœnas darẽt, & pauci denique præfectos iam plane coniectos in fugam ſequerentur. Maylatus enim uiribus impar, & ex conſciẽtia ſaluti plurimum timens, nuſquã in pugnaẽ caſum ſe obtulerat, incertis itineribus euagabatur, modo percurſebat campos, è ſyluis improiſo erumpẽs, modo ſe notis uallibus, atq; nemoribus occultabat, ut perſequẽtibus nequaquã abiecti, ſed conſtantis intentique animi ueſtigia relinqueret: ad extremum errando feſſus, quum undique urgeret hoſtis, & Balaffus longius abſceſſiſſet, in oppidũ Fogaras ſe contulit: in id opere naturaẽque munitum theſauros Gritteã prædã condiderat. Itaque percupidè regiis admotis caſtris, prolatiſque tormentis obſidere atque oppugnare cœperũt. Conſtiterat Ioannes ad Sibinium per amplum Myſiã oppidum, quod itinere unius diei diſtat à Fogaris. Ibi in cõſiliũ aduocatis prouinciã honeſtiſſimis, qui uel in magiſtratu eſſent, uel dignitate ingenioque præſtarent, quum de Maylatis perfidia grauiſſe eſſet conqueſtus, docuit quantã neceſſitatis eſſet Turcarum amicitiam tueri, à qua niſi magno cum incõmodo & certa clade diſcedere non poſſent, propterea quum Barbaris tributum eſſet exoluedum, ad tranquillitatem opulentiamq; prouinciã pertinere, ut præſenti non admodum graui damno, ſpem certam futuraũ utilitatis anteponeant, quãdo ea pax legitimo tributi nomine parta, ad amplificandas priuatorum opes, uberrimos demum rerum omnium prouẽtus manifeſtè promitteret: ſe itaque ueniſſe, ut inſpectis prouincialium fortunis imperata pecuniã onera leuaret, moderaretur exactioũ rationes, ueſtigialiaque minueret, ac in opibus parcendo plurimum indulgeret. Hęc ſalubri æquitatis ac imperij temperamẽto adminiſtrantem, quum Tranſyluanorum animos ad obſequium flexiſſet, acrior inuaſit morbus, quẽ inter ſuſcepti belli curas, à ſolſtitio grauis æſtus, & longi itineris citata uectatio, nõ plane ſanis & diu quaſſatis uiſceribus attulerant. Obſidebatur interim Maylatus, quum decumbenti, & affectis tremore mẽbris remedia paranti, allatum eſt reginam fœlici partu mirã indolis puerum edi-

disse. Tum uero Hungari incredibili lætitia exultantes regiam cõplent, F ad regem gratulatum irrumpunt, tormenta de more disploiduntur, adueniunt è castris duces, gaudium in exercitu dispensatur, paraturq; conuiuium in quod uel inuitus rex ipse procerum cohortantium manibus infertur, id ei omnium lætissimum atque supremum fuit: nam quum festæ hilaritati & perpotantibus amicis deesse nollet, incautius ac liberalius genio indulset, exinde reuocata est febris quæ iam plane defecerat, cuius uim diu sustinere non potuit. Quum uero finem uitæ adesse conspiceret, filium testamento reliquit hæredẽ, Georgiũq; Varadiensem antistitẽ propter eximiam fidẽ, & Petrum Vicchium sanguine sibi coniunctum, tutores instituit, obtestaturque est singulos proceres per antiquum Hungarici nominis decus, ut sui sanguinis potius quàm externa atque inimicæ gentis regem in Pannonia regnare paterentur. Futurum enim esse, ut Solymanus regni tutelã susciperet, si ad eũ legati cum muneribus properẽ mitterentur, qui puerũ ex eius autoritate regnaturum paterna conditione reciperent. Fuit Ioannes pacato clemẽtiq; ingenio, & ad beneficentiam æquitatẽque maxime propenso. Aberat enim illa innata Hungaris ferocia militaris, quum literarũ studio & multis utriusque fortunæ casibus eruditus, nequaquã uirium impetu, sed accurata H consilij ratione regeretur: nemo enim eo cautior, & uigilãtior in negotio, nemo quum animum remitteret in otio urbanior atque iucundior fuit. Is uirorum fortium clientelas perpetua hospitalitate & beneficentiã partas, certos principum thesauros esse dicere erat solitus: quod grati & memores una sepe forti fideliqu; opera omnes sumptus cumulatẽ persoluerent, ingrati uero cum ignominia alienæ uirtutis testimonium ferre uiderentur. Suppressa est tantisper mors eius, dũ cum Maylato de compositione transigeretur: significarant enim regem in tanta suscepti filij lætitia pristina gratiã locum, & denique ipsum præfecturæ munus est liberali clementia relicturnum, si in suum filiquẽ legitimi futuri regis nomen iuraret. Non detrectauit conditionem Maylatus pluribus malis circumuentus atque ita cadauer à Sabinio, comitante magna parte exercitus, delatum est Albam regalem, ubi sepulchra regum uisuntur, solennique die, ac insigni cærimonia noui reges coronantur: sed priusquã à Sabinio mouerent castra, consilio habito, eandẽ, quæ ornata instructaque uiuente rege fuerat, legationẽ ad Solymanũ decreuerunt, ierẽque confestim summæ dignitatis legati Ioãnes Exechius Quinque Ecclesiẽsis antistes, & Stephanus ipse Verbetius iam natu grãdis & scrinij regij magister, quẽ Romẽ sub Leone legatum uidimus. Tulere munera pateras ex auro eximij operis decẽ, cælato autem argento inauratas centũ, item ferricas purpureas & amethystinas, aureasque textili opere figuratas, more Barbarorũ, in talaes uestes quadraginta, auriq; simul Hũgarica nota signati quinquaginta pondo, quæ biennialis tributi nomine penderentur. Ita à Sabinio rectis itineribus relicta ad læuã Valachia, superatõq; in Triballis Danubio per Thraciã Byzãtium peruenere. Interea apud Albam regalem

A regalem insigni pompa apparatusq; regis funus est celebratum, impositaque infantis capiti solẽnibus cærimoniis antiqua illa ex auro corona, quæ Stephani Hungarorum primi regis fuisse dicitur, asseruabatũque religiosa admodũ custodia in arce Vicegradensi. Neq; enim Hungari satis ritẽ factũ legitimũq; regem arbitrantur, qui eam publice delatam capite non gestarit. Propterea & regi infanti læto auspicio dũ sacro fonte ablueretur, Stephani nomẽ indiderant, renouata memoria antiquissimi regis, qui id regnum foelici uirtute condidisset. Cæterum ius imperij Isabellæ reginæ communi procerum studio delatũ, ea lege ut in publicis B literis filij matrisq; nomen præscriberetur, eodẽmq; titulo regia moneta cuderetur, sed in Georgio summa imperij potestas eminebat: præerat enim ærario, tesserãsq; arcium tenebat. Porrò arma, milites, uexilla penes Valentinũ uisebantur. Medius inter hos Petrus Vichius, quod regẽ sanguine contingeret, tutorque esset adscriptus, neutri suspecta & proinde stabili nominis autoritate florebat: sed quoniam Georgij nomen hoc funesto bello, quod scripturi sumus, perillustre fuit, operæpretium putauit aliqua de ingenio eius enarrare, ut quibus artibus gestum sit bellũ, nobileque id regnum Hungarorum infania ad Turcas deueniret, posteris prodatur. Natus erat Georgius in Croatia, citerioris Pannoniæ Illyricique finibus propinqua, educatũque ab ineunte ætate in domo Ioãnis, apud quem uirtuti ac industriæ certissimus erat receptus, quum antea sacris temere initiatus uitæq; duriciem sero pertæsus, à suscepta professione discessisset. Itaque miro obsequentiq; ingenio Ioãnem regno pulsum exulantẽmq; secutus tantam in dubiis asperisq; rebus fidei, pietatis, ac expediti consilij laudẽ promeruit, ut Cibaccho Gritti scelere ad Braxouium interfecto, Varadiensem episcopatũ sit adeptus. Exinde ualidis opibus confirmata autoritate, aulam regnũq; regis commodo D semper fidus circumegit, atq; foeliciter rexit: sed tanta erat naturẽ diuersitate, ut quum in omni actione expediti præstãtisq; uiri personã indueret, cõpositus ex contrariis moribus, & ad omnia natus esse uideretur: in peragendis enim sacris feriarũq; ieiuniis Christianæ disciplinæ tristitiam demisso uultu sermonẽq; ita implebat aut effingebat, ut is idẽ esse credi non posset, qui in grauibus demũ belli pacisq; negotiis tãtam uim erecti ardẽtisq; ingenij gnauiter afferret. Optimorum siquidẽ equitum turmas alere, thoracatus in aciem prodire, frequẽtibus conuiuiis, atque muneribus milites conciliare, magnorũque ducũ more, pœna & præmio dignitatis nomen tueri erat solitus. Nemo præterea eo diligentius regni opes inspexit, nemo uectigalia, aurifodinas, pastiones, salinãque utilius locauit, nemo subtilius cogẽdæ pecuniæ rationes adinuenit, qua una re certissimus apud reges gratiæ locus paratur: usque adeo, ut Ioãnes præcipua se eius uiri industria regnare fateretur, & ipse Ferdinãdus hostis sepe diceret, nihil se profus inuidere Ioãni, quàm unum cucullatũ, qui galeatis decem millibus tuẽdo regno potior haberetur. Igitur Georgius suscepta pueri tutela, in omni ciuiliũ militariũq; rerum officio S ij

multus esse, prouidere ingēti cura, ut in unū Hungari consentiret, ne ul-
 lus alicubi nouarū rerū tumultus oriretur, quo infirmi adhuc regni ini-
 tia turbarētur. At Ferdinandus nūciata morte Ioānis, repetendæ Pāno-
 niæ cupidus, nihil dubitat quin arma paret, ac eam omnino occasionē,
 quæ à Diis immortalibus oblata uideretur, festinanter arripiat. Aderant
 enim pleriq; reguli ducēsq; Hungari eius secuti partes, & ante alios Ale-
 xius Thurso, Ferentius Gnarus, & Petrus Bachithius, Pauli fortissimi du-
 cis frater, cuius morte Turcarum uictoriā ad Exechiū nobilitatam fuisse
 docuimus: itēmq; Balthasar Pāphilus, Franciscus Capolnaus, & Ioannes
 Castelāphus, qui à Varania principe Camertiū domo stirpē ducebat, &
 ipse deniq; Sereus Gaspar, uirtute bellica illustris, sed latrocinij & mul-
 tificis rapinæ infamia notatus. Ii omnino unū illud esse tēpus docebat,
 quo in patriā cum dignitate reduci possent, & eo quidē autumnō cōfici
 posse bellū, si maturarent, quando Turcarū aduetum propinqua hyems
 excluderet, nec plane in unū consentiret Hungari proceres, qui regina
 studia sequerētur: non enim adduci posse uiros nobiles, ut Georgio cu-
 cullato desertori sacri ordinis deseruirent: postquā ille uariis simulatio-
 num artificijs deprauato reginæ ingenio, præoccupatisq; thesauris, so-
 lus regia potestate potiretur. Ipsi porro, qui rectē sentiendo exules facti
 uiderentur, patere locū nō honestæ modo, uerū etiam per amplā digni-
 tatis & gratiæ apud reginā, hortatore præsertim sponforēq; Georgio, si
 ad infantis pueri aulam, & deniq; ad propinquos, paternōsq; lares redi-
 re uellēt: sed dedisse fidē uel externo regi, qui uirtute fidēq; præstaret, al-
 tero scilicet repudiato qui uel gratissimum Hungarici sanguinis nomē
 prætulisset. Proinde Ferdinādum imperitē ingratēq; facturū, si ea quæ
 adesset prætermissa occasione suscipiēdi belli consilia traherētur. Quid
 enim scēdius accidere posse magno regi atque eidem Cæsari designato, q̄
 si uiros strenuos fidelēsq; ipsius auspiciā nomēq; secutos, turpi cun-
 ctatione desereret: qui mirificas equitū alas ductantes insignē ante alios
 in ipsis præliorum periculis operam pollicerentur. Nec minore studio
 Germani duces bellum suadebant, utpote qui militiæ dediti aut primos
 honores, aut alarum & cohortium præfecturas in exercitu se adepturos
 sperarēt, unde stipēdiā primum ac inde laus, prædāque præsertim, præci-
 pua laborum ac uulnerum præmia, peterentur. At Laschus, uir Sarmata,
 belli pacisq; artibus abunde instructus, consilio potius quàm armis
 repetendum Pannoniæ regnum summa oris libertate prædicabat. No-
 uerat enim ille regum omnium ingenia, morēsq; gētium, quum to-
 tum penē terrarū orbem, regiāsq; omnes uariis legationū muneribus
 functus percurrisset. Summa sentētiā eius hæc erat, ut regnum à Soly-
 mano peteretur, eo beneficiarij iuris nomine, quo id dono datum Ioan-
 nes accepisset. Possē enim supplicando adulandōque facile impetrari ab
 homine generoso, & ab insita Barbarorum animis uanitate, inepte sæpe
 gloriā affectanti, quod ui atq; armis minime posset extorqueri. Abunde
 se nouisse Solymani spiritus, & prætumida purpuratorū ingenia: illum
 contemnere

A contemnere opes, & tot regna fastidire: hos uero inexplebili auaritia &
 arrogantia ingēti, nihil magis optare ac suadere quàm bellum. Proinde
 cauendū esse, ne eo repentini belli strepitu parata atque intenta Turcarū
 arma excitarentur, quibus resisti non posset, nisi coactis totius Occidē-
 tis uiribus bellum inferretur. Id autem uno omnium consensu expediri
 posse, sed ne id uideant, fatali caligine suffundi regum oculos: atque ita
 Christianorum concordiam lōge latēque deploratam à Diis superis in
 meliora tempora referuari, postquam reges nuper à mutuis complexi-
 bus infecta pace discessissent. An nō, inquit, Gallus elusus spe sua, ac uti
 cupit existimari mirē traductus ad hanc nouam peracerbi doloris offen-
 sionem, recrudescente antiquo uulnere implacabile odium resumet? Fa-
 cessat omnis simulatio magnis inimica cōsiliis, atq; omnē prorsus adu-
 lationem, uel ingrata regiis auribus ueritas anteuertat. Ille profectō nō
 degeneris animi, uti cæco dolore conuulsis plerunque accidit, iratē atq;
 inimicē dabit operam profuso auro, quo multum abundare dicitur, ut
 grauiiores difficultates Cæsaris consilijs innectat, designatos Germaniæ
 conuentus perturbet, principum distrahat uoluntates, sibi que eos in pri-
 mis largitione obnoxios reddat, qui Romani imperij decus æqua sorte
 uirtuti ac meritis dari dispensari que solitum, Austriæ domui uehemen-
 ter inuideant, uti quaesitum hæreditate: quādo iam in hac tot Cæsarum
 perpetua ferie, uti ab longa cōsuetudine, legitimi iuris nomen induerit.
 Occultē itaque cōspirabunt, naturaque cessatores eximij nullam omni-
 no aut certē seram opem ferēt, quum Turcarum auxilia ad tuendū pue-
 rum regem aduolabunt. Neque est cur quisquam finitimos præfectos
 speret huic causæ uel retardante hyeme defuturos: honestā enim & pla-
 nē decoram ferendæ opis speciem præferētes, haud dubie pupilli & ui-
 duæ iniurias defendent, ut occultæ cupiditati ad occupandum regnum
 aditus paretur. Contracto nanque semel certamine, uel si fortuna pri-
 mis ausibus nostris arrideat, æternum profectō tibi erit bellum cum eo
 hoste, qui inexhaustas opes, inuicta robora hominum, indomitos spiri-
 tus, & deuotos in necem nostram militum animos, sit allaturus. Ita fiet,
 uti auguror, & utinam sim falsus uates, ut si Pannonia petatur armis,
 tibi demum de Austria, auitōque imperio sit dimicādum. Ad ea Rex re-
 spondit, uera esse que diceret Laschus, sed in arcano consilio si proferretur,
 aliquid residere, quo adduci posset, ut existimaret omnino mouēda
 arma. Illud uero magnopere probare, ut Solymani animus illustri lega-
 tione tentaretur. Neminē uero potiozem ipso Lascho, qui Barbaro gra-
 tus, familiarisq; purpuratis omnibus, eandē fere superiore anno legatio-
 nem suscepisset. Nō recusauit id munus Laschus, & paratis rebus omni-
 bus quæ in negotio opus erant, à Viēna Byzantiū est profectus. Sed Fer-
 dinandus nihil à priore sentētiā discedit, bellum parat, præsentis fratris
 opibus subnixus, nec obscure diffidēs Hungarorum ingeniis, quibus ea
 transfugij causa satis honesta semper fuit, quæ præsentis cōmodi speciē
 prætulit. Imprimis Nicolaum Salmā, quē Cæsar uirtutis opinione in

illuſtriū equitum ordinē cooptatū aurei uelleris torque donauerat, ad F
 reginam mittit, qui tabulas nouiſſimi fœderis proferat, hortetur eam, ut
 regno decedat, quod recēti pactione alieni iuris eſſet factū. Porro etiam
 atque etiā moneat, ne ſuas & pupilli pueri ſpes morando & tergiuerſan-
 do corrumpat. Conceſſurum enim puero Ferdinandum Sepuſianā pro-
 uinciā, uti antea diſertè ex tabulis ambo reges conueniſſent, & ipſi quo-
 que reginæ peramplos redditus, & quicquid in dotale nomē obueneret.
 Quod ſi ea legitimi fœderis obliuiſci uellet, ei tum opportune denun-
 ciaret, neque Carolo Cæſari, neque Ferdinādo regi defutura arma, qui-
 bus regnum repeterent, tāquam antiquo iure, & nouo multorum Hun- G
 garorum conſenſu Auſtriæ domui cōtributum. Exceptus Budæ Salma
 ægrè impetrauit, ut ad reginam admitteretur: Georgius enim & Vichius
 muliebri ingenio diffidentes, denegatum colloquij officium nimio re-
 ginæ dolore & lachrymis excuſabant, quum ſe peculiari munere māda-
 ta audire referrēq; paratos eſſe dicerēt, poſtquam uiduæ reginæ regisq;
 pueri tutelā demādante, obteſtantēq; Ioanne rege ſuſcepſiſſent. Sed eam
 regina de ſe imbecilli iudicij opinionem, quam tutores conciperent, ad
 contumeliam reuocabat, quum Sarmaticō & Sfortiano ſanguine proge-
 nita, non uiriles modo, ſed plane regioſ gereret ſpiritus, dicerētq; ſibi in H
 necem manus ſe allaturā, niſi legato aditus in cubiculū daretur. Id erat
 atratum obſcurūque, utpote quod de more cæleſtem lucem exclude-
 ret, ipſa ignobili in ſtrato reſidebat, neglecto ornatu, & pallida facie, ſed
 oculis nihil tum in lachrymas proclinatis, uoce tamen & ceruicis geſtu
 ita cōpoſita, ut diuturno deſeſſe luctu exaruiſſe potius lachrymas, quam
 diſceſſiſſe ex animo mœrorem oſtenderet. Fœminæ ſiquidem mentē re-
 gnandi cupido iam inuaſerat, atque ita poſſidebat, ut omnia imminen-
 tis belli pericula contemneret, ac ipſos denique Barbaros, ut regium no-
 men tueretur omnino euocandos exiſtimaret. Itaque Salma cum mul- I
 to uerborū honore mandata explicanti demiſſe reſpondit, eam eſſe for-
 tunam ſexus ac ætatis ſuæ, ut orbata rege coniuge, & diuturnis corporis
 ac animi doloribus perturbata, neq; ſuſcipere, neq; terminare cōſilium
 queat: quum in re longe grauiffima Sigismundū patrem omnino cōſu-
 lendū exiſtinet: eius autē regis tantam eſſe uirtutē atq; iuſtitiam, ut Fer-
 dinandus nullo alio diſceptatore, atq; arbitro in ea controuerſa uti ue-
 lit. Proinde ſe petere ſpatium ac idoneum tēpus, quo pater conſuli poſ-
 ſet. Se enim ab eius ſeutētia minime diſceſſuram, ac idem facturos pro-
 cures Hungaros arbitrari: quod ſi id morē ſpatium denegetur, atque ar- K
 mis agendum putent: Egregiam certe laudem non ferent, inquit, Cæſar
 & Ferdinandus, ſi uiduam fletu conſumptam, & uagientem in cunis
 puerū regem oppugnatum aduenerint. Salma eo modo dimiſſus, quum
 ad Ferdinandum rediiſſet, reginam in poteſtate Georgij eſſe, nec eam a-
 gere aut effari quicquam, niſi prius ex ore illius ac nutibus acceptū re-
 tulit. Illum enim regnare cupere, reliquos uero Hūgaros partiri inter ſe
 honores & præfecturas, poſtremo homines quęſtus & potētę auidos in-
 fantis

A fantis regis nutritios & regni procuratores eſſe malle, quàm aſſeclas &
 ſpectatores magni atque externi regis, qui præferocem gentem lingua
 moribūſque diſſimilē, & Hungarico nomini prorfus inimicam in Pan-
 noniam condendis paſſim coloniis eſſet adducturus. Hæc ſe audiſſe ex-
 ploraſſeque, propterea ſibi uideri ſpem omnem poſitam in armis, ſed ce-
 leritate utendum, ut imparati & à Byzantio legationis euentum expe-
 ctantes, pene priuſquam arma caperent, aut conſilium expedirent, Buda
 pellerentur. Neque enim temere reginam, totam ſpem pacis ad arbitriū
 Sigismundi patris reieciſſe, qui tum in ultimam Lithuaniam ad Moſco-
 B uitarum uſque fines abſceſſiſſet: ita enim integrum circūagi poſſe annū
 priuſquam reſponſa uel per celeres tabellarios referrentur. Interea pa-
 rari præſidia exciriſque poſſe Turcas, ac inde conſtari bellū multo maius
 & grauius, quàm putarent. Proinde ſi in Pannonia regnandum arbitra-
 retur, abiecta omni alia cōgitatione parare claſſem & copias cogere ma-
 turaret. Nec mora Ferdinandus ſuppeditante pecuniā Cæſare, cōſcri-
 ptis cohortibus, ac euocatis equitibus, congeſtoque in naues ſatis am-
 plo comœatu, iuſtum exercitum ſecundo amne Danubio Strigonium
 demittit. Ea urbs Pauli antiſtitis, cōſtanti ſtudio erga Ferdinandū, Ioan-
 C nis imperia, & bellicoſos conatus ſemper eluſerat. Præerat Auſtrianis cō-
 piis cum imperio Leonardus Velfius è Rhætia ſuperiore, Tridētiniſ Al-
 pibus propinqua. Is ad Germanicū animi robur perſpicacis ingenij uim
 addiderat, multūſque de cauſis aperiēdum iter ad Budam arbitrabatur.
 Occurrebat enim à Strigonio euntibus Budā medio ferme itinere Vi-
 cegradum, id in ſupercilio editi montis arcem habet, cum ſua altitudi-
 ne, tum pulchritudine operis longe latēque cōſpicuam: deſpectat enim
 præterlabētem Danubium, ripāque fluminis perpetua munitione ſi-
 bi cōiungit. Nam ab arce per decliuem præruptāque crepidinem de-
 D ductus eſt murus, iſque ubi in extremam ripæ marginem deſinit, egre-
 gij operis turrem habet, quę tormentis inſtructa nauigantibus opponi-
 tur: claudit quoque & ipſum terreſtre iter, quum portæ immineat, per
 quam inuito cuſtode nemini aditus patet. Intra portam autem anguſta
 ſed oblonga planities aduerſo flumine ſe extēdit, ubi uilla regia uiſitur,
 ad uoluptarios ſeceſſus inchoata antiquitus à Sigismundo Cæſare, abſo-
 lutāq; demum ingenio Matthiæ regis, qui uirtute & gloria Hungarorū
 regum ultimus fuit. Ab his ædificiis hortūſque Velfius tormēta promo-
 uit, oppugnauitque perpetuis diebus nouem reſiſtente acriter præſidio,
 E cui præerat Valentinus cognomento Litteratus, inter Georgij clientes
 fide & conſtantia inſignis, ſed ea uis erat ingentium tormentorum, ut
 perrupto muro propugnaculi interiora nudarentur, multōſque propu-
 gnatores teſtudinis tectūque ruina obrutos nihil ceſſantibus tormentis
 opprimeret. Tum uero Litterati pertinacia periculo uicta, atque obiter
 accenſi ſuorum cæde Germani milites, inter deditionis ſignificationes
 irruerūt, primis interfectis, reliquis captis, Litteratus ipſe ſeruatus eſt,
 ut ueteres captiui Budæ cuſtoditi, permutatione facta reciperentur. In
 S iij

ea expugnatione Velsius ad ducetos milites impigros desiderauit. Tum F
demum à Vicegrado prouectus classe, cui Budensis numero & magnitu-
dine nauium inferior nihil obstiterat, amnem transgreditur, Pestumq;
occupat ab hostibus desertum, & ad Vacciam eadem celeritate contem-
dit, eamque sine uulnere redigit in potestatem, nec mora ad citeriorem
ripam cōuersa classe reuertitur, promotisque inde castris ad Budam est
profectus, ut per colloquia Budensium animos tentaret, exploraretque
regiæ consilia, & ex propinquo ostentatis copiis atque tormentis ciui-
tati terrorem incuteret. Iam enim Perenus ipse inter Hungaros nobili-
tate atque opibus facile princeps, quāquam filium Solymano fidei ob- G
fidem dedisset, ad Ferdinandum transferat, oneratus scilicet ingentibus
promissis: nam ab ipsa statim uictoria regij scrinij, sigillique magister in
locum Verbetij futurus erat, dabaturque ei dono aliquot opulenta op-
pida, quæ ambiguo iure in potestate Thursonis erant: defecerant etiam
à regina Stephanus Rascaius, & Franciscus Francapanes Agriensis anti-
stes summo loco natus, pietatisque studio & seueræ uitæ disciplina mi-
rabilis, quem conciliandis regibus ad Cæsarem cum Brodarico suscepta
legatione Neapolim peruenisse docuimus. Is magnam professione reli-
gionis auctoritatem secum afferebat, quasi integro iudicio Ferdinandi H
causam probasset, sed ei postea Georgius intēpestiui ambitus leuitatē,
criminosis epistolis obiecit, quod purpurei galeri honorem commē-
datione Cæsaris affectasse uideretur. Ceterum Velsius obsessurus potius
quàm oppugnaturus urbem, ad Aquas Calidas castra locauerat: eæ uer-
gunt in occasum, distāntque à mœnibus stadiis ferme duodecim: mira-
bilis autem earum natura fertur, quum scaturientis aquæ tantus sit fer-
uor, ut pede uix tentari possit, & in eam à laniis proiecti sues facile depi-
lentur, nec ranæ tamen intereant, quæ frequentes innatare conspiciun-
tur. Agebant undique prædas Germani, idque iniquo animo à sociis I
Hungaris ferebatur, quum plerique aut sua aut propinquorum pecora
diripi, ac incendi pagos, & trahi uinctos imbelles agricolas uiderent, ita
ut sæpe cum Germanis deprecando, prædāmque extorquēdo, armis cō-
tendere cogentur. Ex altera parte Budenses equitum alas emittebant
quibus Germanos egressos castris inuadebant, & finitimos uicos ab in-
iuria hostium tuebantur. Nam Valētinus Thuracus, uirtute bellica ne-
mini secūdus, qui militare imperium obtinebat, mirificum leuis arma-
turæ equitatum in urbem acciuerat. Summa eius cōsiliij erat, ut nihil in
discrimen adduceret: expectabat enim alacriter, ut Germani promotis X
castris ad oppugnandum portis appropinquaret, aut si Velsius cuncta-
retur, spatiumque præberet, interea Turcarum auxilia superuenirent.
Dum eo modo ad Aquas Calidas Germani sederent Balthasar Pamphi-
lus inter Hungaros duces admodum clarus, quum progressus à castris
ante portam urbis euagaretur, postulauit à custodibus potestatem sibi
fieri cum Valentiū colloquendi, cupere etenim plurimum salutare ue-
terē amicum, & aliqua deferre, quæ ad cōmune Hungarici nominis de-
cus

A cus pertinerent. Nec mora, concedente Valentino, cum turma suorum
est receptus: aliquantōque post in castra rediit, afferens se cum ducibus
comiter ac hilariter compotasse, collustrandōq; urbem inspexisse præ-
sidia, tormenta, aggeres, quibus Budam, nisi ampliore apparatu, & com-
modiore anni tempore, ac multo maioribus copiis, expugnari non pos-
se crederet. Ea res Velsium uehementer cōmouit suspicaci ingenio Ger-
manorum more, de externæ gentis fide uti lubrica incertaque magno-
pere dubitantem, usque adeo, ut irate succensendo Pamphilum castris
excedere iuberet, quod iniussu Budam intrasset, ac insolenti priuatāque
B libidine, cum hostibus colloquendo adaugēdoque eorum uires, totius
exercitus animos fracta spe uictoriæ debilitasset. Itaq; Velsius nihil ten-
tata oppugnatione discedens, ad Vicegradū iterum se conuertit, ut præ-
altam illam arcem, & regiæ coronæ custodia celebratam, tormentis ex-
pugnaret, nec diu Hungari præsidio impositi uim ingentium pilarum
tulerunt, quum eadem ruina, qua turris ad Danubium ad aperta conci-
derat, nobilissimi ædificij testudines, pinnaque & propugnacula, nihil
intermissis ictibus concussa frangeretur. Eo modo interfectis aut in de-
ditionem acceptis Hungaris arx capitur, minore aliquanto militum ia-
C ctura, quàm turris inferior paulo ante fuerat expugnata: nec multo post
ad Albam regalem contendit, ut per colloquia ciuium principes tenta-
ret, nam Perenus, cuius apud Albanos insignis erat auctoritas, per ido-
neos homines adhortando pollicendōque immunitates ac præmia, nō-
nullos perpulerat, ut à regina deficerent: dicebant enim in consiliis &
coronis calamitosum ciuitati fore, si infantis regis adolescentiam om-
nino expectandam arbitrentur, postquam Ferdinandus cum suis tum
validissimis Cæsaris opibus innixus, in proximo spectaretur, qui apud
ipsum legitime coronatus, iure potior ac armis atque fortuna superior,
D stulta ipsorum pertinaciæ iniuriā euastato agro ulturus esse uideretur.
His sermonibus celeriter est effectum, ut ciuitas, quæ ui armisque expu-
gnari non poterat, multa consilij ratione mollibusq; colloquiis ad Fer-
dinandi fidem redierit, præsidiumque acceperit: nam, quum eò Valen-
tinus aduolasset, occlusisque portis non admissus, ac ob id grauiter ira-
tus, suburbana popularetur, Albani Perēnianos equites acciuerūt, quo-
rum præsidio non urbem modo, sed proximos etiam pagos tuerentur.
His rebus gestis Velsius ad Strigonium castra reduxit, uel ob id quòd
Germani cum Hungaris rixas miscerent. Vtrāque gens enim ab innata
E feritate & truci contumacia, quum in implacabilem iram cruentis se-
mel armis exardeat, deprecantiū ducum imperia facile contemnit: nam
per eos dies adeo atrox certamē inter se ab leui causa contraxere, ut quū
præfecti intercurrent, ducēsque ipsi dirimendō prælio corpora sua op-
ponerent, Perenus lapide ictus, & Velsius in crure uulneratus, ab ea con-
tentione discesserint. Verum ad hæc, grauior quoque in Pannonia bellū
gerentibus hyems suberat, & turbidis uocibus à milite gregario stipen-
dia petebantur, quas ob res Velsius, renum etiam morbo uehemēter af-

fectus, in hyberna copias dimisit, Pestumque imprimis praesidio imposto & nouis erectis munitionibus firmauit, propterea quod frequentibus nunciis, nec incertis rumoribus afferebatur Turcas in propinquis eorum limitibus arma parare, ut Budensibus auxilio festinanter aduenirent. Nam ubi regina à Ferdinando copias cogi, nauigiis tormenta imponi, ac expediri commeatu certius cognouit, decernente Georgio, nihil ad salutem opportunius habuit, quam à finitimis Turcarum praefectis maturam opem implorare. Ii erant Vstrephus Bosnesis, & Mahometes Belgradensis, & Amurathes: qui trucidatis copiis nostris, & Clissia supra Salonam capta, in Dalmatiae finibus constiterat. Vstrephus praefecturae honore, caeteros Europae Sanzacos anteibat. Illyrici siquidem uexilla omnibus praeferebantur, cuius amplissimus est equitum numerus, & regio longe latissima. Is locum beneficio potius quam uirtute fuerat consecutus, quoniam Baiazetis filia in matrimonio eius fuit, eratque tum in senium uergens, ac inertis otio praepinguis, tuebaturque praefecti nomen singulari uirtute alumni sui Amurathis, qui ad Iaderam armatum Venetorum equitatum subita incurfione profligarat. Propterea facile reginae postulatis respondebat, se copias inconsulto Solymano minime finibus educiturum. Eadem ferme responsa erant Mahometis, nam prouincia pedem efferre iniussu imperatoris nefas esse dicebat, sed is ex itinere à Lascho praecipuus magnis promissis atque muneribus, ut nihil se commoueret, diuque cessaret, prolixè quaestui, atque item aemulationi seruirebat. Vstrepho enim homini ignaui parere, ac eius signa sequi uir longe fortissimus ac aetatis honore superior indignabatur. Neque Amurathis tutum erat à Gradisca Illyrica discedere, ubi erat in statione aduersus Crouatos, nisi iussa signaque praeeuntis Vstrephi sequeretur. His de causis regina diu frustra, ut opem ferrent, Turcas praefectos obtestata, ad legatos qui Byzantij erant, omnium difficultatum suarum articulos perferre bebat, ut per eos Solymanus imminentis periculi certior redderetur. Nondum peruenerat Byzantium Laschus, morbo scilicet currendi diligentiam subtrahente, sed praemiserat Ptolemaeum Ariminensem medicum ad purpuratos, Luphibeiūque imprimis familiaritate sibi coniunctum, magnisque antea ex cultum muneribus, per quae omnia se impetraturum sperabat: sed frustra fuit Ptolemaei aduentus, tametsi suspendendis Barbarorum consiliis, cum Bassa, ac ipso denique Verbetio collocutus opportuna, nec ingrata auribus, attulisset. Solymanus enim, qui ius suum ac beneficium defendere suae dignitatis esse statuebat, magno sibi commodo ac magna item gloria futurum rebatur, si ostentato pietatis studio, uiduam pupillumque in tanta calamitate protegeret. Itaque aduocatis legatis, tribusque purpuratis assistentibus, se eo animo Ioanni regnum concessisse dixit, ut ad liberos eius transmitteretur, tandemque posterius eius stirpis Pannoniae regno potirentur, quoad accepti beneficii memoriam retinerent. Proinde ad declarandam liberalitatis suae constantiam, se arma sumpturum, daturumque operam ne Germani hostes

Astes illati belli exitu latarentur: tradiditque demum legatis, puero regi deferenda, firmatae amicitiae, susceptaeque tutelae insignia, purpuream auro intertexto regalis cultus togam, & clypeum elaborato umbone rotundum, ferream item clauam manubrio aureo, & incuruum gemmata uagina gladium, exinde Vstrepho Mahometique praefectis seuerissime percriptum, ut exemplum eductis copiis reginae opem ferre maturarent, nec ulla aduersae hyemis excusatione uterentur, quod si tarditate aut negligentia detrimentum acciperetur, ipsos continuo capite poenas duros. Vix dum Hungari legati, cum donis praelatitia Budam redire festinantes, discesserant, quum Laschus Byzantium peruenit, ibi edoctus è Ptolemaeo de successu legationis Hungaricae, quum mandata exponeret & aqua conditione regnum petere pergeret, multumque in ore eius esset Carolus Caesar, uti fratre excitis totius Germaniae copiis adiuturus, comoto ad id Solymano, custodiae traditur, obiurgantibus itidem purpuratis, Rostaneque praesertim Solymani genero, iuuenè elato atque iracundo: dicebat enim ultimo supplicio dignum, qui insolenti orationis libertate sereni uultus maiestatem offendisset, ludificatusque regem regum amicitiam peteret, quum interim impudenter in Pannonia bellum gereretur. Interea Mahometes & Vstrephus nihil deterrente hyeme dispersos in hybernis equites ad signa uocant, nauales socios conquirunt, classemque Drauo & Sauro fluminibus in Danubium deducunt. Neque enim perire & commodè in Pannonia bellum unquam geritur, nisi subsidio magnae classis tormenta, commeatu, impedimentaue ad opportunitates utriusque ripae couchantur. Sed tantus per eos dies adulta hyeme & diu perflante Borea rigor extitit, ut astricto praesalta glacie Danubio, cuncta nauigia ad Tolnensem ripam uadis inhaerent, usque adeo ad tollendam nauigationem marginibus late gelu concretis, ut uix in medio tantus amnis, quum iam plane in ipso cursu pigresceret, apertus & liber profluere spectaretur. Ea res magno incommodo Turcis fuit, tardauitque eorum aduentum, quum necessario ad tuendam classem consistere, atque ibi castra ponere, ferraeque sub tentoriis praedurae hyemis asperitatem squalenti in solo cogeretur. Incredibile dictum est, quum inde discedere flagitiosum & capitale quidem putarent, quanta animorum pertinacia & patientia corporum, rerum omnium difficultates superarent, uel equis, quibus nihil apud eos charius existimatur, frigore ac inedia consumptis, & concepto inde morbo passim intereuntibus. sed mitemente hyeme aperuit sese annus, Fauoniisque primo uere inuecto Aquilonibus successit, exoptatus Turcis reginaeque latissimus. Nihil enim cunctatus Mahometes, remiges supplet, pedites Martelofios ex Illyricis montibus accersit. Ij sunt latrones eximij, pari feritate, pernicitateque speluncis & cauis arborum pro domibus utentes, parua secure & breui spiculo armati, sed Numidarum more duces habent, & stipendio muneribusque trahuntur, ita ut facile compendia uiarum ac montium fluminumque naturam exercitibus demonstrent. Idem quoque facit

Vstrephus, ambobúsque Valentinus, è Buda obuiam profectus, cū ualida Hungarorum manu cōiungitur. Regina præfectos muneribus colit, commeatum suppeditat, aenea tormenta, quibus inimica oppida expugnent, haud cunctanter attribuit. Itaque inuito consilio Danubium copias traducunt, & ad Vacciam deferuntur. Ea urbs nequaquam militariter defensa capitur, trucidatísque nonnullis Barbarorum more protinus incenditur. Inde Pestum oppugnatum ire pergunt, & ab occasu castra locant. Præerat Pestu Barocius Hungarus, prætorianæ alæ præfectus, sed aderant plerique Hungari duces, & imprimis Germanorum dux Otho Fotiscus, cum decem cohortibus. Ab his quum Turcæ tormentis murum quaterent, equitatúque circumcundo urbem, magnum terrorem obsessis incuterent, oppidum egregiè defenditur. Nam Turcæ in equo pugnare soliti ex propinquo aggredi murum, ruinásque subire, & contemnere hostium tormenta (conspicua præsertim intus hostium phalange) stultum ac miserum putabant: quod Ianizari pedites, quorum uirtute cuncta facile perrumpant, nulli aut paucissimi in castris essent: Illyrici uerò Triballique classarij pedites, & quos diximus Martellosij, rudes ad id pugnae genus, ac ingenio prorsus armisque inhabiles uiderentur. Equestribus tamen præliis certabatur, quum sæpè Hungari erumpendo uagantibus Turcis occurrerét. Erat in oppido Marius Spiccafius, è Neapoli militaris architectus: is aduersus hostium castra, more Italico, quadratú aggerem multa confectum materia ad instar latissimæ turris erexerat, in summitatèque tormenta collocarat, quibus Turcarum munitiones atque tentoria ab editiore loco petebátur. Similitatione, & ab arce Budensi interiacente fluuiio ad Pestana ædificia pileæ ferrea uolitabant. Regina interim parcus commeatum Turcis præbebat, utpote quæ sibi annonam, nisi parcè metiretur, priusquàm frumenta maturefcerent, defuturam timeret; quoniam Cæsar è Belgio in superiorem Germaniam profectus, ad Ratisponam conuentum habere, nouosque exercitus parare nunciabatur. His de causis, & quod multi equi conceptis antea morbis agminatim interirét, Turcæ re infecta, traiecto rursus Danubio restitutisque egregia fide tormentis, intra fines redierunt: sed in receptu nõ defuere Hungari, quin erumperent, & nouissimos cædendo ad multum spatium persequerentur; Ferentio Gnaro imprimis impigrè ré gerente. Eo enim die Achomates, qui cogendo agmini præerat, insignis inter alarum duces, ab insequentibus Hungaris est interfectus. Eadem hyeme in Vangionibus totius Germaniæ legatorum habitus est cōuentus, in quo Peronottus Granuelius insigni grauitate pietatèque religionis casum deplorauit, obsecrando Germanos nomine Cæsaris, ut tantis atque adeo diris dissensionibus speratum toties & nunquam impetratum finem imponerent, quibus diuinæ humanæque res pudenda miserabilique infania in præceps traherétur. Lutherò enim heresiarcha adhuc superstite, qui antè uiginti annos eadè in urbe ac eodè Cæsare conuētui præsidente, inducta placita defendere conatus fuerat, impuni-

A impunitusque discefferat, plerique alij nouas diuersasque à Luthero sectas condiderant, publicatisque dogmatibus, antiquas hereses excitant, quas superioribus sæculis sanctissimorum Pontificum & sacerdotum decreta, conciliis toto terrarum orbe celebratis, legitime sustulissent. Miserat eò Paulus Põtifex Thomam Campegium Feltrensem episcopum, atque item perillustres theologos, qui de sacrarum literarum interpretationibus disputarent aduersus Lutheranos. Ij nouum sibi nomen induerant, Protestantésque appellari malebant: quoniã deserti ducis mores planè dissolutos & fædos concepto pudore damnauerant, qui uel in ipsa Germania pristinae uirtutis eius existimationem euertissent: horum princeps erat Philippus Melanthon, qui Latinæ facundiæ deditus, noua & ipse placita mitiore ingenij ueneno publicarat. Pro catholicis stabat Ioanes Ecchius, uetus atque admodum robustus sanæ eruditionis propugnator, & Julius Pluggius præful designatus Numbergensis. His unis datus est loquendi locus in confessu legatorum, præsidente Granuelio, alternisque diebus dixerunt ac responderunt. Iamque de peccato originali Protestantés se cedere fatebantur: utpote qui astuto cõsilio cùm dociles, tum ueræ doctrinæ cupidi existimari cupiebant, ut conceptam infamiam obstinatè dissensionis effugerent, & tum demum in reliqua ueterum sanctionum capita ad cõuellendam Romani Pontificis auctoritatem seuius atque liberius grassarentur, si in re nequaquam leui à priorè sententia discessissent. Sed eam alternæ disputationis contentionem Granuelius, quasi iã bonæ spei plenus, quod aliquid pio pacificatore nõ indignum consecutus uideretur, ad Ratisponensem cõuentum reiecit. Primo enim uere Cæsar à Rheno ad Danubium profectus, Ratisponam Germaniæ regulos liberarumque ciuitatum legationes euocarat. Perueniatque eò ab Roma legatus Cardinalis Gaspar Contarenus, eximia uirtute atque doctrina clarissimus. Nec multo post affuere plerique reguli antistitesque Germani, & antè alios Albertus Cardinalis Magutinus, omni officio ac pietate catholici dogmatis & Pontificiæ potestatis causam complexus, è diuersoque Philippus Lantgrauus, Cattorum princeps, Austriæ familiæ non obscurus hostis, qui inexorabili peruicacia, tanto ferocis ingenij spiritu Lutheranorum uela inflabat, ut Cæsar ne re summæ spei ad publicam salutem fœliciter inchoatam ulla animi commotione perturbaret, Buccerum damnatæ sectæ theologum in illius porticu concionari pateretur. Eminerat enim in Cæsare studium ueræ pietatis, idque semper exactis Christianæ uitæ cõmuniis ostenderat, sed humanarum rerum curis plurimum angèbatur: propterea dissimulandum indulgendumque in præsens obduratis cæco errore, & longa impunitate corroboratis hominibus existimabat: ut eos mollissimè conciliatos, in his que religionem respicerent, ad patrum maiorumque suorū instituta reduceret. Id enim ad optimi nõ modo piique, sed & lógè etiã maximi principis nomen parandú pertinebat. Nã si ipso authore disceptatorèque ea de religione cõtentio, atque omnis discordia tolleretur,

compositis statim Germaniæ rebus, nemini dubium aut difficile futurum erat, quin Turcarum armis egregiè resisti, Pannoniæ regnum recipi, & Gallorum contundi spiritus, & denique firmus atque peramplus in Italia dominatus constitui posse uideretur. Itaque magno consilio Cæsar Augustani conuentus formulam ex conscripto atque edito libello subsecutus, constituit ut à ternis utrinque theologis Christianæ legis ueritas indagaretur: ij fuere à catholicis, ipse imprimis Ecchius, Julius Pluggius, atque Groperius. Defendebantur autem protestantiū partes à Bucero, Melanthe, atque Pistorio, quorum disputationibus delecti præsidebant, Federicus Palatinus uir magnitudine probitatēque animi inter Germaniæ regulos faciliè excellens, quem uniuersis imperij copiis ad Viennam præfuisse meminimus: huic aderant principum ac liberarum ciuitatum studio appositi aliquot sacrarum literarum professores, qui auscultantis Cæsaris auctoritate regebantur. Quum in hūc modum ad Ratisponam religionis causa iactaretur, Ferdinandus de Pannonicis rebus discessūque Turcarum certior factus, alacri animo ad eandem spem obtinendi eius regni cōtinuè redit, Caroloque fratri faciliè demonstrat nequaquam incepto absistendum, postquam Fortuna satis foelicibus initiis arrideret, nec reuersuri essent Turcæ, qui aduerso conatu asperitatēque hyemis & commeatus inopia fatigati, deserta regina intra limites concessissent. Itaque nouæ copię in supplementum Velsiani exercitus antea conscriptæ, quum id de Turcarum aduētū crebri rumores postulassent, è Norico in Pannoniam mittuntur, præficiturque eis Vilermus Rochandulfus regiæ aulae magister, qui dudum ut Pestanis opem ferret Posonium usque descenderat. is uiridi admodum senecta, ore militari constantique ingenio, grauiissimi ducis habitum præferbat: nam Veneto bello ante triginta annos cum laude ordines in Italia ducerat, Pannonicæque regionis peritus habebatur, quod tutante se mœnibus I Ioanne rege, Budam uel infœliciter oppugnasset. Velsius enim non armorum usu, aut studio militum, sed ætatis tantum ac officij dignitate inferior, locum faciliè concedebat, quod laceffente morbo uideretur inutilis, inuisusque esset Hungaris, & à Pereno cōtracta simultate dissentiret, sed nihil quoque in oppugnanda urbe strenuè facturū credebatur, quod antea apud deliberantem regem oppugnandæ Budæ cōsiliū exquisitis disciplinæ rationibus improbasset. Fit enim sæpissimè militiæque præsertim malignitate atque superbia humani ingenij, ut plerique uinci malint, quā uictoria potiri, quæ alieno consilio parta susceptæ semel ex aduerso prolataque opinionis famam ad dedecus extendat. Nec mora Rochandulfus, trium ferè mensium commeatu, qui secūdo amne deferretur diligenter instituto, muralia tormēta à Viēensibus mutatur, itēque à Bohemis & Slesitis atque Morauis auxilia accersit, ueterēque exercitu inspecto acceptoque Budā profectus eam obsidere oppugnareque constituit, sed ab aliis omnino locis secus ac ipse antea animo cōcepisset. Immutata enim erat urbis facies, nā ingentia propugnacula peritissimè

A peritissimè constructa, nouarūque turrium moles admirabatur, quas Ioannes architecti Bononiensis ingenio fretus muniendis portis addiderat. Imprimis ab ea parte qua ipse Rochandulfus decē antè annis magna edita murorum strage mœnia uerberarat, admirabilis è lapide constructa munitio uisebatur. Ea nobilium Horfacorum ædes complexa in eorum uentum prominebat, obtusiorēque angulo ac insigni proiectura, cui tormentariæ inerant fenestræ, diuersa utrinque mœnia defendebat, ita ut longè omnium facilimus ad oppugnandum aditus demonstrato periculo tolleretur. ab ea enim parte excelsus atque perpetuus collis, in quo Buda opportunè posita conspicitur in planitiem definit, quum ab aquilone orientēque æstiuo, unde Danubium despectat, accessus maximè arduus ac impeditus, per angustis & tortuosis callibus ostendatur. In Sabatina quoque porta, quæ Budam ueterem ad læuam Vicegradūque perducit, iustæ amplitudinis propugnaculum erat eductū, quo directā in meridiem mœnia libratis sedulo tormētis ad altitudinem scandentiū hostiū faciliè raderentur. Ad orientē porrò solem, ubi arx est sumptuosus tot regum operibus ad lætissimum undiq; prospectum ædificata, lapideam peramplam turrem mediocri altitudine opportunè cōstruxerat, quæ ita iungebatur adhibebatque; arci, ut exterius cum ponte portam haberet, qua liber egressus, descensusque tutissimus ad flumen per fossam concisa rupe excauatōque solo, uel septenis in acie armatis non incōmodè præberetur. Neque enim antea ab arce nisi per urbem magno circuitu ad Danubium aditus patebat, sed mōs præaltus ex aduerso arci urbi que imminens, intercedente ualle, atque ea, quam diximus, fossa ita assurgebat, ut media montis arcis fastigiū æquaret, summo autē cacumine regiones plateæ interioræque urbis tormentorum ictibus subiecta spectarentur. In eo templum erat diuo Gerardo, à quo nomē ducit, dedicatū, cuius numen pestilentia ritè inuocantibus salutare esse pictæ imagines, & persolutis uotis appensa donaria cumulatè testantur. In hunc mōtem Rochandulfus, quod eum ad oppugnandā arcem terrendamque reginā idoneū rebatur, tormenta perduxit, uehementēque adeo quassauit nouam turrem, ut ingentibus disrupta pilis collapsura uideretur: summa enim corona, pinnæque deciderant, sed triplex erat arcis murus duriorēque ob id expugnandi atque inuadendi, intercedente præsertim ualle, difficultates ostendebat: uerum nemini dubium erat quin summæ arcis ornamenta præaltæque testudines, uti ad Vicegradum acciderat, refringi diruūque posse uiderentur, sed Rochandulfus suo an regis cōsilio incertum nobilissimæ regiæ parcendum existimabat, quū exornatas porticus & per picta laquearibus aureis cœnacula breui cōcafura cōspiceret, quæ ab ipsis demum uictoribus neque desiderari nisi magno cum dolore inanis pœnitentiæ, aut instaurari nisi immenso auri pondere, & longo temporis spatio censerentur. Cæterum per præcones, quibus ad commendum induciæ perpetuæ inuiolabili iure gentium manebant, reginam hortabatur, ut seruitutis cōpedes abrumperet, quas Georgius intestinus

hostis simulato tutelæ nomine, ipsius & pueri cruribus innexisset, parum enim esse amplissimum principatum liberalitate regis, in quo, ipsa cum dignitate ad securitatem cōquiesceret, puerumque nutrirer: quod si ea omnino munera, uti mentis inops, ac ignara periculi, repudiāda arbitraretur ac imminenti calamitatis casum obstinatè contemneret, se continuo daturum operā, ut maioribus tormentis ac ingentibus mortariis, quæ in sublime casura demum ad excidium tectorum marmoreas ingentes pilas excuterent, totius arcis ac regiæ contignationes exitabili cum fragore frangerentur. Ad ea Georgius respondit, non esse adeo infuso ingenio reginam, ut Pannoniæ regnum Sepusiano principatu permutare uelit: Rochandulfum uero, sibi ualde delirum ac insanum senem uideri, quod quum antea in hisdem fossis grauiter uapularit, id modo stolidè quærat, ut ad perniciem cumulatę temeritatis pena mulctetur. Proinde uiros fortes pro patria regēq; Hungaro aduersus temulenta agmina sobriè propugnātes terrere desineret: nihil enim eos immanium globorum strepitu commoueri, uerum se unum ex omnibus à Rochandulfo priuatæ humanitatis iure comiter postulare, ut tormenta aliquantò mitius disploderet, esse enim sibi scropham domi unicam prægnantem, quę tot sclopis, & bombis exterrita, abortum magno conuiuarum suorum dolore factura uideretur. Erat enim Georgius perurbanus & dicax, atque adeo Germanorum contemptor, ut quum ex his duos milites, regiis in hortis ædificia succedentes, à Budensibus interceptos supplicio affecisset, in eadem furca totidem pariter porcos ad ignominiam suspenderit. Nec multò post Rochandulfus à monte Gerardo ad sepulchra Iudæorum, nihil loci nomen abominatus, motis repente castris omnem tormentorum apparatus trātulit. Is locus à Iudæa porta inter orientem atque meridiem non iniquus, quanquam sensim accliuus, ad proxima uineta protenditur: sed longinquam & propterea periculosam habebat aquationem, quum intentis semper ad insidias, & repentinis Valentini equitibus, Danubius magno circuitu peteretur. Sed Germani dispositis custodiis, certoque præsidio aquatoribus adiuncto, egregiè cunctis difficultatibus occurrebant. At Georgius ubi hostem ad sepulchra crastinetantem uidit, nihil de solita urbanitate ad iocandum remittens, à Rochandulfo petiit, ut errati ueniam daret, quod eum nuper falsò delirum senem appellasset, quoniam in æquiora loca traductis castris sapiens omnino mentis que integer euasisse uideretur: postquam proprio in loco, & ipsi exactæ ætatis seni, multumque irritò labore fatigato, & damnatis pariter copiis aptissimo confedisset. At Rochandulfus ferream curulem caueam, uti feræ belluæ, Georgio comminatus, à duabus simul partibus ad distinendos hostes oppugnare constituit. Hungari Pereno duce atque his adiunctæ Bohemorum cohortes inter Horfacam munitionem, & Sabatinam portam tormenta protulerunt. Ipse cum Germanis à Iudæa porta ad arcem, qua regij uisuntur horti, tanta ui quassauit murum,

rum, ut pars concussa perfractaque procideret: pars uero premente atque impellente interno aggere, quem intus Budenses subitariæ munitionis causa mœnibus adstruebant, inexpectato casu in exteriora laberetur. Ea res propugnantes magnopere conterruit, quod diis ueluti aduersis, ipsorum diligentia secus ac sperassent, irreparabili damno repente edito nouum periculum attulisset, sed tantæ occasione defuit Rochandulfus: siue re nequaquam satis liquido perspecta, quum inter perpetuam tot displosis utrinque tormentis fumi caliginem, elatiquæ ab ruina, pulueris densissimam nubem omnia conderentur, siue quod pro ingenio cunctantius & suspicacius cuncta administranti expediti consilij uim omnem mora fatalis eriperet, nec Germani statariæ pugnæ asfueri facile adduci possent, ut in extraordinariis, & repentinis oppugnationum casibus Hispanorum, ac Italorum, Gallorumque more, alacriter atque celeriter murum subirent. Cæterum usque adeo mœnia tormentis ad aperta prostratæque cernebantur, ut in longitudinem unius fere stadij eminente tantum ad altitudinem staturæ hominis antiquo aggere, uel breuibus scalis se facile scansuros, ac in urbem irrupturos milites dicerent. Iamque nox aderat apud Germanos curandis corporibus quàm rei gerendæ aptior. Ex uetere etenim gentis disciplina tenebras, ac insidias perosi decora tantum ea uulnera existimant, quæ spectante exercitu in præclara luce susceperint. Itaque aliquot prolata sunt scalę, & per tenebras magno silentio iuxta ruinas appositæ eo consilio, ut sub auroram compositis ordinibus conferti milites subirent. Cæterum Budenses ab hostili mora spatium nacti, incredibili diligentia omnisque generis sexusque hominum frequentia, nouum intus aggerem protinus erexerunt, animaduersisque hostium scalis eas continuo rapuerunt. Porro Germani sub auroram instructa acie per accliuia subeuntes tanta ui munitiones sunt adorti, ut Otho Fotiscus in perruptam domum, quæ muro coniuncta erat audacissime penetrarit, cæteræque cohortes, quum præeuntem quemque militem succedens humeris subleuaret, in ruinis uexilla præfigere niterentur: sed Budenses mira constantia irumpentium impetum tulerunt, cohortante propugnanteque Georgio, qui deposita cuculla galeatus toto aggere uolitabat. At Germani quum aliquādiu periniquo loco multis acceptis uulneribus irrumperere conati essent, nec armis modo quibus acerrime cominus cædebantur, sed ualida etiam corporum impressione scutatis à fronte uehementer incumbentibus urgerentur, nullo ordine se recipere cœperunt: sed receptus perturbatos in fugam confestim uertit, atque eodem maiore cum incommodo, quoniam uti uidere licuit quanto longius à mœnibus recedebant, tanto atrocius atque frequētius omni misilium genere & tormentariis maxime glandibus sternebantur. In eotumultu Rochandulphus supra octingentos milites amisit, nam quicumque paulo grauius fauciati in castra se retulere incuria & contemptu uulnerum putrescentibus facile plagis interibant. Periit & paucos

post dies distracto ui tormenti, resilienteque lapide, haudquaquam ab initio lethaliter ictus Hieronymus Iadarenſis, Auſtrianæ claſſis præfe-ctus. Pari quoque euentu, ſed minore accepto detrimento, Perenus ad Sabatinam portam repulſus ab oppugnatione diſceſſit. Exinde Budenſes adeo animos deſpectis hoſtibus ſuſtulerunt, ut erumpere ſæpius au-derent, ignauiamque exprobrantes contumelioſis ſignificationibus è muro Germanis illuderent. Tentauere demum Auſtriani duces effo-ſionibus atque cuniculis murum ſubruere, inditòque ac demum ſuccen-ſo intus tormentario puluere, adaperſiſque mœnibus ſubitarium in ur-berem aditum parare, quòd plerique adeſſent milites è Rhætia argétariis Gofodinis aſſueti, Bòhemique præſertim inſecturis metallorum operam nauantes: ſed Budenſes deprehenſis hoſtium còſiliis, atque operum ini-tiis, nota atq; inſtituta ratione, dum foſſas introrſus ex obliquo pertra-herent, certaque erupturis incendiis ſpiramenta relinquerent, diligèter atque fœliciter occurrebant: urgebantur tamen tanta uariarum rerum inopia, ut nequaquam paulo longiorem obſidionem pati poſſe uiderè-tur, & fame laborantis populi querelis locus eſſet, uſque adeo, ut urbana multitudo tumultuariis uocibus imponendum eſſe finem inedia, pu-blicòque periculo, & deditiõnem omnino faciendam ſucclamaret: ſed R tanta inerat Georgij ingenio authoritas cù ſumma in omnes caſus ur-gentium rerum induſtria, ut quum concionanti ſimilis in forum pro-diret, quòd uellet uel corruptos alienatòſque ciuium animos impelleret, parum tamen abſuit, quin urbs ipſa quæ ui capi non poterat, inſtina fraude proderetur. Erat inter Budenſes uir Hungarus in iure dicundo prætoria functus poteſtate, nomine Bornemiſſa, is Georgium uehemen-ter oderat, quòd in iudicio, & ciuili conteſtata lite, à Iudæo decoctore multus ſtetiſſet, qui aſtuta conſilij ſimulatione, nequaquã ſuo, ſed Bor-nemiſſæ malo ſuſceptæ mercaturæ rationes conturbarat. Itaque liuoris I plenus uindictæque percupidus, Franciſco Reualio, qui in Auſtrianis ca-ſtris ius dicebat, ſe daturum ad ingreſſum exoletam portulam promiſiſt, ea erat in ſepulchretis ſolennis templi Deiparæ uirgini cognomento Germanicę dedicati, erátque uſui pacis tempore per decliua petentibus flumen. Rem igitur ad ſe per Reualium delatam ita probauit Rochan-dulfus, ut nihil tamen Hungaris in tantæ ſpei negotio committendum arbitraretur, ſecus ac ipſe Bornemiſſa præcipue depoſcebat, utpote qui ſine ſanguine tot inſontium ciuium, quorum ſalutem priuato facinore proderet, rem patrare exulibùſque omnino Hungaris uti uellet, quibus K erga patriam & propinquos, notòſque ipſis pietatem & clementiã mi-nime deſuturam ſpectaret, quando Germani per ſe crudeles, tótque in-commodis & contumeliis irritati, noctu præſertim irrumpètes, ne pue-riſ quidem, & fœminis parſuri uiderètur. Cæterum Rochandulfus mo-re gentis ad inane prudentiæ nomen, nemini integram fidem præſtare ſolitus, ut excluſis Hungaris ſolus conceptæ uictoriæ famam uſurparet, uſurum ſe Hungarorum opera ſimulat, Reualiumq; decipit, à quo etiã filium

A filium obſidem acceperat: nam ad conſtitutam horam intèpèſta nocte, omnibus nihil ſeſe per caſtra commouere, & còquieſcere iuſſis, delectas quatuor Germanorum cohortes ſilentio ad portulam præmiſit, Còdeo filio cum ala Germanorù equitum in ſtatione conſtituto, ut quum à re-ceptis intra urbem Germanis proditoribùſque, uti conuenerat, maior & militaris uiæ porta refringeretur, conſeſtim cataphractos equites indu-deret, nec Bornemiſſa in ipſa perfidia fides deſuit: ad aperta enim portu-la quam diximus cohortes magna ex parte ſuſpèſis ueſtigiis ſunt intro-ductæ, ſed quum Bornemiſſa ſingulis inſtantibus Reualium ſummiſſa B uoce requireret, neque alio quàm Germanico fremitu reſpòderetur, in-trepido alioquin animo, uti plerùque accidere deceptis ſolet, improui-ſus obreſcit pauor, ita ut anceps atq; incertus conſilij, nec præeuntibus, ignariſ ſcilicet què primùm urbis locum occuparèt, dux eſſet: nec Ger-mani contento iam gradu in tenebris fraudè ſuſpectantes alacriter pro-cederent, quum reſpectare ac ab ultimis itineri & gerèdæ rei ſigniferum petere cogèrètur. Non ſeſellit Budèſium excubias incedentium agmen, quum uel leuiter calcata humus, offenſaque arma perſtreperent accen-ſique ſclopettorum funiculi late ſpectarentur. Itaq; petito nec ab hoſte C reddito reſſeræ nomine ad arma conclamatum, ſed id ſerò erat, iam ſe-micapta urbe, niſi diui Bude tutelares deprehenſis & errantibus aduerſi, tanti iam patrati facinoris audaciam in ſubitum metù uertiffent: tanta enim animorum còſternatione regredi, portulamque repetere tumul-tuoſius quàm Germanos milites deceret properarūt, ut in anguſtiſſima porta afflictarètur, impediretùrque; exitus haſtarù ſtruce, quam primi pro-iectis armis effecerant, ut leuius ac expeditius in caſtra profugerent. Vr-banus Bacianus qui uigilias ea nocte circuibat, primus cum expedita co-horte euadètibùſ ſuperuenit, adductæque eò ſunt à Vichio. late iam co-D gnito auditòque tumultu, ualidè peditum atq; equitù manus, quæ mo-re militiæ in foro ad incertos belli caſus excubabāt, ita audaciſſimi Ger-manorum, qui primi irruperant, cum nouiſſimi agminis facti in fugam, ſe conuerterèt trucidantur, capiuntùrque; nonnulli & in his Bornemiſſæ familiares: nam ille inter primos euafèrat: de his autè Reualique item amicis à Georgio quæſtiones habitæ, erutaque eſt uariis cruciatibus to-tius proditionis ſeries, & de còfeſſis fœdi crudeliſque ſpectaculi ſuppli-cium eſt deſumptum, Reualio in caſtris ſe ingratè malignèq; proditum conquerente, & lugète plurimù Bornemiſſa, qui parto proditoris patrię E cognomèto, omnè ſubſtantiã amicis ac affinibus miſerè perditis ami-ſiſſet. Itaq; Rochandulfus, quòd conſilia & conatus omnes fortuna præ-uerteret, & totis caſtris inconſulte peruicaciſq; ſuperbiæ, uel gregariorù militum iudicio damnaretur, nec dolorem ac infamiam corruptæ tãtæ occaſionis atq; uictoriæ animo ſuſtineret, reliquas belli cogitationes ad obſidèdos hoſtes conuertit. At Solymanus hiſ rebus, quæ à Cæſare fra-trèq; eius aduerſus reginam parabantur, opportunè cognitis, tuèdi pro-ferendiq; imperij rationes explicat, hoſtium còſilia & facultates expen-

dit, adhibetque in consilium purpuratos Bassas, ac ingenti animo, diuisis copiis delectisq; ducibus uno tempore locis omnibus statuit occurrendum. Imprimis Solymanus Acarnan eunuchus in Mesopotamiam mittitur, qui Babylone consistat, Tammatumque Persarum regem à Tygridis ripa deterreat: is nuper Aegypto prefectus, multis edificatis triremibus, enauigatoq; Arabico sinu, & superatis rubri maris angustiis, in Indiam peruaserat, interfectoq; Ademi rege, Lusitanos ad Diu emporium uehementer oppugnat: Mahomete uero purpuratum, natione Dardanum, qui obsessæ reginæ opem ferat, in Pannoniam proficisci iubet: deligitur & Vstrefus ex Illyrico quartus ordine purpuratus, qui Mahomete subsequatur, subsistatque Belgradi, intentus ad ferendam opem, si Mahometes ualidiores hostes inueniat: attribuitur & sua classis Hariadeno Barbaruffæ, cui antea maris imperium erat delatum, ut daret operam ne quid detrimenti in Græcia atque Epiro ab Auriana classe reciperetur. Paulo enim antè Auria Siculis Neapolitanisque triremibus sibi adiunctis Turcas & Pœnos Turcis fauètes, Clupea, Neapoli, Adrumeto, Ruspina, Tapsoque & denique tota ea Africæ regione, una excepta urbe Lepti, quæ Mahomedia à Pœnis, Africa à nostris dicitur, ad Mænicis usque insulæ Syrtes depulerat, Muleassique Tunetani regis imperio parere coegerat. Eæ urbes hodie sunt Calibia, Susa, Mahometa, Monasterium, Sfaxia, & Africa quæ Pœnis Mahomedia dicitur: tum enim Auria ingentem exornabat classem, ut ad expugnandum Algerium in Mauritaniam transiret. Et quoniã Solymanus Maylatum in Transyluania Ferdinandi rebus studere, bellumque moliri didicerat, aduersus eum Mustapham Nicopolitanum prefectum superato Danubio contedere iussit, imperauitq; Petreio Moldauo Valacchorum principi, ut Mustaphæ bellum gerenti præsto adesset. Is Turcarum copiis triginta millia suorum equitum adiunxit, magnosq; astu Maylatum, ut mox dicemus, in potestate redegit. Ipse autem Solymanus plus æquo Christiana arma ueritus, Cesarisque imprimis consilia & totius Germaniæ facultates, non absurda, quantum maxime uana ratione, animo reputans, Hadrianopolim proficiscitur, tertium ex propinquo exercitum, si opus foret, subsidio duobus præeuntibus purpuratis allaturus, retento secum Rostane genero, quem inter Bassas ascuerat, Luphtibeio scilicet gradu pulso, relegatoq; in Macedoniam, quod uxori, quæ Solymani soror erat, desertum sibi relinqui coniugalem thorum peracerbè conquerenti obiectatiq; dissolutas libidines, indignè ac insolenter manus inieciisset. Igitur Mahometes, rei gerendæ pariter ostendendæque uirtutis cupiditate incensus, iustis cõfectis itineribus, paulo post solstitium in Pannoniã peruenit, adiuncto sibi ex itinere altero Mahomete Belgradensi, accitisque item Bosnensibus copiis, quibus Vstrefus dudum fato functus, Pestano bello præfuerat. Huic in præfectura successerat Vlamanes Persa. At Germani, ubi de aduentu Turcarum certius cognoscunt, uariis inter se dictis sententiis decertant: disputatur enim in consilio, præstet ne obsidionem soluere, an cõtraire hostibus

A hostibus prælioque certare: sed impellentibus fatis, ut Turcæ Pannoniæ regno potirentur, Rochandulfi sententia uincit. Is nihil tutum quod esset indecorum putabat. Pestum nanque traicere aut Vicegradum Strigoniumque redire, uti aliqui suadebant, adeo flagitiosum turpeque rebatur, ut ingenio tot aduersis conatibus perturbato, urgentique fortuna, uinci atque emori, incolumi constantiæ laude, quam exercitum feruare malle uideretur. Castra itaq; in aduersam urbis partem ad Gerardi montis radices transferuntur, qua mons inter Budam & castra positus, recedensque à flumine latam ab Oriente planitiem relinquit, eo consilio ut aduentantes Turcæ, quos nihil à classe fluminisq; discessuros uidebat, contra rectam tormetisque munitam castrorum frontem procedere, & per iniquo loco transitum tettare cogere. Ea enim erat natura loci, ut castra hinc præalta imminetis montis crepidine, illinc uero ad laeuam præterfluenti Danubio munirentur: in tergo autem præualidus agger erat erectus, cõtra portam turremque, quam Budenses, quod flumine abluatur, Aquariam uocant. Nam ab excelsa urbis arce, duo brachia pinnati muri per decliues præruptosq; descensus ad flumen deducta erant, tantumque loci in ima ripa intercipientebant, quantum in summo tota arcis amplitudo completebatur. In eo spatio cum stabulis regiis uetera erant naualia, binisque portis ac turribus præcludebatur id iter, quod iuxta flumen haud multum lata ripæ margine in campos perducebat. Porro in dextram ab ipsa fronte Rochandulfus perpetuam munitionem in aduersum montem erexerat, ibique minora castra in queis erant Húngari, editiore loco posuerat. Parua quoque insula ponte cõstrato castris iungebatur: in ea erat lunatus agger, maioribus tormetis egregie munitus, quibus & subeuntia hostium nauigia, & ea, quæ diximus, lata planities ex obliquo peterentur. Cogitabat etiam stabili atque perpetuo consertis inter se nauigiis ponte cõstructo, Pestanis mœnibus castra committere, indeque nouas copias operiri, aduentantis hostis impetum sustinere, diuturnaq; maxime obsidione Budenses premere: nam tantus cõmeatus tantisque rerum bellicarum apparatus ad Pestum fuerat institutus, ut uel in multâ hyemem abunde sufficeret. Caterum appropinquantibus Turcis Valentinus cum duobus millibus equitum legati munere functus occurrit, quid hostes parent, quales, quantumque sint, utrumque Mahomete diligenter edocet, opportuna ponendis castris loca demonstrat. Itaque Mahometes Bassa audacter promotis agminibus, quinque ferme stadiorum spatio ab hoste cõsedit, circumdatque sese celeriter ingenti fossa, per Asappos pedites, quibus in opere faciundo Turcæ plurimum utuntur, totamque eam planitiem tabernaculis innumeris complet: Belgradensis uero Mahometes rei bellicæ peritissimus, per colles, qui sese molliter inflectunt, Gerardoque monti relicta planitie coniunguntur, editiorem capit locum, Húngarorum magis quam Germanorum castris propinquum. Tum uero legati Turcæ ducum nomine ad salutandam reginam urbem intrant, magnam maioris minorisque pecoris multitudinem ex Hungaro-

rum tamen pascuis abactam dono dant, miratur subitarios aggeres, terrificosque hostium conatus, Budesium constantiam laudant, profitenturque se eorum iniurias celeriter ulturos, exultique donis discedunt, Budamque demum pariter ac ipsa castra mutua securitate commeatibus utrinque Budensibus & Turcis patuerunt. Tanta autem apud utrumque Mahomete, cum uerbis, tum omnibus officiis, humanitas atque prudentia spectabatur, ut nequaquam simulata aut temporaria inter Turcas & Hungaros amicitia, cuius nomine ad ferendam opem aduenissent, sed maxime sincera & diuturna, uel ab astutis pueri nutritiis crederetur. Grauius enim dictis sententiis, Georgio imprimis Vichioque, & Valentino suadebant, ut deposita simultate, reuocare exules uellent, communicareque eis solitos honores, & denique in unum Hungarici sanguinis corpus consentire: omnes enim, nisi desiperent, dum rex Stephanus adolesceret, securum atque beatum regnuros, & denique postquam sub tutela praesidioque maximi atque iustissimi imperatoris tuti essent, Germanica arma facile contempturos, quae neque ualere per se possent, neque omnino commoueri, nisi concitatibus Hungaris, quibus patriae desiderium satis iusta belli causa uideretur. Caeterum binis utrinque eo modo constitutis castris, binarum quoque classes accedebant, in Austriana erant biremes uigintiquatuor, maiores minoresque; Nasadae, quarum formam nauali praelio ad Strigonium facto, supra retulimus, circiter octoginta: onerariae uero naues, & magni lintres paulominus centum. Turcarum uero classis omnis generis nauigiis, dimidio minor censebatur. Hanc tortuosi litoris cubitus in altum exporrectus, effecto intus latissimo sinu, opportune ab hostium tormentis protegebat: pari quoque ratione prominentis ripae, Austriana in altero consimilis profluens flexu, deligatis ad ripam proripam, tutissimam stationem obtinebat, actuariarum autem obiectione paruae insulae tegebantur. Nam Turcae proximam huic Cepelliam insulam e regione castrorum occuparunt, in superiorique parte, ubi Danubius ueluti rostro scinditur, munitionem erexerant, indeque paribus tormentis paruae insulae aggeres, & commeatia nauigia diligenter infestabant. Cepellia quadraginta amplius millibus passuum in longitudinem extenditur, pagis aedificisque referta ac ideo opportuna: ut si eam ab initio Rochandulfus, sicuti iudicabant Hungari, occupandam muniendamque suscepisset, appareret Turcas nequaquam castrametandi facultatem habituros, aut omnino relicturos classem, si ad Occidentem, ubi antea Rochandulfus constiterat, magno circuitu castra ponere uoluissent. Quid enim eo consilio infamius, ac exitu calamitosius amissa classe Turcis accidere potuisset: sed nemo uel exacte prudens cuncta prouidet, quum euentus supra cladis incommodum infelicibus reprehensionis etiam grauem notam relinquat. Non putabat enim diuidendas esse copias priusquam noua e Norico auxilia superueniret, quum frequentibus praeliis & graui autumno ingruentibus morbis, uehementer attenuatae, nequaquam Turcarum numerum adaequarent, & Budeses totis copiis diuersoque latere ad omnes Turcarum

rum motus erupturi uiderentur. Pugnabatur quotidie minutis praeliis circa planitiem ab equitatu, & ad superiores munitiones, ac in monte ab extraordinariis peditibus. Nam Mahometes Bassa praeter sagittarios Afappos egregiam etiam Ianizerorum manum, & Belgradensis Illyricos, & Triballos adduxerant, sed equites utrinque pari alacritate pugnam ciebant, quum promptissimus quisque aut paulo nobilior eques, ad ostendam uirtutem ex aduersa acie parem sibi eum, qui armis ac insignibus conspicuus obuersaretur, ad singulares concursus prouocaret, usque adeo iucundo pugnae genere, ut militari comitate per aliquot horarum inducias, cessantibus bona fide sclopettariis, ut uera uirtus emineret, hastis tantum & gladiis certaretur. In his exercitationibus Germani saepius inferiores Turcis euadebant, utpote qui robustis atque praegradibus equis, ac ob id stataria praesertim pugnae assuetis, more gentis uterentur, quos si procurrere, aut denique refugientem hostem consecrari uellent, segnius omnino quam oporteret incitarent, & tum facillime eludendo breuem eorum impetum Turcae agiles e manibus elaberentur, nati scilicet ad liberas excursions e uetere disciplina, in qua celeriter insultare ac euitandis ictibus equorum cursum inflectere, reuertique demum, & cum dispersis cominus pugnare consueuerunt: sed similes edocti artes Hungari exules, paribus armis ac animis, uel multo plures Turcas facile sustinebant, cum latis protecti scutis, ualidisque pariter ac pernicibus equis infidentes, loricati galeatique magna ex parte Turcarum inanes hastas sagittasque contemnerent. Erat inter Germanos duces insignis Raifciacus Sueuus: huius filius impiger adolescens, quum ignaro patre in aciem prodiiisset, strenueque decertans spectante ante alios atque admirante uirtutem patre, a cunctis uel ignotus effuse laudaretur, priusquam se explicaret a circumfusis hostibus est interfectus. Tum uero Raifciacus casu equitis uehementer commotus, ignarusque suae fortis, conuersus ad alios duces: *Omni*, inquit, laude perornandus uidetur hic quisquis sit equitum longe fortissimus, ac omnino publici funeris honore tumuladus. Id quum ab omnibus pari pietate probaretur, infelicis filij ad longe miserrimum patrem cadaver est relatum, ueriorisque tum omnibus obortae sunt lachrymae, sed in patre repetitus dolor profundius ad uitalia peruasit, atque ita ille paulo post, quum rigentibus oculis stetisset, nihil effatus interiit. Exinde Rochandulfus graui edicto quemquam pugnandi causa castris exire uentuit, adeo seuera lege ut unum atque alterum egredi pugnareque ausum *E* in furca suspenderit: continendos enim milites existimabat, quod Germanicus equitatus omnibus rebus esset inferior, quod Ianizeri sclopettarij mirifice pugnarent, quod expectare nouas copias oporteret, quae res adeo suorum animos imminuit, & Turcarum spes in immensum adauxit, ut contemptius ac insolentius Germanorum munitiones aggredi auderent, ac intra castra proximos uallo sagittis & glandibus uulnerarent. Germani siquidem quum castris perducerent fossam, imperite excauantes ac exterius omnem glebam proicientes, alterum prope aggerem, intercederent

te fossa, hostibus utilem effecerant. Inde enim superiore loco improuisi, nec plane conspecti in statione iaculabantur. Solæ Pereni turmæ ab editioribus castris sæpius in commeates à Buda Turcas erumpabant. Ita ut paucis tantum insidiarentur, & quum Turcæ aut Valentini equites ualida manu urgerent, intra munitiones & ad maiora castra se reciperent. Iam transferant multi dies ab aduentu Mahometis, magisq; ac magis Turcis atq; Budensibus animi uiresque crescebant. Porro apud Austrianos ad non dubiæ cladis omen, debilitata uirtus, attrita uires, inexplicata consilia, & denique quo uno subsidio res humanæ bellicæque præsertim constant, spes fractæ uisebantur: sustentabant tamen animos frequentes literæ Ferdinadi, per amplaque existimatio Cæsaris, nequaquam in eo rerum discrimine fratri germano copiis atque pecunia defuturi, atq; ipsa demum ducis constantia, quæ apud eum omni ratione potior erat, ut inde celerius in sua fata traheretur. Eo modo quum utrinq; quotidie tormentis maioribus atque minoribus certaretur, Turcæ ab editioribus locis, & è proximo Cepellæ promontorio conspicati segnes in insula Germanorum stationes, communicato inter se consilio, ut è duobus castris uno tempore diuersas hostium munitiones inuaderent, in albescēte celo in insulâ cum expeditis nauigiis aduolarunt, ad ortique magno silentio semisopitos, penè priusquam sentirētur, aut sese Germani captis armis cōglobarent, supra sexcentos milites trucidarūt: reliquis uero ex repentina clade tantus incidit pauor, ut quum per fugerent in castra, nec perturbatos angustiae pontis facile caperent, multi utrinque decidentes profluente mergerentur: transeuntes uero è Barbarorū classe, quæ in aduersum pontem proras adegerat, confixi sagittis interirent. Tumultuatum est uehementer totis castris, quum Turcæ pluribus simul locis, magno clamore edito, & ingenti strepitu tormentorum munitiones inuasissent, parique metu atque periculo, à reliquis Germanis Bohemisq; ac I ipsis Hungaris desperato penè subsidio certaretur. Sed ad recuperandam insulam, neque his Germanorum cohortibus, quæ in extremo ad flumē aggere in statione cōstiterant, neque sociis naualibus, aut expediti consilij celeritas, aut præsentis animi magnitudo defuit. Nā cohortante Herbestulfo castrorum magistro, ne à Barbaris Christiana signa atque tormenta rapi paterentur, Marióq; simul Neapolitano, qui tum classi præerat, biremes maiorésque Nasadas propugnatoribus plenas ad insulam appellente, tanta ui Turcis cadauera spoliantibus, ac ut tormenta capta protinus auerent ad naues propellentibus, incubuerunt, ut trucidati K compulsiq; in naues, ac à terra simul & à circumfusis biremibus profligati, tormenta simul ac insulam uictoribus æquata clade reliquerint. Ferunt ea die Barbarorum classem deleri potuisse, si nostri uictoria utētes, adiutiq; secundo cursu atque impetu tanti amnis, in puppes fugientium rostratas proras adigere, commixtisque descēdere uoluissent, sed tormenta quæ in ipsa Cepellæ fronte, & in aduersa castrorum ripa à Turcis erant constituta, anceps omnino descendētibus periculum ostēdebant,

A debant: facile enim multa demum post confectum subitæ rei certamen animaduersa sunt, quæ in ipso commoti discriminis articulo opportunè prouideri non poterant, quum uel expeditis atque fortissimis ducibus, plerunque consilium ac mentem repentini casus eripiant, Barbarorum tamen Nasadæ quatuor demersæ sunt, & tres captæ multique in eo tumultu aut tormentis discerpti, aut absorpti flumine perierūt. Herbestulfus ipse, quum ante signa fortissime dimicaret, tribus sagittis per apertam galeam receptis grauius uulneratus discessit. Sequentibus autem diebus Turcæ tametsi ulla in parte munitiones expugnare nequiverant, propugnaculoque Bohemorum semicapro inde multis acceptis uulneribus expulsi fuerant, magis tamen ac magis trepidatione nostrorum alacriores facti, tanto contemptu ex omnibus locis lacessendo prouocandoque infestabant castra, ut nullum fere quietis spatium succedētibus in stationem cohortibus relinquerent, & nostri diutius castra se tueri posse, crescentibus præsertim hostium copiis, atque animis, desperarent. Nā Vstrefus Bassa à Belgrado recentes quotidie milites, receptis ad se agris atque sauciis, suppeditabat, & Valentinus adiuncta sibi delecta Turcarum manu Ianizerisque sclopettariis, è superioribus castris Perenianos equites depulerat, occupatōque Gerardo monte, ad eum usque locum, ubi ingens lignea crux erecta cōspicitur, multis hostium stratis ita peruenerat, ut auersa castra ad Aquariâ turrem uergentia audacter inuaderet, magnusque totis castris tumultus oriretur, quum nostris undique circumfuso hosti esset repugnandum. Sed præter singularem Germanorum Bohemorumque in omni labore atque periculo perseuerantiam, magno usui fuerunt Pestanorū tormenta, quibus Valentini copiae intercedente Danubio petebantur, sic ut plerōque equites libratis ad descensum maioribus colubrinis interficerent, & reliqui in tutum se recipere cogerentur. Ferunt ea die Valentinum nihil Hungaris exulibus, sed Germanis maxime infensum, certo iure priuatæ humanitatis ac amicitiae, per fidum equitem Pereno suasisse, ut se Hungarósque omnes festinanter, imminente clade eriperet, quoniam bellua ingens quæ uniuersos uno hiatu deuoraret, aduentare nunciaretur. Solymanus enim cognitis his rebus, quæ à Cæsare Ferdinandoque pararentur, ratus eos ad Budam cum magnis copiis descensuros, statuit tantæ occasioni, quæ nobili prælio, gloriosæque uictoriæ casum aperiret, magnis itineribus occurrendum. Itaque Perenus apud Rochandulfum ducésque libere locutus, quæ accepisset retulit, testatúsque est, nisi de receptu decerneretur, sibi atque Hungaris ad salutem esse consulturum. Quum sententiæ uariarent, sed omnes tamen Pestum noctu perfugiendum arbitrarentur, unus Rochandulfus fatali obstinatione pernegabat se iniussu Ferdinadi regis à Buda discessurum. Itaque Salma celeri mioparone Viennam mittitur, qui regij iudicij decretum referat. Interim urgente metu, fremētēque Pereno, statuunt noctu silente luna quatuor cōmeatibus ad Pestum traicere. In


primo tormenta maiora & Hungaros, in secundo equites Germanos F
 atque Bohemos, in reliquis peditatum omnem cum castrensibus impe-
 dimentis collocabant. Toti autem nauali negotio præfecti sunt, qui si-
 ne tumultu transfueheret, Barocius Hungarus & è Germanis Balchazar
 Pocanius. Neque enim Danubius, uti antea se facile perfecturos credi-
 derant, perpetuo ponte iungi potuit: nam eo iam cœpto & penè cõta-
 bulato, uis tanta uentorũ & tempestas oborta est, ut amnis ingentibus
 excitatis fluctibus sæuus, tot nauigiorũ dissoluta compage, iuncturarũ
 trabes uiolenter effringeret, atque inde magni lintres abruptis ancho-
 rariis funibus, profluentis impetu raperentur. Itaque primis & secundis G
 transeuntibus fortuna non defuit. Nam tamerſi cõuentia in unam par-
 tem nauigia Budenses Turcæque per diem ab editis locis despectantes,
 id quod erat facile suspicarentur, & uarias quisque pro ingenio noui
 motus causas adduceret, nihil tamen de repentina hostium fuga pro-
 uidebant, sed ea cõmeantium nauium frequentia intentos & diligen-
 ter speculantes diu nequaquam fefellit. Nam Vſarones duo perfugæ ad
 Georgium Valentinũque institutæ fugæ consilium detulerũt, ab his
 extemplo certiores facti duo Mahometes totis penè copiis ad oppu-
 gnanda castra contendunt, tormenta curulia producuntur, præuenti- H
 bus Ianizeris cæterisq; peditibus iuniores equites dimissis equis succe-
 dunt, terribilique ululatu edito stationes adoriuntur: tum uero Au-
 strianis detecta ipsorum fuga animus concidit, resistunt tamen acriter
 Bohemi, pariterque ij Germani, qui iuxta flumen ad insulæ pontem ex-
 cubabant. Tumultuatur autem totis castris, & in ripa maxime, quum
 quisque pauore concepto naues conscendere, nullo ordine nulloque
 pudore, uel per mutua uulnera properaret: cuncta enim terribiliora, uel
 fortibus uiris, reddebat nox intempeſta & nubilo tum cælo perobscura.
 Rocandulſi autem in tenebris, tantoque fremitu suorũ ac hostium I
 clamore, reboantibus undique tormentis, nullum erat imperiũ. Is cum
 supra ægritudinem animi, admirabili & prorsus fatali casu uulneratus
 decumbebat, quum forte literas ad regem perscribenti, ex hostium ca-
 stris ferrea falconis pila tabernaculo incidens arcamque oppositam ictu
 perfringens, resilientis tabulæ fragmentum in læuum eius humerum
 grauiter adegisset. Cæteri porro peditum duces, quum iam transuectis
 equitibus fœlicem fugam, quæ sibi eriperetur, uehementer inuiderent,
 uti proprio occupati metu, nec publicum discrimen priuatæ saluti præ-
 ferentes, hærebant potius, quàm irruentibus hostibus repugnabant. K
 Itaque superiora primum castra, ubi Perenus constiterat, à Belgraden-
 sis Valentinĩq; copiis occupantur, Germanique toto Gerardo mote præ-
 cipiti fuga dispalantur. Neque interim Budenses paratæ occasionĩ ad
 intercludendos hostes defuere, quin ab Aquariæ turris porta & per eam
 fossam, quam à Ioanne rege perductam ad flumen diximus, confestim
 erumperent, & ab aduersa castrorum parte stationes iam planè deser-
 tas inuaderent, coniectisq; in hostes igniuomis globis tentoria incẽ-
 dere

A dere niterentur. Georgius autem tam subito, quàm fœlici consilio ad
 stabula regia pabuli strues succendit, tantæque inde latè refulgens flamma
 repente emicuit, ut quum Danubius nitido undarum æquore igneæ
 lucis splendorem exciperet, repercussũque diffusum ad Pestanam usque
 ripam diurno lumini persimilem euibraret, tota ea, cùm terrestris tu-
 multus, tum naualis fugæ fœda facies spectaretur. Tum uerò tormen-
 ta undique in fugientem classem directæ contortæque sunt, ut non so-
 lum ab Aquaria turri, summæque arce à Budensibus, sed à binis etiam
 Turcarum castris & è Cepellia, uel ad incertos ictus conturbata nau-
 B gia peterentur, tanta quoque locis omnibus inuecta luce, Cassonus qui
 classi præerat, expeditiora nauigia, remis per aduersum flumen conten-
 dens, in latus hostilis classis incitauit: itaque conferto nauali prælio,
 quum à nostris iniqua ubique fortuna certaretur, lintres onerarij ali-
 quot militibus pleni capiuntur, nonnulli tormentis perforati demer-
 guntur, repletur totus amnis cadaueribus, miserabilĩq; præsertim tur-
 ba nautarum & militum enatare conantium. Nam quum inferiorem
 munitionem Ianizeri, stratis primis cohortibus perrupissent, reliquĩ-
 que Germani per pontem in insulam perfugerent, ac in tergo falcatis
 C ensibus cæderentur, honestæ mortis metu in amnis gurgitibus turpissi-
 simam mortem quærebant, quum aut præaltis rapti uorticibus, aut à
 nauigiis hostium armis repulsi, detrusiq; crudeliter interirent. Tre-
 centis ea nocte nauigiis incèbili conturbatione inter se commixtis, &
 aliquandiu hærentibus totus penè amnis uno ueluti ponte conſtratus
 apparuit, sed Austrianae biremes maiorẽsque Nasadae desperatis rebus
 incolumes sese celeriter è manibus Turcarum explicantes, à puppibũs-
 que hostes tormentis submouentes, ad Comoram ascenderunt. Terre-
 D stres uero copiae in castris eandem fortunam tulere, sed decoro maxi-
 me uitæ exitu Bohemi impaudè repugnantes, & Othonis Hechiũque
 summi peditum ducis cohortes aduersis uulneribus conciderunt: non-
 nulli autem per iuga Gerardi montis euadentes, quum instante hoste
 ad crepidinem quæ castris imminabat peruenirent, obscuritate & me-
 tu animos confundente, præcipites decidebant. Multi etiam à Decu-
 mana porta, quum Budensibus occurrerent, & quisque hostium uario
 ingenij habitu clementiam aut crudelitatem exerceret, cæsi aut seruati
 sunt. Vbi uero sol oriens nostrorum stragem Barbarorũque uictoria-
 E tumulo more militiæ sese ad Gerardi templum erectis uexillis conglo-
 barant, à circumfusa multitudine trucidata sunt: eorum tamen pars
 ferè tertia, quum proiectis ad terram armis salutem peteret, deditiõne
 fecit, ut maiore demum uitæ ludibrio, ad spectaculum ipsa morte tur-
 pius seruaretur. Eodem quoque tempore Cassonus uictrice classe ad Pe-
 stanam ripam delatus tantum terrorem his qui euaserat, tuerique mœ-
 nia facile poterant, uel solis clamoribus & tormentorum bombis intu-
 lit, ut equitatus trepida fuga, quum se portis effunderet, in angustiis

afflictaretur. Vsq̄ue adeo enim Germani pristinae uirtutis obliti, ad Turcarum nomen trepidabāt, ut quum in nauigijs linteata capita conspicerent, relicta mensarum argentea supellectile, ac omnibus charissimarum rerum sarcinis & curribus desertis, attoniti inermesque profugerent: hæere tamen Vfarones Hungari, apud quos omni metu mortis prædæ auuiditas præualebat, diripiendis mercatorum tabernis occupati: nam omnis mercimonij nobile ac opulentum emporium Pesti fuerat institutum, confluentibus scilicet undique mercatoribus in tutam sedem muniti commodissimisque oppidi, quod extra belli periculum, militaresque tumultus, modico facilique traiectu castris iungeretur. Cæterum Cassonus nemine mœnia, aut portas defendente protinus irruit, prædantiūque aliquot cæcidit. Tanta autem feritate peruagando oppidum, Christiano cruore latatus est, ut ne ægris quidem, quorum magnus erat numerus, & fœminis lixarum more Germanorum castra sequi solitis parceretur: omnes enim promiscuè Barbari trucidabant, nisi quos aut ad seruitutem forma & robur, aut teneræ ætatis flos, ad spem libidinis referuarent, ita ut eo bello supra uiginti millia Christianorum capitum uariis casibus interempta tradantur. Capta autem sunt Pesti & in castris, insulæque, & in nauigijs in ripam nondum exposita exactæ pulchritudinis muralia tormenta triginta sex: minora autem quæ canteriis & curribus imponerentur, cētum & quinquaginta. Porro tormentarij pulueris pilarūque ferrearum ac armorum atque telorum & parati comœtus in totam hyemem adeo ingenti copia potitus est hostis, ut ea præda multò maxima pars uictoriæ Barbarorum æstimatione censeretur: sed nostri qui iudicio prudentiāq; ualerent, nihil uel tantæ opulentia iacturam, quando sarciri instaurarique mediocri pecunia posset, reputabant, quum uerum detrimentum, ac insanabile susceptum uulnus, uel tacitis animis agnoscerēt, quo Germanicæ uirtutis ac disciplinæ existimationem, inuiolatam antea Romanis imperatoribus, una atque altera ad Exechium, & Budam, pudenda Christianis omnibus fuga, sine uulnere hostium penitus amisissent. Ipse autem Rochandulfus, quum expugnata munitione medijs in castris pugnaretur, & concidi in tabernaculo, quàm tantæ cladi superesse mallet, uel renitens & fremens à medico, cubiculique præfecto, qui iacentem deferere nolebant, sublatus nauiculæque impositus ad Comaram insulam ascendit, atque ibi paulo post, Samario in uico uulneris ac animi dolore extinctus, funestam diræ obstinationis, atque superbæ suæ memoriam Germaniæ populis reliquit.

FINIS LIBRI XXXVIII.

PAVLI



PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NV CERINI HISTORIARVM SVI TEMPORIS LIBER XXXX.



T Solymanus, qui maioribus, quàm unquā antea, confectis itineribus aduentabat, ubi de suorum uictoria certius cognouit, institutam properandi diligentiam remittens, quintis castris Budam peruenit. Nam tanta celeritate contendit, ut pratorianæ cohortes, præter eorum disciplinæ cōsuetudinem, festinantis equitatus cursum adæquare cogerentur: cupiebat enim interesse prælio, neq; Augusto mense uolebat excludi, qui mensium omnium occulto quodam auspicio sibi in primis patrique Selymo militiae fœlicissimus extitisset. Nam & magnū Hysmaëlem in Calderanis campis, & Campsonem Gaurum Memphiticum regem ad Singam, & postremo Ludouicum atque Hungaros ad Mugaicum ultimis Augusti diebus acie deuictos memorabant: Quum & plerique duces eodem etiam mense à Baiazete Methonem expugnatam dimisissent. Confedit autem in aduersa ad Budam ueterem regione, offensus odore cadauerum & fœditate amnis tot corpora per omnes ripas euoluentis, ut purius atque nitidius aquaretur, & Strigoniensibus ex propinquo terrorem incuteret: nam Tartarorum agmina magno à castris interuallo præcurrere solita, ad Vicegradum extendebantur. Victore itaque exercitu ad se traducto, atque unis omnino munitis castris, ante omnia utrunque Mahometem impense collaudat, sed Belgradensem, cuius eximia uirtute consilioque sine iactura militum administratum & confectum bellū fuisse didicerat, totius Græciæ equitum magistrum dicit, alios pro merito aduictis stipendiis ditat, uel ad præfecturas prouehit. Exinde captiuos produci iubet, erant circiter octingenti, qui prælongis uincti restibus ante ora ducum, instructosque ordines ludibrij causa trahebantur. Ex his notos duces nobilesque aliquot, quibus parceretur, delecti sunt, & ante alios Balthasar Pocanius, quem funesta ea nocte, transuehendis copiis præfuisse docuimus: & Tayscus dux uetus, eo bello uigilum præfectus, reliquos ad unum omnes Barbarus imperator, alioqui clementiæ laudem quærens, & nunquam antea in nostros

crudeliore conspectu abductos tyronibus trucidandos dedit, truci nutu & sœua uoce prolocutus talem eos omnino mereri pœnã, qui quum per legatos nequaquam sincère de pace agerent, astute bellum intulissent. Eminebat inter captiuos excellẽ proceritatis Noricus miles: hunc in contemptum Germanicæ gentis pomilioni, qui erat in delitiis filiorum, capite præalta captiui genua uix adæquanti, occidendum tradidit, ita ut indignæ necis iniuriam crudeli contumelia cumularer, cum diu incuruo puerili acinace, per lusum risumque cæsis cruribus prostratus uir ingens iugularer à nano, qui inter adhortationum ludibria repetitis ictibus, dum agrè perfoderet, eo spectaculo principũ oculos fatiarrat. E captiuis autem unus omnino Bursichius Bohemorum dux nobilis incolumis euasit, reginæ beneficio & Mahometis indulgentia paulo antè redẽptus. Patrata ea ignobili & sœua cæde Solymanus regi puero dona misit phaleratos tres equos eximie pulchritudinis, frænis habensque aureis & gemmatis ephippiis exornatos, totidemque ex auro textili regales uestes, proceribus autem Hungaris præter singulas talaris togas, aureos etiam torques. Legati qui munera tulere perhumaniter à regina postularunt, ut puerum regem cum proceribus in castra mittere, omni que dubitatione deposita cuncta sibi ac filio secunda atque scelicia sperare uellet. Ea enim magnitudine animi esse Solymanũ, qui reges omnes non modo potentia fortunæque, sed pietate atque iustitia superaret, ut puerum, quem semel paterno iure tutela sua ac amicitia dignum omnino defendendum suscepit, comprobante demum uictoria non modo conseruatum uelit, sed amplioribus antiqui regni spatiis adaugendum existimet. Proinde cupere regiam prolem coram intueri agnoscerẽque paternam indolem, infantemque de manu amplexandum tradere liberis suis, ut bene auspiciis renouatã tutelã initiis perpetuo tenore cum Ottomannis firmã, ac ideo immortalis amicitie fundamenta iacerentur: ipsam uero filie nurusque loco incolumi dignitate semper habiturũ, quod eam autem secus ac amanter cuperet, non inuiferet, prohiberi eo humanitatis officio antiquis Ottomanorũ institutis, quibus principes suos ad alienas mulieres in alienis tectis intrare uetuisent. Porro Solymanũ non usque adeo temperantie ac honesti decoris esse oblitum, ut socij beneuolentissimique regis filiam, eandemque beneficiarij ac amici regis nuper uxorem, & in similem regie fortunæ maiestatem crescentis pueri matrem, ætate formæque florentẽ, in castra atque adeo in intimum tabernaculum admitti pateretur: ne K integrum eius pudicitie nomen, quod in reginis unica & perillustri cura esset tuendum, ullis suspicionibus inuolueret. Ad ea tum regina, non occulto metu teneros sensus in materno affectu facile confundente, perplexè admodum respondit, sed monente demum obtestantẽque Georgio, ne dubitantis suspicionem leui, & nihil profutura cunctatione Barbarorum animis iniiceret, puerum regalibus crepũdiis exornatũ carpentoque aurato impositum cum nutrice lectissimisque matronis in castra

A castra misit, comitantibus cunctis fere proceribus, quibus dona legati detulerant. Excepere aduentantem progressã aliquantum è castris honoris causa ornatissimã turmã equitum, & inter castrenses uias prætorianã cohortes, illatũmq; in tabernaculum Solymanus humaniter inspexit, perblande cum nutrice collocutus, liberos suos qui aderant complecti atque exoculari late uagiẽtem iussit, certo amoris pignore obligantes quem beneficiarum atque amicum, quum pariter adolefceret, essent habituri. Ij erãt Selymus & Baiazetes Roxolana matre geniti, aui & proaui nomina referentes. Mustapham enim Circhasia priore uxore B susceptum, regio & plane militari spiritu iuuenem, ueluti ablegatũ ad Magnesium in Ionia præfectura reliquerat, quum ingenio uiribusque uigentem & non obscuro militum studio subnixum iam plane metuẽdum existimaret: inductus enim, uti plane uxorius Roxolanã blãditis, aut sicuti plerique ferebant, per Trongillam Iudaicã sectã nobilem magam amatoriis ueneficiis deprauatus, Selymum, excluso Mustapha, successorem imperij destinabat: quod Mustaphas intempestiua atque nefaria cupiditate nimis fera fata patris aui Selymi exemplo præuenturus esse uideretur. Ceterum Solymanus, quum Hungari proceres cum purpuratis pranderent, certos duces, quibus antea negotium dederat per simulationem uisendẽ urbis immisissis cohortibus Sabatinam portam occupari iussit usque adeo tacite & dissimulatẽ, ut nec custos satis otiosus commeantis turbã spectator, portã aditum alienã potestatis factũ sentiret, nam quum frequentes sedato passu manipulatim intrarent, multi etiam ex composito, ut patrandã rei suspensionem auerterent, ueluti iam lustrata urbe, in castra redibant, eo modo plateis foroque & compitis omnibus celeriter occupatis, & nusquam tumultu edito prætorianorũ præfectus per regiones pronunciari iussit, ut Budenses omni timore deposito limine se continerent, maturẽque si uitam ac libertatem & denique fortunas incolumes uellent, arma traderẽt, paruere imperio ciues, prolatisque armis in fidem recepti Turcas hospitio receperunt. Tanta autem extitit Barbarorum tràquillitas atque modestia ex seueritate disciplinã, ut nemo hospitem asperiore dicto factõue fit uiolatus. Tum uero Solymanus ubi renunciatum est, pacato & nihil resistente populo, urbem in manu esse, puerum quãquam nox incumberet, ad reginam remisit, retentis apud se proceribus. Erant ij Georgius ipse Varadinensis antistes, ærario præfectus, & Petrus item Vichius regis propinquus Ioãnis testamento tutor relictus, Valentinus quoque copiarũ dux summus, & Stephanus Verbetius epistolarum & scrinij regij magister, & Bacianus Vrbanus, custodiã præsidis que urbis præpositus. Ea uis impotentis Barbari inopinantis improuiso illata, singulorum animos magnopere cõterruit, auxere etiam pauorem minus familiares purpuratorum uultus, uerbãque intẽpestiuis querelis inuoluta. nam perductos in confessum, tam seuerẽ, quã impudenter interrogando criminãdoque iusta prope quæstioni subiecerant, ita ut grauissimarum rerum consilio-

rúmque omnium rationem reposcere uiderentur. At regina, ubi urbem F
 ferò dolóque occupatam, & proceres in castris retentos uidet, metu &
 dolore perturbata supplices libellos ad Solymanú perscribit, orat ut fi-
 dei data, quam recentibus mādatis prolixè ac humaniter cōfirmarit, &
 deniq; pristinæ suæ lenitatis & clementiæ obliuisci nolit, ideóq; proce-
 res ob egregiã fidẽ fortémque operã de se, Turcicóq; nomine beneme-
 ritos, incolumes remittat. Agit hæc per Rostanem, atque eum muneri-
 bus explet, missa etiam è suo cultu corolla perinsigni ex unionibus cum
 gemmato emblemate, quæ eius uxori Solymani filiæ mitteretur. Exinde
 per quatuor dies de Pannoniæ regno apud Solymanum pugnantibus G
 sententiis disputatum ferunt. Mahometes & Custraphus parum inter se
 diuersi puerum regiæ prolis, principésque gentis Byzantium abducen-
 dos censebant: committendam autem Budam præfecto, non tam acri
 quàm moderato prudentique qui molliter imperando indulgendoque
 Hungarorum animos seruitutis metu liberaret, cōseruatísque omnium
 fortunis paulatim ferendo iugo insuefaceret. At Rostanes ingenio mi-
 tior, atque eo, quòd uti gener firmiore gratia ualebat, ab omni uel cupi-
 ditatis uel adulationis suspitione remotior, totius deliberationis sum-
 mam ad decus reuocabat, quum diceret longe maximo atque optimo H
 principi, qui nullo unquam dedecore nominis famam onerasset, nihil
 omnino esse turpius quàm contra ius & æquum susceptæ antea tutelæ
 ac defensionis, parta demum uictoria, fœminæ pariter ac infanti puero
 fidem fefellisse. Ex aduerso Mahometes Belgradensis, qui Iahaoglis uo-
 cabatur, nunquam nisi peracerbus in nostrum nomen & maxime tru-
 culentus leniora consilia uehementer improbat. Erat enim Turcici
 sanguinis patre nomine Iaha Bassa, Mahometis quondam purpurato
 progenitus, exercuerátque Hungarica arma per multos annos ab Illyri-
 co limite, sub Balibeio præsertim fratre, quem Mugaciana acie claruisse I
 meminimus: sed demum ex calamitate nostri exercitus ad Exechiũ, &
 hac quoque ad Budam Germanorũ infœlitate, tantam militaris con-
 silij ceperat opinionem, ut extra ordinem in consilium cum purpura-
 tis admitteretur. Is rogatus sententiam: Scio, inquit, Solymane, quũ po-
 stremo loco sententia dicitur, dissidentis nomen inuidiæ expositum ui-
 deri, neque proinde fieri posse, quum plane dissentiam, quin oratio mea
 uestris auribus ac animis grauis molestaque sit: sed non recuso uel arro-
 gantis nomen, modo malignitatis & ignorantia notam deuitem, dum
 ea recolo quæ ex usu præsentium rerum tuis commodis tuæque ampli- K
 tudini mirifice conducant. Concedi enim aliquid ætati meæ, & si dicere
 liceat, etiam rebus gestis, iure postulo: quum bellando dimicadõque in
 Pannonia senex factus, ea de statu atque opibus huius regni ingeniúsq;
 hominum didicerim, quæ prolata in medium magno ufui esse possint,
 ut de hac re, quæ decreti pœnitentiam non recipit, rectissime statuatis.
 Quinquies iam per hos uiginti annos armatus in Pannoniam uenisti,
 & ego nõ obscurus omnino aut dux aut miles, omnibus nõ modo bel-
 lis,

lis, sed præliis interfui, puto ut uindicares iniurias, imperij fines profer-
 res, & denique optima pace potirere: quæ certa esse nõ potest, nisi armis
 atque uictoria paretur. Itaque Belgradum infame domicilium asylum-
 que latronum immanium, & quondam funestis maiorum nostrorum
 conatibus nobilitatum, fortiter expugnasti, quum inde Húgari per in-
 ducias patre tuo Parthicis occupato bellis, Myforum & Illyricorum fi-
 nes impune uexauissent. Eosdem porrò, quintum post annum, quòd ne-
 faria crudelitate & teterrimo supplicij genere legatos nostros interfece-
 rant, una acie cum rege ipso trucidasti, Budaque potitus, ut præclarum
 B magnitudinis animi tui, uel remotissimis nostri nominis hostibus spe-
 cimen daretur, delegisti ex reliquiis profligatæ gentis, quem diademate
 protinus ornares, nõ regio quidem ortum sanguine, & nullo hercle aliõ
 merito cognitum, quàm quòd dudum & priuatus & publicus hostis ex-
 titerat, quum ualidissimas cõtra te è Transyluania adducens copias, fra-
 trem uirum ipso fortiorem gladio nostro interfectum amisisset. Exor-
 tus est demum nouus hostis rex Noricus, qui Hungarum beneficio tuo
 regnantem expelleret: atque ita aduersus Germanos tertium bellum su-
 scepisti, usque adeo uehemens, ut reducto statim rege fugatisque hosti-
 C bus non modò Viennæ mœnibus, sed interiori etiam Germaniæ terro-
 rem intuleris. At biennio uixdum exacto idem rex neque pacem pati ne-
 que bellum ferre solitus, quum præsentis Caroli fratris opibus innitere-
 tur, Budamque nostro defendente præsidio frustra oppugnasset, te iterũ
 exciuit, iniurias cædibus ac incendiis uindicantem, quòd tuæ dignitatis
 esse statuebas, eum tueri armis, quem inusitata liberalitate regem effece-
 ras, maximèque optares cum duobus fratribus de occidentis imperio,
 nobili pugna edita, decertare. Sed illi, quum urendo uastandõque auita
 eorum regna percurreres, aduentantis fremitum non tulerunt, secutaque
 D demum pax est inter Hungarum atque Germanum te indulgente pro-
 bantèque quum aduersus Persas ire properares: sed eam Germanus ita
 fregit, ut nisi ego ad Exechium deletõ ingenti eius exercitu, perfidiã op-
 portune uindicassem, tu omnino Babylone accersendus uiderere: sicuti
 modo Byzantio, multis itinerum superatis incommodis, aduolasti, ut
 nobis maturam opem ferres, darèsque supremam operam, sicuti plane
 sperauerim, ut rebus in Pannonia firmissime cõstitutis, tot laborum ac
 sumptuum incommoda, pro alieno cõmodo quinquies suscepta, finiã-
 tur. nisi, uti uideo aliquos optare, nunquam tibi tutelam hanc pupilli
 E & uiduæ censes dimittendam, infiniti scilicet laboris, atque periculi ple-
 nam, cui par pretium non sit ea gloriæ species, quæ animo tuo excelsõ
 honestique semper decoris auido, ab his uti arbitror, nimis sapientibus
 obtenditur: uerum hanc uti plane rudis sapientiam gloria redundantẽ
 non intelligo, quæ in ipso cursu uictoriæ neruos elidit, nec in castra à
 peritis imperatoribus unquam admittitur, quo fit ut te maioribus tuis,
 qui duodeuiginti regna in hoc imperium contulerunt, quum fœlicio-
 rem omnino cupiam, sapientiorẽ esse nolim. Quid enim insipientius

dici potest, quàm semper esse stultum? hoc est aliena curantem, sua omnia, salutem, opes, dignitatem, in discrimen sapissime deuocare. Satis fecisti, uti arbitror, & cumulate quidem officio pietatis & fidei, atque etiã glorię, si ea potius mansuetudine, clementia, lenitate, quàm inuictò cõfilij robore, pertinacique uigore militaris animi comparatur. His enim instrumentis ardens semper & inuicta uirtus Ottomannos prouexit & extulit: illa autem, uti mihi uidentur, adumbrata laudis imagines otiosorum & desidum regum animos delectent, armatis certe nunquã maioribus tuis, nisi post debellatos hostes, triumphosque actos, ac erecta trophæa placuerunt. Sed hæc arbitrio iudicioque tuo, cui maiora ingenia concedunt, tribuantur. Ego certe si bellorum casus & non incerta rerum mometa longe prospicio, eam minime, quàm animi libido suadet, consilij rationem sequar, quum ipsa, quæ cunctis rebus dominatur, & me uehementer urget, multo meliorem necessitas ostendat. Ante omnia Hungari, ut ipsis minime confidamus, præclare nos admonent, quum rapinis, transfugiis, atque perfidia infames, inter se dissentiant, nec eorum exules desint, qui Germanos concitent, & continenter bellum gerant, reginæque item & pueri opes infirmæ, quæ tantæ esse non possunt, ut præpotentem propinquumque hostem sustineant. Necesse ergo erit alienum regnũ nostris tueri auxiliis, quæ minora iusto exercitu sine magno nostro discrimine detrimentoque adduci nequeunt. Magnis porro, uti solemus, peditatu, tormentis, classeque instructis exercitibus, singulos per annos, tanti itineris & laboris expeditionem suscipere, extremæ dementiæ opus uidetur. Neque enim ex Ottomannici nominis dignitate putauerim, quotannis ad plorantis petentisque opem sceminae preces commoueri, nisi arma sustinere quàm inferre utilius atque nobilius putes. Itaque cenfeo hoc regnum uti iure belli toties captum defensumque more maiorum in prouinciam redigendum, reginam patri remittendam, puerum alendum Byzantij intra septa regiæ, nostrisque legibus imbendum, proceres necandos euertendisque eorum arces, ac ex omni regione familias insignes, quæ ferociores spiritus gerant, in Asiam traducendas: reliquam porro multitudinem, quæ agros colat, atque urbes inhabitet, impositis præfidiis conseruandam: hoc uno siquidẽ decreto, Solymane, & Hungari se perdomitos intelligent, & Germani, nisi temere utique ac infeliciter de Styria atque Austria dimicare uelint, Pannoniæ finibus abstinebunt. At Solymanus priusquam de re tanta decerneret, sacrificandum ratus, tertio calendas Septembris, qui dies Mugaciana uictoria erat insignis, Budam cum liberis intrauit, delecto celebri templo, quod Deiparæ uirgini erat dicatum. Illud enim antea sacerdotes Mahometano ritu expiantes, diuorum scilicet nostrorum sublati altaribus, imaginibusque deletis, Deo maximo consecrarat. Nec multo post eo temperamento decretum edidit, ut singulorum sententias apposite moderatus, parem omnino uiam securitatis simul ac dignitatis tenere uideretur. Budam enim Turcico præsidio custodiendam censet, reginamque

A reginamque obiter monet, ut æquo animo urbe atque arce excedere uelint: ipsam enim cum puero ultra Tybiscum in Lippa regnaturã, regione admodum pacata atque opulenta, & quod non mediocri etiam solatio esse possit, Sigismundi patris finibus propinqua, donec Stephanus puer agnoscendo regno feliciter adolescat. Eisdem porro eum tutores atque nutritios habiturum, Vichium quoque Temesuariensis præfecturæ Sanchezum maxime illustrem atque potentem fore: Verbetium uero senem, uti legum totius regni urbanarumque rerum peritissimum, Budæ Hungaris ius diciturum: se uero daturum comites è prætorianis alis, currusque & sarcinaria iumenta, quibus mundus muliebris, gazaque omnis regia in Lippam auherentur. Itaque regina uel cum lachrymis & tacito gemitu, tyranni perfidiam detestata, sed tum necessitati dissimulanter cedens, arce atque urbe excessit, ea à Barbaris imposita lege, ut tormenta ænea, & quicquid militaris instrumenti armamentariis inerat, & comeatu in horreis omnino relinqueret. Proceres quoque una profecti sunt, qui tametsi peracerbo rerum euentu tristes incedebant, recepta tamen libertate salutisque, de qua per triduum desperarant, perquam effuse lætabantur. Solus omnium Valentinus antiquum Barbarorum odium præsentis perfidia sensit, in castris sub custodia retentus, quod circa Balatonem lacum præualidas opportunasque arces obtinebat, quod noue ante annis ad Neocricum, uti memorauimus, in profligatos Cassoni equites crudelissime desæuisset, quod uir ingenio maxime pugnaci, indomito, liberali, Hungarorum multitudinem militandi studio sibi deuinctam, quod uellet impellere posset. Eius enim uiri uirtus spectata militiæ, cum Turcis omnibus tum ipsi maxime Belgradensi, qui eum ambiguis criminibus obiectis odiosum reddiderat, omnino formidanda uidebatur. Emanarat quippe fama, neminem ex Hungaris exulibus equitibusque Germanis euasurum fuisse, nisi Valentinus Perenum hostium ducem, ut sese imminente clade cum suis celeriter eriperet opportune monuisset. Neque id ille uel captus pernegabat, quum generosa & contumaci fronte, idẽ semper se facturum fateretur: Quid enim, inquit, nobilius esse potuit, quàm nostræ nationis auxilia, quæ cognationis & sanguinis priuatæque beneuolentiæ necessitudinem includant, externis uerisque hostibus detraxisse? Ut hi scilicet minore nostro cū periculo uincerentur, & illi clade erepti superessent, qui ad referendã gratiã insperati ac ideo insignis beneficij memoriã retinerent? Egit tamẽ regina sedulo, quanquã proprio mœrore occupata, ut Valentino libertas impetraretur, & id quidem à Rostane per Agorchum Sigismundi patris legatũ, uirum inter Sarmatas genere & bellica laude illustrem, qui uictoriã de Germanis partam gratulatum aduenerat: sed id tantum humaniter est impetratum, ut Solymanus, quum nihil Valentino se nociturum promitteret, non incertæ libertatis spem præbere uideretur. Dum hæc Budæ fiunt, Ferdinãdus belli euentum Viennæ expectans, ubi suos scæde profligatos, & ducem mortifero ictu uulnere in Comarã euasisse, aduen-

taréque Solymanum didicit, Leonardum Velsium quanquã sæua diu-
 turni morbi tabe afflictũ, quod paulo ante non infœlix dux oppugnandæ
 Budæ consilium improbarat, in Comaram descendere iubet, qui reli-
 quias fusi exercitus excipiat, fugientes undique sistat, spēque auxiliorum
 commeatus atque stipendij territos, & rerum omnium inopes con-
 firmet, optimum quoque ratus uictori Solymano moram iniicere, qui
 Viennam usque repentina incursione peruasurus esse credebatur. Lega-
 tos ad eum mittit, qui oblati nouis conditionibus pacem peterent, ij
 fuere Nicolaus Salma, quẽ fœlici sua sorte pridie quã castra à Turcis
 caperentur, ab exercitu legatum ad regem missum fuisse docuimus, &
 Sigismũdus Lithestanius præclara nobilitate togatus senex. Tulere mu-
 nera excelsum Germanico more ex auro poculum, lectissimis exornatũ
 gemmis, eruditæque insuper admirationis argenteam machinam, in qua
 non horarum modo spatia, sed errantium etiam syderum motus, men-
 struque Solis ac Lunæ coitus, exactissima ratione monstrabantur, intus
 scilicet dentatis rotis certisque ponderibus, admirabili momento, uel in
 multum æuum minutissimas temporum mensuras dispensantibus, quũ
 inter celeres tardosque orbes, in tam uario inæqualique polorum ordi-
 ne, audaci quadã supremi motoris æmulatione cuncta cõgruerent. Ea à
 peritissimis astronomis excogitata perfectãque, Maximiliani Cæsaris fuis-
 se dicebatur, cuius ingenium, nobili semper studio, nec deterrẽte unquã
 sumptu, rara atque admiranda concupiuit. Cæterum legatos appellentes
 egressosque nauigijs Cassonus oblati equis quibus ueheretur, in castra
 perduxit, deditque eis conspicuo in loco tabernacula picta, eximiis ta-
 petibus constrata, missaque sunt à Rostane castrensis lautitiæ munera,
 uinumque imprimis nobile, tam ipsis lege uetitum, quã nostris, Ger-
 manisque præfertim, expetitur. Purpurati postero die, dum Solymanus
 non procul in prætorio pranderet, legatos prandio exceperant, ita ut in
 gratiam nostri moris non in solo, uti solẽt, collectis cruribus, sed altiore
 in mensa cathedris humilioribus purpura contectis sedentes una discũ-
 berent, solus Belgradensis extra ordinem uirtutis ac ætatis honore ad-
 missus, in puluino infra purpuratos assedit. Legatorum uero comites ex
 singulis nationibus iuuenes generosi spectandi studio famulantes, apud
 retrarchas epulati sunt, numero quadraginta sex, hos Turcico nomine
 Sanzachos uocant, hoc est signiferos, quod militari cum imperio pro-
 uinciis præfint: singulis enim pro insigni, equina cauda hastæ præfixa
 ante tentorium figitur, prodeuntique in aciem sericis demum uexillis
 uario colore turmas atque alas distinguuntibus, illa eadem passis crini-
 bus niuea cauda præfertur. Epulæ Barbarorum è Danubio facile potan-
 tium una oriza unisque omnino ueruecinis carnibus cœptæ finitæque
 sunt, adeo simplici astrictoque apparatu, ut non obscure nimiam luxu-
 riam nostris exprobrare uideretur, qui mensarum decus, quo uno præ-
 cipue nobilitatem ac insaniam ostentamus, nequaquam naturæ deside-
 rio, sed immensa gulæ libidine diffiniant: ut obiter non sit mirum, eos
 consilio

A consilio atque armis inuictos & semper uictores euasisse, quum talem
 uoluptatem, quæ in hac nostrarum gentium uita longe potissima cen-
 setur, uti capitalem bellicæ uirtutis hostem, domi & foris penitus abdi-
 carint. Igitur remotis mensis legati ad Solymanum sunt introducti, ita
 ut singulos bini purpurati in medio arreptis brachiis quadam honoris
 specie sustentantes ad dextræ osculum perducerent. neque enim Turcæ
 externos homines ad tyrannum aliter admittunt, quã ut sinum scru-
 tentur, an ferrum sub ueste lateat, implicatisque eo modo brachiis com-
 mouendæ manus potestatem facinus aufuris dissimulanter eripiant, quã-
 B quam & assidenti in thoro circũposita paratæque ad manum clypeus cũ
 acinace clauaque; ferrea, ac item arcus & sagittæ cõspiciantur. Illata quo-
 que est illa machina succollatibus duodecim seruis, quæ Solymani ani-
 mum, & Barbarorum oculos admiratione compleuit. Adduxerãt enim
 artificẽ, qui solutis machinæ fibulis interiora admirabili rotatione cir-
 cumacta repanderet: is libellum quoque detulerat, attritæ uel luxatæ ma-
 chinæ remedia continentem, tradentemque præcepta, quibus tot orbiũ
 cursus nunquam interitura ratione regeretur. Ea enim ingenij subtili-
 tate Solymanus fuit, ut nõ modo sacris literis, quibus superstitionis suæ
 C leges continentur esset eruditus, sed astronomiæ cosmographiæque; præ-
 fertim curiose operã daret, Hammone modico ex Bethica oriundo per-
 docete, quum uir acutus singulas terrarum regiones, sinusque maris in
 membranis depictis; orbibus demonstraret, ut inde regius animus per
 otium utili & peramœna delectatione caperetur. Petebãt legati, ut Pan-
 noniæ regnum Ferdinando concederet, hisdem fere cõditionibus, qui-
 bus id paulo ante Byzãtij Laschus petisset. Tributum enim sicuti Ioan-
 nes pendere consueffet, quotannis se pensurum pollicebatur, adductu-
 rumque in eadem pacis ac amicitiaæ fœdera Carolum fratrem, ut in ter-
 D go ab omni bellico metu liber, quod maxime percupere uideretur, exẽ-
 plo Selymi patris ad Orientem imperij fines extederet. Neque enim ip-
 sum dicebant, uel generose uel recte facturũ, si Ioannem fato functum,
 uel infantẽ eius filium qui hæres minime putaretur, ulla in re Ferdinan-
 do regi compararet: quod ille neque uirtutis neque officij merito, sed a-
 lienæ fortunæ beneficio sublatus, alieni iuris locum inuasisset. Nõ eum
 hercle regem impotentibus armis rite factum uideri, quum nec proce-
 rum omnium consensu rex acclamatus, nec legitime coronatus fuisse
 uideretur. Præclara siquidem iura Austrianorũ principum uigere, quan-
 E quam tum oppressa armis, eaque aliquando ualitura, quibus freti Pan-
 noniæ hæreditatem fœliciter adirẽt, nisi iniquitate fortunæ intercepta
 raperentur. Cæterum dimisso antiquo iure, nihil se potius habere, quo
 illati belli nomen excusarent, quã recentis inita pacis tabulas, quibus
 Ioannes solenni tot procerum astipulatione Ferdinandum regni suc-
 cessorem reliquisset. Illum profecto certi iuris conscientia permotum,
 uel ipsum authorem defensorẽque suæ dignitatis præiudicio uehe-
 menter offendere, quã Christiani nominis causam impie prodere ma-

luisse, quum prauaricatione turpissima, beneficiarij iuris oblitus, fidem p[ro] sacramento interpositam, tam ingrata quàm astute fefelisset: ut ipse qui inter reges potentia magnitudinēque animi excelleret, & bello pacēque iustitiæ nomen tueri uideretur, postquam ingrati hominis contumeliam neglexisset, Ferdinandum tantis affectum iniuriis amicū & beneficiarium mallet, quàm perpetuum hostem. Nihil enim ei, uel ad æquitatis famam honestius, uel ad diuturnæ pacis securitatem utilius, uel ad liberalis animi laudem omnino gloriosius futurum, quàm si antiquissimæ stirpis regem, uirtute fidēque præstantem, delectum à Bohemis, ab Hungaris exoptatum, à Germanis autem Romani imperij Cæsarem designatum, summique imperatoris germanum fratrem tributario nomine Pannoniæ regem appellaret. Solymanus iucundo uultu laudatis muneribus biduo post per Rostanem respondit, ultimam hanc esse pacis ac amicitie conditionem, ut Ferdinandus urbes, oppida, arces, quæ in ditioe Ludouici regis antea fuissent, continuo redderet, ac in posterum Pannoniæ finibus abstineret, se uero qui toties bello lacessitus graues sumptus grauesque labores subisset leui pœna contentum fore: eam esse ut ad conseruandum inuictæ maiestatis decus Austriæ tributum imponeret, tum uero inita amicitia solenne fœdus percussurū: quod si ea conditione grauarentur, obiterque bellum, quàm pacem mallent, se adnixurum continuis armis, ut Pannonico regno adempto, euastatis Austriæ regionibus uindicaret. At legati quanquam ad tributum nomen tanto fastu tantæque Barbarorum arrogantia inductum, quum summæ potentiæ summæque dignitatis fratres indigne contēni quærentur, in iustam prope iram exarserant, ut susceptæ legationis propositum tenerent, afflictisque rebus spatium daretur, inducias postularunt, per quas Ferdinandus atque itidem Carolus Cæsar consulerentur: sed nec id impetrari quoque potuit, quum inducias astute peti perspicerent, quibus gerendarum rerum inclinante iam autumno uertenteque se in iuges pluuias, occasio tota deperiret. Petiuere demum ut Balthasarem, Tayscūque duces captiuos, pretio redimere liceret, hos enim in cathenis uiderant. Ad id Rostanes respondit, eos, si pax ea quæ dicta esset conditione pararetur, sine pretio dimissurum: porro sibi bellum foret, non defuturam occasionem, ut captiuorum permutatione redderentur. Licuit autem legatis circuducente monstrantēque Rostane opulentiam atque ordinem castrorum intueri: sed quum munita, quæ intra fossam clitellatis camelis perpetua serie cathenatis, X curulibusque tormentis constabant, atque item stationes attributæque distinctis militum generibus tentoriū spatia mirarētur, silentium ante omnia peræquale atque perpetuum in tanta frequentia stupendum fuit: neque enim aliter quàm significatione manus & nutibus parati inrentique milites regebantur. Solymani porro insigne prætorium, uti par erat, cunctis excelsius & sumptuosius, quum quadratæ arcis effigiem exprimeret, oculos pulchritudine & maiestate operis adimplebat, à qua-

tuot

A tuot enim angulis totidēque mediis ab omni latere fastigiatis pinnatisque turribus cingebatur. Intererant ad commeandum latissimæ porticus, sic ut area in palæstræ modum, in medio ad domesticas exercitationes relinqueretur. Interiora quoque papilionum uelamenta, Babylonici operis acu picta, sericique funes, quibus tenderentur, usque adeo elaborata pretiosaque fulgebant, ut æstimationis nostræ modum excedere uiderentur. Adnotatum quoque est omnium ordinum tabernaculis, tentoriola esse coniuncta, quibus latrinæ inerant, eo institutæ ordine, ut nouæ scrobes quotidie fierent, repletæque statim arena iniecta te-

B gerentur. In macellis quoque pariter profundæ fossæ uisebatur, in quibus lanij totius exenterati pecoris exta sedulo tumulabant. Ita fiebat, ut castra nullo odore tetro afflata, non ad salubritatem modo, sed ad iucunditatem repurgatis omni in parte regionibus non Barbarorum, sed eorum qui militiæ disciplinam condidissent, castra censerentur, prædamnatis hac in re statuis nostris, in queis præter ingratā naribus atque oculis multarum rerum fœditatem, pestilentes enasci morbos sæpissime uidemus. Legatis multiplici ueste, pecuniâque donatis atque dimissis, Solymanus Belgradensem, late longēque citra Danubiū Austriæ fines populari ac incendere, Cassonum uero uoluntariis equitibus præpositum in Morauos, qui Marcomanni antiquitus fuerant, excurrere iussit, sed prædabundos, magno insperatōque earum gentium commodo, plenis imbribus inflati amnes opportune morati sunt. Exinde uir Hungarus, nomine Solymanus, qui ab ineunte ætate bello captus Mahometis sectam sequebatur, à Solymano Budæ cum imperio præficitur, qui cum Verbetio daret operā summa æquitate ius dicendo, popularisque quondam suos familiaris alloquendo, in spem diuturnæ tranquillitatis adduceret. His rebus confectis, dies circiter uiginti ex quo uenerat, Budæ

D commoratus in Thraciam redire constituit, quod autumnales pluuiæ maturæque hyemis frigora suberant, & magnitudine multorum amnium, quibus Pannonia ex omni parte ad difficultates itinerum irrigua præcinctaque est, intercludi posse uereretur. Ex itinere autem Laschum legatum, suffectum nauigiis liberaliter dimisit. Eum enim priuato uirtutis eius ac amicitie nomine in gratiam receptum, Byzatio secum adduxerat, sed demum noua offensus iniuria custoditum reliquerat Belgradi, quum ex speculatorum literis Antonium Rinconem, ueterem apud se Byzantij legatū, remittente cum mandatis Francisco rege è Gallia redeuntem, in Pado amne à Cæsarianis interfectum cognouisset, sed Laschus per literas præclare ostēdit, Ferdinandi regis nullum esse in Italia imperium, eaque regiones Caroli fratris præsidiis teneri, potuisseque Rinconē, hostilis terræ in flumine temere nauigantē, iure capi ac interfici, quādo ei tanquā exuli capitis pœna damnato, quod natale solum in Hispania uertisset, ad hostesque transfugisset omnibus Cæsaris imperij finibus esset interdictum. Sed Laschus diu eo beneficio uti non potuit, regressum enim in Sarmatiā conceptus antea uehemens oppressit mor-

X ij

bus, ita ut pleriq; ex aula Germani fatū ad inuidiā uertentes nō tabifico F
quidem fluentis alui uitio, quo diu laborasset, sed lentis tyranni uenenis
omnino sublatū contenderent, quū uir ille omni uirtutis ac elegantia
laude insignis, & longiore uita dignus, in ea reipublica fortuna uel ab
ipso rege lugeretur. Cæterū redeunti in Thraciā Solymano, ad Drauum
amnem nunciatur Stephanum Maylatum Ferdinandi secutum partes,
ac ex professo Turcarū hostem, dolo comprehensum in Petri Moldaui
potestatem deuenisse, pacatamque ex omni fere parte Transyluaniam
in fidem concessisse. Ea re Solymanum magnopere latatū ferunt, May-
latum enim hominem bellicosum, ingenio contumaci, regnandi cupi- G
do, pronoque ad mutandā fidem uehementer oderat, quum ab eo Grit-
tum & Turcas interfectos meminisset, Transyluanosque, indomitā gē-
tem ad arma natam, dubioque bello potius quā certa pace gaudentē,
ab eo concitatos perspiceret, quos moderato benignoque imperio pa-
care quā iusta ui ac armis subigere malebat. Sed quoniā in Petri Mol-
dauī perfidiosi cruentique hominis mentionem incidimus, operæpre-
tium putauī quo dolo Maylatum ceperit, & quā fortuna sequitiāque in
recuperādo regno usus, sit breuiter enarrare, ut sicuti iam plane tempus
nos admonet ad Germaniæ concilium, consiliāque Cæsaris, nihil inter- H
cisa rerum ferie opportune redeamus. Solymano in Pannoniā contē-
dente, Moldauus aduersus Maylatum euocatus, uti supra memorauim-
us, cū Achomate Nicopolis præfecto castra coniunxerat. Erant enim
præter pedites, quorum numerus more gentis erat exiguus, supra quin-
quaginta millia equitum: nam & suas quoq; Transalpinus alter Valac-
chus imperatas antea copias præmiserat. Maylatus multitudinem hostiū
circūuentus, impārque uiribus desperatis auxiliis, quæ à Ferdinando ma-
iore belli mole occupato frustra postularat, uti superiore æstate premē-
tibus regiis foeliciter accidisset, in oppidum Fogaras confugit. ibi enim, I
uti loco, natura, atque arte permunito, totius substantiæ & bellici quoque
apparatus instrumentum, ipsaque præsertim Gritteæ prædæ spolia ser-
uabantur, admotis copiis Achomates postquā ui atque tormētis, non ni-
si multo temporis spatio, multoque labore arcē expugnari posse uidet, do-
lo ac insidiis uincendū ratus, legatos ad Maylatū mittit: hortatur ut So-
lymano se dedat, appellarique ab eo amicus, quā iudicari hostis malit.
cuncta enim ab eo prospera atque secunda sperari posse, qui uel hostibus
regna dono dare sit solitus: se uero qua polleret authoritate apud impe-
ratorem, amicè daturū operā, ut eius clemētiæ & liberalitatis fructū sen- K
toret, ornareturque ipsa Transyluaniae præfectura, quam paulo ante sibi
concedi tributi nomine concupisset. tantis siquidem copiis circūfesso
nihil esse tutius, quā honestis conditionibus pacisci, idque salubre cōsi-
lium celeriter expedire, quo præter certā salutē opes conferuet, dignita-
tēque retineat. Aduentare enim cum uictore exercitu Solymanum, qui
inanē spem sustinēdæ oppugnationis certo supplicio uindicaret, si eius
imperii parere præferoci uel obstinato animo intempestiuū esse uide-
retur.

A retur. Ad ea Maylatus, qui pacis atque cōcordiæ cōsilia dubio bello po-
riora prouidebat, se neque pacem abnuere, si nō iniqua cōditione pararetur,
neque Solymani imperia, quæ summæ æquitatis esse consueissent, de-
rectare grauius respondit. Proinde si obsides darentur, se colloquendi
causa ut de cōditionibus corā ageretur in castra uenturū. Postulabat au-
tem ut filius Achomatis impiger iuuenis pro obside traderetur: id quū
se facturū pater negaret, quod filius à pueritia Solymano de more dono
datus, paterni iuris potestatem euasisset, pro uno insignes quatuor ala-
rum præfectos daturū pollicetur. Accepit conditionē Maylatus paratæ
B fraudis ignarus, magnoque ac ornatissimo comitatu educto, Gritteas exu-
uias superbe ostētans, in castra hostiū contēdit. Exceptus est comiter at-
que magnifice: sed ex prima salutatione colloquium, ut non incipi mo-
do, sed cōmode etiā finiri posset, in sequentē diem differtur: quod Mol-
dauus notum sibi hospitem solēni epulo exceptū comprehenderet. Eo
modo Maylatus feruente cōuiuio in rixam aridēte dolis fortuna per-
trahitur: ex cōposito enim à Moldaui cōpotoribus importuni primo
sermōnes, ac inde maxime criminosi adeo proterue ac petulanter indu-
cti sunt, ut uel obscuræ contumeliæ uir insolens, & natura quidē iracū-
C dus, minaci dextra gladij capulū perstringens è mensa se proriperet, ita
insurgentibus cōuiuio frustra fremēs, seque proditū in clamans cōprehen-
ditur. Nec mora cōcursu Moldauorū tabernacula diripiuntur, cōmita-
tūque eius omnis, qui precioso cultu auaræ gentis oculos ad prædā ille-
xerat, armis, equis, & denique rebus omnibus exuitur, & capitur. Vocife-
rante adhuc Maylato superuenit Achomates, tam acerbe, quā simu-
lanter Moldauū reprehendit, quod hospitalis mensæ iura cunctis inter-
merata gentibus immani facinore edito subuertat, quod ab se præstitā
securitatis fidē uiolet, fortissimosque uiros Turcici nominis obsides ad
D necem prodat. Ad ea Moldauus specie contēnentis responderet, se graui-
de causa Maylatū cepisse, eumque porro incolumē Solymano feruaturū,
ad quem omnino pertineat sententiā ferre, iure an iniuria captus fuerit.
Nec multo post arx ipsa liberatis obsidibus deditur: incertum metū an
perfidia custodis: quod de salute Maylati, totiusque eius comitatus liber-
tate sollicitus, aut nō obscure magno inductus precio, deditiōne matura-
rasse diceretur. Ita duo Hungarorū longe nobilissimi duces Valentinus,
atque Maylatus, qui uni omniū antiquum illud Hunnici sanguinis decus
intestinis primo odiis, & mox Turcarū armis foede proculcatū eri-
E gere possent, inuicti certe armis, sed perfidia decepti, in potestatem Barba-
rorum deueniunt. Occupatis Fogaris Transyluani fere omnes, conce-
dente demum Solymano, in Stephani pueri regis nomē inclinatissimis
animis iurauerunt, quod iustū mitēque imperium Ioannis patris in ea
prouincia per triginta ferme annos fuisse meminissent, tulerēque sæpe
dona puero, fidei pignora: quum Isabella mater cum Georgio Vichioque
tutoribus in Lippa regione confedisset. Eam multarū rerum abundantē
Maros amnis Hercyniis saltibus effusus interfluit, præcipiti que demum
X iij

X
 cursu in Tybiscum euoluitur. Hunc plerique Sergetiam antiquis uoca-
 rum asseuerant, in cuius auersi & mox reducti fluminis uado Decebalū
 Daciae regem, urgente uictoricibus armis Traiano Cæsare, thesauros cō-
 didisse ferunt, quum Barbarus in ea rerum desperatione seipso crude-
 lior, ne latebrę secreta proderentur, artifices atque operas ad unum om-
 nes in uestigio perfecti operis necauisset. Cæterum ad confluentes Ma-
 rum atque Tybiscum Segadino celebri in oppido, noua à Turcis præfe-
 ctura constituta est, quam eo nomine salutarē ominamur, si donec ado-
 lescat puer, obtinendi regni prærogatiua uideatur: quod minime credi
 par est, in hac perditū uel insanientis seculi fortuna, postquam immani
 Galli regis & Cæsaris dissidio, dum Germani cunctatores eximij turpif-
 sime bellum gerunt, non Pannoniæ modo regnum, sed uniuersam quo-
 que Christiani nominis rempublicā, Barbaris hostibus impie prodi cō-
 spicimus. Cæterum de Petri Moldaui ingenio, uti supra polliciti sumus,
 ex rebus ab eo gestis liquidius patebit, si aliqua de Valacchiæ regno, re-
 gionisq; situ, & gentis moribus, uti ignota multis, ex instituto operis
 referatur. Imprimis Valacchiæ regulos antiquissimæ stirpis ferunt, re-
 petita origine à Flacco præside Romano, qui illustri uirtutis argumen-
 to suum nomē provinciæ reliquerit. Ab eo enim tempore Mysiam, quæ
 ultra Istrum ad Scythicas gentes extenditur, Flacciam appellari cœptā
 constat, quam demū corrupta sensim uoce in Valacchiam abiisse per-
 spicimus. Apud Valacchos enim non Romanæ modo disciplinæ certi
 mores & leges uigent, sed ipsa quoque Latinæ linguæ uocabula seruan-
 tur. Ea gens equitatu pollet, nam quisque uel egētissimus domi equum
 alit, quo prædatur & militat: scuto, hasta, gladio, uti Hungari solent, &
 nonnunquam lancea missili, atque arcubus rem gerūt. Equi eorum pe-
 ctorosi robustique non pernicitate quidem in cursu, sed perseverantia
 & uiribus maxime probantur, proinde tenellis mos est nares profcinde-
 re, ne angusta respiratione fatigetur: quando nec mediocris equi sit laus
 triduo uel per æstiuos soles bellicæ agitationis laborē pertulisse. Deum
 Christum colunt, sed Græcorum ritus secuti, deceptique opinione à no-
 stris dissident. Apud eos patrum nostrorum memoria regnauit Dracu-
 la belli pacisque artibus clarus, & diu Turcarum hostis, sed ex calamita-
 te Ladislai regis, qui ad Varnam ab Amurathe superatus interiit, certo
 inuito fœdere tributum pendere coactus est. Ab hoc Dracula Petrus pro-
 nepos, qui hodie regnat, imperium accepit, uir ingenio quidem milita-
 ri, sed maxime turbulento crudelitatisque simul atque perfidia infami:
 nam cum finitimis belli pacisque studium nequaquam stabili fide, sed
 in diem occasione & commodis metitur, suaque pariter ac aliena arma
 nemini unquam certus hostis, sed improuusus semper exercet. Cæterum
 Valacchia omnis in duas partes, duoque imperia distinguitur. Altera ad
 meridiem uergit terminata Danubio, atque item ab occasu Transylua-
 niæ fines attingēs ad oppidum Seuerinum, ubi Traiani pontis admira-
 biles pilę triginta quatuor, nequaquam totas obruente Danubio uisuntur.

Ab

A Ab Oriente autē piscosum habet lacum, quem Hierassus amnis ab acco-
 lis Pruthes uocatus efficit, suisq; demum aquis aduictū, & late stagnan-
 tem relinquens, in Istrum euoluitur. Ad septentriones autē finitur Hoy-
 na ignobili flumine, & directis ad Istrum terrestribus terminis, curuata
 admodū regionis fronte, cōtra Peucem insulā, spargente se tum primum
 in ingentes ramos profluente Istro, antiquis scriptoribus notam, quam
 hodie Barillanā dicunt. Hæc Valacchiæ pars à nostris Trāsalpina, à Tur-
 cis autē cōmuni utriusque nomine, quod nigrum frumentum ferat, Ca-
 rabogdana minor uocatur. Regulus qui in ea hodie regnat, regiāque
 B habet Ternouizam, continuo parendi obsequio Turcarū amicitia tue-
 tur, aureorumque nummūm myriadē tributi nomine quotānis pendit:
 ac ea uel indecora pacē perfruitur, quod impune fidē mutare nequeat,
 quum in opposita Danubij ripa, Seruiæ Bulgariæq; præsidia in antiquis
 Triballorum Myforūmque sedibus spectentur. Colluit & per amplis an-
 nis muneribus Ioannē regem, cuius præsentī ope adiutus rebellantes
 Trāsalpinæ proceres oppresserat. Altera Valacchiæ pars agrorū & pa-
 stionum amplitudine maior, armentisque & militaribus equis opulen-
 tior, ab amne, qui mediam intersecat, Moldauiā dicitur. Is ortum habet
 C pauld infra Hierassi fontes è Transyluaniæ montibus, quibus antiqua
 Dacia ad ingētis theatri similitudinē obuersa in occasum scēna præcin-
 gitur, delapsusque Zycauiā Petri regiā præterfluit, atque inde uiolen-
 tus Hoynam, Dobouizam, Argiāq; paruos, sed perēnes amniculos se-
 cum trahens in Oltham effunditur. Oltha uero, qui antiquitus Alutas
 fuit, non Transyluaniæ modo, cuius partē ab aduersis montibus descē-
 dens rigat: sed Moldauiæ & Trāsalpinæ minora flumina in Oriētem re-
 flexus ad Nicopolim in Danubium rapit. Omniū uero amplissimus Ty-
 ras, qui ab indigenis uocatur Nester, ab Aquilone Moldauiā terminat:
 D ortus enim è Carpato Sarmatiæ monte, & rectā in Euxinum contēdens,
 Russiæ, Podoliæ, & Tartariæ demū fines attingit. Tenuere autē has re-
 giones antiquitus Roxolani, Arpij, & Tauroscythę, ita Moldauiā ad Pō-
 tum usque protenditur, tantūmq; oræ maritimæ ad Oriētē intercipit,
 quantum ab ultimo Istri ostio, quod antiquis Lithostomū fuit, à Tyra
 profluente relinquitur. In hoc litoris tractu Moncastrū insigne oppidū,
 in uestigio Harmonacti antiquæ urbis conditū, Ottomānis pariet, Mol-
 dauo multis antē annis ademptū: quum Turcarū arma ad expugnandū
 E Theodosiam, quæ Caffa dicitur, in Tauricā penetrassent. Sed pro Mon-
 castro, quod uel ob id amissum uideretur, quoniam à Christianis Dracu-
 la stetit, Mathias rex, ut eius Draculæ fidē uoluntatēque redimeret,
 Cizoum & Checillam oppida dono dedit. Ea sunt in extrema Trāsylua-
 niæ parte, qua per saltū Moldauiæ iungitur. Sed in Petro proferendi im-
 perij libido ingens his omnino finibus minime terminatur. Cū Sarmatis
 in Podolia repētinis incursionibus bellum gerit, quum id totū quod
 intra Tyram & Hierassum Moldauię inseritur suæ ditionis esse conten-
 dat: quin & Transyluanię quoq; animum adiecit, quum Ioāne & Ferdi-

X iij

nando dimicantibus in contrariaque studia diductis proceribus, Pannonia regnum alternante fortuna iactaretur. Confugerat Ioannes ad Sigismundum Sarmatiae regem Ferdinandi armis Buda pulsus, & desertus ab Hungaris, quibus natura mos est insitus cum fortuna fide mutare, quod nihil indecorum, modo utile sit, arbitrentur, nec rerum suarum consilia in spem longinquam, sed ad praesentis comodi casus expediant. Ita Petrus Perenus, Valentinusque Thuracus, praecipui Ioannis duces ad uictorem transferant, & ut externo regi operam fidemque probarent, oppida Transyluaniae, quae Ioannis praesidio tenebantur, circumductis copiis expugnabant. Sed Moldauus, foedum id facinus praeuertente fortuna, inexpectatus hostis in Transyluaniam irrupit, utpote qui Cizouio Chechillaeque timendum putaret: quae oppida ab Vladislao, Ludouicoque regibus repetita atque oppugnata meminerat. Ferdinandum quoque Germaniae copias, & Caroli fratris opibus fretum, longe maximum, sibi obiter metuendum, Pannoniae regem futurum existimabat: uel ob id maxime quod Solymanus Perfici belli cogitationibus occupatus, nequaquam graue bellum pro Christiano rege suscepturus esse uideretur. His de causis Moldauus Austriacos, oppida passim expugnantes, non longe a Braxouio in Barze campis adortus tumultuario atque improviso pugnae genere profligauit, & quo maior & clarior uictoria redderetur, omnibus etiam tormentis exiit. Nec mora Ioannes ea hostium clade magnopere laetatus, per legatos inexpectati, atque ideo summi beneficij Moldauo gratias agit, postulatque magnis precibus atque promissis, ut sibi ad repetendum regnum adesse uelit. At ille successu rerum seipso ferocior, nequaquam alieno commodo uictoria utendum ratus, inuadenda Transyluaniae consilium capit, confusus maxime tormentis de hoste captis: nam aeneis atque muralibus antea caruerat, quum exilibus & ferreis rudique artificio fabrefactis uteretur, quae circa oram Ponticam nauigantibus extorta, aut paruo empti pretio comparasset. Primo itaque impetu Vestricium in sine oppidum occupatum est, atque eodem terrore pagi aliquot in potestatem sunt redacti, postremo ij omnes qui irrupenti denegato comitatu hostiles animos ostendissent, grauibus affecti incommodis infestis uictoris uim atque seuitiam senserunt. His extemplo cognitis Ioannes ditionis suae iniurias deprecatur, id nisi incepto absistat Solymanum iniquo animo laturum ostendit, sibi quoque demum reddi Vestricium postulat, sed id quidem humaniter. Neque enim tum grauius succensendum existimabat, ne ferocis importunisque hominis uim iniquissimo rerum suarum tempore acrius exagigaret. Ad ea autem ingenio suo utens Moldauus amice quidem respondere, prolixè admodum aduentus sui causas referre, & quo demum periculo pro aliena salute atque potentia conflixerit iactanter enarrare. Postremo dicere se eius animi non esse, ut cuiquam uel in sine beneficium obiectari uelit: uerum a regia dignitate minime alienum arbitrari, si Ioannes in uictoriae praemium beneficiique memoriam id oppidum ab se manu captum, Cizouioque propinquum condonaret, uel ipsius Solymani exemplo,

A plo, cuius liberalitate Pannoniae regnum acceperit. Sed paucos demum post dies Moldauus, siue quod supra spem ea expeditione profecisset, uel quod Solymani nomen in ea causa offendere uereretur, abacta ingenti omnis pecoris praeda in Valacchiam rediit, conuersusque demum in Sarmatas, qua cum gente de finibus, uti supra diximus, saepissime dimicabat, Pochutiam uastabundus percurrit. Ea est regio inter Hierassum & Tyrā ultra Chamenerium Podolice emporium, in ulteriore Polonice ditionis ripa, contra Zuhannam Tyre impositum. Neque enim ueteres termini, de quibus ambigere exercendo arma, quam ex aequo & iure disceptare, atque B otium pati Moldauo malunt, Cheronio uado finiuntur: id enim locus est ad Hierassi amnis traiectionem longe facilimus: nec Sarmatae aduersus improuissimum hostem numero equitatu & terrore tormentorum cuncta quatiente consistere audebant, priusquam suorum auxilia superuenirent: sed aduentu demum Ioannis Tharnouij, qui praetorianas cataphractorum alas adduxerat ad Obertinum castellum se conglobarunt. Erat Tharnouius militaris disciplinae peritia, & consilij grauitate antiquis ducibus exaequandus. Moscos enim ad arcem Starodubam ingenti praelio superarat, saepeque Tartarorum irruptiones foelici uictoria uindicatis iniuriis C represserat. Is in temeritate hostis uictoriae spem reponens, perpetuo carorum munimento castra uallauerat, magna quoque timoris simulatione suos continebat. Tum uero Moldauus, qui pugnae audis cum tota mole copiarum aduolarat, ostentare aciem, pugnam cedere, exprobare imbelles animos, & circummunitiones magno clamore edito decurrere: postremo quum nemo in aciem prodiret, prolatis tormentis munimenta castrorum uerberare atque prostrernere. At Tharnouius, qui aliquandiu singulari patientia, ut in contemptum deueniret, militum ardorem monendo obtestandoque represserat, ubi uidet currus maioribus globis diffringi, D indeque perturbari ordines uallo proximos, grauique fremitu a tota acie, ne inulta ac ignobili morte cadendum foret, praelium deposci, confestim ab hostium temeritate suorumque periculo erumpendi consilium capit: constanti atque laetissimo uultu insignes quosque equites nominatim atque signiferos adhortatur, ut acerrimo impetu in latrones, suo more contra uim fuga uti solitos, erumpant, maxime conferti pugnent, intenteque mucronibus inermia pectora perfodiant. Erant circiter septem milia equitum, quorum maior numerus fulgentibus armis protectus uisibat, in tres omnino acies distincta, totidemque castrorum obuersa portis: ita signo dato Decumana porta panditur prima acies, in quam dux moris hostium peritus non temere pugnacissimum quemque contulerat. in Moldauos erumpit, magna editur caedes, totisque agminibus tumultuatur: neque enim insolentes Barbari tantae uirtutis facinus Sarmatas ausuros crediderant, sed mox adcurrente & cohortate Petro, uniuersa Vallachorum multitudo circumfusa in perumpentes Sarmatas conuertitur. Nec occasione deest Tharnouius: a dextro enim laeuoque latere castrorum duabus adaperitis repente portis, instructas ad id secundam &

tertiam acies in latera hostium inducit, ita Moldaui inermes à cataphra-
ctis triplici certamine distracti circumuentique in medio conciduntur,
& in fugam uertuntur, sequētibūque peropportune equitū uictoriam
peditum cohortibus, uniuersa tormenta capiuntur. Petrus ipse, qui acer-
rimè dimicando totam penè primā aciem opprefferat, cum globo dele-
ctorū equitū sese è manibus hostiū eripiens suscepto uulnere profugit.
Eo prelio Valacchorum quatuor millia cecidere: nobiles uero notiq; du-
ces supra quadraginta capti, in queis fuere Clogoffetes consilij & scrinij
magister, atq; itē familiæ præfectus, & pari nobilitate ac forma iuuenis
pocillator, quorū desiderio & cladis & uulneris magnopere dolorē in-
tenderat. Hos omnes & tormēta circiter quadraginta octo, in queis Fer-
dinandi regis gētilitia insignia æri incisa uisebantur, Tharnonius ad Si-
gismundū regem Cracouiam perduxit, eiūsq; pugnae atq; acti triumphī
similitudinē egregie depictam ad memoriā posteritatis in templo dedi-
cauit. Exinde Petrus tanto accepto incōmodo, amissiq; præsertim Au-
strianis tormentis, quibus subnixus se formidandū finitimis ostentat,
aliquandiu conuiescere est uisus: ita tamē ut Moldaui à latrociniiis ni-
hil cessarent, nec à Transyluanis, uel ipsis quoque Transalpinis suę gen-
tis finibus abstinerent: sed antiquo recentiq; odio Polonis infesti, in eā-
dem Pocchutiam incurrendo prædādōque indomita arma sæpius exer-
cerent. Quibus de causis Sigismūdus, ne semper aduersus repentinas di-
uersasque uagantiū incursiones iustus exercitus magno & inutili sum-
ptu cogendus foret, inuadendæ atque delendæ penitus inquietæ gentis
consilium suscepit. Nihil tamen prius cōnandum ratus, quàm Solyma-
ni animū exploraret, quòd Petrus Valacchique omnes in clientela Tur-
carum essent, quorū amicitia atque præsiidiis tuti uiderentur. Byzantiū
legatos misit, qui quotidianas prope aduersum se Petri & Moldauium
iniurias deferrent, ac antiqua limitū documenta literis & picturis ostē-
derent, peterētque demum, ut sibi liceret amicitia incolumi saluisque
fœderibus immanium latronum iniurias uindicare: se nuper ea tantum
pœna, quam ipsi nefaria ac ob id infelici temeritate ad Obertinū cōtra-
xissent, contentū fuisse, quum Poloni facile persequendo, ac in intima
Moldauia penetrando, profligatos cum scelerato principe ad internit-
cionem delere potuissent. Ad ea Solymanus respondit Ottomanici mo-
ris esse clientes suos, qui probe imperio & dicto audientes sint, ab exter-
na iniuria constāter tueri: eosdem porro, si humani iuris obliuiscantur,
arrogantēque delinquant, grauiter punire. Propterea Sigismundū hūc
ab se fidelis amicitia fructū relaturum, ut nullo suo cum labore atq; pe-
riculo hostem, qui uel toties humaniter castigatus furere non desineret,
merita pœna mulctatum uideat. Oderat enim Petrum Solymanus, uti
uiolentū indomitōque ingenio, ubi arma ualere cuncta perturbantē:
utpote qui Gritum ab eo abrupta fide deceptum, atque obtruncatum,
in fontēque demū eius liberos in Moldauia crudelissime necatos memi-
nisset, sed nec tributū quotānis pendere solitum ab eo Byzantiū mitteba-
tur:

A tur: cuius officij nomen adeo arroganter contemnebat, ut quum nulla
ambiguæ libertatis signa forti regulo præferenda prædicaret, se bellica
uirtute immunem factū profiteretur. Stephanus quoque per id tempus
Petri Germanus frater, tanquā imperij æmulus superbè domo expulsus,
dectis multis sceleribus, inuisum antea fratris nomē apud Turcas in-
fame reddiderat. Nec multo post Solymanus cum ingentibus copiis è
Thracia profectus Istro ponte iuncto iuxta Peucem in Valacchiam per-
uasit: cuius aduētū territus Moldauus, quòd uiribus esset impar, & à suis
defereretur, cum paucis per nemora & solitudines in fugā se coniecit. In
B arce siquidem Zuchua, quam munierat obsidionē ueritus, se continere,
aut in campis cœcto equitatu consistere minime ausus, errando fallen-
dōque infectos hostes, in Transyluaniam cursum intendebat, quum
Transalpinus imperio accitus in id bellum à latere incūberet, & armata
Polonorū manus in finibus spectaretur, diffusaque Turcarum agmina
undique perurgerent, & ad Ponticā oram appulsa hostium classis naua-
lis effugij facultatem eriperet. Itaque diu circumeundo, quū magna ali-
quot flumina incōparabilis equi uirtute sceleriter tranasset, ad Aluiam
amnem, tum maxime imbribus inflatū, sæuis uorticibus natandis equi
uires superantem, peruenit. Erat usque adeo lassitudine, inedia, dolorēq;
perditarū rerum, & fœdæ mortis metu consternatus, ut mergi fluctibus
mallet, quàm ab infenso fratre, uel à Turcis ad supplicium capi. Sed hæc
animo uoluntanti non defuit fortuna extremis mortaliū casibus illudere
solita: oblati enim est piscator Transyluanus, qui fortè admota nauic-
cula ripam subierat: ab eo siquidem magnis promissis & precibus impe-
trauit, ut traiceretur, atque eo duce pedibus per syluosos notōsque tra-
mites Cizouium duceretur. In eam enim arcem cognito Turcarum ad-
uentu uxorem & paruos liberos chariorēque supellectilem, ut quàm
D tutissime seruariētur, paulo antè præmiserat. At Solymanus ubi Petrum
ex certis fugæ uestigiis per auias solitudines euadentē Valacchia finibus
excessisse fama cōpertum est, Moldauos in fidē recipit, eos omni timore
liberat, Stephanūque Petri fratrem Moldauia regē constituit: sed quum
ad ueteris tributū summam nihil adderetur, certam agri partem adimit;
quæ Moncastro proxima uidebatur, atque his confectis rebus in Thra-
ciam reuertitur. Interea rex Ioannes ad Solymani motum excitus, cum
triginta millibus equitum in Transyluaniam peruenit: in speciem qui-
dem, ut studium suum ostenderet, tanquā in id bellum uires suas additu
E rus, sed occulto cōsilio, ut prouinciæ fines tueretur: nam magnopere ti-
mendū putabat, ne Turcæ per simulationem petēdæ Moldauia reflexo
cursu in Transyluaniam penetrarent. Secundū enim eam pacem, quam
cum Ferdinando rege secretis conditionibus initam fuisse docuimus,
quòd legatus Laschus priuato dolori nimium indulgens Byzantij cun-
cta prodidisset, usque adeo se inuisum suspectūque apud Solymanum
fuisse meminerat, ut cum multis legationibus eius facti suspiciōne agrè
diuise uideretur, uix multa largitione apud purpuratos gratiæ nomen

sustentaret. Itaque ea sollicitudine liberatus, ubi Petrum desertū à suis, ac F
 exutum regno in Cizouium confugisse didicit, ad obsidendum eum festinat: ratus aduenisse tempus, quo ueteres iniurias ulcisceretur, gratissimamque inde operam Solymano præstaret, & Stephani quoque animū eo beneficio promerendū arbitraretur. Pro inconstanti enim & turbulento alterum fratrem noua imperij fortuna contētum, ac in tutela Solymani quiescentē, regno finitimum exoptabat. Durauit obsidio supra quatuor menses, suppetebantque obsessis alimenta, idēque animus nullis fractus incommodis Petro aderat, ut ad supremas spes usque fortiter obduraret. Sed non eadem erat constantia in defensoribus: ij erant G
 partim Transyluani, partim Moldaui, qui ex uxoris comitatu in oppidi custodia remāserant: facileque dissentiebant, quum nō una omnium persistendi causa uideretur. Rex nanque omnibus extrema supplicia denunciabat, nisi postquam effugia perpetuis stationibus circumseptā conspicerent, uti iam undique desperatis auxiliis, triduo ad certam ueniam se uictos deditioe faterentur: ea res in Moldauiū contumaces spiritus fregit. Itaque uir acutus, eorum more qui ex ipsa necessitate periculi habile ingenium ad prudentiam flectunt, prius quam suorum dissensio in apertam cruentamque seditionem erumperet, maturandum ratus, libera- H
 li facta deditioe portas aperuit: id tantum præfatus, ideo se ipsum uxoremque & oppidū fortunamque omnes dedere, quod plane sciret Ioannem regio prorsus animo, aliquanto facilius iniuriarū obliuisci, quam ullius beneficij memoriam deponere consueisse. Proinde se tantam spem nequaquam temere desumpsisse, ut plane confideret sibi misero apud eum, qui in persimili calamitate aliquando miser fuisset, humanitatis & clemētiæ locum minime defuturū. Ioānes hominē complexus cōsolaturque bono animo esse iussit, confirmauitque data fide se Cizouio contētum fore, quod oppidum uti Pannonicę ditionis, superiores reges repetissent: cæterum arcis possessionem apud ipsum uxoremque uno tantū mutato præsidio permanurā, in qua ruti ab iniuria, certique salutis meliorem rerum euentū expectarent. At Stephanus ubi fratrem deditū in potestate Ioannis esse didicit, per legatos Solymanū orat, ut Petrum sibi tradi imperet: eo enim uiuo Moldauiam nunquā dicto parentem, nunquam pacatā, nunquam externo aut intestino bello uacuam fore. Nec mora Solymani literis frequentibusque nunciis deposcitur. Ioannes ius & æquum datæ fidei proponit: negat se tantum sceleris admissurum, ut miseri sponteque dediti salutē prodar: id autem Solymani imperio, cui K
 parendū esse fateretur, se daturū, ut Petrus quod omnis amittendi regni metus Stephano demeretur, tandiu quam Solymanus uellet, in eadē custodia permaneret. Postremo quū seuerioribus literis repeteretur, quod iam purpurati ea cunctatione ledi maiestatem existimarent, mediū, ac ob id Petro admodū salutare consilium sumpsit, rescribens se Petrum nō captiui more, sed legati nomine Byzantium cum insigni comitatu transmissurū, ut coram obiecta crimina diluat, & si fas sit ueniam quoque im-
 petret:

A petret: modo Solymanus à magnitudine animi erga prostratū, seq; imprimis religione datæ fidei obstrictū, non incertam clemētię & lenitatis spem præbeat. Non discessit ab humanitate Solymanus, utpote qui seruandæ fidei necessitudinem honestissimo excusationis nomine apud regem uel tacitus probaret, nobilemque illum expetitur magnis regibus, sed raro oblatū à fortuna, clemētiæ laudis fructū decerpere cuperet. Itaque non obscura significatione cōfirmatis amborum animis, Petrus suis opibus studioque Ioannis exornatus Byzantiū mittitur: commendatus præ cæteris purpuratis Luphtibeio, cui ampliora dona detulerat, ut præpotētem ex aula patronū sibi in dicēda causa cōpararet. Dedit & gemellos uniones superbi pyri magnitudinem adæquantes, qui ex Gritea præda fuisse dicebantur, ut his pro inauribus Solymani filia Rostani desponsata in nuptiis ornaretur. His sibi conciliatis, ubi admissus est, adeo luculēter causam dixit, ut quum susceptorū à se bellorū causas atque successus, ærarij inopiam, Gritti casum, fratris & procerū dolos, ac antiqua iura finium cum Polonis enarrasset, ueniamque supplex petisset, indignè multatus à fortuna uideretur: erat enim eius uiri excellēs bello uirtus, quanquā ingentibus uitis atque sceleribus æquaretur, militaribus C
 Turcarum animis ad admirationem spectata gratæque, usque adeo ut purpurati, uel nulla largitione corrupti uirum fortem tantis illustre casibus, neque impotenti fortunæ inuictū animum concedentē, omnino defensuri crederentur. Verum Solymanus suspensio iudicio neque damnauit reum, neque penitus absoluit, ne Ioānis nomen abrupte fidei contumelia sugillaret, uel ipse parum sceleribus insensu abiecta seueritate uideretur. Itaque Moldauius in Peram Ligurum coloniā est relegatus: beneficio quidem ingenti, quum ibi nequaquam obuersantibus Turcis ad leniendum exilij dolorem alendamque spem recuperandi regni, cum Christi D
 stianis hominibus uersaretur. Erāt ei præter numerosam familiam plures Hungari comites liberaliter instructi. Græci quoque quibuscumque religionis ritus erat cōmunis, & mercatores Italici, Turcæque item, ut epulando uinum potarent, domū eius frequentabant, ita ut uir ille comitate cunctis obuius, principalis aulæ speciem referret. Nec diu uoto eius fortuna defuit: Stephanū enim auarius ac iniquius quam putassent regnantē populares obtruncat. Fit magis in Moldauiā tumultus, quum sublato rege multitudinis studia in Petrum uerterentur, & contra nobilitas ei uehemēter infensa, quencunque aliū præferēdum putaret: nequaquam temere meritas pœnas pertimescēs, si iratus & seuius ab exilio uocaretur. Sed Boiæres, qui sunt ex ordine optimatū, ipsa populi multitudine, authoritate atque opibus potentiores, adolescētē Moldauium nomine Alexem regiæ stirpis, qui diu in Podolia inops exularat, celeriter euocant, principem constituunt, in Zucauaque regia appositis præsidiis confirmāt. Hæc ubi Byzantij nunciata sunt, Petrus animos attollit, purpuratos nouis muneribus aggreditur, prehensat omnes, sed in Luphtibeio recuperandi regni summam spem reponit. Interim Moldauiorū le-
 Y

gati à Boiaribus instructi Byzantium perueniunt, postulantes ut Alexes regij sanguinis, uti omnium expetitus uotis, & publico consensu rex acclamatus, postquam Stephanum fata sustulerint, Solymani liberalitate confirmetur. Tum uero Petrus purpuratos obsecrare, ut nihil de pseudoregulo ementiente regiam stirpem temere crederent, illius nomen & genus antea incognitum testari idque inductum cōmento & malignitate Boiarum dicitare: ut ipse auita regni fede per summam iniuriam excludatur. His de causis Moldaui minus æquis auribus auditi sunt: uel ob id, quòd nequaquam modeste & reuerenter in deligendo creadóque rege properantes Solymani liberalitatem atque iudicium præuenissent. Itaque legati continuo ad suos domum perscribunt angustas omnino spes sibi ostendi, ut quicquam pro Alexe impetrari posse credant: præoccupatas enim esse purpuratorum uoluntates occultis magnisque muneribus, commouereque sese uehementer Petrum, atque contendere ut per Turcas reducat. Proinde sibi difficiles aditus præberi, frigidaque ab omnibus & plena pudendæ dilationis responsa reddi. His cognitis Boiæres, ut tyrannum ueluti non dubiam cladem ipsis allaturum nouis consiliis regno penitus excludant, legatos dissimulato habitu ad Carolum Cæsarem, Ferdinandumque regem mittunt, qui doceant quo in statu periculóque Moldaui noui principis res sint, peditum auxilia implorent. Ea si impetrentur, Moldauos iecto fœdere promittant Christianorum regū socios & Turcici nominis perpetuos hostes futuros. Rem autem præsentis necessitatis in eo occasione momēto uerti, ut si decem millia peditum submittantur, ipsi cum quadraginta millibus equitum, omnem uel maximi Turcarum exercitus impetū sustinere audeant. Sed Ferdinandus fratre Cæsare peragendis conuētibus occupato, quòd multas longum id iter difficultates habere uideretur, nec conducendo militi pecunia suppeteret, ei negotio, quod maxime liberalis officij celeritatem exigere uidebatur, adesse non potuit. Cæterum ea legatio, quæ diu celari non poterat, per speculatores Byzantij nunciata usque adeo in Petrum Turcarum studia accendit, ut Solymanus supplicem ac adiutum purpuratorū precibus clientemque se & denique fidelem seruum Ottomanici nominis iureiurādo profitentem in gratiā receperit. Nec multo post Himbrachor stabuli magister dignitate & uirtute bellica illustris, qui Petrum regiis ornatum insignibus in Moldauiā reduceret, est delectus: paucisque inde diebus coacto exercitu ad Danubiū ponte iungendum cōtendit. Tum uero Boiæres metu perculsi, quum desperatis Christianorum auxiliis multitudinem consternatā, & magnopere Turcarum arma formidantem conspicerent, summo concepto scelere obtruncandi Alexis consilium desumunt: neque enim antiquæ rebellionis noxam, nisi immani aliquo perfidiæ facinore deleri posse iudicabant. Nonnūquam enim accidit, ut mortalium animus scelere semel occupatus, quum in præsentis periculo timor ingruit, facile uel inusitati sceleris infamiam cōtemnat. Ita insontis ac intempestiui principis cōiuratorum cōcursu

A concursu patratæ cædes, accumulataque feritate iacenti caput deciditur, ut Boiæres ueluti expiata uetere perfidia atrocem aduersum se tyranni animū eo cruento munere mitigarent. Arrisit Petrus exoptata dona ferentibus, placatque animi speciem præbuit, quum diligentiam maturati beneficij simulata oratione laudasset: utpote qui faui ultorisque animi decretū recondere uellet, donec abiret Himbrachor. Is egregia omnium uoluntate passim receptus, Petro Zuchauia regia in sede constituto, acceptisque muneribus, in Thraciam rediit. Nec mora Boiæres circiter uiginti detegente odium tyranno, alius alia de causa comprehenduntur, & securi percutiuntur: non iniquo quidē iure, uel ob id supplicio dānati, quòd ueterem iniuriam apud tyranni animum recēti beneficio pensari posse existimarint. Hæc sunt quæ de Valachia, uno scribendi tractu sub unum aspectum prodendā censuimus, nihil in hoc temporum seriem rebus gestis adæquantes, ne maiora bella quæ imminēt, concissa in partes, & uariè passim intermixta, quod maxime fugiendum uideatur, confuso plane ordine, ac ob id dissipato historiæ lumine referantur. Hisdem ferme diebus quibus Rochādulfus ad Budam cum Turcis, B udensibusque Hungaris bellum gerebat, & Solymanus aduentare dicebatur, Carolus Cæsar Ratisponæ conuentum dissoluit, confestimque magnis itineribus in Italiam est profectus. Is autem Germanorum contētus, qui Christianæ religionis cōmodo ad sanandas Lutheranorū mentes indictus fuerat, hunc habuit exitum, ut postulante Cæsare, Germani proceres & liberæ ciuitates decreta perscriberent, quibus Guilermus Cleuensis regulus, quòd neglecta Augusti imperij autoritate Gheldrēsis principatus hæreditatem adiisset, hostis iudicaretur: contra uero Carolus Sabaudius, qui Gallorū armis regno exciderat, publico totius Germaniæ consensu sumptūque, uti iam receptus in clientelam, reduceretur, seuerissimóque obiter edicto caueretur, ne quisquam Germanici nominis miles Gallorum stipendia mereret: fratri uero ad Budā cum Turcis rebellibusque Hungaris bellum continuum alenti auxilia præberentur. Hæc ut facilius impetrari possent, Carolus totas eas conceptæ hæresis opinionēs Lutheranis nihil pij sanique consilij ad animos admittentibus condonauit, ita ut cuncti quæ uellent de diuinis rebus & placitis impune sentirent, donec indicto celebratōque sacrorum antistitum cōcilio, omnis oborti erroris cōtrouersia supremis disputationibus tolleretur. Id autem Cæsar, ut intra biennium fieret, cum Paulo summo Pontifice curaturum promittebat, ita ut uel abnuente Cōtarenō legato, cōcilio locū in ipsa Germania delecturus esse crederetur, uel exitiali præiudicio Pontificiæ autoritatis, damnóque Gallicarum nationum, quæ salutem ac libertatem inimicæ gentis arbitrio commissuræ minime uiderentur. Propterea Cæsar discessurus è Germania obnixè postularat à Pontifice, ut sibi in Italiam ueniēti ac in Africam traiecturo, ad Lucam occurrere uellet, quòd mutuis colloquiis deliberando de tota ratione concilij statuendum esse uideretur. Erant qui dicerent, eò uerti consi-

lia Cæsaris, ut cõcilij nomine, quo sacri imperij dignitas in discrimẽ uo-
 caretur, Paulo pontifici non ambiguum terrorem incuteret, atque ideo
 sollicitum in officio ac amicitia quam arctissime cõtineret, & Germani
 obiter, siue concilium cuperent, siue ex conscientia neglectæ perturba-
 tæque religionis iuris & æqui iudicium formidarent, præclare admone-
 rentur totius negotij summam ipsius arbitrio atque sententiã contineri.
 Nec Paulus eius colloquij aut loci conditionem abnuerat, pristinae suæ
 pietatis & constantiæ tenorem secutus, utpote qui semper antea concilij
 censuram ultro deposcere, neutrumq; se & sincera utrinque fidẽ me-
 dium inter dimicantes reges profiteri consueuisset. Nõ defuere Germa-
 ni proceres gliscẽte fama de aduẽtu Solymani, Rochãdulfi que secordia,
 qui discedentis, Cæsaris nomen tam false, quam improbe lacerarent: qua
 in re Philippus Lantgrauus ironico lepore multus erat, ut qui non te-
 mere Cæsarem oderat, neq; Romani imperij fortunã ex æquo antea uir-
 tuti egregiæ expositam, dignissimis proceribus exclusis in Austriae do-
 mus hæreditatem concessisse pateretur: dixisse enim eum in conuiuio fe-
 rebant, Carolum mirẽ fortem ac impaudum imperatorẽ uideri, qui tã-
 ta esset animi magnitudine, ut Turcas quanquã multos uti inermes im-
 peritõsque militiæ faciliẽ contemneret, & nobilioris uictoriæ triũphum
 in trãsmarina prouincia quærendum arbitraretur, dum Solymano Fer-
 dinandus frater obsisteret, cuius tam expedita & uehemẽs uirtus, & tam
 paratæ facultates forent, ut in Austria domo, uno tempore geminata ui-
 ctoria parari posse censeretur. Alij porro apertius ac indignãtius dicti-
 tabant, neque constantẽ, neque strenuum imperatorẽ uideri, qui urgen-
 ti à fronte nobilissimo ac infensissimo hosti terga daret, patrimonium-
 que Barbarorum incendiis expositum, atque inde fratrem accepta cla-
 de perterritum, impiẽ scẽdẽque desereret, ut de immanis piratæ spadone
 seruo uictoria leuis in terra Africa quæreretur. Nihil enim profici, uel
 ad ipsius laudem, uel ad Germaniæ salutem ac dignitatem, si quum Ita-
 lorum ac Hispanorum cohortes accersendæ in Noricum forent, è No-
 rico detractæ Germanorum legiones in Africã ducerentur. Cæsar enim
 Hispaniæ precibus adductus, expeditionem susceperat aduersus Asana-
 gam Tunetano bello illustrem, qui Algerij cum imperio à Barbaris
 fuerat relictus. Apud eum prædones Turcæ coibant, Hispaniæque li-
 tora prædabantur, tanto orã maritimæ damno metuque, ut Hispani à
 Gadibus ad Pyreneos montes dispositis in ora speculis atque præfidiis
 ad incertos casus excubare sublata nauigatione cogerentur. Propterea
 Cæsar classẽ parauerat, cohortesque in Italia, Sicilia, ac Hispania con-
 scripserat, totusque animo in Africam ferebatur, utpote qui antea So-
 lymanum minimẽ uenturum putasset, & satis uirium ad expugnandam
 Budam in Rochandulfi diligentia & fœlicitate fratris positum arbitra-
 retur. Fuere qui existimarent Cæsarem constantiæ suæ ac innatæ uirtu-
 tis nunquam oblitum, eos tum aduersos de se rumores, aliquo certẽ
 cum pudore, sed insigni patientia contempsisse, quum uir eximie pru-
 dens

A dens neque salutem, neque existimationem suã Turcico bello impli-
 candam putaret, in quo uerã dignitatis ex infelici conatu iacturam fa-
 cturus esse uideretur, si temere ac importune consistere, & uanitate pu-
 gnacis animi potius quam certa uirium fiducia inductus, congregari uel-
 let cum eo hoste, qui immensis copiis ac opibus subnixus, uel totius ar-
 matae Germaniæ impetum, multitudine equitatus esset elusus. Consi-
 lia enim cogendi magni exercitus, qui uictoriæ spem præferret, tempus
 ipsum, & maturatus Ratisponensis concilij exitus excludebant: quando
 nec decreta pecunia, nec expediti comatus, nec satis explicatẽ proce-
 rum uoluntates forent, usque adeo ut non incertum esset aliquos ab im-
 pio liuorec, alacritate potius quam Cæsaris uictoria gauisuros: uerum
 multo grauiore cura Cæsar angebatur, ne si in Pãnonia nequaquam pa-
 ri spe utilitatis, & metu incommodi occupatus hæreret, Galli arrepta
 occasione Cisalpinam Galliam inuaderet, quum interceptis legatis in-
 ducias uiolatas esse quererentur, ac in aliis demum Italiae partibus bellũ
 erumperet, cuius enata iam semina spectabantur. Nam per eos dies Lu-
 douicus à Bononia, Armeæ familiæ iuuenis, turbido ingenio uel anci-
 pitem nominis famam quærens, apud Senenses multa usus largitione
 egerat, ut consilio malè sana deprauatãque moribus ciuitas, ad Gallos
 à Cæsare deficeret, sed fluxa eorum fide, qui dum muneribus explerentur
 defectionis initium se facturos promiserant, bellẽ proditus in po-
 testatem Hispanorum deuenit. Contendens in Italiam Cæsar in Tri-
 dentinis Alpibus Octauium Farnesium, mirẽ indolis adolescentem ad-
 scitum sibi generum cum insigni comitatu obuium habuit, moxque
 ad Athesim Alfonso Vastium, qui Insuorum nobilitatem insigni ar-
 morum cultu exornatam, ac item delectos ex Hispanis ueteranos ad-
 duxerat, ut comitatus è Germania per se exiguus, intentusque itineri,
 ea illustri auctus frequentia dignus Cæsare spectaretur. Affuit properati
 supra Veronã insignis legatio Venetorum, præbitaque sunt præter gra-
 tuitos comatus, munera magnis hospitibus in itinere dari solita: ni-
 hilque inde Cæsar Cremonæ Laudique Pompeiæ cõmoratus, Mediola-
 num contedit, exceptusque est incredibili studio ciuitatis, nec leui quo-
 que sumptu reliquarũ urbium, quum nihil augustius & opulentius in
 ornamenta triumphalis pompæ excogitari præstariue potuisset, tege-
 turque obiter coloratis uelis uniuersæ regiones, quibus à Romana por-
 ta ad templum maximum, & in ueterem Vicecomitum principum cu-
 riam, tanto hospiti parem, sub umbella aurea duceretur: sed ipse atra in
 penula uilique pileolo spectari uoluit, multis lugubrẽ habitum admira-
 tantibus, quum sceminarum & plebis curiosa simplicitas pictam ex au-
 ro trabeã, & fulgentẽ gemmis in Cæsaris capite coronã expectaret. Nec
 dissimilis animi habitus in graui parumque hilari eius oculo notaba-
 tur, ita ut cladẽ, quæ pridie accepta ad Budam fuerat, præfagire uideretur.
 Reuocauit tamẽ eum à seueris cogitationibus Maria Aragonia ip-
 sius Vastij uxor, cunctas ætatis suæ sceminas excellentis formæ, præcla-
 Y ij

ræque uirtutis, & fauentis fortunæ muneribus antecedens: nam quum sæpe antea illustrem pudicitæ famâ felici fœcunditate nobilitasset, tum forte marem pepererat. Huic summi honoris causa Cæsar, quum sacro fonte lauaretur, humaniter præstito Christianæ pietatis officio adesse uoluit, eumque de nomine Carolum appellauit. Ita ut mox comiter in ea festa hilaritate nobiles matronas ad tibiariû modulos saltâtes spectaret. Aduenere demum legati singularum ciuitatum, menstrui tributî onera peracerbè afflictis populis imposita deprecâtes: sed eas preces uel iustis querelis suppliciter additas ita audiit, ut parum clementer in aliud tempus reiiceret, triduoque post nullam indulgentiæ spem, sed eundem & quidem ab ipsa remedij desperatione grauiorè miseris gemitû relinquens, Genuam contendit, ubi ex Ferdinandi fratris literis de Germanorû clade, Turcarumque uictoria, & Solymani aduentu certius cognouit: quo nuncio adducti Vastius atque Auria dictis sententiis suadebant, ut petenda Africæ consilia in uernum tempus differret, & cum his quas conscripsisset Italicis cohortibus & Germanorum legione quam adduxerat, in Italia moraretur, ut inde ad opem fratri ferendam deterrendosque Barbaros, reuersuri speciem præberet, tuereturque interim Italiam aduersus Gallos, quos nulli omnino occasione defuturos prospicerent, si aliquod forte incommodum aut ui Pœnorum, aut iniuria tempestatis acciperetur. Nihil fecius Cæsar stabili proposito constantiæ nomen, uel magno discrimine retinendum ratus, in Africam abnuente etiam fortuna transfretare constituit, ut Turcas in Pannonia bellum gerentes contempnisse potius quàm timuisse uideretur: cõuersus enim ad eos qui in consilio erant, Magna, inquit, ratione, ut in Italia permaneam suadetis, sed multo maiore arbitror in Africam contendendum: nam si substitero, è Germania certe reformidatis Turcis diffugisse uidebor, cuius admitti dedecoris opinio tolli non poterit, nisi susceptis innixi consiliis exoluendo promissis fidem, & maturè traiciendo, iudicij atque animi nostri famam bono euentui commendemus. Fortunam enim, quæ nos terra deferit, per fluctus fortiter audendo experiri lubet: quum Algerium multis de causis, priusquam maria hybernis Aquilonibus claudantur, expugnari facile possit: cuius uoti si me Dij compotem fecerint, contemnemus certè Gallorum minas, atque his profecto classibus & copiis, quibus stipendia graui sumptu persoluta uidetis, si temere sese commouerint, ultro eorum audaciam retundemus. Interea Paulus Pontifex ab Roma æstuoso itinere Cassiam emens Lucam peruenit, improbantibus medicis, quod lethale foret, nisi pleno imbre infractis caloribus ab Urbano cælo discessisset. Sed is uel exactæ ætatis senex, certo semper ingenij uigore, & temperata ob idque felici uitæ disciplina, ita saliebat annos, ut cuncta ætatis pericula, quæ publicam salutem includerent, facile contemneret. Quid enim mihi uita opus est, sæpe dicebat, nisi ut hæc suprema officia, quæ unam omnino sacri nominis personam respiciunt, cadenti reipublicæ optima fide persoluamus? quando quidem

A do quidem diuinis ita monemur Fatis, ut pietati & uoto publico uel morte ipsa satisfacere, quàm infami desidia uitæ cupiditatem extendere malimus. Quod si insanire principes pergant, & magnus Deus à salute Christiani populi penitus auersus susceptis uotis adesse nolit, natura quidem uel in otio, uel in labore non intempestiuum uitæ finem afferre poterit, præclari certe studij perpetuæque uoluntatis honestam famam nulla uis inuidiæ nobis eripiet. Nonnulli quoque senatores eundem retentare conabantur, imprimisq; Francisci regis legati, qui in nullam spem pacis ituro, postquam ab ea Cæsar auersus obduraret, non modo ualitudinis incommodum, sed parum etiam synceræ æquitatis calumniam imminere differebant, quoniam timerent, ne Cæsar honestissima petitione in belli Punici sumptum pecuniam impetraret, quæ demum occulto consilij exitu ad excidium Narbonensis Galliæ uerteretur. Magnorum enim principum congressus atque colloquia absentibus semper suspecta, in alienamque perniciem uerti occulta conspiratione existimantur. Propterea Franciscus, ne se incauto atque imprudènte Prouinciam admota classe repentinus hostis inuaderet, ad Massiliam & ad Rhodani pontes legionarios Gallicæ disciplinæ pedites, & ueteranas equitum alas ut præsidio forent maturare iusserat. Sed Paulus uti frustra aliàs ad Niceam recrudescencia pereuntis reipublicæ uulnera omnino Cæsari detegenda, indicandaque uitia serpentis pestis existimabat, ut uno concordiæ remedio sanarentur, ac præclare Diis ac hominibus testatum foret, neque ardens studium, neque uehementes preces, neque in summo uitæ contemptu diligentiam in optimo sacrorum principe defuisse. Ea quoque de causa ut ire pergeret magis ac magis accendebatur, quod suborta erat inter Franciscum & Cæsarem noua simultas, ueluti induciis Rinconis atque Fregosij cæde uiolatis, ueterisque odij flamma, compressa aliquãdiu induciarum fide, in multo atrocius quàm antea belli incendium exarsura credebatur. Egerat per aliquot annos Byzantij Antonius Rinco Francisci regis legatus apud Solymanum, uti sæpe diximus, remissusque à Barbaro paucis antè mensibus in Galliam ad regem peruenerat, comitante cum ala equitum Cæsare Fregosio, ne per Bergomatium fines & Volturenam uallem, ad Curiam Rhætiarum transeunti à Cæsarianis insidiis tenderentur. Cæterum acceptis nouis mandatis à Rege, quæ ad confirmandam amicitiam pertinebant, rediturus Byzantium, superatis Pœninis, Alpibus in agrum Taurinum inter præsidia Gallorum descenderat, ut inde se Venetias proriperet, ac demum tutissima nauigatione in Epirum adueheretur. Placebat Rinconi per se obeso, & fortè ceruice ac humeris ex stillicidio laboranti, ut iactatio uitaretur, duobus nauigiis secundo Pado deuehi, frustra improbante Fregosio, qui uel in publica induciarum fide cum regij commodi, tum priuatæ salutis rationem Hispanorum ingeniis minime committendâ ratus, per eandem uel asperas Rhætorum Alpes reuerti, aut certe noctu pernicibus equis Placentiam peruolare mallet. Sed fatalis illius pertinacia

huius prudentiam facile peruicit, ut amborum interitu dirus Christiano nomini casus incideret, quo intestinis affecta malis respublica, nihil iam non ausuris in perniciem nostram Barbaris proderetur. Ab Hispanis enim qui per speculatores cognita eorū nauigatione in insidiis terra pariter ac flumine diligēter excubabant, quū meridie ad Ticini ostiū peruenissent, ab armatis lintribus, qui tecti fronde ex occulta statione repente prodierant, circūuenti iugulariq; sunt. Perit cum Fregosio Bonifortius centurio, seruatus autem est Camillus Sessulanus Fregosianæ alæ præfectus, isq; cum omnibus nautis ne patrata cædis fama certo indicio uulgaretur, Cremonam deuectus est, & in arce custoditus. Alterū G porro nauigium, in quo erant comites cum scriniis multaque pecunia, occupatis hostibus in aduersam ripam intactum fœliciter euasit, indeq; uectores simul, & nauæ terrestri itinere per nemorosos calles occultati, Placentiam allato rei gestæ nuncio peruenerūt. Cæterum cadauera post duos menses elapsi custodia nauæ, iuxta confluentes Padum & Ticiniū semisepulta, ob idque discerpta feris, & tabe consumpta monstrauere, ita ut Fregosij manus ex antiquo uulnere uno manca digito facile nosceretur, ac augendæ representandæque iniuriæ causa ad Franciscum, ab uxore, quæ casum deplorarat, auulsa cadaueri & loculo condita deferretur. H Scio Gallos non inepta suspicione, nequaquam eos statim interfectos putasse, sed prius in quæstione cruciatos, ut arcana legationis tormentis elicerentur: sed de hac subtili coniectura, quum nihil adhuc cōpertum sit, rem utique dubiam in medio relinquemus. Verum ab eo atroci facinore Alfonsus Vastius, qui Cisalpinæ Galliæ cum imperio præerat, incredibili inuidia deflagrauit, quod inducias, in nouem annos ad summam spem pacis Niceæ indictas, uiolasse, & contra naturam generosi eius ingenij, inhumana cæde cruentus euasisse uideretur, tanquam famæ suæ minime parcendum putarit, modo apud Cæsarem, uel ignobili & criminoso officij genere gratiam mereretur, Sed Vastius eius impositæ contumeliæ notam uel iure, uel per scriptis, ac ideo publicatis libellis ita diluit, ut id postquam iure cognosci non poterat, uel singulari certamine, si dignitate compar offerretur, diluturus esse crederetur. Cæterum complures Rinconem iure casum existimarunt, quod inuidiosissime legationis munere suscepto, aduersus Christianum nomen Barbaros concitare, occasionesque gerendi belli indicatis Cæsaris consiliis demonstrare diceretur. Fregosio autem immerenti uitam malignitate atque odio ereptam dicerent, quod uir bellicosus & acer, ad Genuæ totiq; Liguria principatum aspiraret, uigente adhuc apud populum non ingrata Iani patris memoria, qui Genuensium princeps extitisset. Itaque Pontifex Lucam uenit, præmisitque Alexandrum Farnesiu Cardinalem, qui Cæsarem ad Viæ regiæ stationē triremibus appulsum, uenientemque ab octauo lapide exciperet. Ad portam autem affuere Cardinales ac antistites atque item ordo Lucensis, qui intrantem sub umbella deducerēt. Curia prætoria, ubi decuriones sedēt, Cæsari data, Pontifex

A tiffex ad antistitis domos templo maximo coniunctas diuertit. Ter Cæsar ad mutua colloquia Pontificem adiit, ille Cæsarem semel. Introductusque est Moninius Galliæ regis legatus, ad id tum missus, ut quere-retur Fregosium atque Rinconem captos, atque eos sibi reddi postula-ret: neque enim tum interfectos esse constabat. Cæsar ad id apud se ius induciarum inuiolatum esse, inuiolabileq; mansurum respondit, quicquid uero illis dissimulato habitu nequaquam nomen profitentibus, dum in Pado nauigarent, præter spem accidisset, iniussu suo & se ignaro penitus accidisse: proinde si admissi facinoris authores indicaret, eos omnino comprehensurum & ad supplicij pœnam Gallis traditurū. Res uti in Pado acta erat, per nautas indicata, non obscuram habebat coniecturam: neque Paulus induciarum, quarum ipse ad Niceam author extitisset, disceptator esse poterat. Quoniam de his an starent, uel eo scelere uiolata essent, iudicium ferre intempestiui atque omnino ancipitis negotij res fore uideretur. Facile demum fuit Pontifici optimis literis ac humanis rebus uehementer erudito, apud Cæsarem in tanto præsertim recentique ad Budam accepti uulneris dolore, singulas plagas, quas nobis Barbarus hostis infixit enarrasse, ostendisseque pericula, quæ affecta ruentique reipublicæ de cælo imminerent: postquam infami contumacia ad exitialem insaniam, dum priuatas rationes intestinis armis tuemur, ruina publica oppressi perituri simus. Erant non iniquæ pacis conditiones, & Carolo quidem Sabaudio longe gratissimæ, quibus Franciscus pro Carolo filio Mediolanense imperium præcipuo Cæsaris munere deposcebat: quum inde demum cunctas Galliæ facultates, & copias sacro indicto bello collaturum profiteretur. Contra Cæsar iratus Gallo toties uicto, ac tum indomitos spiritus gerenti, quid antiqui & recentis sui iuris, quid denique suæ securitatis ac dignitatis foret grauissime disterebat, inuidere prorsus fortunæ suæ Gallum cæco liuore corruptum, qui perturbare omnia, impedireque uictorias solennibus uotis pie conceptas, & deniq; Barbaris ad commune excidium irrupturis uiam sternere mallet, quàm ipsum pati uere esse Cæsarem, Augustoque in Italia imperio potiri: ad quod non ambitiosis armis, sed optimo iure & præclara atque inopinata quidem hæreditate peruenerit. Neq; se adeo Italicarum rerum imperitum, aut ignarū Gallicæ consuetudinis, ut si Mediolano liberaliter decedat, minime timendum existimet, quin à Gallis noua semper ac immoderata cupientibus, reliqua Italia atq; Sicilia imperia protinus inuadatur. Eam enim, inquit, pacem semper optauerim, quæ ad honestum decus persequendis Barbaris occasionem aperiat, nō quæ ad insignis ignominie nomē intempestiue liberalem auitis regnis expoliet. Pontifex ubi nihil de pace impetrauit, suadere conatus est, ut quas in Africam copias esset traiecturus, postposita nauigatione Turcis opponeret, ad fratris Austriaeque præsidium, si ea recenti uictoria Solymanus uteretur. Sed Cæsar fatali innixus consilio in sententia permansit, nihilque magis eo colloquio decretum est, quàm ut cōcilium, quod

petebat Cæsar, & Põtifex uti recte peragi posset exoptabat potius quàm sperabat, in annum sequentem indiceretur. Id uero decretum plerique diuinarum ac humanarum rerum usu periti, & libero uoto publica tantum commoda respectantes intempestiuæ atque præposteræ uoluntatis esse iudicabant: quando nihil absurdius uideretur, quàm unum in locum atque consensum totius Christianæ professionis antistites euocare, qui de sacris dogmatibus morumque censura constituent, priusquàm inter reges positis odiis humanarum rerum cõtrouersia finiantur. Expetendam enim prius atque parandam pacem, mature demum salutarẽ synodum fœlici fœtura parituram. Propterea non temere ueteris seculi G patres regesq; illustri pietate ad cœlestia bona potius quàm terrena ingentibus animis anhelantes, pacem optimam optimæ & iustissimæ synodi parentem appellauisse, quum tranquillæ & securæ pacis beneficio coeuntibus regibus plures sublatas hæreses infinitaque reipublicæ uulnera, conciliis ubique terrarum celebratis, obducta atque sanata meminissent. Quas enim uel odiorum nubes, uel bellorum tempestates, Claramontensis synodi ferentitas non disiecit & depulit: quem demum dignitatis, amplitudinis & gloriæ prouentum Christiano nomini non attulit: Sed tum in sacrosancto Pontifice summa uigebat authoritas, religiosa populorum omnium ueneratione conciliata, corroboratq; maximorum regum obsequiis, ac ardentibus studiis: ita ut illi Gottifredum ad Hierosolymas sacra uadentem uia subsecuti, uere Christiani heroes, Federicus Aenobarbus imperator, Ludouicus Gallia, Richardus Anglia, & ante eos Boemundus Apulia reges, milleque alij reguli magnitudine animi maximis pares, auita regna facile contempserint, de iure suo decesserint, lites & grauissimas ultro simultates reipublicæ condonarint, quæ sita scilicet pacis laudem odiorum libidini tactis religione animis præferentes. Quoniã haud dubius in cælum aditus mirifica pietate, & decora bellicæ uirtutis monumenta, æternis eorum nominibus pararentur. Sed illi non ideo ad Niceam, de Turcis, de Persis ad Antiochiam, & de Saracenis ac de Aegyptiis ad Hierosolymas Christiana trophæa defixerunt, ut cum summo dedecore, pudorẽque huius seculi, successoribus suis demetiam, impietatem, atque socordiam exprobrarent: quando ab illis gloriose parta, & iam pridẽ fœde amissa recuperari posse diffidimus, nec iam in tanta nostra desidia, tantõque Barbarorum audacia successu, auersis à pietate atq; concordia omnium animis, patrimoniam, aras, & penates satis alacriter tueamur. Cæterum Pontifex Deum maximum diuõsque omnes de more, ut nauiganti Cæsari fœliciter aspirarent, suppliciter precatus, quum Octauium Farnesium ad ponendũ militiæ rudimentum in foci Cæsaris contubernio, studij sui atque beneuolentiæ obsidem collocasset, per Pistorienses montes Bononiam contedit, atque inde per Aemiliam atque Flaminiam modicis itineribus in Urbẽ est reuersus. Interea Cæsar Italicis cohortibus, quas Camillus Columna, & Augustinus Spinula subitario delectu conscripserant, atque

A item sex millibus Germanorum, quorũ duces erant Georgius Ratisponensis, & Baro Seisnecus natalium claritate nobilior, in onerarias naues distributis, è Lunensi portu soluit, cum triginta quinque rostratis nauibus, edixitque magnarum nauium magistris, ut ad Baleares insulas cursum intenderent. Sed in altum prouectas quum oborta tempestas in cõspectum Corsicæ detulisset, atque ita disiecisset, ut per biduum aberrarent, Cæsar mitioribus demum uentis in Syracusanum portum, quem hodie ab oppido præcisæ rupi imposito Bonifacium uocant, classẽ intulit. Id oppidum in extrema parte insulæ Sardonio freto imminet, B despectatque Sardiniam modico traiectu in Austrum exporrectã. Cœlestis demum nauibus, & pacato mari ad Hypsitanas aquas flumine Thyrsõ portuque & Algarensi noua urbe nobiles prouectus est. Eo quo appulit die bicipitem uitulũ agrestis mulier Cæsari dono obtulit, auersantibus cunctis id monstri omen, postquam in primo cursu uenti instabiles ostentatæ serenitatis fidem improbe fefelissent. Inde quoque quum Baleares peteret, alteram ab Africo subiit procellam, prima quidem labore atque periculo sæuiorem, quum fractis quorundam antennis uelisque disceptis per aduersos fluctus longa uehementique remigum defatigatione in minoris insulæ portum, Barchini Magonis nomine celebrem, contendissent. Ab hac demum Cæsar in maiorem Balearẽ tota classe traiecit, singulari affectus lætitia, quod Ferdinandus Gonzaga, Sicilia præfectus, peropportune cum Siculis triremibus onerariisque Italicis centum quinquaginta nauibus appulerat. is nautici præsertim panis & reliqui comæatus ingentem copiam, uel longo bello suffecturam attulerat. Expectabatur autem ab Hispania cum sua classe Mendocius, sed ille Cori flatibus coactus quum imperatæ nauigationis cursum tenere nequiuisset, ultimi consilij propositum ad tempestatis occasionem flectens fœlici compendio Algerium recta contenderat. Ita Cæsar diligentia Mendocij nihil diffisus, ratusque id omnino euenisse quod acciderat, hortante Auria secundo uento uela dedit, biduque nauigatione Algerium peruenit. Quum appropinquaret classis, admirabilique ordine expansa atque directa in conspectu hostium constitisset, duæ prædonum biremes, quæ ab oriente Algerium petebant, à promontorio oram legentes imprudenter in sinum delatæ sunt. Earum maiorem Viscontes Cicada trierarchus rostratæ suæ nauis ictu demersit, altera ueloci remigio incitata. intra portus molem E incolumis euasit. Mendocianæ interim triemes promontorium Apollinis, quod hodie Cassineum uocatur, superantes magna lætitiæ significatione displosis omnibus tormentis Cæsarem salutarunt, & subsequentem Hispanicam classẽ non procul abesse nunciarunt. In ea erant Cantabricæ Belgicæque naues magnæ supra centum, sed multo plures lenunculi, quos Hispani Scarzapinos uocant. Sustulerant autem præter peditum cohortes, magnum equitum numerum ex totius Hispaniæ iuuentute, nam plerique nobiles, neque conscripti, neque no-

minatim euocati, sed priuato sumptu armis & equis liberaliter instructi, ut reipublicæ operam præstarent, naues summa alacritate conscenderant. His præerat Ferdinandus Toletanus Albæ regulus, non modo sua uirtute superioribus bellis inclytus sed priuato & quidem pernobilis uoto perillustris, ingenti nanque pietate magnitudinèque animi excitus, Garciae patris mortem ultum ire properabat: hunc enim in Mœnice insula ad Girapolim, contra Pœnos occubuisse docuimus. Cæterum hæc omnia nauigia uelis agebantur, neque ex malacia promontorium superabant. Iam enim uenti summa serenitate inuecta perflare desierant, sed à recenti tempestate mare commotum & uehementer adhuc fluctuosum ita planis litoribus allidebat, ut nullo pacto exponi milites in siccū possent, nisi umbilico tenuis marinis undis abluerentur, quo incommodo milites affici nolebat Cæsar, ne per se tædio maris atque nausea confectos repentinis ac audacibus Barbaris etiam madidos atque rigentes obiiceret: & Hispanos quoque duabus de causis expectandos iudicabat, ut uniuersis admotis copiis cum maiore uictum maiore etiam spe uictoriæ oppidum inuaderet, & communicare integram rei gerendæ laudem Hispanis uellet, quorum precibus studiòque & insigni liberalitate adductus bellum suscepisset: sed ea uel bidui tantum fatali mora, quanquam recta atque honesta ratione duceretur, non exploratam modo uictoriam interpellauit, uerum ingenti nostrorum incommodo sæuituræ fortunæ occasionem aperuit. Interea Cæsar idoneum hominem ad Afsanagam cum mandatis misit. Is significatione facta pariterque à Mauris reddita (excusso enim linteolo fiebat, ut colloquendi causa in portum tuto descendi posset) humaniter admissus postulauit, ut oppidum uel & fraude ab Horuccio occupatum, & demum ab Hariadeno Barbaruffis fratribus ad perniciem humani generis communitum, extemplo dederet Carolo Cæsari terrarum domino, qui immanium prædonum ultor aduenisset. Id si faceret & Turcis abeundi quò uellent, & Mauris incolis incolumi omnium fortuna, suis legibus uiuendi potestatem fore: ipsum porro ingentia bello pacèque præmia laturum, modo se in Sardinia natum & sacro ablutum baptisinate meminisset. Pulcherrimam enim offerri occasionem, qua ad ueri numinis cultum redire, maximèque obiter imperatoris fidem & liberalitatem complecti posset: ut de crudeli tyranno execræ uirilitatis iniuriam uindicaret. Quòd si cunctandum, & uim tanti apparatus expectandam arbitraretur, inclusos procul dubio eundem pertinaciæ exitum laturos, quem funesto exemplo ad Tunerum pertulissent. Ad ea Afsanagas respondit, insanum omnino sibi eum uideri, qui oblata ab hoste consilia sequeretur, interrogauitque renidenti ore, quam fiducia adductus Cæsar, oppidum expugnare posse consideret: quum ille extemplo, hoc (digito ostendens classem) quem uideris, tormentorum apparatu, ueteranorumque peditum ac equitum uirtute, respondisset: & nos quoque, in risum effusus subiecit Afsanagas, pari præsidio

atque

A atque artificio mœnia defendemus, ut locum binis iam uestris cladibus nobilem, noua Cæsaris calamitate clarissimum reddamus. Erat enim uulgatum Algerij anum grandæuam magicis artibus & mirabili uaticinio maxime celebrem, quæ antea Didaci Verræ & Vgonis Moncatae naufragia & clades prædixisset, Algerianis publice dixisse, ita ut oraculo tempus præscriberet, quo Christianus imperator oppugnare oppidum ausus, ab infœlici conatu, magnam terra & mari calamitatem esset aditurus. Eius autem uaticinij famam, in spem secundi euentus confirmandæ multitudini opportunam, ita alebat ac excitabat Afsanagas, B quanquam magicas uanitates astuto militarique ingenio nonmitteret, ut non iam erigere suorum animos, sed nostrorum quoque mentes, quum se importuoso in litore in hyemem coniectos perspicerent, terrere uideretur. Erant in præsidio Turcæ tantum octingenti, sed magna ex parte equites, summæ spei summique roboris manus. Ad paucos enim Afsanagas erat redactus. nam multi uiri fortes Mendociana, ut diximus, nauali pugna perierant, multi cum Draguthe archipirata, ab Aurianis in Corsica capti fuerant, deleuerant & aliquot eorum nauigia uariis in locis Rhodiæ, Neapolitanæ, Siculæque triremes, sed multo C plures etiam desiderabantur, qui tum forte ipsius permisso aberant, & apud Sciriphum interioris Mauritaniæ regem religionis autoritate ac armorum gloria florentem, aduersus Lusitanos ad Athlanticum Oceanum militabant. Reliqua multitudo uix quinque millium numerum implere ferebatur. Constabat autem partim ex Mauris indigenis, partim è Granata Bæthicæ oriundis, accedebant & multi è Balearibus insulis, qui superioribus temporibus cæpta rebellionem ob idque pœnam timentes ad Mahometanos ritus confugissent. Sed Numidarum duces magnum equitum & peditum numerum effecerant, qui extra urbem uagi patentibus in locis noctu ac interdium lacescentes nostrorum agmina perturbarent. Hos diligenter Afsanagas proposita mercede missisque muneribus ad opimæ spem prædæ suo ingenio nobis infensos è proximis regionibus euocarat. Neque cuiquam uel paruos liberos uel uxores ex oppido in tutiora loca & remotas arces educere, aut ulla omnino signa timoris dare liberum fuit, indicta scilicet supplicij pœna, si quis animo consternatus parum alacrem in periculo ostendisset uultum, aut minus uiriliter consilij uocem edidisset. Cæsar per Auriam exploratis litoribus ab occidentali parte, quæ frequentibus scopulis erat incommoda, & superioris naufragij recordatione infauista uidebatur, ad tutiorem ab oriente stationem classem appliciuit: eo ad descensum ordine constituto, ut sexaginta rostrata onerarias subeundo demittentes se milites exciperent, exceptosque statim scaphis, actuariisque nauiculis imponerent, à quibus in litus continuo deferrentur. Tanta autem fuit in obeundo munere omnium diligentia expeditaque celeritas, ut quum insipientium multitudini plures scaphæ, inter se alacriter officiis certantes, abunde suppeterent, peditatus om-

Z

nis, nihil præter arma ferre iussus, momento temporis in litus descendit. Cæsar quiete & cibo recreatis militibus tres acies numero militum pares instituit: erant enim præter equites, & euocatos, ac officio & uoluntate auctoritatem atque fortunam Cæsaribus secutos, circiter uiginti milia descriptorum peditum: singulis autem aciebus terna curulia tormenta ad deterrendos procurfantes Numidas attribuit, progressusque inde aliquot stadia non procul ab oppido confedit loco tuto atque opportuno, nam castra ea ratione locata erant, ut binis utrinque fossis natura munirentur, quas delapsi iugis torrentes, sicuti repentinæ aquæ fert impetus, adeo profunde excauarant, ut subter exesis defractisque marginibus neque equiti neque pediti commodus nisi per pontem transitus daretur, ad læuam porro ita assurgebat collis ut eductis in uerticem tormentis interiora oppidi ædificia dirui atque infestari posse uiderentur. Algerium olim Iubæ regia, uti alio loco diximus, à Romanis Cæsarea Iulia uocata, in tergo asperos & excelsos habet montes, directa autem muri fronte ad septentrionem mari alluitur. Insula uero parua, arce nuper insignis, eam Hispani Pinnonem uocant, obiecta oppido portum efficit, sed neque tutum à Borea, neque multarum nauium capacem, quanquam Barbarussa, uti alibi meminimus, erepra Hispanis arce atq; ea diruta ad insulam egregio conatu molem adiecerit, ut continenti iungeretur, quum translatis in id opus è classe Christianis remigibus ingentes lapides è Tipasæ ruinis asportasset. Cæterum oppidi moenia sensim educta in colles ad meridiem, ita mollifexu cuneantur, ut erecti trianguli faciem procul ostendant: in summo enim fastigio propugnaculum inductæ calcis albo conspicuum ad parua arcis & speculæ similitudinem exurgit, priuata autem introrsus ædificia, quum à planiore iuxta litus regione sensim recedant, in montem ueluti gradibus extenduntur, decenti uel ob id serie, quod supra recta singularum ædium alienis extantibus fenestris subiecta maria despectantur. Curuatur autem litus lunato flexu ab oppido ad promontorium Matafusium, in quo antiquæ urbis Tipasæ, quondam à Romanis Cæsaribus Latij iure donatæ, extantes adhuc reliquæ uisuntur. Toro autem eo tractu oblonga, sed angusta planicies extenditur: nam ubi à litore aliquot stadiis recesseris, sensim enascentes tumuli desinentem planiciem excipiunt: inde enim tota regio innumeris collibus intumescit, absceditque sensim augente natura in altissimos montes, qui longa serie oppidum à tergo præcingunt. Vltiora ad Numidas pertinet, qui more suo diuagantes translatis armentis atque mapalibus non infertiles agros, concessis ad annuam quietem glebæ induciis, scilicet arant, & multo pecore, quo uno summæ eorum opes censentur, herbidi soli campos depascunt. Cæsar tribus per nationes distinctis castris, ab oriente oppidum complexus, in maximam spem ueniebat expugnandi oppidi, quod sibi ad eam partem tormenta producere atque acriter oppugnare statuenti classem magno usui futuram iudicabat, quum è tri-

remibus

A remibus summisque malis atque earchefiis magnarum nauium propugnantium hostium latera ex obliquo tormentis peti posse prospiceret: murus enim per accliuia perpetuo collis dorso erectus, uno extracto agere, sicuti planis in locis opportune fieri uidemus, neque protegi neque defendi poterat. Hispani sub præaltis montibus editiora loca tenuerunt, circa medios colles Germani iuxta prætorium confedere, Itali autem planioribus locis ad mare ac ideo portæ oppidi magis propinquis. Interim dum tormentorum apparatus administrante Petro Coua, qui ei negotio cum imperio præerat, nauibus educitur, & equi per trochleas moliendo suspensi demissisque funibus exponuntur. Numidæ in summis montibus supra Hispanos magno clamore edito se ostenderant, omni telorum genere desuper subiectos facile ferientes: notis enim montium tramitibus se demittebant undique ueloces & repentini, sed more gentis procul lacescendo potius quam cominus urgendo pugnam ciebat, quibus præliolis toto integro die ad noctem usque certatum est, nullo quidem periculo, sed longa Hispanorum defatigatione: nam inductis etiã tenebris Barbari, alij aliis succedentes, neque à loco quem infederant, neque ab instituta iaculandi consuetudine discesserunt. Vbi enim excitati ignes uisebantur, in eas continuo partes magna uis telorum lapidumque præsertim modo grandinis effundebatur, cui incommodo nostri extinctis repente ignibus occurrebant, silentio expectantes lucem, ut tandem collato pede certaretur. Ita sub exortum solis cohortante Aluaro Sandeo castrorum magistro Hispani uel per ardua atque impedita fortiter enitentes deiectis pulsisque Numidis montium uertices occuparunt, nactique pastorales casas, ad quas in speciem munitionis se recipere, conglobati constiterant. Eo die tanta confluxit Numidarum multitudo, ut nostri pene circumuenti, quum duas acies fecissent, in orbem pugnare cogentur. Sed Sicilienium cohortium uirtute Numidarum audacia premebatur: hastati enim fulgentibus galeis atque thoracibus muniti, iacula facile contemnebant, & sclopettarij à lateribus insultantes, plumbeis emissis glandibus auertebant. Numidæ pedites è iuuentute deliguntur, seminudi, promissa cæsarie, nihil præter iacula gestantes, equitibus se permiscunt, atque ita mutuo confisi præsidio rem gerunt, tantæque pedum uelocitate congressus nostrorum deuitant, ut à statariis non facile uulnerentur. Equitum uero prælongas & præfixo utrinque ferro ancipites lanceas, ad auersos etiam ictus arte mirabili quassantium ea erat agilitas, ut nemo nostrorum acie excederet, quin statim interceptus lethali cuspe figeretur, scutis ad effigiem cordis è corio oblongis & leuibibus sese atque equum in occursum receptumque usque adeo habiles protegunt, ut exiguo summi periculi præmio ad condictum proposito, septena iacula intorquenti se offerant, singulæque uel hastæ celeri commotione detorqueant, uel scuto in obliquum exporrecto certissime declinent. Interea dum Numidæ in noctem usque ex omnibus locis decurrendo ante castra uolitarēt, & cuncta apud no-

Z ij

stros, quæ bellica ratione institui explorarique poterant, egregie profusa uiderentur, fortuna Christiano nomini multo quam unquã antea grauior ac infestior spes Cæsaris interruptit. Ipso siquidem tormenta, equos, commeatus, ac impedimenta exercitus expectante, imber à prima statim uigilia maxime gelidus ac procellosus adeo intempestiue & grauiter est effusus, ut quũ tota nocte nihil remitteret, totus exercitus ingenti accepto incommodo perfunderetur, turbulentissimãque obiter tempestas mari repente orta, classẽ iactatam immensis fluctibus compulsamq; uehementi uetorum turbine, miserabilis naufragij periculo in litus adigeret. Excubabant extra castrorum fossam, quam lapideo ponte iunctam diximus, tres Italica cohortes, quas Camillus Columna mediis ferme spatiis ab oppido & ponte inter accliuẽs tumulos ficus arbutulis confitos ita collocarat, ut sensim per ardua collium extensis manipulis ad Germanos usque pertinerent. Eã quum densissimã pluuiã sæuique frigoris iniuriam tolerantẽ integram noctem in statione perstitissent, tot malis usque adeo confectæ sunt, ut nec afflictis corporibus animos, nec corpora languentibus animis sustinerent. neque enim uel stare, uel humi procumbere facultas dabatur: quum eius soli plana pariter atque ardua præalto & lubrico cœno, quod ad suras usque impressa uestigia deuoraret aut eluderet, impedita tenerentur. In has cohortes inalbescente cælo Turcæ equites, Maurique pedites intermixti, qui summa uigilantia nostras stationes obseruabant, intellecta occasione celeriter eruperunt, tantãque ui undique magno clamore edito sagittis, iaculis, & multo maxime lapidibus adorti sunt, ut quum iam à pluuiã extinctis funiculorum ignibus lagunculisque sulphurei pulueris madefactis sclopettorum usus penitus esset ereptus, pauci hastati ingruentium impetum sustinerent, & reliqui omnes in fugã uerterentur. Sed consistere ausos ab lōga utiq; uigilia ac inedia semiuiuos algorẽque trementes Turcæ celeriter obruncarunt, interfectõque signifero Cellesiã cohortis uexillõque discerpto, fugientium tergis institerunt, tanta audacia persequendo cædendõque; ut quũ trepidos in castra cõpellerent, nonnulli hostium fossam superarint, ad tabernaculãque; peruenerint. ex his præferocẽ Maurũ cominus cõgressum Lucidus Romanus quanquã sauciatus tortiter interfecit. Exaudito fugientium tumultu Camillus à Cæsare missus protinus eò deuolat, cõglobatãque; aliquot cohortes ultra pontẽ in hostes eduxerat, Barbariq; iam cõfirmatis nostrorum animis repulsi atque impetum remittentes, ueri aut certe simulati timoris & tumultuarij receptus signa dabant: quũ Ferdinãdus Gonzaga, cuius prima secundũ Cæsarem in exercitu erat authoritas, iratus cohortibus loco pulsus superuenit, cohortatũque; uiros fortes ut fugã dedecus nobili conatu diluerent, in hostes impetum facere atque acriter persequẽdo intra portas compellere iussit, id uero Columna nisi magno cum periculo fieri posse testabatur: sed Gonzaga generosi ardoris plenus uel iniqua sorte grauique periculo ignominiam Italis omnino demendam existimabat, irrum-

pendi

A pendi in oppidum occasionem dari posse ratus, si coniectis in fugã Barbaris intermixti tutique ob id à tormentis ad portã incitato cursu conuolarent. Nec mora cohortes duce Augustino Spinula magna alacritate magnõque impetu hostes inuadunt, in fugã concitant, cædendõque; terga intra portã compellunt, tãta uel celeritatẽque; ut nostri obductas repente ualuas in porta contingerent, & multi hostium exclusi, notis itineribus ad auersam portam & in montes elaberentur. Tum uero Barbari ex ipsa muri corona in temere progressos omnis generis tela & tum maxime lapides iacere, sauciare, sternere, terrereque; clamoribus, & illi qui extrinsecus refugerant, ad pugnam reuerti, porro qui portam clauerant, rursus erumpere, & hærentes nostros aut se recipientes adoriri. Neque Italis, quum calentibus animis aduenissent, uigoris constantia deerat, si tutam ad receptũ uiam fortuna reliquisset: missilibus enim obruti stratique; tormetis, uti in ipso conatu spe deceptis facile accidit, cõsiliij inopes, ora atque animos in fugam uerterunt, nõ confertis quidẽ, sed per diuersos calles dissipatis agminibus. Erant enim tyrones collectitij generis subitario delictu festinate Cæsare in unum coacti, ita ut milites inter se ignoti essent, nec in una legione à quoquã alienã cohortis ceturiones atque signiferi noscerentur. Ita peropportune erumpens Asanagas, qui ex oris habitu cultique regio facile nosci poterat, immisis Turcarum turmis & Mauris peditibus nostros in fugã præcipites egit: uni fere omnium Rhodij equites, qui sub nauali uexillo pedibus pugnant, egregie repugnando per sinuosas conualles cõstantissime se receperunt, amisso signifero atque aliquot fortissimis uiris, qui punicea in ueste cãdida cruce prætexta galeati thoracique; in postremo agmine constiterat, sed persequentium Barbarorum uim ac insolentium paucorum ueteranorum mirifica uirtus retardauit. In his fuere cum ipso Spinula Franciscus Balneus nobilissimẽ stirpis è togata Gallia cohortium præfectus, Titus item Amerinus, & M. Antoninus Porretanus, qui ad ligneum pontem (is non longe à porta distabat) intrepide consistentes excepta thoracibus iacula in hostes remittendo hastisque maioribus prouectos & inermes fodiendo, aliquot acceptis illatĩque; uulneribus, spatium fugæ, & ob id multis salutẽ pepererunt: sed ea erat inæqualis & lutulenti loci diuersitas inter cauas uias & tumulos ad mare decliuẽs, ut Barbari regionis usu periti, undique ualide ac intemperanter urgerent, intermixti que; nostris & à suis interclusi, ubique; tumultuosissimo & nostris iniquissimo pugnæ genere uersarentur. Erant Barbari cum numero peditũ & telorum genere, tum locorum notitia opportunitatẽque; pluuiã & tãto casu obortæ tempestatis, ac ipsa denique fortuna nostris superiores, quum sclopettariis in quibus ad nõ dubiam hostium perniciem certa spes uictoriẽ posita uidebatur, ab imbre displodendi facultas esset erepta, & pedites Mauri balistis arcuferreis, more iam apud nostros exoleto, ueruta uel loricatis lethalia, & arcubus frequentes sagittas intorquerent, pauoreque & cursu pariter examinati nostri pedites ab insultatẽ Turcarum equitatu sternerentur. Eo

Z iij

modo nostri qui ab initio audacius procurerant, quū nouissimi agminis in receptu facti essent, cædente terga hoste, quinque stadiorum iter ignobili cadentes morte cadaueribus compleuerunt, atque hi ante alios qui ad mare ex fuga deflexerāt: ibi enim à Numidis, qui conspecto classis naufragio ad prædam deuolarant, circūuenti trucidatīque sunt. Sed prima nostrorum agmina tāta trepidatione ad lapideum pontem & ad castra fugam intenderant, ut nemo ducum in tanta & repentina rerum iniquitate, publicæ salutis & militaris consilij rationem perturbato animo retineret, & Diis iratis cuncta ad summā cladem terra marique uno tempore deleta crederentur. Verum ipse unus omnium Cæsar aduersus omnem urgentis fortunæ contumeliam inuictus & intrepidus, sibi atq; aliis eo die summus imperator fuit: quum perditis prope rebus opem ferens, opportunissimo tempore cum Germanorum legione decurrisset, præmissis è legione tribus uexillis, quibus fuga sisteretur, & castra certo recentique præsidio ultra pontem firmarentur: sed tantus fugientium animos pavor occuparat, tantusque erat incumbētium Turcarum impetus, ut Germani non temere aliàs terga hosti dare soliti, tanquam linteata capita formidantes, neque aspectum oculis, neque arma hostium firmis pectoribus sustinerent, sed continuo fæde conuersi eodē fugientium agmine raperentur. Tum uerò Cæsar prouectus equo, districtum tenens gladiū, & fugam increpitans, phalangem promouit, orēque maxime celso ac impauido, Germanica utens lingua: Quando, inquit, comilitones insultanti hosti frontem ostendetis, si quum in uestigio pro dignitate Christiani nominis, Germanicæque gentis gloria, & pro salute omnium sit dimicandum, præsentem Cæsarem paucos & inconditos inermesque Barbaros timetis? Nec mora quum hæc diceret, ad non dubij pudoris motum exorto alacri fremitu, indignabunda legio, quod ad præstandam operam cohortatione indigere uideretur, sese contra hostes effudit. Eius aduentu permoti Barbari, & quod iam nobiliū ducum uirtute Italica acies plane restituta spectabatur, subsistere pedemque referre cœperunt: sed ueriti tormenta curulia impressionemque nostrorum, seu se satis eruptione profecisse iudicantes, quum ad summam cōfecti belli uictoriam, horribili tempestate quassatam classē perire conspicerent, & multi, Maurique præfertim, ad spem certioris prædæ, ubi nullum omnino periculum ab hoste foret, ad subiecta litora properarent. Inusitata enim & plane fatali diuersorum uentorum coniuratione, ad ciendam atrocissimam tempestatem, usque adeo mare commotū intumuerat, & totis litoribus immani fluctuum percussu fragebatur, ut iactata naues nutantibus malis atque inter se proris aduersis ac puppibus feruente æstu concurrētes, anchorarios funes & quosque ualidos rudentes abrumperent, collisæque demū atque diffractæ spectate exercitu mergerentur. Eundem quoque tempestatis casum tulere Hispanicæ naues & ad unū Scarzapini omnes, quæ Cassineum superare nequiuerant. Ita ut totum id litus ab occasu ad Cercellum usque oppidum, quod

A quod paucis antè annis Andreae Auriæ infœlici conatu nostris cognitū à Turcisque possessum suo loco diximus, eiectarum nauū fragmētis ac hominum & equorum cadaueribus sterneretur. Numidæ enim alij atq; alij pariter è montibus cōspecta nostræ classis calamitate celeriter se demiserant, neque inermibus eiectitiis, neque fœminis parcentes, secus ac Cercellani Turcæ qui enatantes uel auarè, uel humaniter ad seruitutem conseruare, quàm interficere malebant. Periere paucissimis horis circiter centum & quadraginta nauigia, quæ sine remigio quadratis uelis agerentur. Rostrata porro, quum à media ferme nocte in multam diem pertinaci remigum contentione & magistrorum diligentia in anchoris perstitissent, neque diutius tempestatis iniurias ferre possent, obruique timerent, iacturam triremis facere ac sese in litus remis & uelis uehementer incitare minime dubitabant. Sed enatantes à Numidico equitatu totis discurrēte litoribus, semiuiui & frustra se dedentes in ipso salutis limine cædebantur. In his Lazarus Amareus è Genua nobilis trierarchus est interfectus, uiderēque erat omnis generis liberos oblata seruitute feruis remigibus Barbaris salutem cum fletu commendantes, ut illorū qui modo conuersa fortunæ conditione cathenas ad trāstra reliquerāt, & ad libertatem exultanter enatabant, significatione & uocibus à Numidarū scuitia tegeteretur. Erātque spectaculū diuersis casibus ualde atrox & ubique maxime funestū, quum quisque pro animi habitu, natādique peritia in ipso certæ cladis ancipiti metu, dum genus mortis præoptat aut refugit, uel mersus undis, uel hostili læcea transfixus, ad suum omnino uitæ finē destinante fato raperetur. Nemo tamen erat, qui non maxime cædem & uulnera perhorreret, nauisque discrimen, & tempestatis euentum expectare, quàm præuenire uitæ exitum mallet. Eo modo facile accidebat, ut ea immanis hostium scuitia, uti uehementer reformidata nautis atque uectoribus, multas triremes, quæ ad naufragium decreto atque incitatione pauentiū litus appetebāt, aliquandiu conseruaret. Sed postquā rostrata insignis, qua Iaſettinus Auria uehebatur, uti maxime propinqua litori coherentiumque triremium pulsata ictibus propelli ac arenis impingi cōspecta est, non sustinuit Cæsar, ut spectatæ uirtutis iuuenis & præfectura multarum triremium clarus, nullo ferente opem in oculis ipsius auunculi Auriæ à Barbaris trucidatus interiret, statimque Antonium Aragonium cum tribus Itolorum cohortibus ad litus misit, quarum aduentu coniectis in fugam Numidis ille quidem ita seruatus est, E ut eius salutem aliquot triremium iactura sequeretur, multi enim Numidarum timore liberati, cōfisi que præsidio, ut se quoque maris periculo, & tot tempestatis incommodis expedirent, proras in litus intulerūt, ac nisi aliquot intrepidi nauarchi damni dolore ad acerbicatem & contumaciam ingenia uertentes, districtis gladiis per foros discurrēdo & mortem comminando, nisi remos inhiberent & se continerent, uectores & remiges deterruissent, maxima pars rostratarum exemplo superiorum omnino deperisset. Ipse Auria non tam sibi quàm Cæsari iratus,

qui disciplinæ naualis rationem, & certos inclinantes autumnus dies, nauigantium obseruatione prædamptos neglexisse uideretur, incredibili animo contra tempestatem indomitus permansit, suadentiūque preces, ut se conseruaret, adeo fortiter reiecit, ut eos acerrimis uerbis tãquam publicæ salutis proditores ad imam carinam descendere iuberet. Pari quoque perseuerantia Virginij Vrsini Anguillarij quatuor triremes, totidẽmque Rhodiæ earum æmulatione, uincente metum pudore, & Siculæ aliquot, ac Neapolitanæ, atq; Hispanicæ cuncta tempestatis incommoda fœliciter pertulerunt. Eo casu quindecim omnino triremes desideratæ sunt, quarum detrimento supra tot nauium onerariarum naufragia, etiam tum fœuiente uentorum rabie, tantus cum luctu dolor, tantæque rerum desperatio, in ualde lugubri supremæ cladis expectatione, totum exercitum occupauit, ut nedum tyrones & milites de sua tantum uita solliciti, sed longe fortissimi duces de publica salute cogitantes, animos desponderent. Nunquam enim ab ulla annaliū memoria ullas bello copias grauiore calamitatum concursu, uel seipsa fœuior fortuna perculerat: quum cibariis omnibus eo triduo consumptis, nullus quo tantisper inedia ferrent, com meatus adesset, tabernaculaque deessent, quibus in tanta perpetui imbris iniuria, & lutulētæ regionis fœditate, ad quietem labore, inedia, frigore, uulneribus, cōfecti milites tegerentur: in tantisque demū incōmodis ingens cura & præterito metu quidẽ acerbior, omniū mentes magnopere cōturbarat, reputatione immanis naufragij, quū tot amissis nauibus exoptatus in patriam reditus, in terram Africā proiectis & miseris, fato Cæsaris interceptus esse crederetur. Afflictorum tamẽ spes, quas apud mortales nulla sortis iniquitas penitus abrumpit, constantia Cæsaris egregie sustentabat. Ipse enim mirabili alacritate cuncta munia prouidentia militaris ac humanitatis officia cunctis inuictus malis, & conspectu maxime serenus adimpleuit: nam postquam castra constitutis præsidij atque uigiliis cōtra obstrepentes Barbaros firmata sunt, defatigatis ducibus imprimisque Albanio in ipso pugnae tumultu magnopere fessio fœdẽque madẽti, ut sibi parcerent, quietique se darent imperabat, solabatur saucios, ac in ea tabernacula que forte substiterant (nam cuncta penẽ uentorum euerterat) referri fouerique curabat: ut quum sibi ipsi loricato madefactoque non parceret, pleniore cum laude uoluntates militum promereri uideretur. Desiderauit eo die hostili occisos manu milites circiter trecentos. In his cecidere præfecti, aut noti centuriones, Ioannes Calaber, Pancratius à Neapoli, Cancinius Ligur, Mirabilis Infuber, & Iacobus Strafoldius è Foroiulio: è numeroque Rhodiorum equestris ordinis Didacus Hispanus, Georgius Aruernus, & Guido Roscius Neapolitanus. Vulnerati autem multo plures ducentis & in his Sulmonẽsis princeps Philippus, Caroli Lanoij filius, sub ilio sagitta ictus, sed maximum in demeris nautis detrimentum acceptum esse cẽsẽbatur: quorū iacturam innumerabilia tormenta aenea mari hausta plurimum augebant, &

A ob id cumlatiore damno, quod in potestatem Barbarorum, quum pacatum mare urinantes admitteret, ad publicam perniciem peruentura prouiderent. Nec multo post Andreas Auria, uti erat in præsentendis tempestatibus unicus naturæ maris, & cæli, nubiumque spectator, diffusus loco, ad Matafusium promontorium cum classe se proripuit, quod tutiorem ibi stationem & sine crepidine litora ad conscensionem militum commodiora didicerat: commonefacto Cæsare, ut illuc terrestri itinere contenderet. Ita Cæsar comprobato consilio, ad subleuandam inediam equos & primo quidẽ iugales ab initio trahendis tormentis ante omnes classe eductos, ac demū militares interfici iussit, cohortibusque diuisit: nam ad excitandos ignes ex naufragiis ligna affatim suppetebant, fortuna ueluti uno eo beneficio tot iniurias compensante. Postridie Cæsar ab Algerio discedens, quum triplici agmine & agris atque sauciis in medium receptis, septem millia passuum confecisset, persequente & circumfuso undique Barbarorum equitatu, ad torrentem, quem Punica lingua Alcaraz uocat, peruenit. Is imbris ualde inflatus, retróque ad ostium uentis pariter ac irati maris fluctibus compulsus, tantum excreuerat ut qui paulo antè humilem, uel infirmo pediti uadum præbebat, propter aquæ rapiditatem ac altitudinem, nec à ualido quidem equite transiretur. Castra itaque eo loco atque ordine necessario posita sunt, ut quum trianguli formã referrent, eius duo latera utrinque mari & flumine, reliquum uero perpetua armatorum statione munirentur: neque enim à mari tanquam à certo ad leuam munimento quærendis humilioribus uadis erat discedendum. Quamobrem multis tranare ausis cursuque amnis celeriter abreptis, Cæsar ex reliquiis nauium malos ac antennas passim nactus, subitarij operis pontem perfecit, atque eò non omnino incommode Italos atque Germanos traduxit: Hispani enim in superioribus locis, uix suras adæquantia profluentis uada repererant. Neque postea Turcæ, qui insequerentur, conspecti sunt: reuocarat enim eos Asanagas, persequendi & laceffendi negotium Mauris & Numidis relinquens: qui quum iam à sclopetariis curulibusque tormentis, quæ unicuique agmini gentique ad præsidium attributa fuisse diximus, egregie peterentur, in egros maxime debilitatosque uulneribus à nostris destitutos, atrocissime fœuiebant. Nulli enim erant, qui inter angustas spes salutis, proprio metu occupati, alienæ calamitatis misericordia mouerentur. Sequenti porro die, superato alio minore flumine, ita ut milites summa aqua pectoribus extarent, tribus tandem castris ad classem est peruentum, quæ quum Matafusij promontorij modico flexu tegeretur, exercitus omnis in Tipasæ antiquæ urbis ruinis iuxta mare consedit, loco ita opportuno, ut cadentium murorum reliquie ad admirationem Romanorum operum adhuc extantes, aduersus Barbarorum audaciam nõ inutile munimentum præberent. Iam mare remissioribus fluctibus agebatur, uentique perflare desierant, ac ea erat consecuta tranquillitas, ut exercitus in naues imponi ac in Europam reportari cōmode posse uide-

retur. Itaque Cæsar latis omnibus edixit esse nauigandum: eo præscri-
 pto ordine, ut primo Itali, deindeque Germani, ac Hispani demum, pe-
 culiariæ ipsiſque notas naues conscenderent: sed tot nauibus naufragio
 abſumptis, quum onerariæ naues tantam militum multitudinē, uel an-
 guſte collocatam capere minime poſſe cenſerentur, pronunciatum eſt
 gubernatoribus dominisſque nauium, ut equos ad unum omnes in ma-
 re proiicerent, quod pietate Cæſaris indignū foret, uel generoſos & incō-
 parabiles equos gregariorū militum aut denique lixarum ſaluti prætu-
 liſſe. Ea res procerum dominorūque præſertim animos uehementiſſi-
 me perſtrinxit: non priuari enim modo ſe ad belli uſum inestimabili car-
 riſſimarū rerum instrumento, ſed militariū equorum florem, nequaquā
 ſuprema neceſſitate, ultro intercidi, & in reliquum tempus extinctis ad-
 miſſariis, irreparabilem, orbata Hispania, præcellentium equorū ſobolē
 interire prædicabāt. Spectabatur itaque cum dolore ac inani miſer-
 icordia generoſi & militares equi toto pelago elatis ceruicibus ad pro-
 ximas quaſque naues irrita ſpe ſalutis tanquam ad litora contententes,
 quum demum longa defatigatione ſuperati, cōſumpto ſpiritu merge-
 rentur. Sed uixdum dimidia pars militū conſcenderat, quod ſcapharum
 inopia uel cupide properantibus tarditatem attuliſſet, quum Vulturū
 & Eurū, aliſque mox uenti, in orbem conſpirantes, ſecundam penē pri-
 ma uehementiorē tempeſtatē excitarunt. Quo caſu nihil expectatis im-
 periis unaqueſque nauis ſublato plena milite, ne in ſcopulos adigeretur,
 eō direxit curſum, quod uis ipſa uentorū plenis uelis per alta maria rapie-
 bat. Abiere quidē celeriter, è conſpectu diſiectæ penitus incōtrarias re-
 giones, naufragij famam ac pene omnium interitum commemoratio-
 ne periculi in omnes iuſulas ac Italiae portus deferentes. Sed nec qua
 multis narratibus audiui, ſuperata pericula & mirabiles caſus, ſuſcepta-
 que pro ſalute uota in templis deorum immortalium ſuſpēſis imagini-
 bus religioſe perſoluta narrauerim: quū aſtrictæ breuitatis ſtudio, quo
 in explicanda grauiſſimarū rerum ueritate in tanto uolumine maxime
 tenemur, legentibus ad ineptā ingenij gloriā amœna diuerticula quaſi-
 uiſſe diſpudeat. Eum tamen tempeſtas habuit euentum, ut aliqua naues
 iam plane quaſſatæ, ſenſimque abſorptæ in cōſpectu aliarum perierint:
 ex alia autem promptiores ſcapham occupantes, pereuntium ſociorum
 teſtamenta ſupremasſque preces ad uxores & propinquos retulerint. Sed
 mirabilem caſum duæ naues Hispanis militibus plenæ ſubierūt: quum
 in primo curſu reflantibus uentis ad Algeriū detortæ magniſque rima-
 rum hiatibus integros fluctus admittentes fatali in litore deſediſſent.
 Concurrerat ad litus Numidarū equitatus ſubſequentē Maurorū mul-
 titudine, ut eiectos & deſertos à fortuna trucidaret: non enim Barbari
 ſponte ſe dedere paratos, & nihil præter ſalutem ſub fide publica poſtu-
 lantes recipiebant, ſed expetito ſanguine circunuenire & uulnerare ma-
 gnopere contendebant. Qua feritate atque inſolētia permoti Hispani,
 uirilibusſque animis indignantes, quod apud Punicam gentē neque iura
 humanitatis

A humanitatis, neque militiæ leges ualerēt, auariſſimæque eorum omnis, qua
 apud inopes rerum omnium ac egentes ſumma ſemper eſſe conſueuit,
 immani crudelitate uinceretur, arma protinus expediuerunt, denſatōque
 agmine in orbem pugnantes ad oppidū contenderunt, uſque adeo con-
 ſtanter & fortiter emēſo ſpatio, ut coronam hoſtium multis illatis uul-
 neribus à fronte ſapius effringerent, & à lateribus inuectos prælōgis ha-
 ſtis egregie ſummouerent. Tum uero effundentes ſe Turcas appellarūt,
 & per eos ſi uitā incolumi reciperentur, Aſanagæ in ſeruitutē ſe dedere
 nunciarunt: quod in homine Sardo Chriſtianis orto parentibus, & tot
 B præcipuè libertis & familiaribus Hispanici nominis ſtipato, neque hu-
 manitatē, neque fidem omnino deſuturam ſperabant. Ita prodiens Aſa-
 nagas præclaro iure uoluntariis ſeruis fidem præſtitit, depulſiſque Nu-
 midis ad unum omnes humaniter cōſeruauit: quum ſolerti ingenio uel
 ſemiuir, è tot mancipiis tanti prouētus lucrum, cum honeſta etiam cle-
 mentia laude coniunctum, ſecus ac Barbari mirum in modum æſtima-
 ret. Ipſis autem Germanis ea terra marique accepta incommoda, conta-
 giolam penē peſtem attulerunt, quoniā montani homines & è mediter-
 raneis regionibus ad non conſpecta ante maria deducti, neque perturbā-
 C tis nauſeæ, neque diuturnæ iactationis tormenta tolerarēt, quod & an-
 tea corruptis uiſceribus profluuiis laborare cœpiſſent, quum ex inedia
 toto eo triduo quo ad Tipaſam eſt deuentum, palmularum bulboſis ra-
 dicibus & cepis agreſtibus ueſcerentur, quibus malis & aliquot demum
 naufragiis effectum eſt, ut ne tertia quidē eorum pars incolumis in Ger-
 maniam redierit. Sed unius magnæ nauis longe duriffimus euentus om-
 nium funeſtos caſus miſerabili calamitatis exitu ſuperauit. Hæc enim
 quum in ea quadringenti ferme omnis generis milites ueherentur, in-
 uſitatis atque diuerſis erroribus ita mediterranei maris ſinus atque inſu-
 D las omnes circumiuit, ut quum portus appeteret, noua ſemper uentorū
 commutatione è conſpectu, ipſoque limine tutiſſimarum ſtationum ac
 urbium raperetur, hominēſque paulatim conſumptis eduliis fame tabeſ-
 centes, ad inſolitam in uiuis corporibus maciem oraque lurida perueni-
 rent. Poſt quinquageſimū autem diem, quum ſerò admodum nauis ex-
 optatam terram attigiſſet, alimētisſque ſe milites refouere contenderēt,
 neque ullis omnino cibis ueluti iam extincto calore proficerēt, paucif-
 ſimis diebus ad unū ferme omnes alius alio celerius aut tardius omnino
 perierunt. Cæterum Cæſar, obteſtate Auria atque imperante, inualeſcen-
 E tem procellam effugiens, cum roſtratarum claſſe præteruectus Africae
 litora ad Orientē in Holcachitem ſinum ſe intulit: in quo ſita eſt Buzia,
 antiquitus Vzicatha Ptolemæo dicta, quam ſuo loco ab Hispanis duce
 Nauarro manu captā atque direptam fuiſſe memorauimus. Caſtellū tri-
 bus munitū turribus in ea parte urbis, qua mari alluitur, paucorū Hiſ-
 panorum præſidio tenebatur: urbs autem ipſa paulo antè gymnaſio &
 nundinis ac Horuccij Barbaruſſæ, qui dextram ibi manum tormēti ic-
 tu abreptam reliquit, calamitate percelebris, ab ea clade deletis incolis pe-

nè tota perierat. Nec Hispani plus suburbani agri possidebant, quam quantum tormentis & armis aduersus obsidentes Numidas tuerentur. In præsidio autem perexiguus omnino còmeatus est repertus, sed maioris minorisque pecoris non ingrata quanquam tenuis copia uiros insignes recreauit. Quum uero in maximam spem commeatus deuenisset Cæsar, quòd Ligustica nauis, cognomèto Furnaria, commeatu onusta lætis omnibus in conspectum se dedisset, tempestas inualuit, nauisque arantibus uada anchoris, in litus ad naufragium eiecta est. Ita tamen, ut eiectionis & salsa alluione semicorruptis rerum penè omnium cibariis, excipiente ea confestim nauali turba, crescentem inopiam opportune subleuaret. Interea Cæsar quum plures iam dies inflato mari, ac alternatibus uentis conturbato, in multa idoneæ ad nauigandum tēpestatis expectatione substitisset, & spe noui còmeatus omnino decideret, nec habitæ supplicationes uotæque suscepta diuorum iracundiam mitigaret, Siculas duce Gonzaga Rhodiæque triremes ab se dimisit. Boreas enim in Corum se uerterat, præbebátque spem ad experiendam mari & fluctibus fortunam, omni cunctatione tutiorem, ita quanquam turbulenta fœlici tamen nauigatione, in Uticæ portum, qui Farinas hodie uocatur, celerrime delatæ sunt, ibique præstò affuit Muleasses rex Tunetanus, Gonzagæque plurimum exoptatis esculentarum rerum muneribus liberaliter adiuuit: atque inde demum incolumes ad unam omnes Drepanum traiecerunt. Nec multo post, à Cucchio montanorum Pœnorum regulo legati ad Cæsarem uenerunt intra paucos dies commeatum affatim & magna item auxilia aduersus Turcas pollicentes, sed eos Cæsar Punicæ fidei liberalitatique diffusus amicæ uolūtatis ac officij nomine pecunia donatos remisit: quæ legatio demum euulgata per Barbaros magno incommodo paucos post menses regulo cessit: nam tanquã amicus Christiani nominis Punicique hostis ab Afanaga, regno fuit expulsus. Iam defatigatis planè uentis usque adeo refederant tempestates, ut mare sedatum atque tractabile uideretur, & periti nauæ cum metu periculorum imminentium, tum præteritorum tædio nauigationi se committere minime dubitarant. Disputabatur omnibus prope horis in concilio nauarchorum, sententiisque dictis quum alij in Sardiniam aut Corsicam, alijque eodem lecto Africæ litore, & tutiore cursu Siciliã petendam esse dicerent: tandem aspirantibus Euris Cæsar ad Baleares cursum direxit, diuæ etiam Catharinæ maligno sydere tranquillam nactus tempestatem, atque inde demum ad nouæ Carthaginis portum appulit, tantis acceptis detrimentis seipso uel admiratione suorum, uel inimicorum iudicio plane maior & augustior: quum durissimis terra marique iniquæ fortis casibus inuictò semper animo conflictatus, suæ propriæ, nec ulli ducum aut militum communicatæ laudis triumphum de deuicta fortuna reportasse uideretur.

FINIS LIBRI XXXX.

PAVLI



PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS, EPISCOPI NVCERINI, HISTORIARVM SVI TEMPORIS LIBER XXXXI.

Nduciis Rinconis atque Fregosij morte sublatis, Franciscus uti maximè decuit, longa pacis expectatione deceptus, suæ dignitatis esse statuebat quamprimum ulcisci iniurias, ac uno tempore summisque opibus, non modo Subalpinis oppidis in Italia, sed ipsis quoque citerioris Hispaniæ, Belgarumque finibus arma inferre, neque prius absistere incepto, quàm honesta pactione Cisalpinæ Galliæ imperio potiretur, aut postremò superatus & Galliæ exutus regno, in eadem aduersa belli fortuna concideret. Omnes enim ineundæ còcordiæ cogitationes abiecerat, quum præclaris admodum coniecturis, Cæsaris ingenium stabili decreto, ab ea rerum compositione, quæ Mediolanum eriperet, penitus auersum esse deprehēdisset, graui quidem incòmodo Annei Memoratij magistri equitum, cuius consiliis ex uastro & subdolo Cæsaris promisso conceptis, Rex candidus & apertus se ab eo falli ludificarique passus erat. Anneus enim pro ea, qua apud Regem summa ualebat & gratia & auctoritate, induciarum auctor, & expetitæ pacis interpres, ex sermone Cæsaris ad Regem cuncta secunda ac exoptata retulerat: siue quòd id ex colloquij fide crederet, siue quòd ad publica Galliæ commoda pertinere arbitraretur: quòd ea toties funesto euentu dānata belli causa, aliquando uel deferenda, uel certè intermittenda uideretur. Quæ Rex, omnia læta à Cæsare expectās, secutus, Gādauenses in Flandria eius imperiū detrectantes, in suam fidē & cliētelā suscipere noluerat, & Cæsare data seruataque fide per mediã Galliam à montibus Pyrenæis in suam usque Belgicam nullis non ornamentis & honoribus affectum transmiserat, & multarum præterea rerum contra Cæsarem bene gerendarum occasionem prætermiserat. Quæ regis beneficia consecutus Cæsar, cum de reddendo Mediolano nullum uerbum faceret, sed ludificandi causa in perniciem Franciæ nouum quoddam in Belgica sua regnum adumbraret, quòd Carolo Aureliano secundo Regis filio, suam aut fratris filiam uxorem ducturo, se attributurum profiteretur, neque ea quæ ex benigno Cæsaris colloquio expectāda Anneus monue-

A A

rat præstarentur, deflorescere paulatim magna eius gratia, & summa auctoritas debilitari cœpit. Quod ille non obicere animaduertens, cū importuni odij, atque inimicitiarum oblata occasione erumpentium uirum, uelut tempestatum cedendum esse existimaret, postquam se Regi excusasset & abundè perpurgasset, bona eius uenia in uillam suam Centeliam, aula relicta, ad amœnū quietūque otium se contulit. Itaque Rex ipse consiliorum omnium summam præparato animo ad gerendum bellum sibi desumit, grauissimarum rerum literas intenta cura perlegit, suoque fretus ingenio responsa notariis dictat, ærarij rationes excussis quæstoribus diligenter inspicit, in omnique obeundo munere noua diligētia nouaque labore ueteris incuriæ nomen emendat. Eo tempore Langeus, qui Taurino Gallicisq; præfidiis in Italia præerat, solerti ingenio dabat operam, ut decreti belli cōsilia tegerentur. Si qua enim controuersia cum Cæsarianis de finibus ac iniuriis oriretur, compressis suorum armis, per legatos apud Alphonsum Vastium de iure militari ex præscriptis cōditionibus disputabat. Ita induciarū imaginem sustentare conabatur, ut quū occasio rei bene gerendæ adesset, in hostē improuisa arma proferrentur. Nam statim à Rinconis atque Fregosij cæde, uehemēter fuerat intentus sollicitandis ad defectionem oppidis, quæ hostium præsidio tenerentur: inclinatis multorum animis ad mutandam fidem, quum æstiuus ac hybernus Cæsarianorum militum ad extremam redacti inopiam, mitiora omnia apud Gallos futura existimarent. Sed Alexādris detecta proditio incertam adhuc induciarum fidem exoluit, & deprehēsi cum literis speculatores suspecta utrinque consilia atque arma reddiderant: quibus de causis Daualus nouas cohortes conscripsit, ut maiore præsidio propinqua hosti oppida confirmaret, dubiæ incolarum fidei parum credens, & sæpe infidias à Langeo suspectans, quem contra Gallorum morem eruditus pacis bellique artibus instructum, ingenio semper excubanti paratūque, non temere cauendū intelligebat. Quia utrinque oppida, quæ gerendo bello maximè opportuna didicerant, paribus præfidiis tuebantur: Regij Taurinum & in proximo Mōtemcalerium descensu Regis ab Alpibus interceptū, Sabinianum itē, Penarolūque & cinctū palude Varulengū: Cæsariani autem, præter Astam Coloniā & Vercellas urbes, Vulpianū Taurini ceruicibus impositum, Fossanum item, Felicium Antonij Leuæ operū supremum, & Cheriū & Clarascum & Albā, quæ ab initio belli nequaquā temere à Gallis occupata, sed neque fortiter demum aut feliciter defensa, Daualū magna uirum terrefactis superatisq; præfidiis recepisse docuimus. Minora porro oppida, uti inclusa certis limitibus, quos induciæ in mutuos cōsensūs antea præscripsissent, raro aut certè nullo stabili milite tenebātur, quod ea uel una incolarū fide & domestico præsidio satis custodita existimarēt. Clarascū cū tribus cohortibus alāq; una Cremonēsi tuendū susceperat Hieronymus Sangrius Neapolitanus. Is à Daualo per literas monitus, ut ab hostiū infidiis diligēter caueret, uigilias circuibat, & præfidia idoneis locis collocabat: sed quū militū animis propter rei

A rei frumentariæ causam minus propensis uteretur, Galli intempesta nocte à tribus simul partibus adorti, scalis oppidum ceperunt, ab eo loco quo Centalius Allobrox ascenderat: nam ab ea parte, qua à Daualo quassatum expugnatūque oppidum diximus, Vasconum cohortes fortiter repulsæ fuerant, & Blandratus excitatis hostium custodiis irritō conatu ad portam hæserat. Quum irrumpētium Gallorū clamor audiretur, Sangrius qui in medio foro submittēdis quod periculū uocaret præfidiis aliquādiu constiterat, desperatis rebus in arcem se recepit: milites dimidia ex parte capti sunt, reliqua manus ut profugeret, ex muro occupatis hostibus se demisit. Fuere qui putarent non defuisse occultæ perfidiæ suspicionē his manipulis, qui nullo prope accepto uulnere, stationis locū negligentia & metu reliquissent. Cæterū biduo post Sangrius, quod nullum antea comitatū pararat, quanquā iumenta aliquot onusta cibariis, sub præsidio Tanarū uado traiciētia, quæ Pyrrhus submittēbat, in proximo spectarentur, certa pactione, ut inde saluis rebus & duobus tormētis abiret, arcem reliquit. Sed alia Gallorū manus, quæ eadem nocte ad tentandā Albam contenderat, dissimili euentu audaciæ ac diligentia suæ periculum fecit: adorta siquidē urbis muros, eximia Frāncisci Lādriani cohortium, quæ intentæ excubabāt, uirtute depulsa est: Albanis incredibili studio atque animo propugnātibus, adhortāte præsertim pro salute patriæ decertantes eorū antistite Hieronymo Vida, poëta celeberrimo. Sub id quoque tēpus, duce Ludouico Birago quatuor Gallorū turmæ, quæ sclopettarios celeritatis causa in equis confessores acceperant, Varulengo ad oppidum Verucā, quod Pado imminet, profectæ, alam, quum Epirota dux Zucerus abesset, negligenter æstiuantē oppresserūt. His rebus cognitis, Daualus quod Gallorum consilia iā planè abruptis induciis ad gerendum bellum uerterentur, imperata urbibus pecunia Germanorū cohortes mercede cōducit, ex Infubrum iuuentute delectum habet, profectūque Mediolano ultra Padum ad ueteres copias contendit. Eius aduentu permoti Galli in eadem oppida, in queis æstiuarant, maturè concesserūt. Ipse autem deductis & coactis in unum omnibus ferè præfidiis, in minora oppida impetum facit, quoniam Clarascum ualido uigilantique tutū præsidio, nō nisi magnis copiis magnoque apparatu expugnari posse didicerat. Itaque celeri cursu ad duodecim oppida in potestatem sunt redacta: in queis fuere Villanoua, Raconisium, Carmagnola, Caramanum, quorum accessione Daualus tametsi Gallorum audaciā abundè compresserat, nequaquam tamen Clarasci amissi iacturam uel captis tot oppidis æquasse uidebatur. At Franciscus, qui ante initium renouati in Italia belli, cuncta quæ longo grauissimoque suscepto certamini abundè sufficerent, in exhaustis ad id Gallia opibus, insigni cura cōpararat, inferendi belli munia liberis dispartit, peritōsque rei militaris duces, qui ætatem cōsilio manūque regerent, attribuit. Generosi etenim iuuenes matura iā indole ætatēque florentes, unū illud ingētibus animis quod tantæ fortunæ decerat, bellicū decus quærebant; nec eorum alacritati nobilique uoto

rex deerat: utpote qui tenero gaudio perfructus, præclara cupientes e-
mittere & famæ ostentare percuperet. Henricus tacito ingenio, pallida
facie, grauibúsque oculis, materni aui spiritus gerebat: Carolus uerò pa-
tri similiar, fulgore rosei uultus, uigoréque liberalis animi ac eruditus
apertisq; moribus amari, quàm metui malle uidebatur. Hic Belgarum
fines inuadendos desumpsit, illi Hispania citerior decreta est: sed huius
consilij famam silentio compressam uolebant, ut simulatione Italici bel-
li deceptus Cæsar, & Daualus ambiguo distractus metu, ubi opus foret,
periculúmque uocaret, nequaquam maturè expeditis præsiidiis occur-
rerent. Henricus enim quum citra Rhodanum milites cogeret, in Ita-
liam per Coctias Alpes transituri speciem præbebat. Interea Belgarum
fines diuersis & repentinis Gallorum incursionibus uexabantur: incum-
bebat enim è Morinis Arthesiæ prouinciæ Vandomius adolescens, ad
quem certo stirpis ordine, si Francisci soboles interiret, Gallia regnum
redibat. Is adiuncto sibi Obiesio, totius regionis equitum præfecto,
magnum terrorem ad apertis hostium uicis intulerat. Fortèque dū Ter-
uannam urbem, Britannico bello claram, commeatu & nouo item præ-
sidio muniret, Belgarum equitum alam profligarat. Ea erat Hadriani
Beureni, aulæ Cæsaris magistri, cuius imperio eius tractus præsidia re-
gebantur. Carolus autem Aurelianus, cui aderat Claudius Guisus Lo-
thoringiæ reguli frater, de Germanis Lutheraniæ factionis nobili ui-
ctoria clarus, superato Mosa flumine ad Lucemburgum Leucorum o-
lim urbem penetrarat. Ea regio ab urbe metropoli nomen ducit, perti-
nètque ad Arduennam fyluam, atque hinc ad Eburones, & illinc ad Tre-
uironum fines extenditur. Nec Lucemburgenfes ualido ac improuiso
hosti diu restiterunt quin se dederent, quòd ea copiæ, quæ à Maria Cæ-
saris sorore cogebantur, nondum aduenerant, & tantus erat apud gen-
tem, nequaquã pro uetere gloria belli satis peritam, urgentium Gallo-
rum metus, ut mutare fidem, quàm belli clades subire mallent. Ita nul-
lum ferè oppidum fuit, quod Aurelianum ad apertis portis non recipe-
ret, præter unum Enuosium, quod præalta fossa latòque muro, & à tertia
fere parte palustri aditu munitum, Germani milites præsidio imposito
tuebantur. Sed Aurelianus nihil earum rerum difficultate deterritus, ma-
gna ui oppugnare cœpit, quassatúsque aliquandiu murus est, & repetito
militum conatu fortiter tentatus: egregiè repugnante Germano mili-
te, ita ut oppugnatio alacriter cœpta, quum opinione durior ac aspe-
rior euaderet, militumque uires ac animos hebetaret, omittenda uide-
retur. Id consilium iuuenis dedecoris metu & spe laudis adductus non
probabat, uel suadente Guisio, & patre rege per literas reuocante. Is e-
nim secundis aduersisq; rerum suarum exemplis dux peritus & uetus
miles, filium monebat ut pertinaciæ, quæ exitiali insanix esset perfimi-
lis, finem imponeret, nec se lógus à rationis finibus cæca cupiditate ab-
duci pateretur. Fortunã enim, quæ eius belli initiis & mediis benignè cu-
mulatèque fauerit, æquo animo ferèdam esse, etiãsi conuersa nequaquã
postremis

A postremis successibus ardeat. Itaque abscedere incepto turpe ratus,
locum mutare, & in tumultum tormenta transferre cõstituit: quibus sin-
gulari militum studio laborèque subuectis, tanta ui propugnacula deie-
cta, defensoribúsque nudata sunt, ut percussis metu oppidanis Germani
mercenarij milites, pacti ut sibi sub uexillis abire liceret, atque omnium
fortunæ incolumes præstarentur, deditioem fecerint. Eo successu Au-
relianus magnoperè lætatus, cum Germano milite liberaliter egit, oppi-
danos uero ad spem immunitatis excitatos in fidè recepit: summa quo-
que cura adhibita, ut Guisio docente ac administrante, oppidum nouis
B adiectis operibus inexpugnabile redderetur. Dum hæc ad Lucemburgi
fierent, Guliermus quoque Cleuensis regulus, Martino Rossenio duce, in
Brabantia bellum excitabat. Is enim, uti supra retulimus, cum à Cæsare
nimis duro seueròque, ut Gheldriæ princeps appellaretur impetra-
re nequiuisset, ad Franciscum in Galliam se contulerat, percussòque so-
lenni fœdere, ei Franciscus sororis filiam ex Henrico rege Nauarre susce-
ptam desponderat, ut geminata propinquitate quàm arctissimè iunge-
retur. Ludouicus enim Francisci socer, eius nominis rex Gallia duode-
cimus, ex magna Cleuensis amita natus erat: ab hac affinitate societate-
C que maximi regis Guliermus in spem ueniebat, ut Gheldriam, quæ sibi
ex Caroli auunculi testamento in hæreditatem obuenuisset, uel non feren-
te Cæsare facillè tueretur, atque eo quidem felicius quòd ei fœderi so-
cius adscriptus erat Daciae atque Noruegiae rex Christianus, qui Christi-
erno propter nefariam eius crudelitatem impiòsque mores in carcerem
ad uitæ exitum cõiecto opportunè successerat. Huius erat ditionis Cym-
bri in Chersoneso continentis siti (eos indigenæ Holfatios & Danos uo-
cant) terribiles quondam Romanis, sed bina cæde Marianisq; uictoriis
deleti, hoc demum seculo celebres esse desierunt. Promittebat Christia-
D nus, mutua ope tuendis regnis armatum equitatum armatasque fortif-
simarum gentium legiones, & quam magno usui futuram crederent, ua-
lidam classem, quæ secundum Frisiorum & Batauorum littora duceretur.
In intimo enim sinu eius peninsula in Gothicum pelagus excurrentis,
Lubecum, portu nobile emporium, innumerabilibus mercatorum
nauigiis frequentatur. Inde siquidem ad Gothorum & Suecorum regna,
per insulas urbibus refertas, uasto maris anfractu, Liuoniae Sarmatiæque,
& postremo Moscouiæ quoque littora classibus petuntur. Fauebat Cæsar
dånatae Christierni causæ: quanquã hominem rabidæ feræ perfimilè, ac
E ideò caueæ inclusum oderat, hortabatúrque Federicũ Palatinũ, illis trá-
marinis imperiis ab eximia uirtute dignissimũ, ut ingèti animo ea regna
capefferet, quæ sibi certa uxoris hæreditate prouenirent, duxerat enim Pa-
latinus Christierni filiam, ex matertera Cæsaris genitã. Propterea nouus
rex Christianus firmãdo regno adaugendísq; opibus nouas amicitias no-
uasque societates sibi inuidas existimabat. His cõstitutis rebus, ac animo
ad bellũ parato, Cleuensis cũ regia pecunia domũ reuersus, per Rosseniũ è
Menapiis atque Sicambriis læctissimas copias coëgit. Erat enim celebre

gratumque militibus Rossenij nomen, quod dux uetus & impiger praedamque auidus, cuncta ea uel aspera factu quae astuto grauique ingenio secum agitare, manu fortiter atque feliciter conficere consueisset. Excitari siquidem uetus disciplina uidebatur Francisce Cechingi, cuius memoria apud ueteranos rapinis assuetos adhuc erat insignis: quum ille, uti suo loco docuimus, in summa licentia & latrociniorum impunitate, ad corroborandam infamis militiae disciplinam, exactae seueritatis leges inuenisset. Propterea plerique etiam nobiles, qui inueterata maiorum consuetudine sese clientisque suos latrocinii alere nequaquam turpe ducunt, ad Rossenij signa auidissime confluebant. Nec erat quisquam, qui uel belli causam, uel omnino quod duceretur sciscitando perquireret: cuncta enim ad uictoriam ac optimam praedam diligentissime prouisa milites putare, nihil fore inuium arbitrari, ac eos denique iure optimo hostes censere, aduersus quos dux ipse uexilla uel incertis auspiciis explicaret. At regina Caesaris soror, quae Belgis praerat, ubi fama perlatum est ad Rossenium tot copias cogi, ad Guliermum legatos mittit, qui eius animum explorent, coactique in ipsius finibus tanti exercitus causam perquirant. Ille ambigua respondet, putare scilicet eam militum manum ab initio, ut contra Turcas duceretur, a uariis ducibus conductam, ac ideo finibus excessuram: ipsi porro nihil opus esse copiis, cum undique bona pace cum finitimis utatur. Populis autem ad arma natis, liberam semper fuisse potestatem eorum auspicia sequi, quorum uel occultato nomine stipendia praerberentur. Nec multo post Rossenius, motis castris in Eburones, ad Legionem clarissimam urbem, quam hodie Leodium uocant, iter intendit, ut consilium alte conceptum compressumque silentio, diuersi itineris simulatione tegeretur. Ad immensas enim opes Antuerpiae urbis tacitus anhelabat, neque arduum rebatur opulentissimo totius Occidentis emporio potiri, si populos qui iam pridem a patrum memoria, finitis bellis pingui otio & mercatura studiis dediti, nunquam arma nisi in ipsis spectaculis induissent, imparatos & nihil hostile timetes improuisus inuaderet. Petebat ab Eburonibus, ut sibi in Galliam copias ducenti transitus daretur. At illi armatis externorum copiis sponte iter, comestumque praebere, ex dignitate eius gentis esse pernegabant, cuius amplissima urbs & nomen & claritatem ex calamitate Romanae legionis, integra adhuc bellicae uirtutis gloria retineret. Itaque Rossenius, quod a uetere proposito discedere uolebat, in laeuam iter flectens, ad Mosam singulari celeritate contendit, repudiatis humilioribus uadis, ut Brabantiorum custodiae fallerentur: nam regina uiriliter animi mulier atque aemula fraternae uirtutis, quot potuit equitum praesidia & subitarias item cohortes irrupturo hosti periculosis in locis obiecerat: quibus rebus solerti coniectura prospectis ac exploratis, Rossenius ad Rauastenum pertendens, lintres atque nauiculas nactus flumen traiecit, populatumque Toxandriam regionem, tantum toti ferè Brabantiae terrorem intulit, ut pagis fortunisque relictis & dispersis pecoribus agrestes in munitiora

tiora oppida confugerent, ac urbes quoque ipsae inusitato pauore complerentur. Eo modo qui sine maleficio ierat, direptis ac incensis pluribus uicis, capta aut in miserabilem fugam coniecta magna hominum multitudine, ad Roiam insigne oppidum peruenit: quo capto direptoque ad Verembecium & Horfcotum progressus, atque inde passim uastabundus per Berliam descendens, ad Hostratum castra promouit. Id est oppidum inter Belgas arcis ac moenium structura domorumque elegantia, & denique rerum omnium amoenitate pulcherrimum: In id ingens foeminarum & puerorum turba confugerat: multi quoque nobiles undique carissimarum rerum sarcinas comportarant, sed quod magnopere deposcebat Rossenius, in eo magna uis pilarum & tormentarij pulueris seruabatur: qua una re plurimum indigeret ad expugnandam Antuerpiam, id enim in uoto erat, idque unum ad susceptae expeditionis finem, explendis infinita praeda militibus ante omnia petebatur. Hostratenses praesentis instructique exercitus minis territi (omnibus enim caedem atque ignem tectis, ni extemplo se dederent, saeuus hostis truculenta uoce denunciabat) desperata defensione animos ad maturandam deditioem inclinarunt, atque ita quum foeminarum ac imbellium deprecationes fortium uirorum consiliis officerent, danti fidem Rossenius portas aperuerunt: nec in latronum duce praecleara defuit fides, nemine enim uiolato nihil ademptum est, praeter ea quae in ipsa deditioem conditione postularat, sulphurei scilicet pulueris cados centum, pluresque item ferreas pilas, & quatuor tormenta muralia, haec enim ad expugnandas urbes circumferendumque terrorem magnopere pertinebant. Quum ad Hostratum milites plenissimi oppidi copiis recrearet Rossenius, per exploratores didicit Renatum Aurantium, Nanfoi filium, summam inter Belgas potentiam iuuenem, Breda paterno nobili oppido cum ualidis copiis exiisse, ea mente ut Antuerpiensibus auxilio accurrens, hostium aduentum celeritate praeniret: iam enim Rossenij consilia non inanibus coniecturis noscebantur, omnesque uni praesertim Antuerpiae, Ambuaritorum olim coloniae, cauendum putabant: qua urbe defensa gentium omnium fortunae seruarentur, neglecta uero & perdita, reliquae Belgarum ciuitates eandem summam calamitatis cladem subirent. Necesse erat utrique diuersa & pari propè uia Antuerpiam contendenti, Briscotum petere, quod erat castellum septem milium spatio urbi propinquum: ad id uiae militares in unum coibant, Rossenius expediti & durati in armis exercitus studio & diligentia feliciter usus, ut hostibus iter praecideret, ea celeritate praecurrit, ut Aurantiani magna ex parte tyrones, uti ad laborem solemque ferendum insoliti, uix tres post horas pari emenso itineris spatio peruenierint. Erat ante Briscotum lata planities, Rossenio minime opportuna tendendis insidiis, quod arboribus tumulisque careret, is enim adolefcentem pugnae auidus, & nihil praeter alacritatem pugnae animi ad conferendas manus afferentem, quoniam astu eliceret & circum-

uenire posset intentissimè cogitabat. Igitur inepta ad id quod perfici F
posset, regionis solique natura commentum, nouitate mirabile, à fo-
lerti ingenio desumit. Legiones enim toto campo pronis pectoribus
procumbere iubet, & equitatum, cui præerat Longualles ipsius Cle-
uens equitum magister, ad aduersam castelli partem diligenter occul-
tat: duabus tantum turmis uia militari præmissis, alaque demum una
grauis armaturæ constituta inter raras ac humiles arbusculas, quæ sub
oppido ad amœnitatem consitæ ociosis tenuem umbram parabant. Du-
ctabat Belgas equites uir impiger, nomine Libertus: is haud magno spa-
tio ante peditatum prouectus, quum raram & exiguam apud hostes e G
quitum manum, ac inter arbusculas non multos equites & pedites uer-
sari conspiceret, antecursores tantum aduenisse, grauioræque agmina tar-
dius sequi ratus, & profligari posse paucos, & castellum præoccupari fa-
cile iudicauit. Nec mora à pluribus res ipsa uti conspecta iudicataque
fuerat, ad Aurantium defertur. Is cohortes ad properandū cohortatio-
nibus incitabat, miro autem assensu Liberti consilium probatur: nec il-
le sibi ullam omnino moram affert, quin extemplò galeatis equitibus ad
inuadendos hostes præcurrat. At Rosseniani primum impetum fortiter H
excipiunt, sed mox, uti fuerat imperatum, dant terga tanquam impa-
res, cæterum in fugam coniectis extemplò fert opem ala grauis arma-
turæ, quæ inter arbores constiterat, editurque insignis pugna: crescen-
tibus uerò Belgis Rosseniani partim consilio, partim necessitate atque
impetu urgentis hostis laxatis habenis longissimè fugiunt, eodémque
cursu Belgæ intemperanter terga cædentes ad arbusculas pertrahun-
tur, eas enim Rossenius hastatis hostium cataphractis magno impedi-
mento futuras antè prouiderat. Festinabat Aurantius cum peditatu, ut
uictoriæ equitum interesset: quum dante signum Rossenio, legiones
ueluti nouo miraculo terra editæ repentè profiliunt, attolluntur uexil- I
la, tympana crepitant, & quò maximè terreri hostis potuit, erectarum
hastarum ingens sylua conspicitur, prodeuntque simul cum Longual-
le equites ex insidiis, & in terga lateraque hostium alas recuruant. Tum
uerò Belgæ perterriti, ac indagine ueluti inclusi, neque uiribus neque a-
nimis pares undique profligantur. Libertus temeritatis dat pœnas &
capitur: cohortes ne tentato quidem certamine ad terram arma proi-
ciunt. Aurantius ipse, quum inter confertos hostes uersaretur, erum-
pente equo fuga elapsus, certum suæ cladis nuncium Antuerpiam tulit. K
Incredibile dictu est, quantum eius aduentus ciuitati per se antea metu
consternatæ terrorem attulerit: ex ea enim re male gesta, desperatis au-
xiliis plerique ciues ad graues armorum tumultus insoliti, in ipsis custo-
diis pallentia ora præferebant. Sed Respublica in consules egregiè fortes
inciderat, Lucium Vrsulum & Nicolaum Schemerium, creatique fue-
rant uirtutis eximiæ præfectus urbis, dicundique iuris prætor, & Mar-
chio summus omnium signifer, qui darent operam, ne ullus omnino
uel negligentia uel exercendæ perfidia locus inquilinis aut malis ciui-
bus

A bus relinqueretur. Externos enim opifices, genere Sicambros atque Me-
napios, ad dicendum conceptæ erga Cæsarem fidei sacramentum ade-
gerant, expulsis qui dicere recusassent: omnes qui arma ferre possent, in
cohortes descriptos priuatis aut publicis armis instruxerant: ad hæc po-
mœrium cum multa priuatarum ædium ac hortorum strage fuerat dila-
tatum, nouusque agger institutus, ubi uetustate collapsa mœnia desine-
bant. Quotidie etiam magna uis priuati æris ex domesticis uasis ad fa-
bricanda tormenta conflabatur, per singulas quoque urbis regiones cer-
tam tormentarij pulueris mensuram dietim conficiendam uicomagi-
B stris imperarant, cauerantque se uero edicto, ne quisquam è custodia sta-
tionisque loco uel in fortuito incendij discrimine, uti mos erat, ad re-
stinguendum ignem discurreret, fraudem enim atque perfidiam suspec-
tantes, omnes excitandi tumultus causas accuratè sustulerant, ut ne ho-
ræ quidem nocturnis diurnisque officiis spatia populo nunciantes ullo
in loco pulsarentur, edicto que sublatus esset in sacris turribus campa-
ni æris sonitus, ne coniuratis ad patrandum facinus signum daretur:
nam suspectos aliquot & cogitata prodicionis ex quæstione reos custo-
diæ ad pœnam tradiderant. Sed tantis custodiis quum urbana multitu-
C do in tanti ambitus urbe minimè sufficeret, nec uti imperia bellicarum
rerum operum labores atque uigilias alacriter ferret, peregrini mercato-
res reipublicæ fortem fidelémque operam nauarunt. Italicorum prima
liberalis atque promptissimi studij laus fuit: in his eminebant Ambro-
sius Bustius Insuber, & Paulinus Fundrius Lucensis, qui in Italia ordi-
nes duxerant, & tum maximè ad componendas acies instruendisque ty-
rones spectato grauique munere fungebantur: horum æmulatione Lu-
sitani, Germanique, & item Britanni negotiatores longè ditissimi ue-
xilla sustulerant. Magno quoque præsidio aderant tres urbanæ societa-
D tes, quæ antiquitus institutæ per dies festos uoluptatis causa militaribus
armis exercebantur, quum in certamine ad proposita præmia arcubus
lignis ex disciplina Britannica sagittarent, alij præpilata ueruta arcu-
ferreis balistis emitterent, alij autem ualidioribus sclopettis uterentur.
His forum diuisis excubiis erat attributum, ut inde dubiis in rebus con-
tra hostem per tesseram consulum iussu ducerentur. His rebus ad urbis
custodiam summa cōsulum diligentia constitutis, ac inter spem & me-
tum erecta ciuitate, Rossenius sine suorum uulnere & sine cæde hostium
opimam spoliis uictoriam consecutus, ad urbem castra promouit. Nec
E mora regio more araldus cum mandatis in urbem mittitur: hunc uel ar-
roganter & acerbè proloquentem ne uerbo quidem uiolare fas est. Po-
stulat ut in fidem Gallia Daciaque regum se dedant. Horum auspiciis
Rossenium multis uictoriis illustrem bella gerere, nec quicquam durius
à ciuibus petere, quàm iusurandum: leges enim illis ac immunitates ue-
teris libertatis præclare & liberaliter aduictas, perpetuò incolumes futu-
ras: quòd si uim experiri, quàm sanis consiliis parere mallent, daturū ope-
ram ut prolatis tormentis, immissoque ueterano ac inuicto milite, fu-

nestum contumaciæ exitum quàm maximè lugerent. Ad ea consules F
 grauissimè responderunt, ciuitatem ea esse dignitate atque ea uirium
 existimatione, ut fidem mutare longè turpissimum putet: ea uero po-
 tentia atque animi magnitudine, ut latronum immanium castra despi-
 ciat, breuè iccirco Rossenium, si congregaretur mœniâque subiret,
 merito supplicio tot scelerum pœnas daturum. Iratus itaque Rossenius
 frumentarias molas, quæ latis rotarum radiis excepto uento uolueban-
 tur, latè disiecit. Confederat ad Donnum uicum, non longè ab urbe, in-
 tererantque frequentes suburbanæ arbores, ita ut prospectum adime-
 rent, ac earum densitate castra tegerentur, quod è mœnibus, qui in sta- G
 tione erant, uel ad incertos ictus tormenta displodere nunquam cessa-
 rent. Crescente periculo crescebat metus suspensaque ciuitas noctis e-
 uentum expectabat: quum ualde timeret, ne tormenta occultata defen-
 sâque tenebris ad mœnia proferrentur. Propterea populus metu sæuus,
 cum magno pudore consulum & summo dolore nobilitatis postularat,
 & quod necesse fuit, quanquam indignum maiestate tantæ urbis, etiam
 impetrarat ut per ampla sacratarum uirginum cœnobîa, Carthusianum-
 que uenerabile templum, quod subessent mœnibus, iniecta flamma de-
 lerentur: ne edito ob idque opportuniore tormentis loco potitus ho- H
 stis, tutius ac audacius in oppugnatione uerfaretur. Acciuerant etiam
 consules è Flandra regione, quæ est secundum Scaldem urbi propinqua,
 circiter duo millia ualidorum agrestium. Horum turbam, quod esset
 inermis, thoracibus, lanceis, atque securibus instruxerant, ut populo
 tot noctium dierumque labore atque uigiliis fatigato requies daretur.
 Nec multo post Rossenius ab eo singulari externorum & ciuium con-
 sensu & diligentia, occupandæ urbis consilio depulsus discedere, ne ten-
 tata quidem oppugnatione, constituit: paratior enim quam antea cre-
 didisset hostium animos, & firmiora præsidia repererat, & tum maximè I
 mirabatur nullum triduo popularem editum tumultum, nullam ob-
 ortam seditionem, nullumque omnino excitatum incendium. quise-
 nim plebem inopem in tanta urbis opulentia, alienæ felicitatis inui-
 dam, prædæ appetentem, in fide ac officio permanfuram putasset? Sed
 eam profectò cladem fortuna urbis auertit: ferunt enim Rosseniū at-
 tonito similem, pecunia corruptum inuitis & improbantibus cohorti-
 um alarumque præfectis, de uictoria nulla ratione desperasse: quum
 non uno in loco, nondum perfectis aggeribus, ea inuictorum militum
 robora, ad primos impetus in urbem peruasura crederentur: erant enim K
 supra duodecim millia delectorum peditum, & armatorum equitum
 duo millia, nec ampliorem numerum se deposcere Rossenius dicebat,
 ut cum duplo maioribus copiis ad certam spem uictoriæ aperto in cam-
 po confligeret. Itaque discedens concrematis miserabili incendio sub-
 urbanis deliciis, Louanium Grudiorum olim clarissimam urbem, iter
 intendit. Nec maleficiis ac incendiis finem imponebant, Ransto & Du-
 fella oppidis ex itinere direptis, Lira urbe nequaquam tentata, quum
 præter-

A prætereuntem Lirense emissis pluribus tormentis auertissent, Loua-
 nienses quoque & ciuium multitudine, & munitione urbis, & pere-
 grinæ iuuentutis præsidio confirmati, hostis aduentum atque impe-
 tum fortiter tulerunt: in eam enim urbem liberalium artium gymna-
 sio clarissimam, magna hominum multitudo confluxerat: fama ta-
 men ualuit, ciuium primates salubri consilio, ne patriam in discrimen
 publicæ salutis adducerent, sese multo auro à latronum iniuria
 redemisse. Cæterum Rossenio Brabantia fines euastante, Henricus
 Francisci regis filius, sicuti decretum erat, Narbona profectus ad Py-
 B reneos montes perrexit, ut Perpennianum, quod est in aduersis mon-
 tium radicibus, occuparet. Id minore cum inuidia peti uidebatur,
 quod nostra memoria Gallicæ ditionis fuisset. Eam enim urbem à Mar-
 co Perpenna Sertorij percussore conditam, Carolum octauum Ferdi-
 nando Hispaniæ regi tradidisse docuimus: quum hic maioribus suis
 bello ademptam repeteret, ille uerò inuadendi Neapolitani regni cu-
 piditate incensus, in Italiam deferretur, nec eius litis occasione quic-
 quam hostile ab Hispania timere uellet. Recepta itaque est ab Hispano,
 aut infami aut certè parum honesta conditione, quum eius belli se-
 C spectatorem fore, nec ideo Aragoniis gentilibus cōsanguineis que suis
 opem laturum promitteret, & tum fama esset Turpenium quæstorem
 infido uenali que ingenio hominem, lagenis argenteis moneta aurea
 repletis corruptum, qui inconsultæ regiæ liberalitatis auctor extitisset.
 Erat Henrico spes omnis occupandæ urbis in celeritate posita, ut prius
 quam auxilia conuenirent, inopinantes ac imparatos inuaderet, neque
 enim Gallorum consilia diu tegi potuerant: ipso præsertim Alfonso
 Daualo sapius ad Cæsarem perscribente, ut Hispaniæ finibus caueret,
 illac enim irrupturos compererat, quod nunquam ei, cum in omni re
 D semper liberali, tum in hac utilissima militiæ parte maximè profuso,
 ad exploranda hostium consilia, uel certissimi nuncij uel audacissimi
 speculatores defuissent: præoccupare enim officij merita per amplis do-
 nis, & larga demum secretaque manu præmia soluere erat solitus. Tan-
 tus uerò quibusdam Cæsarianæ aulae proceribus, ab elato animo Gal-
 lorum inerat contemptus, ut nihil de eorum aduentu credendum pu-
 tarent, respondereturque propterea Daualo, ut de alieno periculo so-
 llicitus esse nollet, ipsèque potius prouideret ne conuerso ad Italiam
 hoste, rebus suis timere cogeretur. Sed ubi leuis armaturæ equitum
 E ala intra fauces penetrauit, Perpenniano tantus incidit pauor, ut ci-
 ues, qui à multis annis pacem colendo arma nunquam induerant, par-
 uos liberos ac uxores & pretiosiora supellectilis, in munitiora oppida
 comportarent, & de salute magnoperè dubitare uiderentur: erat enim
 murus uetere structura per se tenuis & infirmus ad uim tormentorum
 perferendam, & propugnacula antiquitus aduersus balistas erecta his
 maximè fenestris carebant, quibus accedentium ad fossam hostium

latera ferirentur. Cæterùm Henricus modicis confectis itineribus F parùm utiles moras trahens, muniendo firmandoque oppido spatium hostibus dedit. Expectandas enim Heluetiorum legiones existimabat, quæ superato Rhodano ardentissimis solibus confectæ, tardius sequebantur, ut tota mole exercitus intra hostium fines irrumperet: utpote qui de celeritate remittere, quàm equestribus & expeditis cohortibus tantam rem aggredi mallet: ne si harum felici conatu tentaretur, imminuta dignitate, Hispanos primo successu lætos, à concepta formidine ad animi constantiam reuocaret: sed quantum existimationis ac uirium, & in omnes etiam casus certæ securitatis ea cunctatione quærebatur, tantum pulcherrimæ occasionis ad exploratam uictoriam deperibat. Coactis enim in unum copiis, Henricus aliquanto serius, quàm prima consilia in festinatione posita requirebant, Perpennianum peruenit. Mouerat à Leucata, quod est ultimum Galliæ Narbonensis oppidulum, transferatque inter stagnum & Pyreneos montes, ut Salsas castellum, antiquis Salsulas uocatas, euitaret. Petitur enim Hispania uia militari inter mare & stagnum exaggerata, cui eximiæ munitionis id castellum imminet, tanta loci opportunitate, ut inde si Hispani custodes uelint, quem- H que tormentis accessu facile prohibeant. Id Carolus Perpennianum fraude sibi creptum indignatus, uti memorauimus, interfecta in expugnatione citerioris Hispaniæ nobilitate diruerat. Refecerat statim Ferdinandus, adeoque firmo præsidio munierat, uti Ludouicus demum exorto Neapolitano bello, id frustra uel maximis uiribus oppugnarit, præcurrente Italico equitatu ac obuia in prædam uertente: magnus terror hostili prouinciæ est illatus, prima scilicet excursione interceptis aliquot illustribus sceminis, quæ Perpenniano excedebant, ut in munitiora castella confugerent. Henricus ad I urbem castra promouit, perductæque sunt fossæ ad altitudinem hominis depressæ tortuoso notoque opere, ut milites à tormentis hostium protecti, erectis demum uimincis pluteis tutissimè commearent, tormenta que producerent, quibus confectis ad arcem, pinnarum corona, æditioraque propugnacula petebantur: nec consistendi in muro, & propugnandi hostibus potestas foret. Sed Galli firmiora omnia paratioraque quàm antea putassent, apud hostes reperiabant. Magno enim incommodo Gallis cessit Heluetios expectasse, securitatisque potius quàm festinationi studuisse, & quod K minus expediret, traxisse etiam moras inutiles expediendis omnis generis com meatibus. Nam Gallorum consuetudine non ad inedia modo uel opulenter auertendam in hostili terra, sed ad conuiuiorum quoque apparatus, à Tholosatis remotisque populis uina affatim & sumptuosa obsonia petebantur. Inter has igitur Gallorum moras Albanus regulus in urbem uenerat, & Maciucca, Cerbellionéque notis in

A notis in Italia ueteranis, munitioni custodiaeque prepositis ad cogendas cohortes Gerundam discesserat. Médocius quoque castris præfectus ad oram urbi proximã sociorum naualium egregiam manū, duce Bezerra, uiro impigro, & torméta cum peramplo pilarum, & sulphurei pulueris apparatu peropportune & diligenter aduexerat, commotaque uniuersa Hispania Cæsar edixerat regulis omnibus, ut quàm maximæ peditum & equitū copiam pararentur. Neque Daualo ferendæ opis cura defuit: cum Andrea enim Auria collocutus, ueteranas quatuor Hispanorum cohortes ex Subalpinis præsidiis triremibus in Hispaniam aduehendas deduxerat. Legionemque item Germanorum unam, quæ onerariis nauibus imponeretur: missis etiam Petro Geuarra rei bellicæ admodū perito, qui instruendis regendisque tyronibus uetere suo castrorū magistri munere in Hispania fungeretur, iniunctumque fuerat Antonio Auriæ, & Garcia Toletano, ut cum Neapolitanis Siculisque triremibus Africanas cohortes è Sicilia atque Sardinia in supplementum earum, quæ ex præsidiis detractæ essent, Sauonam transportarent. His cognitis rebus Henricus perplexo tētantiq; similis, an oppugnanda urbs foret, cum ducibus disputabat: nondū enim maiora tormenta protulerat, quibus mœnia grauissime quaterentur: aderant ante alios summæ authoritatis Hanebaldus & Brissaccus, qui peditatui præerat, Paulusque Rentij Ceritis filius, leuis armaturæ peditum præfectus, & Stampeiis genere & regis gratia pernobilis, qui honoris causa Heluetiis erat præpositus: quod uir opulentus liberaliter epulando, largiendoque auidæ gentis studia promereri posse uideretur. Hi ab ipso statim initio sententiis inter se discrepant, quum Paulus diuersam muri partem (ea erat à conspectu arcis remotior) ualide quassandam non inepta ratione cēsuisset. Reliquis Hanebaldus libenter assentantibus, cui minime decorum foret à sententia D discessisse. Fit enim plerunque militiæ, ut duces uanissimo iudicij genere deteriora, quæ sua sint, consilia sequi malint, quàm probare meliora, quæ uideant: quod alienis ingeniis cedere turpissimum putent. Itaque tormentorum magistri, ex Hanebaldi consilio, in decutiendis pinnis nihil omnino profecerant: quū ex aduerso Hispani & ab arce, & à portæ propugnaculo, pares pilas in ora tormentorum hostilium certissimis ictibus contorsissent, rotasque curruum cum nece proximorum opportunè perfregissent. Eā enim portā, quæ Elnensis dicitur, ita obstruxerant, ut antemuralis turricula, ubi pons ligneus subductilis erat, multo cespitate, multaque arena ad altitudinem præaltæ contignationis compleretur, è qua demum tormentis impositis ac in solido collocatis, hostiū castra atque opera peterentur. Acciderat quoque, sed aliquanto maiore ludibrio, quàm damno, ut quum cohortibus, quæ operibus atque tormentis præsidio erant, tardius in statione succederetur, propterea que ieiuni in sextam horam milites ardentissimisque solibus perusti, sensim ut pransum iretur locum tanquam periculo uacuum relinqueret, Maciucca repentinus erumperet, paucos fugaret, potitūque tormentis, ea

ferreis stylis in spiracula coniectis, ita ut minime displodi possent, confingeret. Sed id patratum facinus abducere etiam tormenta conatibus nequaquam lætitiæ fuit, superuētū nanque Vasconum Italicarūque cohortium, Hispani intra portam cum cede compulsī, Brisacco ante alios, uti ducem decuit, uehementissime dimicante, fœlicis audaciæ laudē tardi receptus cruenta pœna æquatam ipsorum confessione retulerāt. His casibus euenerat, ut nemo esset in consilio, qui discedendi sententiā non maxime probaret, adiuuabant rem proclinatā alarum duces, quod consumpto undiq; pabulo, equi nobiles macie cōfecti cum summo dolore equitum aridissimis in locis interirent. Suberat etiam non occultus pa-
 uor: nec temere quidem ex tanto Cæsaris apparatu conceptus. Is enim maturare nūciabatur, & aliquot iam cohortes ab Albano præmissæ (has ueteranus Oliuar ductabat) nullo prohibente in urbē peruenerant: quarum accessione tantus iam erat Gallorum contēptus, ut pecus ab initio intra urbem receptum, sub mediocri præsidio in proxima prata, pastum emitteretur, integrisque gregibus, frustra insidiantē ac insultante hoste in urbē reduceretur. Verū id adeo licēter, impunēq; facere obsessos non diu passi sunt Sanpetrius Corfus, & Ioannes Thurinus. Nam conditis in conualle cohortibus Hispanos quotidiana consuetudine armentis præsidio audacter prodeuntes, improviso acrique impetu adorti, multis interfectis & captis, ipso spectante Henrico, intra urbem compulerūt, qui Sanpetrium uirtutis causa aureo torque, & cohortem pecunia donauit. Hi quoque duo præfecti Paulum Rentij filium cum delecta manu equitum excurrentem ad Helnam, quæ Eburā olim fuit, secuti Hispanos circiter ducentos obsessis auxilio uenientes in itinere peracri edita pugna deleuerunt: in qua Vicinij Vrsini iuuenis uirtus enituit, quum ei equus ab hoste suffossus fuisset. Ceterum Henricus, postquam omnia in dies difficiliora fore prospexit, abunde officio uotōque satisfactū ratus, si incolumi exercitu in Galliam rediret, Migliis & Hillia oppidis ex itinere direptis ad patrem est reuersus. Is ad Volcarum urbem, Monpele-
 rium hodie uocatum, citra Narbonam confederat, ut ex propinquo cōmunicatis consiliis in omnem occasionem ferēdæ opis paratus adesset: porro uenientem & quodam nobili pudore perfusum, quod cœptis fortuna defuisset, complexus, festiue admonuit, ne fraternæ laudis obrectatione plus equo angeretur, si fortuna cœptis suis minus alacriter arrisisset uideretur (aderat enim Carolus rebus prospere gestis è Belgis reuocatus) satis eum his cœptis claritatis & nominis esse consecutum, postquam Hispaniæ fines euastasset, rediissetque incolumi exercitu, & nullo accepto detrimento: ut in secundis demum uotis fortunam constantis animi uirtute superaret. Redeuntibus copiis enata est controuersia iudicij militaris, quum Hispani captarū nobilium fœminarū propinqui eas sibi liberaliter reddi postularēt, negatibus Italis iure belli captas sine pretio dimissuros: suffragabantur Hispanis ipsa ratio humanitatis, & mos antiquus, quod imbelles genus omni uexatione indignum cēferetur: proderat

A proderat autem Italis recentis Romanæ cladis exemplum. Constabat enim non matronas modo, sed infantes etiam pueros summa Hispanorum acerbitate multo auro redemptos fuisse. Sed rex apprimè liberalis donatiuum militibus ex merito per quæstorem dari iussit, excultasque muneribus fœminas dimisit. Eadem quoque liberalitate usus est erga Germanos, quos fluctuante nauigio ad Stechadas è Genua delatos Virginus Vrsinus admotis triremibus numero ferme trecentos ceperat: & eo quidem maiore clementiæ laude, quoniam Cæsariani multos Subalpino bello captos ad triremes atroci cū iniuria relegassent. Fuere qui existimarent, inuadendæ Hispaniæ consilium in occulta spe uenturæ Turcarum classis ab initio fuisse collocatum. Barbarussa enim ea ætate se Hispaniæ litora uastaturum promiserat. Eo autem in mare nostrum proeecto nemini dubium uideri poterat, quin obsessis portibus Auriannæ nauigationes interclusæ tollerentur, Hispaniæque duplici petita hoste uires distrahere cogeretur. Propterea Henricum classis expectatione suspensum, neque ab initio maturasse iter, neque demum, quin celeriter se reciperet, oppugnandæ urbi hæere uoluisse: patre itidem reuocante, quum Dexius è Rhodia militia trierarchus ad euocandā classē Byzantium missus, indeque reuectus Massiliam certum negatæ classis nūcium retulisset. Quomodo autem ea res, quæ Francisco nō mediocrem inuidiam apud quosdā Cæsarianæ factioni addictos peperisse uidetur, Byzantij agitata sit, operæpretiū erit explicare. Interfecto Rincone Franciscus Antoniū Polinum, qui institutæ legationis munere fungeretur, ad Solymanum misit. Is erat ex Langei disciplina sobrio, solerti que ingenio, & quod intererat, corpore ad perferendos itinerum labores egregie subactō. Militabat enim Subalpino bello, legatūque nomine ad Alfonso Daualum confirmandis induciis sapius ierat: quo suscepto munere, eam excellētis industriæ opinionem erat adeptus, ut Daualus prudentiorem eo neminem Gallum se nouisse testaretur. Itaq; Polinus per deuos tramites Venetias delatus, atque inde enauigato sinu Sibinicum usque, quod antiquis Sicum celebre oppidum fuit, trāsuersis itineribus per Illyricum in Mysiam ad Solymanū Buda redeuntē peruenit. Munera ei allata sunt, quum nemini sine dono ad Barbaros aditus pateat. Fuere operosæ supellectilis, ad usum ornamentūq; abaci, argētea uasa sexcentorum pōdo. Purpuratis uero prætoriūq; præfecto, atq; item ianitoribus sericæ omnis generis, aut ex cocco laneæ talares uestes quingentæ. E Solymanus perlectis literis, auditisque mādatis, quum Rinconis casum grauitè ferre uideretur, Polino promisit, se regi Gallo, iusta arma propter uiolatas inducias aduersus hostem Carolum paranti, neque mari neque terra, quin opportune opem ferret, defuturum: de his autem rebus nihil explicari posse apud properantes: tum uero quum Byzantium peruenissent, purpuratos ad postulata ex cōmuni consilio responsuros. Petebat ante omnia, ut classis, Hariadeno Barbarussa duce, ad oram Prouinciæ, excipiendā Gallicis portibus futura estate mitteretur,

peterétque Solymanus à Venetis, ut cum Gallo rege contra Carolū fœdus percuterent, & focia arma in communem omnium hostem uerterentur. Non intermisit studium Polinus, quin sibi ad rem impetrandam, toto itinere purpuratorum animos ampliorum quoque spe munerum propitios pararet. Quum uero ante calendas Decembres Byzantium esset peruentum, Solymanus, quæ antea promiserat se præstaturum pollicitus, Polino persuasit, ut in Galliam cum literis reuenteretur, atque inde à rege suo inferendi belli terminata consilia referret: interea se missurum ad Venetos Iunusbeium, sæpe antea eo legationis munere perfunctum, curaturumque, ut quam amplissima classis pararetur. Polinus eo responso maxime letus, dona retulit binos insignes equos, & gladium gematum, miraque celeritate ad regem contendit. Is tum cõfederat ad Abelleium Fontem in uilla, agresti in loco, ad uenationes suo ingenio, & regio quidem sumptu ædificata. Eo usus otio Franciscus per triduum Polino operam dedit, descriptisque locis atque temporibus, quibus arma inferre statuerat, datisque amplissimis mandatis, eum nihil remissa festinatione Byzantium reuerti iussit. Polino Venetias delato, Iunusbeius nondum applicarat, in ea autem expectatione, ut nihil temporis ad maturandum deperiret, Pellicerius uetus legatus, & cum eo nonnulli ex Gallica factione Veneti homines adire tentarique senatum. Apparebat enim Venetos, commodò suo consilia metientes ad ineundum fœdus, hortante præsertim Solymano, facile descensuros, quum Maranum oppidum ad Venetas paludes, citra Aquileiã in ipso Venetiarum limine positum, percussifœderis præmio cessurum uideretur. Id ante triginta annos Austriacis Germanis proditum Beltrandus incola adiuuante Turchetto centurione Germanis fraude eiectis occuparat, sublatoque Gallico uexillo Petrum Strozam Florëtinorum exulum principem, ad præsidium cum cohortibus circa Venetias conscriptis euocarat. Id patratum facinus ita senatui displicebat, ut in spem recuperandi oppidi deueniret, & ipsi Galli non imprudenter euulgarant, si Venetus Francisci regis amicitiam repudiaret, ac ideo percutere fœdus nollit, id oppidum finitimis potius Turcis dono daturus, ut Barbarorum classibus receptus foret, quam passuros ut Germanorum armis repeteretur. Venetiis autem nihil molestius ac omnino perniciosius incidere poterat, quam è Veneto portu spectare ambigua suspectaque fidei Barbaros nauigationum suarum cursus infestos reddentes, admixtis scilicet prædonibus, quibus ex composito oneratis culpæ nomine maleficia regerentur. Itaque Polino senatus datur: is Francisci regis causam luculenter agit, interfectorum legatorum casum deplorat. Cæsaremque tanquam conceptæ inchoatæque tyrannidis inuidia oneratum grauius perstringit. Illum enim nequaquam uera uirtute ac animi magnitudine ad summam potentiam niti, sed multo fuco multisque fallaciis secus ac superiores Cæsares contenderint, illos nanque tyrannis eiectis ciuitates seruitute liberasse, hunc liberis prægraue iugum imponere, & dissimulanter quidem, ut im-

periti rerum uerborum lenitate adducti decipiantur. Per hunc modum Cisalpinæ Galliæ ciuitates primò licentia militari, & ea semper impunita, crudelissime direptas, & demum immanibus tributis deformatas spectari, & occupatis arcibus Etruriæ compedes iniectas esse, Senenses sub Hispanico præsidio seruitutem ferre, quum ciuili dissensione libertatem amiserint, Lucensibus ita libertatem relinqui, ut eam quotannis pecunia redimere cogantur: Sicilia uero atque Neapolis tanta modo dignitatis ac opulentia regna, usque adeo spoliata esse fortunis omnibus uti opportuna præfectorum auaritia, ut Turcarum imperia ad miseriarum finem exoptent: ipsos porro Venetos, qui rerum omnium periti, suarumque præsertim actionum accurate memores esse consueverunt, quantam fidem ex Neapolitano fœdere Cæsar præstiterit, satis præclare confiteri, uel ob id quod inedia subactis, ea quæ paulo antè Barbarus, uel ex professo Christiani nominis hostis humaniter dederat, uitæ alimenta denegarit. Proinde senatum tempestiue, si unquam antea, & sapienter ad eum se recepisse, apud quæ datæ fidei ac humanitatis iura feruarentur, quum in socio parum æquo astutoque ueteris inuidia & cupiditatis documenta prospiceret, ad inuadendas scilicet eas urbes, quas fatali bello ereptas, Francisci demum ope recepisset. Quibus autem artibus Cæsar, quum per mediã Galliam summis exceptus honoribus in Belgium pertransiret, regem deceperit, ipsos nouisse: quum ab ea promissa pacis ostentatione, affirmante coram Daualo, ut ad traducendum legationi maior inesset autoritas, par prope discrimen rerum suarum adierint, eiusque rei fabula, quod in ea scite agenda Cæsar totum maiestatis pudorem consumpsisset, orbem terrarum fama compleuerit. Propterea Franciscum uindicandis iniuriis intentum contra Cæsarem bellum parare, ut donec sua recuperet, aliena continenter inuadat, orare Venetos tanquam ueteres socios amicosque Gallici nominis, ut sibi adesse uelint. Ipsi hercule uno consensu bella gerentibus, ea quæ optarent uictoriæ præmia minime defutura: quod si fortè abnuant fœdus, & sedere, neutrumque iuuare utilius putent, ambos proculdubio diiudicante fortuna grauius offensuros: ut demum à uictis odium referant, & à uictoribus iniuriam expectent. Decreto autem initoque fœdere, quod plurimum interesset, Solymano rem longe gratissimam facturos. Eum enim ualde commotum laceratumque recentibus iniuriis in Pannoniam cum innumerabili exercitu proficisci statuisse, pariterque exiturum cum ingenti classe Barbarusam aduersus communem hostem: quibus consiliis communicandis Iunusbeius Venetias mitteretur. Nec de belli euentu quicquam dubitandum uideri, quum ipsi uni Veneti propriis usi uiribus, satis esse uideri possint, ut Cæsarem exosum populis, & rapinis milites alentem, à duobus potentissimis totius orbis regibus undique terra marique petitem, Cisalpinæ Galliæ impotenti dominatu celeriter detrudant. Ad ea Senatus per aliquot dies extracta mora, ut interim Iunusbeius applicaret, grauius respodit, amicitiam Francisci regis, quam

studiose percolerent, ornamento sibi non oneri esse debere: parem F quoque obseruari cum Cæsare, à quo discessisse uideri nolint, tamen si fastidito eo graui fœdere, quo se Neapoli parum fœliciter implicassent, ad Solymanum eius hostem amicitia repetita contulerint: proinde patres conscriptos ac omnes ciuitatis ordines è republica existimare, tueri pacem, uti multa duris temporibus incommoda perpeffos, quæ uel sero tranquillitatis otio sarcirentur. Cæterum si explicata signa & plane inchoata bella conspiciant, tum maturè deliberaturos, tuerine pacem expediat, an bello permiseri: quum trium maximorù totius orbis principum amicitia perfruantur. Appulerat interea Iunusbeius, pu G blicæque domo, lautè instructa, exceptus fuerat. Is petebat, ut leges renouati fœderis à Badoërio Byzantij conscriptæ senatus autoritate sancirentur. Franciscique regis causam ita senatui commendabat, ut nihil plus peteret, quàm ut eam amicitiam, quam cum Gallo tuerentur, propensiore studio, nouisque officiis adaugere uellent: postquam ipse Solymanus, fratrem appellatum, gratia atque opibus iuuandum aduersus Carolum Hispaniæ regem suscepisset. Nihil enim, ut fœdus percurrerent, aut arma caperent postulabat, secus ac Polinus & Pellicerius uehementissime cupiebant: utpote qui feruide instando, denunciandò H que cuncta facile impetrari posse crederent, ob idque Barbarum frigide proloquentem, auro corruptum suspicarentur: uerum ut postea pro certo constitit, tanta eminebat in mandatis ac literis Solymani, alioqui superbi, æquitatis atque modestiæ ratio, ut nihil ab inuitis exigi uellet, quod ex commodo præstari minime posse uideretur. Itaque Polinus frustra contritis apud Venetos aliquot diebus trireme publica Ragusium deuectus, ac inde mox discedens magnis itineribus Byzantium contendit. Quum festinaret, Achomati magistro equitum in Pannoniam properanti, in Thraciæ finibus occurrit, hunc de Germanorum apparatu cœptoque itinere, & de Francisci consilijs edocet, ubi uero Byzantium est peruentum, cuncta spe sua duriora apud Barbaros inuenit. Pernegabant enim purpurati educi posse classem, quod ferius quàm oporteret ad rem impetrandam aduenisset. Verni certe æstiuique temporis, ad nauigandum aptissimi, tres iam menses effluerant: ita ut Polinus ingenti cura dolorèque uehementer angeretur, quod neque Venetiis neque Byzantij, in tractando utroque negotio, fatis fœlix aut tempestiuus extitisset. Aduenerat etiam Dexius trierarchus, ut aduentantis classis nuncium in Galliam deferret. Is in Belgarum K fines late penetrasse, & Hispaniam inuasisse regiones liberos cum ingentibus copiis enarrarat. Proinde Polinus, uti aliena fide deceptis, ac inanis industriæ suæ successum deplorantibus facile accidit, sese grauius afflictere, peruersos ac instabiles Barbarorum mores execrari, implorare fidem Solymani, conuentosque priuatim singulos purpuratos obtestari, ne regem spe classis in Hispaniam prouectum, & Belgarum fines inuadentem desererent. Ea enim cessatione neque honesta ipsis neque

A neque utili, sui regis decus prodi, interpellarique uictoriam, quæ iam explorata partaque è manibus emitteretur. In his autem obtestationibus adeo multus erat ac assiduus, ut fastidio quàm gratiæ propior uideretur, iudicaretque Solymanus eunuchus eius querelæ causam graui oratione finiendam, atque ita euocato in prætorium Polino assidentibus collegis, quibus ipse quoque Hariadenus propter præfecturæ maris dignitatem addebatur, ad eum conuersus: Hic, inquit, locus, » uiri Galli, expediendis grauissimarum rerum consilijs optimi imperatoris iudicio fidelibus seruis datus, uti decet, quotidie ingredienti- » B neuolentia atque odio uacuos excipit, & præclare quidem admonet, » ut libere loquamur. Neque uelim, ut hæc oris libertas nuncia ueritatis, » atque ideo fidelis amicitia custos, auribus uestris acerba molestaque sit. » Nam postquam rex uester Ottomannici nominis socius, atque amicus » est appellatus, neque remittere amoris officia, neque amicitiam uestram » fastidire iam possumus, quum uos mirifice amet imperator uosque suis » opibus uehementer aduictos, deuictisque inde hostibus potentia & dignitate maxime florentes uelit, sed postulatis uestris, nulla inest æquitas, nulla modestia, ita ut uos iniquos inuerecundosque uocemus: alij C uero minus beneuoli, ueris nominibus importunos ac impudentes appellent, postquam uti nimis improbe procaces, amicitia rationes ineptissime conturbatis. Fœdera enim paribus commodis, exæquatique sumptibus, & mutuis periculis confirmantur. Quod si studia atque officia negligendo nihil rependeris, celeriter obsolescunt. Ita uobis euenit, uiri Galli, qui in nostro periculo semper obliuiosi supinique, in uestro semper erecti & egregie memores, nequaquam factis certisque auxilijs, quum opus fuit, sed inanibus tantum literis atque legationibus amicitiam coluistis. Dicite obsecro, quod unquam studij uestri, uestraq; D operæ signum apparuit? quo saltem hostium nostrorum animus uel ambiguo metu distineretur? quum Carolus totius occidentis copiis instructus in Pannoniam uenisset, atque interim in Græcia Corone Patræque hostili classe quaterentur, Tunc tunc demum, tantis petitis classibus, caperetur. Sed hoc uobis condonamus, illud certe uix ferendum uidetur, quod nec tantis iniurijs nostris, uti par erat, indoluistis, quum cruento communi hosti tot nostri nominis crudeliter interfectis, officiose gratulandum existimaueritis. Peruenit demum ad Aulonem noster imperator, magno uestro commodo in Italiam traiecturus: E sed nec tum, quæ à uobis iactanter largæque promissa erant, Apulorum erga uos studia in appulsu nostræ classis reperta sunt, nec uos in superiore Italia parte ualide incumbendo commouistis, ita neque nobis oportuni, neque uobis unquam tempestiui uel utiles, bene gerendarum rerum occasionem semper amisistis: sed neque tum neque postea uestro consilio & consociatis armis unquam eguimus. Venetus enim suo malo, & uim pariter, & fidem nostram expertus est, & reliqua Mars iniuriarum nostrarum præclarus ultor secundissime confecit, quum ar-

bitrio uestro induciis cum communi hoste confectis ad nos inuaden-
 dos, eius uela tam inique quàm impudenter inflassetis. Cæterum sine
 uestra ope tantos hostium impetus egregie retudimus, quum hic ipse
 Hariadenus & classem ad Ambraciam profligarit, & latrones Hispanos
 ad Castrum nouum fœlicissime trucidarit, indéque receptis nostris ur-
 bibus alienas ceperimus. Nullius ergo meriti causa uobis tenemur, sed
 harum rerum obliuisci malumus, quàm uobis semel in amicitiam rece-
 ptis deesse. Factis enim fidé tuemur, sed spectare tempora, pericula me-
 tiri, occasiones agnoscere, eius est, qui non temere fortunæ aliquid com-
 mittendum existimet. Tardius quàm oporteret, ut classis educeretur, G
 aduenisti. Præcipiti nanque æstate pestilens imminet autumnus, ita ut
 neque mature conscribi remiges, neque in naues contrudi tuto liceat.
 In longissima enim navigatione quis naualem turbam, ad insoliti cœ-
 li mutationem morbo tentari solitam, uitæ periculum minime aditu-
 ram credat? quis naufragia uel in reditu non pertimescat? quum hic ip-
 se Hariadenus Augusto mense tantus in re nauali magister ad Acroce-
 raunios scopulos illisus, tot triremes amiserit. Hyeme refici, uere ador-
 nari atque educi classis debet, æstate nauigatur tuto, bellumque geritur.
 Id ut fiat, reipublicæ causa, Imperatori persuademus. Neque enim amif- H
 sa semel classis uel multo auro, quo uel immenso, & per tot sæcula con-
 gesto, Ottomannica domus potitur, restitui potest. Tu hæc amicè di-
 cta, si sapias, æquo animo feres: Imperator porro ipse uiderit, an tibi sit
 indulgendum. Illi certe & nobis libero uoto satisfecimus. Hæc uerba ab
 eunucho seuerè pronunziata, eò grauius Polini animum perculerunt,
 quòd ex ore Solymani mitti uidebantur, & is quoque auscultasse om-
 nia credi poterat. Imminebat enim à tergo confidentibus purpuratis fe-
 nestra aræis obsepta clatris, & obtenso uelo protecta, ut ipse imperator,
 quum uellet, nec omnino sentiretur, gentium omnium querelas & lites I
 audiret, notarétque ingenia iudicantium, quorum ex eò metu æquita-
 tis atque iustitiæ cura multo intentior redderetur. Nec Polinus ab hac
 repulsa purpuratos detestatus spem abiicit, deditque enixe operam, ut
 per Capiagam ianitorem largitione cõciliatum ad ipsum Solymanum
 sibi aditum pararet. Præstitit officium Barbarus: atque ita Gallus, quod
 paucissimis nostrorum hominum antea licuerat, in intimum præto-
 rium est introductus. Aderat Bederius interpretes, per quem actitata re-
 censendo magnis precibus rogabat, ne regem triplici bello hostes in-
 uadentem, ea promissæ classis expectatione frustraretur. Ad ea Solyma- K
 nus clementi ore & paucis admodum uerbis, non sua uoluntate, quæ
 esset stabilis, atque mirifica, sed ipsius tarditate, ac æstatis inclinatione
 occasionem educendæ classis elapsam respondit, pollicitusque est, se
 primo uere duplo maiorem, quàm peteret, classem amico fratrique suo
 Regi aduersus Carolum, communem hostem, sine dubitatione trans-
 missurum. Cum eo itaque responso Dexius trierarchus in Galliam re-
 uersus, uti supra docuimus, effecit, ut Franciscus extemplo filium ab
 Hispania


A Hispania reuocaret. Redeuntibus autem copiis, quum hybernorum
 subesset tempus, nec in Belgis, propter anni tempus quicquam ultra
 moliri uellet, Heluetios ferme omnes, atque item aliquot signa Germa-
 norum persoluto stipendio dimisit. Italicas autem cohortes Hanebal-
 do tradidit, quæ in Italiam ad Subalpinum bellum ducerentur. Prouin-
 ciam enim, quanquam fructuum omnium copiis abundantem, com-
 meantium tamen militum frequentibus affectam incommodis, hyber-
 norum uacatione subleuandam existimabat, & in Italia alendum om-
 nino bellum rebatur, uel ob id quòd & Germanorum integram fere le-
 gionem, & ueteranas Hispanorum cohortes in Hispaniâ subsidio mis-
 sas intelligebat. Itaque Hanebaldus durissimis niuosisque Alpium iti-
 neribus in Italiam profectus ad oppugnandum Cuniium oppidum con-
 tendit. Id ad radices Alpium in plano situm, præinctumque duobus
 paruis amnibus, in Tanarum confluentibus, magnam habebat oppor-
 tunitatem ad gerendum bellum: quòd Fossano proximum esset, Mon-
 teuicòque finitimum. Oppidani præclaro studio Cæsari fauebant, sed
 ut præsidium acciperent nunquam adduci potuerant uel admonente
 obtestantéque Daualo, ut à Gallis maxime cauerent. Tantus enim erat
 C metus Cæsarianorum militum, summa licentia ac impunitate socio-
 rum fortunas in prædam uertentium, ut uim hostium minore cum pe-
 riculo sustinendam arbitrarentur. Sed ubi aduentum hostium certius
 senserunt, non de uano conceptus pauor usque adeo apud infirmos ui-
 ribus creuit, ut quod antea repudiarant, à Daualo militare præsidium
 postularent. Misit itaque Petrum Portum à Vicentia, nobilem strenuum-
 que alæ præfectum: is cum sexaginta galeatorum equitum manu, acce-
 ptis in clunes totidem confessoribus sclopettariis, usus tenebris per sta-
 tiones hostium ad oppidum penetrauit. Eius aduentu Cuniates bona
 D parte metu liberati, impositum extruendi intus aggeris munus alacri-
 ter susceperunt. Nec multo post quum Daualus de oppidi salute solici-
 tus, ad Petrum Ciconium, qui Fossanum præsidio tuebatur, sæpe perscri-
 beret, ut Cuniatibus mature opem ferret, Blassius Summanus cum co-
 horde una eadem fœlicitate, qua Portus ierat, per medios & semisopitos
 hostes ad oppidum peruenit, amissa tamen circiter dimidia militum par-
 te, quum alij obscura in nocte rectum iter tenere nequiuissent, alij peri-
 culo territi segniusque sequentes retro per deuia dilapsi amisso in tene-
 bris pudore uexilla reliquissent. Hanebaldus admotis maioribus tormé
 E tis magna ui murum quatiebat, pinnarum ruina fossam compleuerat,
 duosque aditus ad irrumpendum parabat. Portus & Blassius diruta mœ-
 nium obiectis lanarum fassis, congestaque omnis generis materia &
 gleba sarciebant. Omnibus prope horis certabatur, impigre populus mi-
 litibus intermixtus propugnabat, usque adeo pari omnium studio, ut
 fœminæ nequaquam tormentorum ictus formidantes, comportando
 onera corbibus, & militi cibaria ministrando uirilem operam præsta-
 rent. Galli instauratis per triduum præliis conscendere murum conati,

fempérque repulsi multis suorum occisis, pluribus uulneratis, desperata expugnatione oppidi discesserunt. In postremo certamine Guilelmus Blandratus, qui antea, ut diximus, Casalem urbem Gallis prodiderat, gláde traiectus interiit, Sampetrius Corsus in aduersum os lapide excepto deformiter uulneratus, Ioannique Turino brachium scalarum ruina debilitatum, uiri fortes supra centum desiderati, & in his Itolorum & Vasconum signiferi quatuor, & insignes nonnulli equites Galli, qui pedibus pugnare iussi alacriter subierant. Quum se reciperent Galli, & maledictis incesserentur, honesta quaedam alioqui mulier, sed tum nequaquam integro pudore, ut abeuntibus illuderet, nudatos clunes sublata ueste feriendos è summis mœnibus ostentauit. Cuniates spectata uirtutis merito, Portum & Blassium pecunia donatos dimiserunt: nec multo post Hanebaldus, nullibi cœptis arridente fortuna reuocatus in Galliam, in Alpibus niuium procella obrutus pene interiit, multis ex comitatu & in his fratris filio multa mole niuium miserabili mortis genere sepultis. Nec multis inde diebus Langeo, ab rege in Galliam euocato, profectoque, Cæsar Maxius à Neapoli inusitata calliditatis dolum reperit, quo Taurinum belli arcem Gallis eriperet. Discessu siquidem uigilantissimi ducis minus intentas diligentisque custodias futuras ratus, quatuor agrestes carros, per quos uenale scœnum in urbes conuehitur, adeo solerti ingenio concameratos fabricarat, ut quum exterius uirentis scœni speciem præberent, interius seni loricati milites conderentur, qui demum ingressis portam carris, in medio aditu laxatis machinæ fibulis repente profilirent, hastisque hostium correptis, quæ ad parietem per rastrella dispositæ ad manum essent, custodes confoderent, & tandiu angusto in aditu carrisque occupato locum tuerentur, donec instituta ad succurrendum una atque altera ualidorum atque pernicium sociorum manus adcurreret. Franciscus enim Isclanus, Hispanusque Mendocius, modico interuallo idoneis in locis occultati fuerat, ut carros ingredienti celerrime consequerentur. Sed his aut animus, aut certe fortuna, quæ dolis illudebat, importune defuit: cū primus enim carus ab ignaris doli bubulcis, feliciter esset introductus erumpentibusque armatis insidiæ nudaretur, cataraeta à fabro ferrario, qui forte aderat, opportune demissa subsequentes exclusit. Ita primi frustra socios expectantes, decurrente ad excitatum clamorem Buterio duce, à Vasconibus sunt interfecti, uno tantum capto conseruatoque ab Italis Alexandro Magio, nobili Insubre, ut auctorem atque ordinem insidiarum aperiret. Isclanus quoque qui ad patrandum subitæ rei facinus, sed non in sua fata ferus adcurrerat, è muro glande percussus interiit, milites uero tormentis pariter petiti è conspectu sese celeriter eripuerunt. Ea res uti nouo insidiarum genere instructa atque perducta pene ad exitum, Gallorum animos magnopere conterruit, admonuitque ut nullam omnino custodiæ diligentiam aduersus Maxij ingenium superfluam putarent, quum ab eo ad tendendas insidias parato paucis ante annis, ipso

etiam

A etiam ægre defendente Buterio portæ eiusdem propugnaculum noctu scalis captum meminissent. Cæterum Langeus, qui iter in Galliã suscepit, niuosis in Alpibus concepta graui pituita, citra Lugdunum interiit, uir animi uirtute, ac optimarum literarum notitia Gallis omnibus ea ætate superior, & dignus hercle longissimo uitæ cursu, quum supra Bellaia nobilis familiæ nomen, sobrij & maxime constantis ingenij mores, quod paucis eius gentis uiris militaribus contigit, ad bellum attulisset.

B FINIS LIBRI XXXI.



C PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM

SVI TEMPORIS LIBER XXXII.

D VB id tempus Germania omnis, excitata Ferdinandi regis precibus, grauissimisque Hungarorum procerum obtestationibus permota, aduersus Turcas bellum suscepit. Nemo enim erat, qui animo dolorem ac ignominiam ferre posset, postquam propinquis & fratribus ad Exechium scœda in fuga trucidatis, & nuper ad Budam Rochandulsi exercitu turpissime fuso deletoque, uetere belli gloria decidissent. Nec quisquam erat, uel Austria domui grauius infensus, qui acceptum dedecus nobili ausu sarcendum, Budamque omnino repetendam esse non duceret. Admonebantur & desides non dubio uicini periculi metu, quoniam apparebat Turcas nusquam uinci solitos, perpetuoque bellandi studio & consuetudine procededi, prædam & prolati imperij famam querentes, occupata Pannonia minime quieturos, breuique futurum ut Germani, nisi Hungaris diro bello obrutis opem ferrent, irrumpente uictore Barbaro, iniqua domi conditione pro focus ac uxoribus & liberis certare cogerentur. Celebris tum erat Nurumbergæ regulorum, & legatorum omnium prope gentium conuentus, diuque in eo Pontificij cum Lutheranis de Christiani dogmatis ueritate contenderant: sed ea contentio eum habuit euentum, ut Lutherani insigni contuma-

cia placita sua defendentes, concilio locum in ipsa Germania deligi postularent: nunquam enim id concessurum Pontificem rebantur, ne Constantiensis concilij exemplo dignitatis atque salutis aleam subiret. Sed id petentibus, uti mox dicemus, Pontifex probitatis ac innocentiae suae fiducia, publicae concordiae uotum secutus, liberaliter indulgit. Cæterum decreto bello, imperata adductaque sunt à regulis & liberis ciuitatibus ad triginta millia peditum, & equitum armatorum septem millia Germanici nominis, in his eminebat Mauritius Saxo nobilissimae stirpis regulus. Legionibus magna bellicae uirtutis opinione præerat Conradus Hessius, direpta urbe Roma ingêtes diuitias consecutus, & Volfangus Theodoricus è Sueuia nobilis. Supremi autem militaris imperij nomen delatum est Ioachimo Brandeburgensi regulo, quem Turcico ad Viennam prælio interfuisse docuimus, ita tamen ut summa consilij potestas ad octouiros pertineret. Hos natu grandes rerumque peritos in concilio delegerant, qui imperatori non multum foris in militia uersato adessent: Ioachimus enim uti parum efficax nihil fere præter generis nobilitatem & regij cultus instrumentum, liberalisque conuictus in castra detulisse uidebatur. Vbi Viennam est deuentum accessere Ferdinandi regis copiae, nam præter Austriacos nominatim euocatos, Hungarotus Styriae præfectus circiter decem millia equitum effecerat. In his erat Illyricorum ala, Bartholomeo Croato duce impigro, cultu insignis uirtuteque mirifica, & Nicolaus Sdrinius caede Cazzianensis hospitis æque laudatus & infamis: Hungaricus autem equitatus quindecim millium numerum efficere dicebatur. Nam Gaspar Seredius uir impiger, laudis & prædae auidus, cis Danubium multos Vsarones rapinis affuetos, ad signa conuocarat, alia quoque ualidior manus Andreae Bathoris uexilla sequebatur: ueteranas uero turmas, quae circa Agriam ultra Danubium hyemarant, ductabat Perenus Petrus auctoritate, potentia, usuque militiae Hungarorum nobilissimus. Nec ipse Georgius Varadiensis antistes, quem à Solymano in tutela regis pueri reginaeque in Transyluania ad Lippam relictum diximus, tanto excitatus apparatu, Christianae causae defuturus esse credebatur: sed astuto constantique uir ingenio, quum nihil sibi ante belli euentum temere præmoliendum arbitraretur, ita sollicitantibus Regiis amicisque ueteribus uerba dabat, ut transeundi spem præberet, nec obligaret fidei ullo literarum testimonio, quo Turcis inita consilia proderentur. Paulus quoque Pontifex, quod erat mirificae uoluntatis & liberalis officij munus, tria milia delectorum peditum Viennam ad exercitum misit, hisque ducem attribuit Alexandrum Vitellium: expetente rege magnis precibus, ut is præcipue mitteretur, qui spectatis operibus pugnacis & egregij ducis famam quaesisset. Italos enim duces & milites rex ipse, uti maxime idoneos expugnandis urbibus quaerebat, nam paulo ante Philippum Torniellum cum aliquot cohortibus mercede conduxerat, & Iacobus Medices Danubianae classis præfectus alterum

Alterum iam annum in Pannonia secunda nominis fama militabat. Sfortia quoque Palauicinus, summe spei summæque nobilitatis adolescens, per eos dies ornatissimam sexcentorum equitum alam, circa Padum conscriptam in Pannoniam adduxit. Descensum est secundum dextram præterlabentis Danubij ripam, miro quidem ordine, sed adeo modicis ac intermissis itineribus, ut Itali Hungarique duces iam adulescentiae ætatis meliorem partem gerendis rebus opportunam, segni ac inutili mora absumi testarentur: fremebatque ob id ante alios Medices, qui multum antea regem fuerat adhortatus, ut ad prima ueris signa, priusquam Turcarum præsidia adaugeri & confirmari nouis militibus possent, expeditas copias cum classe dimitteret: futurum enim esse, ut strenue atque celeriter inuadendo non Pesto tantum, uerum & ipsa quoque Buda potirentur, quod Solymanus Budae præfectus, quem natione Hungarum & professione Turcam conciliandis Budensium animis à Solymano imperatore relictum diximus, pestilentia absumptus interisset, eumque pari fato subsecutus esset Stephanus Verbetius, qui propter summum in Germanos odium, Turcarum beneficio apud suos ciues prætoriam potestate fungebatur. Sed ea consilia perite atque salubriter oblata Ferdinandus, aulae suae principibus immodice credens, in eam maximi apparatus occasionem distulerat. Mos enim erat amicorum intimis obtractare alienae uirtuti, improbe suspicari mentisque, & neminem in aula pati, qui certa uirtute ad regis gratiam niteretur. Hisdem artibus nulloque pudore, omnibus ærarij fisci que opibus immaniter direptis, summæ benignitatis & clementiae regem auitoque ingenio bellicae laudis appetentem, militari existimatione spoliarent. Nunquam enim eorum adulatione circumuento hostilem aciem uidere licuerat, quum per legatos gerenda bella & regij nominis maiestatem nequaquam manu, sed consilio procul à periculis tuendam suassissent, recenti quidem exemplo fortunae Caesaris, qui per duces tot trophaea de Gallis hostibus erexisset, quum duo Pannoniae reges temere in aciem progressi, occisi que, ipsorum genti & nomini ualde insignem calamitatem attulissent. His de causis Ferdinandus in una securitate prudentiae nomen reponens, tam procul à periculo quam à fructu speratae laudis remotus, Viennae substitit expediendis comitatibus, qui nauigiis secundo flumine in castra deferrentur. Iam enim Ioachimus, quum tanta tarditatis infamiam ægre sustineret, uel maxime lentis itineribus ad Strigonium usque peruenerat. In promouendis castris talis ordo perpetuo tenore seruabatur, qui rametsi nullo usui fuerit, & ad periculum faciendum euentu caruerit, prodendus tamen, quia optimus, ad exemplum posteris uidetur. Triginta sub signis Hungarorum turmae, moris hostium locorumque peritae explorandis regionibus anteibant. Pontificiae cohortes sequebantur, eae siquidem primi pedestris agminis frontem obtinebant, Vitellio lætanter & alacriter Germanis ducibus gratias agente, quod sibi potissimum, uti primis obiecto periculis, nobilem

ostendendæ uirtutis locum dedissent. His uti par erat Sfortiani splendentis armaturæ equites ad mutuam opem ferendam erant coniuncti. Succedebant continenti fere ordine, tres distinctæ maiores alæ, prima Pereni & Bathoris, secunda proregis Hungaroti, tertia Germanica grauis armaturæ, deinde modico interuallo peditum legiones quadratis agminibus. Apud has tormenta leuiora falcones & minores colubrinæ ad campestris usus supra quinquaginta equorum iugis trahebantur. In dextro latere legionum ad equitabat imperator cum robore Germanorum equitum, qui fulgentibus protecti armis (nam & plerique ferrea tegumenta equorum pectoribus & clunibus indiderant) insuperabilis & longe pulcherrimi agminis speciem præbebant: longa uero series carrorum atque rhedarum, quarum apud Germanos infinitus erat numerus, extra aciem ducebatur, ita ut irrupturis hostibus esset obiecta, intercedente duorum stadiorum spatium, quo explicari posset equitatus. Inclinate sole castra ponebatur, ea instituta ratione, ut lunato circuitu con nexis curribus & pluribus simul tormentis, Germanici nominis copias circunvallarent, reliqui omnes Itali atque Hungari excluderentur, & una tantum Germanorum equitum manus extra munimenta pernoctaret: ob eam rem Vitellius ut contra subitas hostium incurfiones tutior foret, editos colles & nemorosa loca sedulo quaritabat. E singulis autem legionibus singulæ cohortes, quæ circa rhedas in statione confisterent, sorte ducebantur, & si quis hostium incurfus tumultum excitaret, duo millia equitum descripta erant, qui dimissis equis, pedestri ordine, cohortibus opem ferrent, uallumque defenderent: ad læuam reliquum castrorum latus alluebat amnis aquationibus & in omnes comitantis classis commoditates opportunus. Nunquam enim à Danubij ripa discedendum esse didicerat, superiorum ducum exemplo, qui in Pannonia militassent, & recenti monitu Ioannis Tarnouij Sarmatæ, qui Moldauica uictoria clarus, uti summus bello dux eo exercitu, multorum iudicio uotoque ad certam spem uictoriæ, longe dignissimus habebatur. Is enim inuitatus à rege, quum tanti muneris operam præstare nollet, ne Sigismundum regem suum, in uetere Turcarum amicitia quiescentem offenderet, salubre consilium dederat: præclare monens, ne unquam à ripa discederent, nunquam se uel à refugientibus & perturbatis hostibus ad pugnam in campos elici paterentur. Nihil enim aliud Turcas omnibus ludificandi artibus instructos, eo bello quæsituros, quàm ut nostri auiditate conferendæ manus progrediantur, à flumineque discedant, quo se celeriter ad ripam insinuent, circumfusoque innumerabili equitatu, & laxatis latissime turmis cataphractorum impetus eludant, & demum intercluso comœatu nostros etiam, uti Ludouico regi misere accidit, aquatione prohibeant: quod ad Budam uero pertineret, seuera uoce dixit, bis antea parum foeliciter tentatam, tertio etiam periculo tentari posse, capique, sed existimare munitiones aduactas, & Turcas aliquanto Hungaris constantiores, ad interitum usque pugnatos,

A pugnatos, quo animorum decreto nostris militibus insuperabiles iudicaret. Nec de inuicta gente, quæ ueterano & maximo polleret equitatu, magnam insignemque uictoriam ratione concipi & recte sperari posse, nisi beneficio Deorum immortalium, parta concordia, omnes totius Christiani nominis equites & opes in unam aciem cogerentur. Erat enim fama edita in uulgus, Solymanum cum ingentibus copiis amittendæ Budæ periculo excitum in Pannoniam rediturum, aut si ipse subsisteret, missurum auxilio Europei equitatus magistrum, qui suo more commoueri minime posset, nisi equitum sexaginta milia ducerentur.

B Sed eius consilij euentus secus ac putarant, ancipitem casum tulit: nam sicuti ad discernendas cogendâque copias magnopere contulerat, ita ad descensum continuo maturandum magno incommodo fuisse uidebatur. Grauis enim nec insolitus de Turcis timor, quanquam magnificis uerbis egregie tegeatur, Germanorum animis inceserat, usque adeo, ut plane rudis imperator, quanquam ingenio fortis, minime festinandum putaret, ne suæ gentis exercitus in ea loca demitteretur, à quibus aduerso demum flumine, nisi parta uictoria difficilis esset receptus. Ex arcano enim consilij decreto statuisse ferebatur, nullam pro Pannoniæ regno, uel dimicationis uel certi periculi aleam subire, sed tueri tantum Noricos fines, & Germaniæ uires ostentare, quibus deterreri posset Barbarus, si ueluti concessa Pannonia minime contentus, Germanos quoque laceßere cogitaret. Sed certi demum speculatores è Samandria reuersi, quum eos omnes de Turcis falsos rumores extinxissent, tanti decoris tarditatem sustulerunt. Nam uix mille Ianizeros pedites, & bis totidem equites Budam aduenisse, & classem numero generæque nauium regiæ multo inferiorem esse nunciarant. Valebat & plurimum ad timorem minuendum cunctationemque tollendam Hungarorum opinio

D plena bonæ spei plenæque rationis atque iudicij, affirmante præsertim prædicantæque Pereno, nullam Turcarum manum, quæ uel mediocris & exigui exercitus nomine digna uideretur, ad Budam inuenturos, si continuo descenderent, nihilque amplius iam pene corruptæ occasionis insigni flagitio, perdi paterentur, quod Solymano alternis æstibus bella gerere solito, is annus stata quietis & otij foret, nec ullam omnino ualidæ iustæque expeditionis suspicionem adduceret. His de causis quum omnium militum animi ad profectioem erecti uiderentur, & iam ipse Ioachimus abrumpendam moram putaret, Danubium

E transire constituit: id non probabat Medices, qui quum Strigonij integrum annum in præsidio fuisset, Turcasque sæpius ad portas excurrere ausos, multis interfectis & captis, late repressisset, rebus Budensium diligenter exploratis, petendum regni caput esse diserebat, monstrabatque iter expeditum, quo facile in conspectum Budæ biduo peruenirent. Idem erat Pereni iudicium, eadem Hungarotique uoluntas, sed cum ducis, tum consultorum omnium mens erat, ante omnia Pestum oppugnare, quod minore cum labore minorque periculo fieri pos-

se uideretur, atque inde demum perspectis hostium consiliis cognitis, F que uiribus ad ueteris Budæ ripas reuerti: tum enim milites multo alacrius expugnandæ Budæ pericula subituros, si Turcas, quod bono omni foret, in prima cōtentione deuicissent. Hæc opinio magnopere probabatur ipsi Barcocio, Othonique Fotisco, qui paulo antè Pestum contra Mahometem insigni cum laude defenderant, locorumque naturam & mœnium uitia, & quicquid institutis ab se nec perfectis munitionibus deesset exacte nouerant. Cæterum ea res aliam quoque moram attulit: nam Danubius in insulam sancti Andreae, & inde ad Vaccianam ripam traiecturis gemino ponte & laborioso quidem opere iungendus erat. Vno demum atque altero ponte flumine constrato petenda erat Vaccia, urbs antea nobilis, sed Mahometis bello, uti antea diximus, incensa, & demum euastata à nostris copiis pene tota corruerat. Nec erat quisquam qui ante alios adire atque explorare locum uellet: occultatas enim in tectis atque ruinis insidias timebant: quod nemo adhuc hostium esset conspectus, nec ulla subesset causa, cur astuta & promptissima gentis consilium, ad metum potius quam ad dolos ac insidias referrent. In ea cunctatione, adhortante Ioachimo, Vitellius alacriter id munus suscepit, ita ut fidem daret imperator, Germanorum cohortes postero die secuturas. Itaque Vitelliani celeriter confecto itinere urbem ab incolis desertam intrant, nec quenquam hostium, qui se in conspectum daret, inueniunt, ita uniuersus exercitus ab insula in ulteriorem ripam est traductus. Descendit & uno tempore Medices ornatissima classe, ut aliam minorem insulam à fano diuæ Margaritæ nuncupatam (ea est paulo supra Budam) occuparet, nec obstiteret hostes, qui tota ripa sese diffuderant, è Budaque uetere minoribus tormentis classem transitu prohibere conabantur. Sed classis singulari militum alacritate, & contentione remigum incitata, adiutaque plurimum secundo rapidissimi fluminis cursu, paucis acceptis uulneribus, insulam apprehendit, classemque hostium subeuntem coniectis in eam maioribus pilis ad suburbanam Budæ stationem compulit. Porro inter insulam & continentis ripam, ubi iam pontem effecerant, in spatium duorum stadiorum erecta quadrata munitione, parua castra, quæ septem cohortium præsidium acciperet, constituta sunt, ut onerariæ naues duplici defensæ præsidio, nihil timerent, & qui sub sarcinis in castra contendebant, secure commearent: nam & interdum aliquot turmae equitum cohortibus addebantur. Quum magno circuitu, uitandis Budensium tormentis, ad Pestum ire pergerent, ex transfugis reperiiebant Balim Epirotam, qui mortuo Solymano Hungaro urbis præfecturam excepisset, in præsidio habere circiter duo milia equitum, tria uero ex Illyrico Vlamanem Persam adduxisse. Is deserto Tammaso Persarum rege Solymanum secutus, uti supra memorauimus, in expugnatione Castris noui ad Rizonicum sinum, insignem operam nauarat. Ad hos accessisse mille equites Amurathe Dalmata duce, Obroatij & Clisse cladibus nostris claro. Aduenisse

autem

A autem Byzantio ex numero prætorianorum Ianizeros pedites mille, quibus præerat Segemenes Acarnan, eximia uirtute Chiliarchi locum meritis. Reliquos pedites ex genere latronum agrestium Martellosios aut Myfos remiges esse, quos faciundo operi potius quam exercendis armis idoneos exigua mercede cōduxissent. Classem uero constare paulo plus sexaginta Nasadis, decem biremibus, paucisque magnis lintribus, quos undique educa sponda crassis asseribus contabulassent. Imperasse autem cunctis Solymanum, ut Budam & Pestum cæteris omnino neglectis oppidis, summa ui defenderent, propositaque esse præmia fortibus, & supplicia ignauis, si quid porro propugnatis durius accideret, Achomatem magistrum equitum (Bellerbeium ipsi uocant) è Triballis accerferet: confedissem enim eum ad Sophiam urbem, ut mature opem ferret, monuisseque Sanzaccos, ut parati profectionis imperium expectarent. His rebus exploratis castra ad oppidum promouentur, Turcæ conspectis nostris Vacciana porta erumpunt, Hungari singulari alacritate equos incitant, tumultuario prælio concurritur, sed paucis utrinque cadentibus, pari successu uires experti, Turcæ in oppidum, Hungari in castra reuertuntur. Vitellius à Septentrione, qua una in parte oppidum tuto oppugnari posse uidebatur, propinquum muro locum cepit. Germani uallatis castris paulo remotius tetenderunt. Oppidi mœnia quadratam figuram efficiunt, & à meridie profuente Danubio & per angustam ripam marginem relinquente, opportune muniuntur. Vtrunque autem latus ab Oriente pariter ac Occidente, tormenta maiora, hinc ab arce Budæ, illinc à Gerardo monte, ad certos ictus constituta, ita detergebant, ut sine certo exitio, neminem nisi imperitum & insanum usque adeo infestis in locis castrametari posse perspicerent. Buda enim editis collibus imposita, dirimente Danubio Pestum in plano situm cōtra respicit, dominaturque; D late campis longo prospectu, ita ut nullam partem à tormentis metu uacuum relinquat, præter eam, quæ ad Agrianam portam, obiectu oppidi protecta spectantibus eripitur. Postero die quum Vitellius, ut statuendis tormentis locum exploraret, cum tribus cohortibus & duabus Sfortianis turmis ad mœnia processisset, nec quisquam hostium conspiceretur, Turcæ repentina eruptione è duabus portis nostros inuaserunt, initumque est certamen paribus primo animis ac uiribus, sed postquam noua manus peditum & equitum subsidio suis aduenit, nostri pedites primo mox & equites perturbati dissipatique Ianizerorum uim ferre nequiverunt: E fecus enim ac nostri crediderant, Ianizeri summa agilitate suspensa ad utrumque latus anteriore tunica, peritissime longioribus sclopettis utebantur, celeritateque mirabili, ubi aliquis è nostris concideret, aut occiso equo sterneretur, iacentibus capita detricabant. Nec lato scuto protectus eques, longiorque hasta præualidus, & graui gladio aut claua ferrea galeas pertundens armatum nostrum equitem timebat. In ea pugne iniquitate perterritis militibus, Vitellius conglobata cohorte una accensisque pudore suorum animis, insolenter urgentes Ianizeros graui

impetu summouit atque disiecit: quibus pulsus, quod decorum Vitellio fuit, peropportune seruati sunt Vistarinus nobilis adolescens à Laude Pompeia, equitū præfectus, & Ludouicus Trechius à Cremona, primus Sfortianæ alæ uexillifer, qui uulneratis & cadentibus equis, sub multo armorum pondere in manibus hostium iam pene colla cædētium procciderant. Sed Laurentio Camerti, cohortis præfecto, opem ferre non potuit, eandemque fortunam tulere Mazza Cartonensis uir egregie fortis, & duo cum totidem signiferis ex Umbria centuriones. Explicatē se Vitellio & suos recipiente, apparuit Turcas, si ampliore exissent numero, maiorēque impetu incubuissent, nostros ad unum priusquam succurri G posset, delere potuisse: sed in eo repentini prælij tumultu, quum uires ad conandum Barbarorum audaciæ defuissent, non usque adeo animi nostrorum sunt imminuti, ut esset quisquam qui ad abolendum dedecus in aciem produci non cuperet. Ita Vitellius, ad sarcendum incommodum dolore uehementer incitatus, satis iam cognita natura hostium & perspecto pugnandi more, confirmatis accensisque militibus, hosti infidias parare constituit, ante alios Perenum admonet, ut occasione gerendæ rei paratus & intentus esse uelit. Considebat Vitellius in hortis muro præcinctis, qui æquali mille passuum spatio à maioribus castris H & ab oppido distabant, ex his hortis duodecim cohortes sub signis educit, reliquas intra septa consistere iubet, progrediturque magno circuitu ad inferiorem fluminis ripam. Nec hesternò successu elati hostes, quicquam moræ sibi afferunt, quin conspecto nostrorū agmine Orientali porta Flumentanæque pariter erumpant, & ad nostros magna alacritate deferantur. At Vitellius suo periculo cautior factus, uti statuerat ac optarat, Turcarum impetum densatis ordinibus excipit, sclopettarios ab hastatis protectos, & sese in dextrum genu proclinantes, displo- dere iubet, uehementi strepitu prælium miscetur, multi cadunt, & Tur- I cæ pertinaci audacia inuecti cuneis nostrorū, aciem effringere conātur, sed cohortes fortissime resistunt. Interim, quū iam Turcæ equites atque Ianizeri frequenti multitudine portis exissent, & multi pariter à Budā contemplati certantium agmina, ut uictoriæ interessent, transuecti nauigiis citiorem ripam compleuissent, Vitellius opportune timorē simulat, sensim sed conferta acie se recipit. Tum uero hostes clamorē tollunt, & uehementius ex omni latere nostros perurgent, & equites ad cæ- denda terga discurrunt. Id Perenus attente cōspicatus, ubi iam satis magno spatio Turcas insequendi cupiditate abductos, à portis discessisse K uidet, expeditas turmas inter oppidum & auersos hostes inducit, celeriter turmæ locum occupant, & regressurum hostem portis intercludūt. Adcurrit cum reliquis Perenus, ualidæque Germanorum equitum manus duce Mauritio Hungaros consequitur. Tum uero Turcæ, animadu- uerso periculo, pedem referre, indagine se clausos intueri, in fugam ora atque animos conuertere. Nec consilio uotōque Vitelliani defunt: pro- moto enim hastatorū agmine & utrinque sclopettariis in cornua expan- sis

A sis Barbaros inuadunt, eos undique circumfusæ Hungarorum turmæ, & occurrentes Germani equites in medio trucidant. Tātus erat conuersis & fugiētibus illatus terror, ut plerique præcipiti cursu ad portam delati intentis hastis suorum terga configerent, illisq; in angustiis & mox cadentes sequentibus ingressum obstruerent. Multi quoque quum è ripa, propellente equitatu, in flumen præcipientes agerentur, & naues in tanta perturbatione conscendere nequirent, aut interfecti, aut abrepti flumine perierunt, Nasadæque una nudata remigibus in litore capta demersaque est. Eo die Segemenes Ianizeros supra centum desiderauit, quum ex B reliquis ad quadringentos omnis generis amississet. Huius editi facinoris summa laus ad Vitellium peruenit, qui egregie atque feliciter structis insidiis suorum cædē celerrime uindictarar, secunda omnium cōfessione data est Pereno, qui peropportuno tempore & acuti & pugnacis ingenij insignem operā præstitisse ferebatur. Spectata quoque est, & nobilis uirtus in Mauritio, qui inuectus acriter in hostes, & ab his circumuentus equoque deiectus, tātò periculo fortiter se eripuit. Ab hac uel parua uictoria nostris adeo creuerunt animi, ut Ioachimus proferri tormenta, & continuo quati murum iuberet. Itaque erectis uimineis corbibus, quos C multa gleba ad altitudinē stature hominis replebāt, ut pluteorum more tormenta protegerent. Productus est omnis tormentorū apparatus: sed longius quàm oporteret tormēta à Germanis cōstituta murum quamquam ueterem, nec plus quinque pedibus latū, languidissime feriebant. Quod si paulo antè demissius aut æquo altius librata essent, facile accidebat, ut pilæ uanis ictibus solo inciderēt, aut trans Pestū ad Budam usque iacerentur. Animaduerso uitio Medicēs atque Vitellius Monēdo docendōque à Germanis impetrarunt, ut propius admouerētur. Eo modo quum murus quadraginta maioribus tormētis assidue quateretur, magno hiato ad ingressum patefacto, repente corruit. Nec dubitauit Vitellius se primum profiteri, qui primi periculi locum atque discrimen subiret, si Germani cum expedita legione, ascendentes Italicas cohortes à latere sequerentur. Annuere Germani, atque id se facturos sublata manu promissere, segni mox ac indecora cunctatione à fide discessuri. Plerumque enim accidit, ut qui ante periculum fortem operam pollicentur, in ipso demum discrimine turpissimam præstent. Ab alio autè latere Hungari pedites, agreste hominum genus, & cæteris audacior equitū iuentus, quæ ad æquandum pari uirtute bellicum decus dimissis equis pedibus pugnare minime recusabat, locum desumpserunt, trucique ululatu edito, quo præstandæ operæ studium ostentabant, Italos tumultuario procurso ad subeundū murum inuigarant. Expectantibus cunctis, ut in eundæ pugne signum daretur Vitellius non pluribus uerbis suos cohortatus, quàm ut se in Italia natos in conspectu fortissimarum gētium pugnatos esse meminissent: ipsis enim & patriæ maxime decorum fore, si ante alios nobili ausu ad hostē prouecti, præcipua uirtutis laude potirentur. Neque enim de pugne euentu felicisq; uictoria dubitandū, quum CC iiij

pro superis & dignitate Christiani nominis, cum inermi atque fœdissi-
ma gente dimicarent: manere uictoribus amplissima præmia ab optimo
liberalique Pontifice: egregie autē fato functis, uti optarent, æternæ fœ-
licitatis in cælo sedes. Simili modo delectos ueteranosque focios naua-
les, quos è nauibus eduxerat, Medices accēdebat. Perenus Hūgaris, Ger-
manis Hessius aderant. Mauritius Saxo, & Torniellus ad tormenta cum
magna manu equitum & peditum in statione constiterant: ut si hostes
more suo erumperent, munimēta tuerētur. Erat mirū apud hostes silen-
tium usque adeo, ut nōnulli traiecisse flumen, & Budam effugisse hostes
crederent: Segemenes enim exactæ disciplinæ ueteranus cōpresso omni
strepitu tacitè cūcta administrabat. Is nouum ab Vlamine præsidium
acceperat, fossamque intra murum præaltam decliui utrinque margine
perduxerat: interiōre autem in labro, uimineos corbes more nostro, atq;
item uinaria dolia arena cespitēque repleta collocarat. Post eam muni-
tionem Ianizeri confidebant. Secūdum eos sagittarij & demum equites
hastati scutatiq;ue, qui pedibus pugnare iussi erāt. Ad utrunq; uero fossæ
caput fenestratum aggerē erexerat: ut qui è nostris conscensio per ruinas
muro in fossam se demitterent, nō maioribus tantū tormētis ab utroq;
latere emissis discerpti, sed flāma etiam ex puluere sulphureo aridissq;ue
uirgultis repente excitata ad unū omnes correpti delerentur. Signo da-
to quatuor signiferi, sequētibus cohortibus, audaci cursu in murum per
ruinas euolarunt: sed dum uexilla defigunt, & fossam munitionēsq; ho-
stium mirantur, & pari spe mētūque ad descēsū animos parant, repēti-
na grandine sagittarū & glandium obruuntur. Nihilofocius adhortate
Vitellio, alij atque alij intrepidè succedunt. In his eminent Carolus Meli-
teus, nobilis adolescēs, cui Vitellius erat auunculus, & cū eo præfecti ali-
quot, & strenui centuriones. Ceterū Germani pedites, neq; spe uictorię,
neq; fociorum periculo permouētur. Hessius, alienæ cladis spectator, cō-
ferta legione sub mœnibus cōsistit. Hungari quoque, qui alacriter pro-
currerant, nec conspecto quidē hoste à mœnibus recedunt. Ita fortuna,
iam pridē Italicæ uirtuti plurimum infesta, nostros deserit. Meliteo hu-
merus glande traicitur, præfecti cohortium Rufus & Fiolla Tipherna-
tes cadunt, occisisq;ue signiferis uexilla deseruntur. Nec Turcæ occasio-
ni defunt: partim è propugnaculo, quod biennio antea Barcocio ac O-
thone Fortisco defendentibus erectum diximus, partim à transuerso ag-
gere profiliunt, & rota muri corona diffundūtur: spirantibus spolia de-
trahunt, & capita detruncant, & mox glandibus, sagittis, & multò maxi-
mie lapidibus deiectos, nec se recipientes nostros incessunt. Eadem quo-
que telorū uis legioni Germanorū incidebat: ita ut multo plura, quàm
quæ nihil audendo, uti egregia cūctatrix, uulnera deuitarat, ab ignobili
demum constātia exciperet. Pudore siquidē locum tenebat, ne que tur-
piter sub mœnibus hæsisset, si se prima reciperet, secundi dedecoris infā-
miam subire uideretur. Idē spectans, sed diuersa ratione, Vitellius nullū
timoris, nullum receptus signum dabat: utpote qui uniuersas cohortes
multas

A multas sterni, quàm ullum uel minimæ laudis locum legioni relinqui-
mallet: quum se ab ea desertum, & penè proditū, maiore ira quàm dolo-
re quereretur. Audita præclare uox est Turcæ Italica lingua proloquen-
tis, Cur uobis Itali uiri fortes nō parcitis, nec segnibus Germanis pugne
locum relinquitis? mens una nobis est Italis parcere, & Germanis uti ma-
xime ignauis temulentiam excutere, ne amplius nos laceffant. Tum ue-
ro Hessius, pertinacia multis uulneribus expugnata, legionē reduxit, &
cohortes Italicæ continuo se receperunt, adeo dissipatis omnium ordini-
bus, quum à tormentis hostiū celeri fuga se eriperent, ut multorum opi-
nionē constaret, si Turcæ omnibus portis erupissent, magno detrimēto
nostros affici, & castra ad singularem ignominiam conturbari posse uide-
rentur. Eo conatu potius, quàm prælio septingentos è nostris desidera-
ros ferunt: sed aliquanto plures ex fœditate uulnerū: nullis aut certe ab-
surdis ad ea remediis toto demum itinere perierūt. Medices quoq; dum
ad cohortandos milites discurreret, immanis tormenti afflatu potius, q̄
ictu humi cum equo prostratus summū uitæ periculum adiit. Quum in
muro pugnaretur Ioachimus ipse & Hunganotus usque adeo infami cō-
silio & loco ab omni tormentorū discrimine subducti pugne euentum
C expectabāt, ut Torniellus atq; Fortiscus ad eos accersendos nō obscura
cuius flagitij cum obiurgatione contēderint, ut cōfirmādis militum ani-
mis collocandisq; præsiidiis, qui uni summæ imperij potestātē tenerent,
adesse & cōspici uellēt, sed nostris fortiter repulsis Barbari nihil se com-
mouerunt, ita in castris sublatus est omnis tumultus, & curandis uulne-
ribus militi quies data: sub noctem uero Ioachimus duces in consilium
uocauit, disputatūque est grauibus sentētiis, an abscedere incepto, q̄
expugnandi oppidi discrimen iterum subire satius foret: quum à plerif-
que Germanis ea, quæ tutissima, uti longe optima, probaretur, Tum Vi-
D tellius: An hoc, inquit, turpe sit uos ipsi uideritis, uiri Germani, qui uo-
bis præcipuū militaris disciplinæ decus perpetua laude ab inuictis ma-
ioribus uestris traditum, nō iniquo iure uindicatis. Quis enim uel gre-
garius miles est, qui Christianæ militiæ nomen, si pari cum ignominia
tam propere reuertimur, quàm tarde descēdimus, non in præsens modo
(tāto scilicet admissō dedecore) q̄ in reliquū tempus existimatione spo-
liari nō uideat? exultabit certe Barbarus, uti iam aliquot inflatus uicto-
riis, & Germaniæ uires, Romanis olim gentiū uictoribus formidabiles,
inani tantū fama cōstare conspiciet. Ego quidem & cohortes meas, uel
E accepto incōmodo, alacres & præliū poscentes uideo, nec oppidū posse
capi diffido, si uno atq; altero in loco murum quatiamus, paribusq; ani-
mis ac uno simul tēpore, triplici constantiq; acie inuadēdos hostes arbi-
tremur. Neq; enim fortis, uel eximius imperator esse potest, qui non o-
mne uel iniquæ sortis periculum cōtemnit, ut publicæ dignitatis & pri-
uati nominis decus defendat. Hæc dicēte Vitellio introductus est specu-
lator, qui Achomatē superato ad Belgradum Sauo, ad Drauū peruenisse
referebat. Huius aduentu uel astute simulato, uel inaniter credito, Ger-

mani deliberationibus finē imponunt, atq; inde mouēda castra, redeun-
 dūmq; Viennā cēsent: quōd prācipiti autumno matura hyems suberat,
 quōd multi ex legionibus uulgaris morbis deperibant, quōd maxime ti-
 mendos imbres diuturna serenitas prānūciaret, quōd denique fossa in-
 terior, ante spem conceptā uictoriā, nostrorū cadaueribus replenda ui-
 deretur, nec tutus demū receptus foret, si Achomates expedita suorum
 agmina de more prāmissurus, ad Tolnā traiecto Danubio, hārētibus in
 oppugnatione oppidi superueniret. Erant militū omnium animi, si ite-
 rum mōnia quaterentur, ad prēstandā supremi conatus operam inten-
 ti paratūque, sed dux ipse reputatione periculi, ab omni sua parata laude
 discesserat, uti ignarus belli, aut certē, quod potius de generoso credi ue-
 lim, octouirali iudicio circūscriptus: quanquā hesternō certamine, dum
 cuncta armis tormētisq; perstreperent, ita cruēto spectaculo subtractus
 fuerat, ut nusquā cōspiceretur, uno ferme ex omnibus regulis Mauritio
 Saxone excellēti uirtute Germanorū decus tuēte. Ob id ueteres plerique
 Germani milites, eius ignobilis cōsiliij dedecus, cōfusus tristi pudore ani-
 mis non ferebant, atroci quodā fremitu indignātes paucorū ignauia pu-
 blicū inuictā gētis nomē prodi, & Hungari quoq; feris ululatus amif-
 sam spem recuperandā patriā deplorabāt, incusantēsq; Deos atq; Ger-
 manos, de infesta ipsorū genti fortuna querebantur, usque adeo ut tanti
 roboris exercitu dignus imperator inanibus uotis optaretur: Maximilianus
 quidem Cāsar Germanis, Mathias uero Coruinus Hungaris, qui iam pridē
 cōsummata belli gloria fato functi posterorū ignauia locum reliquissent.
 Cāterū Ioachimo decreti propositū tenēte, Itali duces, qui discessum dictis
 sentētiis improbant, agrē impetrarunt, ut sequēti die in speciē renouandi
 certaminis, tormētis mōnia quaterentur, nihilq; milites ad iter pararent,
 sed sub signis, nullo tumultu edito, in statione cōsisterēt: quo susceptā
 profectiōnis consiliū tegi posset, & distineri hostis, qui nullam ad insequendū
 morā facturū esse uidebatur. At Segemenes, ubi nostros tāto fortissimarū
 cohortium detrimento perterritos uidet, prima luce equitatū omnē & ualidas
 peditum manus, quā refugietibus equitibus prēsidio forent, audacter emittit,
 pluribus in locis cū Hungaris pugnatur, nec uirtute, aut eludēdi arte
 nostri hostibus cedunt, rēsque eō deducta erat, ut in conspectu Germanorū
 ac Italarū indiētis induciis singulari certamine, ex utraq; acie conspicui
 & prōptissimi quique infestis hastis concurrerēt, usque adeo fide integra,
 ut utrinque Barbari Hungaris, & Hūgari Barbaris inuiolata comitate
 miscerētur, nostriq; duces tanquā ludicro spectaculo uirtutis ac ignauia
 iudices interessent, acciditque, ut insignis dux Turca Vitellium sibi
 ostēdi posceret, atq; ad eum (nam armis satis erat conspicuus) uirtutis
 nomine amplexandū procureret. Eo die supra quingētos equites nōnullis
 utrinq; interfectis ac uulneratis cōcurrisse constat: sequenti porro nocte,
 reducto omni tormentorū apparatu, exercitus ad classē ripāmq;
 Danubij iter extendit. Tum uero Barbari nostros discessisse conspicati,
 sese omnes effuderūt, clamorēque

réque sublato, quo nostris turpem fugam exprobrarēt, postremis agmi-
 nibus institerunt. Traiecerat & ipse Vlamanes premebanturq; adeo
 nostri, ut nisi magno accepto incōmodo sese explicare, & agmen consequi
 posse uiderētur, nisi Vitellius uexilla sisti cōuertique ordines suos iubēs
 monuisset Hungaros, & secūdem eos Germanorū cataphractos, ut impetu
 facto & densatis turmis urgentē hostē impeterēt. Ita armatus equitatus
 intentis hastis inuectus nō summouit modo hostē, sed proturbatum &
 frustra terga dantē late cecidit. Nam postrema Turcarum agmina, uti
 procul à periculo, nec perspecta nostrorū acie, quā repente se cō-
 uerterat, nondū equos ad oppidū conuerterāt, ita primi intemperanter
 urgentes prācipitis audaciē pēnas dederunt. Durauit ea tumultuosissima
 hostium fuga pugnāq; in multā noctem, quum clausis portis exclusi
 hostes ad Danubiū usque secūdem mōnia cursū intenderēt, nostrique
 auide persequerētur, & cuncta tormentis undiq; emissis, in cōmuni
 periculo perstreperent. E nostris autē ducibus, suprema insignis uirtutis
 opera egregie nauata interiit. Iacobus Truces nobilissimā stirpis Val-
 purgæ regulus, qui Sueuorū equitatu præerat. Is quum equo ex uulnere
 procūbente oblatum alterū cōscendere conaretur, interfectus est, caputque
 eius hastē prāfixum ad Vlamanē miles detulit. Trunco autē nostri
 potiti sunt, qui demū Vaccia omni funeris honore collato tumultatus
 est, hoc ipso publicē pietatis officio dignissimus, quōd eius sacri suscepti
 belli prācipuus adhortator extitisset. Eo accepto incōmodo, multūq;
 desideratis, Vlamanes equitatu continuit, patuitq; inde expeditum
 iter nostris infami festinatione Germaniā repetentibus, quibus magno
 usui classis fuit. Medicis enim prāfecti diligentia, tormēta omnia in naues
 sublata sunt, agrorū tamē perampla manus segniter extremū agmē
 subsecuta classē conscēdere nequiuit, ita ut superuentu Barbarorū se-
 ptingenti fere Germani semianimes, crudelissime in oculis nostrorum
 obruncarētur. Duces uero nostri iam tertio ac infœlici ad grauē ignomi-
 niā conatu, Turcarū uim atq; peritiā experti, amissum militare decus
 tristi cogitatione deplorabant: quum iam Pannonici regni obliuiscen-
 dum, & pro salute Germaniā consilia capiēda faterētur, postquā summi
 reges, obliti ueri decoris uerāq; pietatis dum priuatis odiis decertāt,
 re-publicam, Barbarorū cōmodo, eneruandā perdendāque immani animorum
 obstinatione suscepissent. Italis ab rege dimissis, redeūtibusque
 in Italiā egregia fide stipendia persoluit Angelus Medices prāfecti clas-
 sis frater, quē Pōtifex ob singularē industriam, Vitellio quæstorē dederat,
 ut fratrem Vitelliumq; hisdem sensibus coniunctos in amicitia contineret.
 Ab rege autē, cum multa uirtutis commendatione, Vitellio atque angelo
 aurata pocula dono data. Sed eas copias per Villacū & Carnicas alpes
 atq; Venetiam domū iter habētes lentus potius, quā sœuus morbus à
 castrensi illuue, ac alieni cæli, & pestilentis autumnī iniuria cōceptus,
 uehementer afflixit: usque adeo, ut fere dimidia pars militum desiderata
 sit, & Tiphernates principem ciuē, cum meritā laudis laurea re-

deuntē ex domesticis funeribus atra in ueste susceperint. Sfortiani quoque equites, cūctis ferme equis macie eneētis, pedibus in patriam redierunt. Ceterum ut rei male gestę fœdus exitus, ad minuendam infamiam auertendōsq; hominum sermones alicuius insignis facti nouitate tegetur, Perenus Petrus affectati regni suspicione, regionūque liuore circumuentus in arce Strigonij à Liscano Hispano iussu regis capitur, traditurque extēplo Medici præfecto classis Viennā deducēdus. Quum caperetur, auare ac inhumaniter agens Liscanus aureum torquē collo detrahit, exuitq; ueste quę pretiosis Sebelinarū pellibus suffulta erat. Id factum, uti clarissimo uiro atq; infanti indignū, adeo Hungarorū animos G contumelię dolore consternatos perturbauit, ut supra duodecim milia equitū maledictis Germanicum nomen incessendo sublatis continuò signis domum redierint: per eos enim dies nunciatū erat, Pereni filiū ex aula Solymani à Rasciano seruo fœlici astu eductum in Trāsyluaniam euasisse. Is admodum puer Solymano fidei obses datus intra septa regię cum nobilibus coætaneis adoleuerat. Nam Perenus pater deuictō sublatoque Ludouico, quum Ioannem nequaquam regię stirpe progenitū, Pannonię regno potiri uehementer indignaretur, ad Ferdinandum, uti summa nobilitatis principem, Cæsaremque in concilio Germanię designatum transierat: ea spe ut primum sibi post regem in Pannonia potentię locum pararet. Sed pari quoque ingenij mobilitate, quòd omnia apud Ioannem sub maiestate Solymani tuta atque fœlicia, apud Ferdinandū autē dubia ac infirmissima spectarentur, cogente pudore (ne Germanis æternis hostibus Hungarico sanguini imperij decus erepturis fauere uideretur) authore Habraymo Bassa, cum Ioāne in gratiam rediit, egrē ut reciperetur impetrante Solymano, quum Ioannes Perenum fluxa fide, uario instabilique iudicio hominē testaretur, proindēque iterū ab se defecturum esse prædicaret. Ad ea Solymanus in hanc sententiām grauissime respondit, sicuti ab his qui sermoni interfuerunt didicimus.

» Quid tu igitur, Ioannes, ad gloriā maius à Deo magno, si sapis, exoptare potes, quàm ut Perenus à fide discedens, dum ingrati atque improbi nomen subit, generosę clementię decus tibi relinquat? Exinde Perenus in honore habitus integra fide regem coluit, sed mortuo demum Ioanne ad ingenium rediit, quum Georgium tutorio nomine regnantē ferre non posset, & à Ferdinando sollicitatus eadem ambitiosę affectata transfugij præmia inani spe præsumeret. Itaque filius Byzantio fuga elapsus, quum incredibile gaudium afferre uideretur, summam calamitatem misero patri attulit: à regiis enim ignauisq; hominibus, quibus aliena uirtus oneri, & calūnia uirtutis odio genita magno quęstui semper fuit, excitatus erat rumor, Perenum adolescētē simulata fuga elapsū, cum Solymano transegisse, ut pater Hungaros propositis rerum omnium immunitatibus ad Turcarum studia traduceret, præmiūmq; illi foret, Pannonici regni præfectura: in spem quoque propinquam regij nominis, si fata Stephano infanti Ioannis regis filio, adolescentiā inuiderent.

A uiderent. Perenus quoq; nō leuem aut obscuram uim famę suspicioni- que præbuerat, quum per hybernorū tēpus ab Agria cū præfectis Turcarum comiter & liberaliter agendo amicitiam mutuis magnisq; muneribus coluisset: & id quidē aliquanto studiosius & luculentius quàm deceret, cum eo præsertim hoste, cum quo nullum esset ab aduersa religione cōmercium, nec ullę tum publicę ad otium inducię uigerēt. Sed tātus inerat Pereni ingenio fastus & splendor prope regius, ut ei ferme cētum generosi & militares equi, uacui sefforibus, præducerentur, ob idq; Ferdinando regi parum cultu decoram aulam aut certe exhaustas opes B exprobraret: quum ille usquequaque à familiaribus suis immaniter direptus tenui apparatu, ægrē regij nominis splendorem tueretur. Ea luxus ostentatio regionum animos nefarię direptionis consciētia percultos, ita altē perstrinxerat, ut cuncti ad opprimendum Perenum coniuurantes eum digito cōmonstratum olere diadema regium, nec priuatū pati nomen posse prædicarent, adeo pronis & suspicacibus ad id Ferdinandi auribus, ut quum uera testatāque de familiaribus minime crederet, genio deceptus, falsa de alienis libentissime ad animū transmitteret. Eam quoque affectati regni nutantisq; ingenij suspiciōē uehementer auxerant C literę Pereni, ipsius manu ad quosdā duces Hungaros scriptę, proditeq; regi à Frācapane Agri ēsi antistite: hic enim Pereno ualde infensus erat, quòd ille militari licentia totius Agriēsis sacerdotij peramplos redditus alendis suis equitibus interceptisset: his autem literis opima nouaq; stipendia suam auctoritatem sequentibus polliceri uidebatur. At Perenus cum omni honore uerborū à Medice Viennam perductus, quum portę appropinquaret, audirētq; obuiam Medici aduenisse Philippum Torniellum, rogauit ut sibi ad aperta rheda alloqui uiros fortes generosōsq; liceret. Id uero facile concessum est: quòd tanta uiri claritas & spectatę D uirtutis studiū non custodia modo & carcere, sed nec ambigua fidei suspicione digna uideretur: isq; ad eos cōuersus: Me miserū, inquit, quem infontem immanis inuidia circūuenit: sed multò inferior Ferdinādus, cui domestici latrones, & fortunas & amicos, & deniq; regium decus eripiunt. Ita enim fit, ut hac præcipiti delati nominis mei iniuria Hungaricam gentē à studio fidēq; penitus auertat, ac ob id de Pannonię regno non temere desperet: postquā mihi claritate natalium nulli secundo, & iam tribus bellis fortis fidelisq; nauatę operę præmia ab iusto rege promerenti, de filio Barbarorū seruitute erepto lætari non licet: quum pro E incomparabili gaudio iniqua mea sorte, non dubius uitę metus ante oculos obuersetur. An delatores, ignauię suę conscij, in ipsa de me calumnia præcipui testes, capto custoditōq; parcent? qui nec famę unquā regis pepercerunt: clarissimus enim quisque uel criminis insons quum capitur, nō conceptę quidem noxę pœnas, sed aduersam fati sui sortē subit: me tamen animus integer scelerisq; insons, quod unum Dij certi iudices calūnia circūuentis & miseris solatio relinquūt, hac cura liberat, liberabitq; hoc crudeli infamię onere Ioachimus imperator, cui oborta DD

suspicione tale mihi periculum imminere prædixerim, & me obiter in-
 fontē interfici malle, quàm iudicio coram nõ adesse cõfirmarim, & tum
 quidem, quum tãtis meis septus copiis nullius uim timerem. Hæc obse-
 cro nobilis officij uerba Ferdinãdo renũciate, ut in discrimine mei capi-
 tis maturè generosèq; deliberet, & quãtum inter amicos & delatores in-
 terfit, suo nõ alieno ingenio fretus intelligat. Nimis profecto miseri su-
 mus duces, si re male gesta ita plectimur, ut præuertisse belli fortunã ui-
 deamur. Deserti certe ad Exechium fœdèque amissi exercitus Cazianer
 iustas fortasse pœnas dedit, quum inusitato oppressus metu imperij mu-
 nus desereret, nec in ipso duce dedecoris, quàm mortis metus grauior
 esse uideretur: ultro enim sese custodiae dedens, ita concepti pauoris cri-
 mine dånatus est, ut desperatis causæ suæ præsidii effracto carcere, tam
 scelesto, quàm infœlici consilio ad Turcas transfugerit. Sed neque sum-
 mum imperiũ apud me dudũ fuit, neque nos uicti sumus, si nõ uicimus,
 quod nobili certe receptu persequentis hostis insolentiã egregie repres-
 serimus. Pannoniæ autè regnũ affectare, & tum promereri beneficio So-
 lymani facile potui: quum Ioanne rege morte sublato, expedientèq; ar-
 ma Ferdinando, clientelæ opèsq; meæ & Hungarorũ in me studia, nõ
 leui ad uictoriam momento, ualitura spectarentur: nec absurdam ob id,
 uel intempestiuam spem consiliis uiro Christiano indignis afferrent. Pu-
 gnauit igitur, pugnabõque dum uiuam, contra Turcas, si se æquum Fer-
 dinãdus in hac calumnia inimicorum malignitate conflata iudicè præ-
 stiterit. Perorantè Medices, ut in clementia æquissimi regis spem repo-
 neret, humaniter adhortatus est, moxque fidele officium præstitit: ipse
 que demum Torniellus uenantem nactus regem, ne quid durius de Pe-
 reno statueretur, opportunis precibus molliuit. Nec multo post Pere-
 nus, quum in dicenda causa, ut palam audiretur, impetrare nequiuisset,
 in ciuitate noua custodiae traditur, uel nouæ perfidiæ, uel, ut credi par
 est, antiquæ leuitatis diuturno carcere pœnas daturus. Ita tres omnino
 reliqui antiquissimæ stirpis Hungari principes promerendo Pannoniæ
 regno pares, Valentinus atque Maylatus, ac ipse Perenus, paribus pro-
 pe insidiis uirtutis inuidia circumuenti, omnem spem excitandi Hun-
 gari regis, discordi ac ob id afflictæ ipsorum genti sustulerunt: quum hic
 fera instabilis iudicij sui pœnitètia sortem lugeat: illi uero ad Euxinum
 Pontum, in cathenis mortem miseriarum finem expectent: grauiore ta-
 men Pereni conditione, quum illis à religione desciscantibus, maximi
 militiæ honores à Solymano liberaliter offerantur: hic uero nihil à de-
 prauato rege mitius expectet, quàm ut in carcere mœrore ac illuue cõ-
 fectus intereat. Hũc habuit euentũ id bellũ ex cõcilio Germaniæ aduer-
 sus Turcas susceptum, quod magnæ cladi plerisque æquãdum uidetur:
 quum Ferdinãdus à Bohemis & Slesitis atq; Morauis, qui militum dele-
 ctum collata pecunia redemerant, subsidia instantis belli nequicquã ab-
 sumperit, amissãq; existimatione Germaniæ uiriũ, uti iniurię expositus
 ac inermis, audaces alioquin Barbaros, & tum ab ipsa uictoria insolètes
 aduersum

A aduersum se concitarit. Sub id tempus Paulus Pontifex suo uetere indi-
 cendi concilij proposito innixus, Tridentum tanto cõuentui maxime
 opportunum delegit: cupiebat enim satisfacere Cæsari, indulgerèq; his
 Germanis, qui ab authoritate Romani Pontificis Christianisq; carimo-
 niis impiè descuiissent, ac tum maxime ullam urbẽ extra Germaniæ fi-
 nes ipsis tutam aut cõmodam fore pernegarèt. Eo autè, uti plerique pu-
 tabant, audaci periculosõque decreto, Pontifex eleuandam omnẽ timõ-
 ris suspicionem existimabat: quo celebri edicto, si qua omnino aut cæci
 metus, aut improbæ cunctationis nota superioribus Pontificibus inhæ-
 B sisset, peculiari sua cum laude penitus detergi atq; aboleri uideretur. Ita
 enim fiebat, ut Tridentinos Germanica loquentes lingua in ditionèque
 Cæsaris constitutos, nec ipse quidem Lutherus hæresiarcha infaniæ pœ-
 nas ueritus, reformidaret: quum patrũ memoriã, Vicleffium & Hussiũ,
 pari impietatis nomine damnatos & Constatiæ concrematos audiisset.
 Sed postea præclare compertũ est, Pontificè hac in re Cæsari in spem pri-
 uati cõmodi obsequi uoluisse. Igitur circiter Calendas Nouèbres, anno
 à partu Virginis supra millèsimũ quingètesimo & quadragesimo secũ-
 do Pontifex ex senatuscõsulto, tres senatorij ordinis Cardinales Triden-
 C tum misit, qui bene auspiciato inchoandæ synodi futuræq; tot gentiũ
 frequentiæ sedem pararent, Paulũ Parisiũ diuini ac humani iuris pro-
 fessione insignè, Reginaldũque Polũ Britannũ, qui supra regiã stir-
 pis claritatem, & latinæ facundiæ laudem nemini fere fœlicius partam,
 perfectũ Christianæ uirtutis habitum præferebat, Ioannẽq; item Mo-
 ronũ, secunda morum atq; doctrinæ fama per omnes Germaniæ cõ-
 uentus legationis munere perfunctus. Hos secuti sunt aliquot præclari
 nominis episcopi: nam Pontifex ad representandam eius ordinis digni-
 tatem, excellèti ingenio doctrinæque supra centum descripsèrat, qui de
 D ueritate rerum diuinarũ salutèque labantis reipublicæ in confessu gen-
 tium omnium disputarent. Venientes Christophorus Madrucius Tri-
 dentinus episcopus, pari splendore humanitatèq; uir liberaliter excepit,
 nec multos post dies Peronotus Granuellius ab Hispania Genuã trire-
 mibus delatus, profectũsq; inde Tridentũ, inchoatę synodi famã excita-
 uit: Cæsaris enim occultè mãdata detulerat, quibus indicti cõcilij decre-
 tum locũq; ad eam celebritatẽ opportune atq; rectissime delectum ap-
 probabat, testabatũq; eo usurum esse Cæsarem maximo reipublicæ cõ-
 modo. Quoniã ipse ad prima ueris signa naues conscẽsurus, ut corrigẽ-
 E dis publicis moribus censuram ageret, impiãsq; aut certe obscuras in
 religione opiniones inuecta uera luce reuelleret, consilio adesse statuis-
 set, nobili piõque Sigismundi Cæsaris exemplo, qui Constatiæ rebus ri-
 tẽ compositis terrarum orbẽ diris erroribus & pestilentissimo schisma-
 te liberasset. In eam quoque sententiam Antonius, ipsius Granuellij fi-
 lius, præcellèti ingenij iuuenis, Atrebatum antistes, luculentam habuit
 orationẽ, nõ obscure emissis quibusdã aculeis in Pontificiũ nomẽ, quòd
 sacrorum principes perpetuis ludificandi artibus, tandiu tergiuersan-
 DD ij

do, necessaria atque ideo suprema publicę salutis remedia distulissent. **F** Negauere tres legati se quicquam publice de mādatis audituros, ne uno eius aduentu synodus ritè cępta crederetur. Eam enim grauissimarum rerum & dogmatum cognitionem ad uniuersas Christianę professionis gentes pertinere expectandósq; propterea sacratos uiros, qui ab ultimis Hispanię Gallięque finibus, & à Germanico Sarmaticóq; Oceani litore uenturi crederetur. Tum enim de republica optime sperandum uideri, quum saluberrimo omnium cōsensu ad impetrandā pacem sanandósq; mores, & decernenda pia arma aduersus Solymanum, ingenia, studia, ac uniuersę denique omniū opes conferrentur. Eò enim Granuelliū ten- **G** debat, ut Pontifex terrore concilij iniecto, ab instituta sacrosancti parētis ac iudicis æquitate discedere, proferréque arma aduersus Gallum pro Cæsare cogeret: cum immani enim hoste fœderatum, exitiosámq; in immensum Christiano nomini, Barbarorum amicitiam colētem, eo titulo maioribus quondam eius maxime specioso, quem pręferret, indignum dicebant. Putarat etiam ab initio Cæsar, uetere suo incensus odio aduersus Gallos Pontificem in partes facile perducturum, uti maximis obsequiis atq; muneribus deuinctum cōcessa paulo antè Nouaria, præ- **H** latáque demum Farnesiã domo in qua (repudiatis aliquot illustribus ge- **H** neris, ipsóque præsertim Cosmo Etrurię principe excluso) unicã filiam, Mediceas opes dotali hæreditate secum trahentē, nec tum Octauio quidem coniuge ad nuptias satis maturo liberalissime collocasset. Quibus de causis amarior factus Cæsar, legem in Hispania promulgat, ne cuiquam externo pēsiones, autoritate Pontificū sacerdotiis impositę, soluerentur, Michaëlemq; Syluam Lusitanū Cardinalem legatum, pias dignásq; periculo cohortationes afferētem contumaci cōtemptione reiecerat: quum Syluę collega Sadoletus Cardinalis in Gallia perhumaniter esset auditus. Certissimis enim speculaturū nūciis ac literis cōpertum **I** habebat pōtifex, Solymanū ea quę imminebat ætate terra mariq; atrox bellum Christianis illaturū, & tum quoq; circiter quatuor Hispanorum millia ad extremos Sabinorū fines hyberna protulerant, imminebantq; ita per Valeriã uiam Tyburtinis montibus, ut quum non lóge à Pōtif- **K** ciis finibus Fabritius Columna, & Franciscus Vrsinus (ille paterna ditio- **K** ne exutus, hic iudicio rerum capitalium absens damnatus) exules uersa- **K** rentur, non inanem metum Romanis incuterēt, omnino similes ex funesta memoria ualde atroces Columniorū & Cæsarianorum casus facile timentibus. Sed in Pontifice ad nulla unquam terricula trepidanti, & **K** reipublicę nunquã oblito, ea inerat æquitatis atq; iustitię cura, ut priua- **K** to nomine ingratus, quàm publico incómo- parum grauis disceptator, Christianiq; officij prorsus imperitus existimari mallet. Prouidebat enim Frãnciscū, præclaro recentiq; suo & superiorū Gallię regum studio de Pōtifcio nomine benemeritū, nequaquã temere alienandum: utpo- **K** te qui laceffitus iniuria à Romani Pontificis autoritate indignanter discessurus esse uideretur. His de causis plerique senatores in contraria **K** studia

A studia diducti, uti antea capti sacerdotiorum muneribus magnę patris- **A** senatus cum pudore ac infamia diuenditę libertatis Cæsari & Gallo di- **A** uersis sententiis fauebant, usque adeo intemperanter, ut Dionysius ex **A** ordine seruorum cucullatorum in senatum traductus, Franciscum aui- **A** to Christianissimi cognomine spoliandum, persequédumque armis & **A** diris imprecationibus diceret, obstrepente senatu intempestiuęque fa- **A** cundię insolentiam reprehendente: quum Dominicus Cuppius Ro- **A** manus, Senatus princeps, interrogando respondisset: In cuius ergo tute- **A** la rei Romanę salus & dignitas erit? si pro Cæsare, à quo proditi perdi- **A** **B** tique summę calamitatis incommoda pertulimus, contra eum quem **B** insigni merito liberatorem urbis fatemur, diuina ac humana arma ne- **B** fario decreto expediamus? Non infacetè quoque alius senator ad proxi- **B** mos conuersus subiunxerat: Parcite, inquit, patres, non iniquo enim iu- **B** re latrat, qui famescit. ad opimum enim sacerdotium inops Dionysius. **B** quum anhelaret, liberalitatem Cæsaris peracri studio prouocare niteba- **B** tur. At Pontifex sermones graui admodum aure exceptos ita contra- **B** cta uel remissa fronte trans mittebat, ut nihil ea patrū contentione gra- **B** uari putaretur: ingenio siquidem egregie composito, & per omnem ata- **C** tem senatoriis artibus exaggerato, maximum prudentię munus existi- **C** mabat, detegere hominum studia, nudare uoluntates, scrutari atque in- **C** trospicere sensuum recessus, in magnos scilicet usus publicarum actio- **C** num: quę omnia tū solerter adsequabatur, quum in negotio dissentiēdi **C** materiam simulata cōsultatione præbuisset. Hinc collecta paratáq; ha- **C** bebat responsa, quę legatis daret, excusationéque legitima in alternos **C** usus opportune trãslata utriusq; principis offensiones eruditissime de- **C** uitaret. Detexerat & tum latè profundeq; principū animos, tametsi eos **C** antea, tanquam à cōcordiã nomine plurimum abhorrentes, satis habe- **D** bat exploratos: quum fortè Cæsar ad eum uti cōmunem omniū paren- **D** tem, sacrosanctóq; iure omnis humanę litis disceptatorē literas perscri- **D** pisset, quibus in Franciscū uehementer inuectus superiorū temporum **D** iniurias, ruptáq; toties fœdera, & concitatū ad Christiani nominis per- **D** niciem Solymanū querebatur. Nec ideo dubitasset Franciscus, quin pu- **D** blicato ad defensionē insigni uolumine obiecta cōfutaret, adeo ut binis **D** criminofissimis libellis ad inexpiabilem cōtumeliã editis, utrinq; regij **D** honoris fama immaniter dilacerata spectaretur, eaq; obiter arcana pro- **D** dita, iniustęq; dirę factorū notę omnem spem cōciliãdę pacis exclude- **E** rent. Ea siquidem maledicta in grauissimo momento læsa maiestatis in- **E** fanis peruicacibusq; animis, uti uerè propria ducebatur, quando omnis **E** calamitas conflagrãtis orbis non ad ipsos, sed ad miseris alienásque gē- **E** tes pertineret: quum integro pudore tueri regiū decus uellent, & tamen **E** hoc duorum & uiginti annorum curriculo supra ducetas urbes euasta- **E** tas, castella amplius tria millia deleta, totaque ea contētione duceta mil- **E** lia hominum Christiani sanguinis interfecta faterentur, & subinde nihil **E** permoti uel acerbissimo humani generis odio, Deos ipsos, uti nunquam **E** **D D iij**

miferorum precibus affuturos, abdicata pietate cōtemnerent. Cæterum F Granuellius Trideto profectus, eadē, qua uenerat, celeritate, ad Germanos peruenit, qui conuentum ad Nurnbergam indixerant. Deferebat enim certissima Cæsaris animi decreta, quibus grauissimarum rerū munus expediret. Ante omnia Guilelmus Cleuenfis regulus ad autoritatē Cæsaris erat traducendus: cohortandæ liberæ ciuitates, ut Ferdinādo regi tuendo Pannoniæ regno adessent: Saxonum, Cattorūque principes Henrico Brunswicēsi conciliādi, quorum armis propter sacerdotij controuersiam ditione nuper esset expulsus: prouidendum ne Germani milites impune ad Gallorum stipendia transirent: & commouenda denique G omnium studia ad concilium celebrandum: qua in re Lutheranorū uoto potius quā æquissimæ Pōtificis causæ fauere uidebatur. Neq; enim concilium libero gentium omniū concursu celebrari poterat, nisi prius pax ipsa regūque concordia pararetur, atq; ita fiebat, ut promissiones Cæsaris, quibus Lutheranorum animos promerebat, nec ambigua ad id Pōtificis uoluntas, tanquam inanes & nihil ad causam profuturæ à ple risque irriderētur. Quis enim ab Hispania clarus antistes (quum in Gallia Georgius Maximiliano Cæsare genitus Valentinus episcopus, in itinere sub ipsam Rinconis atque Fregosij cædē esset interceptus, & Oceani mediterranei que maris nauigationes Punicarum & Gallicarum clasium metus sustulisset) Tridentum omnino eundum esse arbitraretur? Quis demum è Gallia insignis uir sacratu per Rhæticas alpes in eam urbem se conuicere auderet? quæ ad unum buccinæ cantum in potestate Germanicæ multitudinis futura crederetur, uel nolente obstantēque Ferdinando, cuius eximiam fidem in ipso periculo implorasse frustra esset. Nemini enim in dubium uerti poterat, quin legitimum atq; solenne concilium ipsa pace natura posterus censeretur, quoniam sublatis undique bellis humanas res tranquilla pace cōstitutis rerum quoque diuinarum concordia sequeretur. Sed hæc cunctis exoptata parari minime potest, nisi uiri Christiani de interitu religionis ualde solliciti, pacem ante omnia ab obstinatis principibus uel coniurātes exoptulēt. Interea tātis in Belgio detrimētis affectus Cæsar, & uehementer indignatus Gallos ab se toties deuictos, se præsentē Hispaniæ fines intrare ausos, ingēs bellum parabat: cōiunxerat enim sibi nouo fœdere Héricum Britannia regem, ut eius gētis auxiliis, quibus Galli antiquitus magnopere terreri cōsueuissent, ditissimique regis auro adiutus, multo quā antea ualidiore impetu Gallia fines ingrederetur. Fuit ea societas ingrata suspectaque Pontifici, utpote quæ sacrosanctæ maiestatis nomen maligna contēptione suggillaret. Vix eam enim homines qui pacē sperarent, nō initam modo, sed ne tētatam quidem credebant: mirum enim plerisque uidebatur, Cæsarem tanta pietate, tantāque honesti decoris existimatione præditū, summas iniurias animo deponere, inexplabilisque odij penitus obliuisci posse, ut quum in Gallum atroci odio deferretur, atq; ei omnino grauissime nocere uellet, nullā uel Pōtifici dignitatis uel obligatē fidei

A dei rationē habendam putaret. Henricum antea Clemens Catharinam uxorem, quæ Cæsaris erat matertera, periniqua animi libidine repudiātem, filiāque subinde, uti spuria à regni successione procul abdicantē, postulante urgentēque; Cæsare, sacris interdixerat, iusta quidē, sed intempestiua seueritate, quū ille contumelia perturbatus ab autoritate Romani Pontificis repente discesserit, sacrorū imperium & templorū opes inuaserit, ac immani demum truculentia Rosensem Cardinalē, & Morum, Christianæ uirtutis exempla, multosque item sacratos ac infontes uiros occiderit. Non fefellerat quidem eximia alioqui prudentiæ Pontificem eius ancipitis iudicij euetus, sed Cæsari iusta petenti prolixēque item pollicenti, nunquam se cum Henrico sine autoritate Pontificis in gratiam rediturum, supremæ potestatis officium diuino iure uel negari uel differri non poterat. Itaque exitialis ea simultas, causa commodōque Cæsaris suscepta, eò recidit, ut Henricus omnem iracundiæ suæ impetum in Pontificium nomen uerteret, consumptōque ob id uetere odio, Cæsari iungeretur, repudiata paulo ante Gallorum amicitia, quod Iacobum Scotia regē antiquo ipsis iure fœderatum, ascitūque à Francisco generum, contra Anglos de finibus contendentes adiuuissent. In ea autem contēptione quum æquatis cladibus esset dimicatum, Iacobus florēti corporis specie insignis (ueneno an fato suo incertum) subito certe correptus interiit, defecitque in eo Stuardæ familiæ generosa progenies, quæ à Roberto rege, eodem nomine quinque Iacobos reges nō intercisā stirpis serie tulerat. Sed occulta & admirabili sorte id regium decus singulis maxime funestū fuit, primo scilicet à coniuratis in conclauitruccidato, secūdōque demū diffracti tormētī, dum id probaretur, uolentia discerpto, quum mox tertiu parricida filius, iusta acie ad Sterlingum occiderit, ut is demum ordine quartus, nobis memoriæ prodentibus, ab Anglis ad Floddon prælio cæsus merita sceleris pœnas daret, quintōque filio eadē infausta domus damnata regni hæreditas pararetur. Eo mortuo regnū, rege orbatū, ambiguis primo hæredibus, uagiente scilicet in cunis regia prole, ac mox uictoris Henrici arbitrio gubernandum cessit. Scotorū enim proceres, & in his Maxuellum regulum autoritate insignē, exoptata libertate multōque insuper auro donatos, eo consilio in Scotiā dimiserat, ut Anglicam factionem excitarent, cuius auspiciis rex nouus eoque beneficio Anglis astrictus, qui ad Henrici nutus imperaret, corruptis comitiis crearetur, pulso ante alios Dauide Betonio Cardinale, qui Anglis æternis hostibus prodi patriam paucorum flagitio pati non poterat. Is non multo post, uti suo loco dicemus, cum Grimano Patriarcha, Pontificis legato, qui è Gallia in Scotiā traicerat, communicatis cōsiliis Anglicos conatus fregit Gallorum ope, & fortissimarum gentium auxiliis reductus, quæ prisca uirtutis ac innocentia decus tuētes, Picti olim dicti, hodie Syluestres appellātur. Is Scoticarum rerum tumultus Henrico, cur à Gallis discederet, non inanem causam præbuit, parauitque inexpectatā occasionē Cæsari, qua recentis

inimici opibus fretus antiquos hostes Gallos persequeretur. Itaque Cæsar, cum Britanno ictis fœderibus, & ad gerendum bellum tempore constituto, Hispania excedere ac in Italiam, ut in Belgas properaret, adnavigare constituit: ante omnia Philippum filium sextumdecimum ætatis agentem annum, Hispaniæ regem appellat, ei totius regni ciuitates per legatos sacramentum dicunt, deligitur ipse Franciscus Couos, qui adolescentis ætatem regat, & negotiorum omniũ summæ præsit, Ferdinandus uero Toletanus Albanus regulus militaribus copiis præficitur. Peractis autem conuētibus, in quibus multa Cæsar, supplicibus, libellis subscribendo indulgendoq; liberaliter concesserat, supra quadraginta myriades aureorum nummũm conferuntur, rexq; Lusitaniæ Ioannes grãdi pecunia Cæsaris tantos ex futuro bello sumptus subeuntis inopiam subleuat. Erant enim uno tempore conscribendæ cohortes, quæ secum nauigarent, & quæ præsto essent ut eas Martinus Corduba, Alcaudetus regulus aduersus rebellantes Tremisenios in Mauritaniam transportaret. Postremo, quæ per Oceanum, in Belgas ad Gallicum bellum ducerentur, earum numerus duodecim millium Hispanici generis peditum summã implebat. Germani uero ab Genua superiore autumno ad Perennianũ transuecti, Hispaniæ præsidio relinquebãtur. His administratis & confectis rebus, Cæsar Auriæ perscripsit, ut rostratas naues ad idus Apriles Barcinonẽ adduceret, ut quũ onerariis equitatus esset impositus, expedite conscẽsuro nulla omnino mora ad nauigandũ afferretur. Non desuere pleriq; proceres, qui eo discessu Cæsaris, uti minime redituri, non obscure gauderẽt, quod sub nimis magno principe, imminuta licentia, seipsis minores facti uiderentur: mos enim erat Hispaniæ regibus eos indulgenter obseruare, à quibus coli quãmetui mallent. Ita fiebat, ut nobili pudore potius quãmetuore regiæ potestatis adducti imperiis & legibus parerent, quũ incidẽte bello, rogati humaniter liberali studio grauĩq; sumptu operã nauare cõsuescent. Elata enim generosaq; ingenia certã fidẽ præstant, nec ab æquitate discedunt, at si cõtemperis facile coniurant. Propterea Cæsar Padillianæ rebellionis tantique tum popularis periculi memor, liberas quorundã uoces indignas regiis auribus, famososq; item libellos, & atrox Mẽdocij Infantasiõrum reguli facinus, mira prudentia deuorarat, ut Philippo cõciliata tranquillãque omnia traderentur. Mendocius enim, quod ad exemplum memoriæ prodendum uidetur, in ipso ludorum equestrium spectaculo præfectum rerum capitalium, sceptro turbam superbe dimouentẽ, quod nec sibi parceret, discissa gladio facie uiolarat. Is conspectus cruor proiecti ad pedes ac iniuriã deplorantis usque adeo Cæsare commouit, ut quum in reum lege acturus uideretur, uniuersi Hispani proceres spectaculo ac ipso denique Cæsare deserto ad Mendocij domũ accurrerent, uel cõtra prætorianos, si uis afferretur, ianuam defensuri. Sed Cæsar graui iudicio totum iustã uindictæ impetum ad dissimulationẽ reuocauit. Hispania enim eo tempore quanquã non infida Cæsari, aliena tamen ab eius cõ-

filiis,

A filiis, quibus bella ex bellis ferebãtur, uideri poterat, quod perpetuis pecuniæ collationibus uariĩsque delectibus per tot annos grauissime fatigata, magnum incommodum publice sentiret, tanta siquidem uis auri contra legem commeatibus præsertim Ligusticis triremibus fuerat exportata, ut illa grata oculis Ferdinãdi ac Isabellæ aurea nomismata nusquam comparerent: nihil enim ad publicas opes pertinere censebatur, si qui milites, aut quæstuosos in prouinciis gerentes magistratus, cõuēta in priuatas domos peregrina præda, diuites euassissent, & publico malo uirorum passim in oppidis numerum ipsa fœminarum multitudo superaret, nec requiescendi coalescendiq; prouincię auri atque hominũ feraci ulla spes, exercente Christiana arma Carolo, relinqueretur: quum Hispanorum legiones singulis prope annis, non in omnes modo Europæ regiones, bellicosæ gentis uictoriis atque sepulchris claras, & totam denique Africam, sed ad beatas quoque noui orbis insulas in tanta siti gemmarum & auri condendis coloniis aduehantur.

FINIS LIBRI XXXII.



PAULI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM



Magnus, & nunquam antea grauior orientis undiq; belli metus, usque adeo desperata pace Europam inuaserat, ut nemo esset, qui non maxime timendum putaret, ne Solymano classicum canente, concursuris inter se uesano impetu nostris regibus, humana diuinãq; omnia miscerentur. Conspecta quoque naturæ prodigia, quæ nõ temere maioris semper mali prænuncia creduntur, multorum mentes nouæ cladis expectatione suspenderãt. Rubentes enim locustæ, satorum dira pernicies, stupendis agminibus ab oriente per Illyricum in Italiam conuolarant, quo itinere Turcarum aduētus portẽdi uideretur. Tanta autem famelicis erodendi rabies inerat, ut præter absumptas segetes, prata quoq; uel rigua, uiriditate graminis, & magnas frondosasq; arbores, ocysime toto fo-

liorum honore spoliarent. Tremuerat etiam in Etruria, iuxta Florentiã, F
Mugellus ager, in radicibus Apœnini, qua Seua fluuius decurrit, cultu-
ra, amœnitate, frequentia nulli secundus. Ea subita clade, quę noctu cir-
ca solstitium incidit, Scarpariam oppidum totum fere prostratum, aut
magnis deformatum hiatibus uidimus: quum septingentæ nobiles aut
rusticanæ domus in eo tractu centum stadiorum oppressis multis mor-
talibus miserabili ruina corruissent: Læto tamen Cosmi principis augu-
rio, quum tot ædificiis circumquaq; laceratis & haustis, una ipsius Tre-
bia uilla stupente populo illæsa constiterit. Qua de causa Paulus Ponti-
fex cognito Cæsaris decreto, ac exploratis Solymani consiliis post indi- G
ctas supplicationes Vrbe profectus Bononiam iter extendit, uel niuoso
ueris initio, atque eo maxime senibus maligno. Neque enim grãdeuus
princeps uel in præsentis uitæ periculo committendum existimabat, ut
de pace desperasse uideretur. Maturata siquidẽ profectio Cæsaris ad-
uentum præoccupare, atque item Tridentinis actionibus, si frequentes
episcopi undique conuenissent, ex propinquo uenturi famam præbere
cupiebat, sed arcani consilij alię grauiore causæ suberãt, quum Medio-
lanensis imperij dominatum affectaret, quod præsentis pecunia compa-
rari posse uideretur, ab egente Cæsare, & ad Belgicum bellum properan H
te. Quo suscepto itinere ita Romanorum obstationes, detrimẽta ue-
ctigalium, propinquorum preces, & quorũdam senatorum incommo-
da contempsit, ne suo peculiari officio deesset, ut alterutro euentu certã
laudem petere crederetur quum propositus esset amplissimus laborum
fructus, si ipso pacificatore atque auspice reges ad concordiam redirẽt.
Quod si illi fatali correpti morbo insanire pergerent, nihilo secius uir-
tute & pietate æque magnus & sc̄elix esset: cum sua saltem illustri con-
scientia, tum bonorum omnium iudicio, postquam uel obscuro uel de-
sidis animi suspitione atque onere liberatus totum quæsitię pacis euen-
tum Dei optimi prouidentia reliquisset. Discedente Pontifice, Rodul-
fus Pius Carpenis Romę legatus, eximia uirtutis atque prudentię Car-
dinalis, urbanarum rerum curam suscepit. Alexandro autem Vitellio,
qui præsiidiis bellicisq; operibus præerat, Leoninæ urbis muro cingen-
dæ munus impositum, ut postquam Roma ad oriẽtem solem uasta in-
tus & antiquis utique mœnibus à frequentia ædium remotis, recte cõ-
muniri non poterat, uel paruis copiis defendi, certum saltem & tempo-
rarium ad salutem perfugium in repentino periculo per Aelium pon-
tem ad Vaticanas aedes populo pararetur. Id opus insigni iudicio sum- K
ptũque Nicolaus quintus, inter optimos Pontifices literarũ amore per-
illustris, inchoarat, inter miserat successor Pius scribẽdi potius quàm æ-
dificandi laudem sequutus. Paulus quoque Martianæ suæ domus amœ-
nitate captus, confususq; longiori uitæ distulerat. Inde Sixtus inuidio-
se pertimuit, ne ad auctorem primum, si perficeretur, ccepti simul & cõ-
summata operis gloria rediret. Innocentio autem defuit uolũtas, quum
Vaticanæ domus elegantia quàm securitati studere mallet. Alexander
porro

A porro inaurasse testudines, arcẽmque Hadriani insigni corona nobili-
tasse contentus, ut uel Diis inuitis filio imperium strueret, aliò quàm o-
porteret ingenium detorsit. Iulium item excelsa ac admirãda passim in-
sanis prope sumptibus inchoantem, exorta bella ab ea cogitatione re-
uocarũt. Nec Leo extructis in Vaticano præaltis porticibus, & portu ad
Centumcellas magnifice repurgato, in ea aurea rei Romanæ tranquilli-
tate, qua beatus uideri poterat, de imminente clade dubitauit. Ab Ha-
driano autem ad uitæ exitum properante urbs ipsa neque plane cogni-
ta, neque tota conspecta est, ut ipse demum Clemens appetente quidem
B ingenio, sed deterrente sumptu, dum fatali negligentia destinatum ad
publicam salutem id opus differt, molienti urbi exitium fortunæ limeir
aperiret. Hisdem ferme diebus quibus Pontifex Roma discedere matu-
rabat, Polinus Gallia regis legatus hyemantem Hadrianopoli Solyma-
num, appetentẽque uere in Pannoniam graue bellum parãtem secutus,
accuratis precibus impetrauit, ut Ottomannica classis Hariadeno Bar-
barussa præfecto Massiliam mitteretur, quæ inimicis litoribus infesta di-
straheret opes Cæsaris, ualida belli mole Gallia finibus incumbentis, in-
terclusoq; Tyrrheno mari insularum ac Hispania nauigationes impẽ
C diret. Ea res multis purpuratorum deliberationibus agitata graues diffi-
cultates habuerat, cõtradiciente præsertim obstantẽque eodem Solyma-
no eunuchò, qui post Lustibeium, uxoris iurgio dignitate exutum, Bas-
sifarum ordinis princeps euaserat, ualebãtque ingenio & ingenti autho-
ritate, Indicis Parthiciq; bellis quæsita. Is non obscure oderat Bar-
barussam, obtrẽctationẽque laudis omnem eius existimationem tantis
laboribus mari partam, otio nauali conuellere contendebat, ita ut per-
orando nullam aliam educendæ classis causam, quàm ut imperator uel
periculo publico priuatis Hariadeni cõmodis indulgeret, se uidere te-
D staretur. Nec defuere qui eum à Cæsarianis, & Venetis pecunia inductũ
putarent: nam postea literas à Ferdinando Gonzaga, Sicilia præfecto, si-
bi scriptas Polino tradidit, quibus ille per idoneum hominem Hispanũ
promissis muneribus petebat, ut eius ingenio solertiq; opera Solyma-
nus cũ Carolo Cæsare honestis amicitie legibus iungeretur, & ipse quo-
que Barbarussa quatuor aureorum nummũm myriades ab Hieronymo
Zanio legato Veneto sibi oblatas iactãter retulit, si ea æstate minime na-
uigaret. Erat enim formidanda Veneto Barbarorum classis, totius ma-
ris impotenti imperio superba, quæ assuesceret litoribus Christianis, &
E magni sumptus necessitatem adduceret, si ornãda classis foret, quæ Ha-
driaticum sinum & insulas tueretur. Itaque Polinus, qui inter tot cura-
rum æstus, desperata classe animum desponderat, nuncio decretæ clas-
sis exhilaratus Solymano gratias egit. Is enim, auditis & graui iudicio
repudiatis suorum sententiis, datam fidem præstare suæ dignitatis esse
statuebat, uel cum discrimine tantæ rei, cuius iacturam uel immensum
auri pondus minime resarciret. Biduo post Rostanes gener, ac ipse de-
mum eunuchus, quod ita cordi erat Solymano, Polinum honoris cau-

fa solennibus epulis exceperunt,amicitiam & gratiam eo classis mune- F
re benigne adauctam gratulantes. Polino demum dono datae sunt pre-
tiosae ex auro textili talaris togae, bini quoque insignes equi eximie
phalerati, & pocula aliquot argentea. Dignioribus uero ex eius com-
mitatu sericæ uestes impositæ. Discessuro autem Solymanus, classem
ut incolumem præstaret atque reduceret magnopere commendauit,
eique literas in hanc sententiam conscriptas ad Franciscum regem de-
ferendas dedit, præscriptis quidem glorioso fastu tot regnorum titu-
lis. Classem, qualem quantamque petisti, omnibus rebus ornatissimam
Polino fraterna liberalitate concessi. Imperatumque est Hariadeno ma- G
ris præfecto, ut eius consiliis obtemperet, ac arbitrio demum tuo cum
hostibus bellum gerat. Tu uero recte amicæque feceris, si classis re-
bus foeliciter gestis Byzantium reduceretur. Cuncta autem tuis meisque
uotis prospere cedent, si grauiissime caueris, ne te iterum Carolus, rex
Hispaniæ aternus hostis tuus, pacis mentione decipiat. Tum enim æ-
quissimam pacem dabit, quum regiones eius omni belli clade uasta-
tas exusseris. At Polinus, extemplo Byzantium reuersus, classem ab
Hariadeno, qui diu nocturne multus in naualibus fuerat, egregie re-
fectam instructamque remigibus reperit, tanta adhibita celeritate, ut H
ad quartum Calendas Maias conscenderint: petita primo Eubœa ad
Caristium promontorium, quod hodie Mantelium uocant, ut in-
de coniunctis sibi aliquot triremibus, quæ tardius exornatæ sequeban-
tur, ad Maleam contenderent. Superata autem Malea, tota classis, re-
flantibus Etesis, in Laconicum sinum coniecta Matapanium caput,
quod Tenarum antiquis erat, superare non potuit. His aduersis uen-
tis allata mora est nouem dierum, sed secunda demum tempestate
Hariadenus Methonem adiit, atque inde cum classe centum & decem
triremium, biremium uero circiter quadraginta, quas prædones ad I
duxerant: Ionium præteruectus ad Messanæ fretum peruenit. Conspe-
cto Rhegio prædones descenderunt, Barbarussa ad idoneam statio-
nem classem promouit, Rhegini deserta urbe profugerant, sed Dida-
cus Gaëtanus Hispanus arcem tenebat. Is Polino colloquium peten-
ti, quum nihil responderet, & in subiectis collibus prædones specta-
rentur, tres Turcas tormentis interfecit. Eo sociorum casu accensi præ-
dones urbem irruerunt, & quod inanes essent domus incenderunt,
agre id ferente Polino, & Barbarussa incendiarios ad pœnam à trierar-
chis deposcente. Inde quoque tormenta muralia in aduersum arcu tu- K
mulum comportata. Ea paucis ictibus ita Hispanum, lachrymante
uxore, terruerunt, ut se atque omnia dedens muro demiserit. Ei Bar-
barussa, orante Polino, uxoriq; & liberis libertatem concessit. Reli-
quis autem in templo ab iniuria custoditis, arcem militi diripiendam
dedit, in his fuere circiter septuaginta Hispani milites, & multo plu-
res Rhegini ciues, qui in seruitutem abducti sunt. Sed demum Dida-
ci filia, eximiæ uenustatis uirgo, in quam senex Barbarus procaces
oculos

A oculos coniecerat, ad prætoriam nauem sic perducta est, ut eâ illico Ma-
hometanis initiatam sacris legitimæ uxoris loco habuerit, & Didacum
patrem aliquot post menses ad portum Herculis inuisentem filiam, tan-
quam focerum humaniter, liberaliterque susceperit. Hisdem ferme die-
bus circa solstitium, quibus Barbarussa magnæ Græciæ, & citra Messanæ
fretum Brutiorum oram percurrebat, Carolus Cæsar, aliquot cohorti-
bus, & septingētis circiter equitibus in onerarias naues distributis cum
quadraginta triremibus è Barcinone Genuam peruenit, tardiore ob id
nauigatione, quod onerarias extra conspectum rostratæ classis minimè
B relinquendas existimabat: ut si mare tranquillum, & solstitiali malacia
constratum foret concidentibus omnino uentis, rostratæ demum one-
rarias, uel immobiles remulco, ad conficiendum cursum protinus adiu-
uarent, elusa & despecta Gallorum classe, quæ tutissimo in portu, ut er-
rantes aut ueto destitutas inuaderet, ad Massilienses insulas excubabat.
Exceptus est Cæsar ornatissimo Aurianæ domus apparatu, præstóque ei
affuere Alfonsus Daualus, & Ferdinandus Gonzaga, ipséque mox è Flo-
rentia Cosmus Medices, ac è Bononia missus à Pontifice Petrus Aloy-
sius Farnesius, Octauij Cæsaris generi pater. Hic adolescens diu in Hispa-
nia focero comes eadem uetus prætoriam nauem in Italiam redierat, iturus
C ad uxorem, quæ Ticinum usque progressa, patrem & maritum expecta-
bat. Cæterum Farnesius qui ea de causa uenerat, ut ad explicanda maxi-
marum rerum consilia, colloquio dies & locus diceretur, ad id prædurum,
atque difficilem Cæsarem reperiebat. Erat enim tum Cæsar contracto
uultu sermonéque factus amarior, quod Hispanico simul & Belgico la-
cessitus bello, nullam opem ab affine Pontifice, atque eo sapius ab se a-
micè ac liberaliter exulto, cõtra Gallos impetrasset. Propterea minimè,
uti aliàs, familiaris, nihil sibi in Germaniam properanti colloquio opus
D esse respondebat, ne reliquum ætatis tempus Sicambrico destinatum bel-
lo, inutili mora deperiret: quando recetibus iniuriis affecto nullus con-
ciliandæ pacis locus esset relictus, nec decorum Cæsari uideri posset de
cõcordia cogitare, nisi prius uindicatis iniuriis tum demum matura &
certa pax ab ipso uictore peteretur. In hanc quoque declinandi colloquij
sententiam abruptè filiam è Bononia literis acciuerat, ut eam ex itinere
apud Ticinum inuiseret, postquam Pontificem minimè uisurus esse ui-
deretur. His cognitis Pontifex Cæsarem reipublicæ causa demulcendum
ratus, Alexandrum Farnesium Cardinalem magnis itineribus Genuam
E misit, breuèque eius iuuenis maximè illustri solertique ingenio, quum
summa quoque ad persuadendum inesset auctoritas, Cæsar adductus est,
ut ad Buxetum cum Pontifice iungeretur: id est oppidum Palauicinæ fa-
miliæ inter Cremonam atque Placentiam: sed ea conditione, ut triduo
plus colendo audiendoque Pontifici se daturum negaret. Fuere qui exi-
stimarent Cæsarem ad id se inuitum trahi uideri uoluisse, ne Britannia
regem, dudum non obscuro fœdere contra Gallos percusso sibi cõiun-
ctum offenderet. Hominè enim ingenio suspicaci repentinòque eo con-
EE

gressu alienari posse putauerat, quoniam ex diuini iuris censura impietatis crimine dānatus Pōtificium nomen immani odio persequeretur. Sed Cæsari arma paranti cogenda imprimis erat ingēs pecunia, quæ expectari posset à Pontifice, si Octavius gener, ut fama ferebat, Mediolani princeps Augusta auctoritate crearetur. ea res uideri poterat decora Cæsari, honesta Pontifici, & Venetis longe gratissima, quod ille sese, eo liberali factō, affectatā summæ potentia inuidia liberaret, filiāque obiter tanto dotali munere supra Alexandri Medicis titulos ornata, beatiorē efficeret: hic uero singulari cum laude exoptatam afflictis gentibus pacem pararet, ut inde expedita arma Turcis inferrentur, & Veneti Neapolitano fœderi syncerè satisfactum esse iudicarent: quum in conditionibus prolixè cauissent, ne quisquam Austriani sanguinis Mediolani princeps à Cæsare diceretur. Apparebat quoque Franciscum Gallia regem, qui pari iudicio Sfortiam Mediolani principem tulisset, ac eum denique à Cæsaris iniuria magnis opibus defendisset, haud grauatè expectationi Veneti senatus, & uoto Pontificis assensurum. Quid enim cōmodius Gallo quæri, uel exoptari melius posse? si attenuatis atque defessis Gallia uiribus expedita requies quæreretur, quā ut Gallia Cisalpina Hispanis atque Germanis militibus exonerata, Carolus Sabaudius reliquis Subalpinis populis, ac Octavius Insubribus imperarent: quum ille dimidio exutus regno ab infirmis opibus, opportunus iniuriæ fieret: nec Octavius, si fata Cæsari longiorem uitam inuiderent, hostium Gallorū impetum esset laturus. Verum tantæ rei negotium magnas ad explicandum difficultates includebat: quod præalto consilio Cæsari, si trāfigendum foret, suis omnino præfidiis munitas arces tueri uellet, nec ipsi Pontifici, pari solertia rationes subducenti, expedire pecuniam placeret, nisi omnino libera, atque integra ditionis possessione potiretur: nec aliter quoque Venetus senatus Octauij tutelam esset suscepturus. Huic consilio unus omnium Alfonsus Daualus uehementer incumberebat, quum diuersi Gōzaga, atque Auria grauissimè dissentirent. Is enim præclaro studio Cæsari simul atque Pontifici gratum facturum, eò tendebat, ut Insubres, apud quos in honore militari uiginti annos fuisset, pietatis & clementiæ nomine ab acerbissimis tributis ad inopiam redactos inuecta pace subleuaret. Propterea in eam spē à Cæsare missus Parmam ad Pontificem uenerat. Sed Cæsar uetere suo innixus consilio, ne Mediolano unquam excederet, in itinere cum Cosmo de redimendis arcibus opportunè transegit, ita ut supra ducenta millia aureorū numerum in bellicos sumptus soluerentur, Florentina quoque arcis, ac item eius quæ est ad Liburnum, præfidia nutu & sacramento Cæsaris tenerentur. Eas inimici Cæsaris, ad cumulandam concepti dominatus inuidiam, & hostes Cosmi, ad eleuandam eius existimationem, Etrurię pedes appellabant: quasi Cosmus temporario beneficio regnare uideretur, & Cæsar dissimulanter, ac ideo lentis passibus ad Italia principatum contendens, & tempus idoneum expectans, quo Etruria in prouinciam

A uinciam redigi tutò posset, Cosmo Fortunam, atque potentiā, uti aliunde ab initio partam, inuideret. Ea itaque celebri liberalitate Cæsar, insignem benefici, moderatūque animi laudem tulit, quum malignis suspicionibus extincta inuidia inexpectatus occurrisset. Nec minore præstantis ingenij iudicio expetiti muneris beneficio Cosmus respondit: deductis enim omnibus Hispanis, qui in arcium præfidiis erant, nō Italis demum, uti plerique crediderant, sed Germanis ac Hispanis ab se delectis custodiendas arces attribuit, ad declarandam gratissimi & maximè fidelis animi magnitudinem: ut aliquanto arctius beneficio nobiles animos obstringi, quā metu contineri Cæsar agnosceret. His de causis Pontifex, cum personæ, tum reipublicæ dignitatem domesticis cōmodis anteferre non dubio pudore coactus, priuati eius consilij cogitationes penitus abiecit, in eamque unam omnino curam totus incubuit, ut Cæsar, repræsentato Ferdinandi fratris periculo, & propositis æquissimis de pace conditionibus, ab institutō bello contra Solymanum uerteretur. Pontifex prior Buxetum uenit. Postero autem die, occursum totius aulæ Cæsaris exceptus est: complectente demum Pontifice, & honoris causa supra medium conclaue summa arcis cœnacula tanto hospiti concedente, ita ut bina cohortium & equitum præfidia, sub signis pari propè numero, parique uigilia, arces, ac oppidi portas æquata securitate custodirēt. Cæterū Paulus uel tridui colloquio, quanquā singulari memoria, summāque prudentia & pietate, ea sedulò cōmemorasset, quæ graui momento ad impetrandam pacē pertinerent, prædurū inueteratōque odio à Gallorum amicitia penitus abhorrētē expugnare nō potuit. Totus enim Cæsar, ira turgidus in Cleuensē intento ad uindictā animo ferebatur, tanta uehementis ingenij contētione, ut quum Austriam Barbarorum incendio breui arsuram crederet, nihil se eam patrimonij miserè deflagrantis flammam respecturum esse testaretur. Indignū enim esse nomine Cæsaris à subditis imperio, beneficiariis que suis contumeliam ferre, nec ulcisci eos, qui malignitate atque perfidia inducti, nullaque prouocati iniuria geminato scelere, & ab se, legitimo Augustę potestatis imperatore: &, quo nihil flagitiosius patrari posset, ad infestissimos hostes defecissent. Frāncisci porro regis amicitia nunquam se cōsifurum, quod ille toties ruptis fœderibus fidem fefellisset, quod more gentis immodicos ac aliena semper appetētes spiritus gereret, nūquam pacem pati posset, nec toties fracta, atque perdomita arma deponeret. Cæsare pacē abnuente, Pontifex postulauit, ut postquam ipse hortando nihil profecisset, senatores Cardinales de concordia reipublicæ Christianæ commodo disertè uerba facturos audire minime grauaretur. Pertinere enim plurimum ad eleuandam, uel parum æqui, uel omnino pertinacis animi opinionem, si in senatu libera uoce proferret, cur à communi concordia dissentiret. Id uerò Cæsar honori senatus facillè tribuit: nec multo post uocatis Cardinalibus Marinus Grimanus eius ordinis princeps, ita locutus est. Nisi longe maximum, quod reipublicæ diuturnis affecta malis

» discrimen imminet, Auguste Cæsar, omnium animos uehementissimè F
 » commoueret, rem profecto toties actitatam, rursus agere maxime abfur-
 » dum putassemus. Sic enim hic frequens senatus cum pristinae tuae con-
 » stantiae, tum modestiae suae meminit, ut priuatis colloquiis uigilantissimi,
 » atque optimi Pontificis officio grauissime satisfactum intelligat. Sed di-
 » rus hostis in limine crudelia arma concutit, mareque Ionium magnis
 » eius classibus constratum esse nunciatur, & tu tanta animi magnitudine,
 » tantis opibus, & tanta denique Fortuna summus Imperator, neglecta Pan-
 » nonia, deserto fratre, Italiae, Siciliaeque litoribus Barbaro penè proditis,
 » auersus in Belgas contendis, scilicet ut quum ignobili uindictae studio G
 » rebellantem regulum debellaris, peruersae laudis famam quaras: quasi re-
 » ctissima & perillustrius laus, aliunde quam à confecta pace, susceptoque
 » sacro bello petenda uideatur. Aequo igitur animo tuleris, Auguste, si de-
 » creti tui nouitatem non insulsi homines admirantur: nam quum in pe-
 » riculo publica sit salus, occultas consilij tui rationes excutiunt, omitti ui-
 » ctoriam, parari cladem, religionem altius reuelli, maxime dolent, agna-
 » tasque Cæsaribus, & tibi proprias uirtutes requirunt, ueræ scilicet gloriæ
 » cupiditatem, dedecoris metum, & praesentis animi pietatem: quarum re-
 » rum quum tibi esses omnino persimilis, praecleara, non uno in loco, & qui- H
 » dem imitanda posteris documenta reliquisti. Sed in te una maxime pie-
 » tas refulsit erga Deum diuosque immortales, qui te hac incedentem uia,
 » & ritè uota nuncupantem nusquam fefellerunt. Nosti enim quanta euen-
 » tus foelicitate responderint, quum in Pannonia Solymanum tantarum
 » uirium tumentem fastu, solo prope castrorum tuorum fremitu profli-
 » gasti, Barbarumque acie deuictum, ac exutum regno, terra Africa de-
 » pulisti. At illi tibi demum ad intestina bella, si non iniquè, importunè ta-
 » men conuerso, minus arriserunt: scilicet ut salutem tuam, non uictoria
 » sibi curam esse ostenderent, & praeclearè monerent, ut à Christiano sangui- I
 » ne temperares. Rediisti siquidem è Prouincia incolumis, quum tertia se-
 » rè pars exercitus non hostili gladio, sed tabe consumpta perierit: uerum
 » aliquanto certius Deorum numè apparuit, quum è Germania Solyma-
 » no ad occupandam Budam aduentante, in Africam traicere properasti,
 » quum à te supplex frater opem imploraret, retentarent Germaniae pro-
 » ceteres, mœstique Hungari tuo discessu se proditos quererentur: traiecisti
 » scilicet durissimo anni tempore, ut cuncta terrae, marisque pericula, ad
 » exiguam nec satis nomini tuo decoram uictoriae spem subires. Neque e-
 » nim, & eunuchus, & seruus Aphanagas cum ipso nobilissimo imperatore K
 » hoste, tum praesertim Christiana terga immaniter cadente, uideri pote-
 » rat comparandus. Sed te, nosque tecum omnes, capitis tui aleam subi-
 » tuos, Dij superi praecleara miseratione conseruarunt, usque adeo clemè-
 » ter, ut tibi in eo calamitatum omnium concursu, incomparabile tro-
 » phæum de deuicta Fortuna, concesserint. Ergo si tam grata, quam pia
 » mēte, Deorum beneficio commoueris, te ipsum hodie profecto uinces:
 » quod certè magis pulchrum decorumque fuerit, quam Fortunam rerum
 omnium

A omnium dominam admirabili constantia superasse. Hæc quidem agno-
 » scis, Cæsar: & quæ tua iudicij atque memoriae uis est, ad gloriam tuam &
 » sæculi foelicitatem pertinere confiteris: sed cum Gallo nunquam stabilem
 » amicitiam, nunquam securam pacem parari posse contendis: quod tibi
 » ea gens è summis regni opibus facile infrenis, alienae ditionis appetens,
 » noua spe, noua libidine semper inquieta uideatur. Hæc certe suspicantè
 » à communi concordia auertunt, auertentque semper. Nulla enim gra-
 » uior pestis humano ingenio insidet, quam altè concepta suspicio. Ea e-
 » nim quum temere semel irrepserit, agerrime uel maxime illustri ratio-
 » ne conuellitur. Noli, generose, piæque Cæsar, ullo modo pati, ut in te uel
 » minima suspicacis ingenij nota resideat. Patere autè si quid praedurum in
 » intimis sensibus obcalluit, ut id totum Christiana pietate molliatur. Ho-
 » nestissimis siquidem nominique maximè decoris conditionibus, quas
 » prudentium & reipublicae amantissimorum hominum iudicio descri-
 » ptas dudum perlegisti, rex Gallorum pacem petit: affinitatem, opes, co-
 » pias offert, occupata restituit, ut Mediolano tua liberalitate, beneficia-
 » riisque iuris nomine recuperato, communem hostem Barbarum, coniun-
 » ctis armis persequatur. Ut nihil porrò, uel occultae fraudis, uel parum sin-
 » ceræ fidei pertimeas, qui nihil unquam inuicti animi fretus altitudine
 » timere didicisti, cuncti fere principes, inita societate foederum sponso-
 » res, uadesque adierunt, ut iustis armis sanctas pacis leges, iuraque omnia
 » tueantur. Hanc à te pacis conditionem ante alios orat & exigit Carolus
 » Allobrogum regulus, innocentia tantum sua depulsus regno, & quod
 » longè miserrimum uidetur, per septem annos ancipiti duorum propin-
 » quorum iniuria fatigatus. Hanc item Veneti, tanquam ex foedere debi-
 » tam, reposcunt. Eadem regna tua, perpetuis tributis eneruata, tuorum-
 » que praesertim ac hostium rapinis crudelissime diuexata, suppliciter ef-
 » flagitant. Valeant aliquid, obsecro Cæsar, fraterna pericula, Hungaro-
 » rum supplicantium lachrymae, senatus preces: Valeat ipsa sacrosancti
 » Pontificis autoritas, piis, atque optimis nunquam sprete regibus, ut
 » Christianus orbis, luctu, miseriis, & Barbarorum metu liberatus, post im-
 » petratam tuo incomparabili munere pacem atque concordiam secun-
 » dissimè reflorescat. Ad ea Cæsar, ut à uetere consilio discederet, nihil
 » omnino, uel amplissimi uiri facundia, quæ in Grimano summa censeba-
 » tur, uel eius sacrae ordinis dignitate permotus, grauiter respondit: Ni-
 » hil à se in toto uitæ cursu, uel ad gloriam, uel amplitudinem comparan-
 » dam publica pace commodus & melius concupisse, quam ut exoptata
 » sæculi securitas, cum tranquillitate rerum omnium pararetur, nihilque
 » demum antiquius habuisse, quam pace potiri, ut inde aduersus Barbaros
 » arma distringeret, cuius uoti ac instituti sui praecleara exempla, in Pan-
 » nonia, Graecia, Illyrico, & tota denique Africa rebus gestis ostēderit: sed
 » laceffitum Gallorum iniuriis, retractumque à nobili incepto bella cō-
 » ficere nequisse. Nemini enim tutam pacem, utiliolem, chariorēmq; ui-
 » deri, quam ei, ad quem iure optimo ex sacri belli uictoria, cum specio-
 E E iij

fissimi spes triumphi, tum inusitatae laudis proventus obuenirent, sed Gallos semper noua odia ex antiquis simultatibus ferentes, ipsius semper, maiorumque suorum obrectasse laudibus, ac potentiae amplitudini, & legitimis regnorum hereditatibus inuidisse, quod rite nuptas lectissimas uirgines impudentissime repudiarent, sacramenta foederum abiurarint, nihilque unquam sanctius habuerint, quam quum ex commodo luberet, a fide ac amicitia defecisse: id praecclare perspectum esse planeque cognitum imperatoris comitiis, quibus multo auro suffragia prauertere conati ambitiosa malignitatis, atque stultitiae graui sumptu ignominiam retulerint. Postremo ab ipsis concitatos Menapios atque Sicambros, ut Brabantiorum regionem incenderent, euocatumque nefaria crudelitate ad omnium perniciem Solymanum, ut Austriae domui quam maxime noceretur, quum nunquam antea in eam maleficio & contumelia temperassent. Ab his autem obiectari sibi inducias Rinconis atque Fregosij caede uiolatas, cuius patrati facinoris ipse prorsus fuerit ignarus, & poenam denique Georgio patrio pecunia redempto nuper exoluerit. Proinde nunquam se ad animum concordiae mentionem admissurum, nisi Belgarum suorum iniurias de rebellibus incendiariisque latronibus uindicaret. Id enim dignum uideri Caesaris maiestate, omnia belli detrimenta aequo animo perferre, sed nullam dignitatis pati contumeliam. Sibi autem, & summi Pontificis, & totius denique senatus gratiam honori, ac emolumento esse debere, non detrimento atque dedecori. Quid enim in re sua potius quam aliena sapienti, & satis superque Gallorum fidem experto, absurdius, atque dementius, quam iniqua pacis conditione, Cisalpinæ Galliae imperio spoliari, ut Francisci regis minori filio, Britanniae citerioris hereditate penitus excluso, nouum ex alieno patrimonium pareretur? quo demum Gallicae augeantur uires in Italia, & suae protinus minuantur. Ea quoque infana aut certe praepostera liberalitate, liberas nauigationum, ac itinerum sibi eripi facultates, quum repetere Hispaniam & Germaniam inuisere singulis propè annis necesse foret. Malle se Augustae dignitatis penitus obliuisci, & acclamatum Caesaris nomen ultro deponere, quam indignanter pati, ut terra marique portus, hospitia, transitus, a dubiis uel ingratis clientibus impetranda uideantur. Postremo Caesar sensim exardente facundia, eadem ferè commemorauit, quae superioribus annis, cum Romae, tum Niceae etiam & Lucae, expetentibus pacem responderat, quum eam causam disertè atque accuratè perorasset. Adeo enim constanti ingenio, praesentis potentiae suae iura defendebat, ut remotas etiam spes amplioris fortunae solerti ratione tueri, proferrèque, non imperitis rerum non obscure uideretur. Ita uerò flagranti animo in Cleuenssem iracundiam intenderat, ut Solymani impetum facile contemneret, neque multum fratris periculo commoueretur, & mihi demum, quod minimè praetermittendum uidetur, ipsius discedentis manum osculanti, alacri, familiarique uultu diceret: Expedire te, inquit, Ioui, calamos

A calamos oportet, ut quae iam gesta sunt in historiis tempestiue perscribas: nam hoc armorum motu, magnus profecto tibi noui operis labor paratur. Caeterum Pontifex quanquam conciliandae pacis consilio deiectus, rationem & studium aequitatis, uerèque gloriae decus, alioqui semper eximium in Caesare, caeca obstinatione superari mirabatur, Ferdinandi tamen regis pericula, reipublicae pariter ac amicitiae causa se minime neglecturum Caesari confirmauit. Nec multo post Baptistam Sabellum praetorij praefectum, & Iulium Ursinum cum triginta cohortibus tuendo Norico ad Pannoniae fines transmisit. Quinque diebus eo colloquio frustra consumptis, & Caesare in Germaniam contendente, Pontifex pari digressu Bononiam est reuersus, ut festum diem, Petro Apostolorum principi dicatum, solenni caerimonia celebraret: quo die Barbarussa à Pontis insulis ad Tarracinensium litora delatus, Ostiam peruenit, tanto terrore hominum ab ora in montes refugientium, ut populus Romanus subito metu concitatus in fugam, Urbem omnino deserturus esse uideretur, nisi à Polino literae ad Rodolphum legatum conscriptae, perlataeque Romam per Tarracinensium praetorem tumultum magna ex parte compressissent: in hanc enim sententiam ille perscripserat: Classis, quae à Solymano ad praesidium Galliae Barbarussa praefecto mittitur, ex praescripto mihi pareat, ut nemini, praeterquam hostibus nostris, noceat, itaque edicito Romanis, caeterisque Pontificiae ditionis oram incolentibus, ut nihil hostile à nobis timeant. Nusquam enim fidem ab eorum imperatore mihi praecclare datam, Turcae uiolabunt: & uos pro comperto habetis Franciscum Galliae regem nihil habere antiquius, quam ut rem Romanam non incolumen modo, sed maxime florentem, ac ideo ab omni impiorum iniuria defensam uelit. Eadem quoque uis diligentia Polinus Neptunianis ac Ostiensibus adeo animos confirmauit, ut expetentibus Turcis uenale pecus, & reliqui commeatus copiam adducerent, & ex nauigiis Campano uenali uino onustis, quum ea in portu haesissent, trierarchis aliquot amphorae, in usum seruorum remigum praesenti pecunia uenderentur, acciditque ut nonnulli quaternis arietibus aut binis iuuenis singulos ex Brutiis captiuos à praedonibus imperarent. Sed ciuitas nocturno praesertim metu consternata, uel ipso legato ex aliena promissione propriam obstringente fidem, & uultu interrito animi securitatem in eo periculo praeserente, ut quicquam de salute publica Barbaris crederet, adduci non poterat, quanquam & P. Antonius praetor, cum praefecto uigilum, multis accensis funalibus ad coercendam fugam, per omnes regiones discurreret, passimque abire classem nemini infestam, & nihil propterea metuendam pronunciando, timore in fugam praecipites retentare conaretur. In Sabinum enim agrum & Tyburinum trepidae mulieres cum paruis liberis effundebantur, eratque eius nocturni tumultus facies, sicuti mox decedente periculo ridenda iuuentutij, ita tunc omnibus foeda & miserabilis, quum matronae, nubileque puellae,

& sacratæ quoque uirgines è claustris in publicum se proriperent, obli-
 tæ pudoris, ab obuiò quoque in tenebris, ut ad proximas portas iter mō
 straret, luménque præferret luctuosis uocibus exorantes. Romani inter-
 rim ciues & diuites inquilini concursu ad legatum facto, apud quem e-
 rat Vitellius ad ferendam opem opportunus, ut præsidia pararet accirét-
 que ad Urbem copias, flagitabant: nullæ enim erant in Vrbe ad custo-
 diam cohortes, quum antea nihil ab ea classe hostile ueritus non teme-
 re ad inanes metus ærario parcendum iudicaret. Sed ita demum euenit,
 ut quum salua Urbis dignitate præsidium negare uix sibi tutum foret,
 subitariæ cohortes è proximis Tuscis, & abeunte iam classe, in Urbē gra-
 ui ac inutuli sumptu uocaretur. Barbarussa autem ad ostium Tyberis a-
 quationem longe optimam nactus, triduo post inde discessit, Etruriæq;
 oram atque Liguriæ sine maleficio præteruectus, Massiliam rectà con-
 tendit. Eodem quoque tempore & ipse Solymanus ab initio maturan-
 dum sibi ratus, ne ultra Budam prouecto, ætatis tempus ex natura Pan-
 nonij cœli in pluuias autumnales præceps, in cursu gerendarum rerum
 deficeret. Itaque Sauo flumine ponte traiecto, Amurathem Dalmatam,
 Persâmque Vlamanem, ad expugnandum Valponium præmittit, hos
 quoque Achomatem Europæi equitatus magistrum sublequi iubet. E-
 rat id oppidum ad Draui fluminis ripam positum, non longe ab Exe-
 chio, fœda Austriani exercitus fuga, & Bacchithii Pauli, Ludouicique
 Lodronij fortissimorum ducum cæde, percelebri. Tuebatur autem lo-
 cum præsidio ex clientibus imposito, Petri Pereni uxor, eadem & Alexij
 Turfonis soror, quæ, marito ab rege custodia tradito, uirilem animum
 induerat: sed defensores, quanquam egregiè munitum erat, uim Tur-
 carum non tulerunt. Amurathes enim Hungaros omnes in deditiōe
 clementi consilio accepit, seruauitque ut qui agros colerent proposita
 libertate in prouincia relinquereintur. Inde uerò ad Soclos Perennianæ
 etiam ditionis oppidum exercitus ductus, ubi aliquandiu & quidem a-
 cerrime, inuadentibus Turcis repugnatum est, quòd amplius ducenti
 nobiles Hungari, uti erant ueri Turcarum hostes, multitudinem inco-
 larum ad perferendos labores contemnendaque pericula cohortando,
 antè alios fortissimè Turcarum audaciam propulsarent, sed ubi multis
 acceptis uulneribus, territæque & recedente à muro Soclensium turba,
 irrupentium hostium impetus sustineri non potuit, in arcem confu-
 gerunt, ut inde Valponiensium exemplo, facta deditiōe salutem ac li-
 bertatem impetrarent, sed his iratus Amurathes, nulla pactione, sed ar-
 bitrio se dedentes egredi passurum respondit, atque ita exeuntes porta
 ad unum omnes interfecit: ut ea crudelitate reliqui, qui spem in armis
 potius, quàm in Solymani clementia reponerent, collata utriusque op-
 pidi fortuna terrentur. His cognitis rebus Solymanus capta oppida
 Amurathi dono dedit, & paratis exploratisque rebus omnibus, è Buda
 cum uniuerso terrestri naualiq; exercitu ad expugnandum Strigoniū
 contendit. Erant in præsidio Liscanus Hispanus, arcis custos, senioris
 Liscani

A Liscani propinquus, qui ad Cassouium, uti supra docuimus, ob ereptas
 fruges ab agrestibus fuit interfectus, uir cogendo auro aptior, quàm bel-
 licis muneribus obeundis. In urbem autem missus ab rege Salamanca,
 pariter Hispanus, non admodum peritus belli, & ante periculum uanif-
 simus hostium contemptor. Is præter paucos Hispanos eius amicitiam
 familiaritatēque secutos, Italicas cohortes duas effecerat ex his militi-
 bus, qui Medice præfecto classis, Alexandroque Vitellio in Italiam re-
 deuntibus, in Pannonia remanserant, Alexij Nardoij & Vicetij Matricij
 signa sequentes. Ad hos acceperant uexilla duo Germanorum, quorum
 B duces erant Tristanus Fortaler, & Franciscus Munechius, qui militum
 omnium numerus mille & trecentorum summam efficiebat. Paulus au-
 tem Strigoniensis antistes, præclaræ erga Ferdinandum fidei, in pacatâ
 regionem abierat, quòd desperata uenia à Solymano certum cruciatum
 expectaret, quòd eo deprecatore in gratiam Ioannis regis semel restitu-
 tus, iterum ad Ferdinandum defecisset. Strigonium in præalta ripa arcē
 habet, indeque Danubium subter labentem latè prospicit, ex aduerso e-
 ditum habet collem, qui portæ urbis imminet, mœnibus autem extan-
 tia propugnacula defunt, per quæ emissis tormentis subeuntium ho-
 C stium latera feriuntur. Is structuræ mos antiquis erat, quum nondum
 reperto bombardarum artificio, arietibus, & balistis ingētibus, & turri-
 bus ligneis urbes caperentur. Propterea Vitellius & Torniellus superio-
 re anno ad inspiciendam loci munitionūque naturam à rege missi, æ-
 gerrimè defendi urbem à maximis præsertim copiis oppugnatam retu-
 lerant, quòd ab eo colle tormentis statuendis ab Barbaris occupato,
 cuncta introrsus supernè conspecta ferirentur, & ea esset natura mœ-
 nium, ut quanto propius hostes succederent, tanto tutius protecti ab
 imo subruere murum possent: quibus difficultatibus, ueteres peritiq;
 D milites, qui Strigoniij præsertim hybernarant, nouis operibus occurre-
 bant, magnaq; alacritate ante periculum, ut iactabundis accidit, mi-
 rificæ uirtutis operam pollicentes, Solymani aduentum expectabant.
 Sed ubi Barbarus hostis undiq; promotis castris latè campos, collēq;
 omnes erectis tabernaculis occupauit, classēq; pariter ornatissimam
 aduerso flumine subeuntem prospectantibus ostendit, nemo erat qui
 non deposita animi ferocia magnoperè de salute dubitaret, quòd pauci,
 quanquam eximia uirtute, cum numerosissimis hostibus, atque his per-
 tinaci admodum deuoti animi proposito mortem petentibus, pugna-
 E turi uiderentur. Adauxit quoque metum legatorum aduentus: Solyma-
 nus enim tres prætorianos è gente Christiana iam pridem ad Mahometis
 sacra traductos, Italum scilicet, & Hispanum, atq; Germanum, cum
 præsidium ex his constare didicisset, ad urbem miserat, ut quisque si-
 ne interprete suæ nationis homines alloqueretur. Hi nanque admissi
 perampla præmia atque stipendia se deditibus ita promiserant, ut
 quum prolata, constitutāque iam essent tormenta abnuentibus extre-
 ma supplicia denunciarent. Ad ea quum à signiferis præclara uocē

responderetur, milites fide uirtutēque præstantes, neque præmiis turpi- F
ter capi, neque minis ad ignominiam terreri solitos, extremas spes in ar-
mis habituros, Turcæ in castra redierūt, eodēque die tormenta in col-
lem imminentem urbis summa celeritate subuecta sunt, & delectæ toto
ambitu ad oppugnandum infirmiores mœnium partes, tanto quidem
Barbarorum iudicio, ut neque peritius, neque opportunius quicquam
ad nocendum excogitari potuerit, uel ab his, qui cuncta interius dili-
genter explorassent, ita ut credi par sit, nō Fortunam modo Christianis
hominibus, sed fidem quoque aduersus Barbaros omnino defuisse. Sala
manca diffusus suburbanis munitionibus, secus ac antea iactanter ne- G
quaquam se deserturum prædicarat, in urbem se recepit, quæ hodie Cas-
telli nomen habet: superioribus enim hybernis exteriores Strigonij par-
tes antiquitus muro cinctas, usque adeo milites, naualesque focij de-
formant, ut sublatis ad usum ignis tabulatis & contignationibus, semi-
cadentia recta spectarentur. ea frequenti tractu per decliua ad flumen
usque pertinebant, ubi tabernæ, & nobiles quoque domus à fortunatis
Hungarorum regibus extructæ uisebantur. Cæterum Achomates, Euro-
pei equitatus magister, eam ad oppugnandum muri partem accepit, quæ
episcopalibus hortis annectitur. Vlamani autem Persæ data est quassan H
da subruendaque ea turris, quæ portæ Budanæ imminet. Is enim inge-
nio solerti horūmq; operum maximè perito, eam merita laude famam
apud milites fuerat consecutus, quum in expugnatione Castrinoui ad
sinum Rizonicum cum Barbarussa, admirabilis artifex extitisset. A sap-
pi ad opus faciendum idonei, gregatim à singulis ducibus ad perdu-
cendas fossas, attollendosque aggeres ducebantur. Incredibile dictū est,
quanta uī tormenta displodi cœpta sint: continenti nanque ordine nul-
quam cessabatur, & erant colubrinæ ingentis magnitudinis, quarum
ictibus non modo superiora mœnium decussis pinnis nudabantur, sed I
turris ipsa, de raso iam fastigio quassata inferius ac immanibus pilis per-
forata, nequaquam defensores, uel adire, uel consistere ausos admitte-
bat, adeo ut proximus extantis coronæ murus omnis cum ingenti fra-
gore prorueret, & terribili continuoque terræ motu cuncta quati uide-
rentur, nec consistendi in muro propugnantibus facultas erat. Nam la-
nizeri sclopettarij, aut per fossas subter summa obiecti aggeris labra di-
spositi, aut è superiore loco protecti equitum scutis, quum maiora tor-
menta cessarent, excitatusque inde fumus subsideret, certissimis ictibus
apparentium capita feriebant, & multi interius in statione perseueran- K
tes, incidentibus ab alto sagittis uulnerabantur, sed multò grauiorē cla-
dem fragmenta lapidum nostris inferebāt, dum disrupta minutim, dis-
sipatāque tormentis, euitari non possent, illisāque membris militum
inutiles redderent quos attigissent. Quibus malis adducti milites, de-
serta exteriorē corona, interiores munitiones celeriter erexerunt, ut mi-
nore cum periculo in defensione uersarentur. Nec animus Barba-
ris defuit, quin audacter subirent: ter enim instaurata pugna magnò
clamore

A clamore edito in urbem irrumpere conati ad cōgressum usque nostro-
rum peruenerunt, sed densissimæ phalangis frontem prælongis hispidā
saris, Barbarus hostis leuibus hastis equestribus, & graui gladio, aut
parua tantum secure armatus perumpere non potuit, locoque detru-
sus multis acceptis uulneribus se recepit. In ea contentione Baltaces Se-
limbria, quæ ad Pontum est, nobilis Sanzacus, quum suos ad irrumpen-
dum uehementer urgeret, interfectus est. Subierat ad eam ripam, quam
diximus, Turcarum classis, ac omnia quæ ad oppugnationem pertine-
bant, tormentorum instrumenta, commeatūque affatim à Buda sub-
B uehebat, nostrisque uehementer occupatis classarij milites & remiges
ad suburbanas domos tanquam in foro rerum uenaliū ociose uersa-
bantur. Id nostri ab arce despectantes impunè fieri non tulerunt, con-
globatisque repentè, ex sua quisque cohorte, singulis centuriis, Michael
Rauaspurgus Germanus, Nardoúsque Italus eruperunt. Tantus fuit
eorum impetus, ut Turcæ improuiso hostium superuentu perterriti,
quum pars arma capere, pars ad classē cursu se proripere uellet, tumul-
tuosissimo pugna, fugāq; genere, aut intercepti caderent, aut adnatan-
tes rapti flumine mergerentur. Sed qui in classe erant opportunam pla-
C ne profligatis, & perditis opem tulerunt: sagittis enim, & glandibus in
nostros coniectis, ita incumbentium impetum retardabant, ut iam ad-
motis undique nauigijs, aliquanto quietius, quàm paulo antè, & tutius
suos exciperent. Periere è Barbaris circiter ducenti, & ipse Zirnar natio-
ne Persa, cuius erat classis imperiū, ut eius audacis facti nomen maxime
celebre redderetur, quū in eo discrimine perturbatis opem ferens, & fu-
gā increpitans prætoriā biremē admouisset, glande traiectus interiit. Dū
hæc fierent, & Barbari stratis mœnibus, effossisque cuniculis, quibus tur-
ris excinderetur, ualidiore in dies impetu expugnandæ urbi uirēs inten-
D derent, & contra nostrorum animi cum multis acceptis incommodis,
tum una maxime auxiliij desperatione frāgerentur, senex Calaber è Cro-
tone artificio tormentorum assuetus ad Barbaros trās fugit. Eius autem
nefarij, impiique facinoris causam prædicabat, quòd plura sibi seni &
inopi stipendia rex deberet, ac ideo liberalis militiæ dominus, uitato
præsentis uitæ periculo, adeundus esse uideretur. Is benigne susceptus à
Solymano, interrogatusque diligenter à purpuratis, si urbe Strigonio
mature potiri uellent, Aquariam turrim omnino expugnandam esse
perdocebat. Erat ea turris in extrema ripa, sub ipsa arce Strigonij, loco,
E ædificatioque Budanæ persimilis, quum eodem machinationis artificio
aquam exorbendo è flumine haustam uariis siphonibus in arcem ef-
funderet: ab ea enim Nasadæ subeuntes onusta commeatu, directis ad
aquæ libram tormentis, magno Turcarum incommodo ita peteban-
tur, ut noctu tantum, & secundum ulteriorem amnis ripam pilarum
uolitantium metu solliciti nauigarent. Hanc Habraimus eunuchus,
Asiatici equitatus magister, admotis tormentis expugnandam susce-
perat, sed irritò conatu cuncta moliebatur, quum ripæ margines sta-
tuendis

statuendis tormentis peranguſtæ magnas Turcis afferrent difficultates, F
& milites præſidio impoſiti, directis ex aduerſo falconibus conſtantiffi-
me repugnarent. Monſtrante itaque transfuga inſulam in Danubio de-
fertam, quæ contra frõtem turri obiecta ſpectabatur. In eam Vlamanes
noctu ſcaphis traiecit, erectoque ſubitario aggere, conuectis que eò tor-
mentis, nonnullos ex defenſoribus interfecit, nudauitque eorum latera,
ita ut Aſiatici, non apparentibus præ metu noſtris, murum ſubire aude-
rent, & ſcalas expedire properarent. Interea Turcæ e maioribus caſtris
exteriora urbis undique maximis tormentis uerberare, prægradibus ue-
ro globis per ænea mortaria in ſublime iactis, ut cum ruina tectis incide- G
rent, interiora deuaſtare, ſubterque magnos cuniculorum ſpecus, ſicuti
aliàs in expugnanda Rhodo perfeciffe docuimus, excauare non ceſſa-
bant, in quibus Barbari, corpore pariter ac animo aduerſus omnes belli-
ci laboris aſperitates indomito, interdium noctuque cibum & ſomnum
cum multa noſtrorum admiratione capiebant. Accidit autem, ut ænea
crux inaurata, ob idque percuffa ſolis radiis latè refulgens, qua maximi
templi faſtigium ornabatur, aſiduo collimantium Barbarorum ſtudio
contortis in eam pilis reuulſa, atque deiecta frangeretur, qua cadente So-
lymanum felicitis ictus caſum, more gentis ad lætum augurium facile H
uertentem exclamaſſe ferunt, expugnatum eſſe Strigionum, poſtquam
ſignum inani ſuperſtitione à Chriſtianiſtibus adoratum eſt templo
decidiſſet: neque id omen pro uano à noſtris acceptum eſt: deſeſſis enim
terrifiſque militibus, quibus nulla gleba ſaxeo in ſolo, ad extruendas mu-
nitiones ſuppetebar, Liſcanus & Salamanca de rerum exitu timidè deli-
berantes, & ſecreto demum inter ſe collocuti, ſeruare ſeſe, & deditiõnem
facere decreuerunt. Erat Liſcanus parum militiae uerſatus, & multo ex
continua præda congeſto auro prædiues, ſic ut ſibi planè opulento, pro
inani conſtantiæ laude, Barbarico cædi gladio nimis miſerum putaret. I
Idem quoque effugiendi periculi ſenſus erat in Salamanca, apud quem
certa ſalus, & bona peculii, labore ac induſtria caſtrenſi parta, omni, uel
maximè decora laude potiora ducebantur. Cæterum eius occulti conſi-
lij fama adeo aſtrictè contineri non potuit, quin ad milites emanaret,
quorum tertia ferè pars: aut interierat, aut ægra morbis, & uulneribus
debilitata, decumbebat: una tamè omnium uox audiebatur, ſatis adhuc
uiriu ſuperſeſſe, ut interiora defendi poſſe minimè deſperarent. Sed cen-
turiones atque ſigniferi, præfectis adulari ſoliti, ſi honeſtis conditioni-
bus à Solymano fides præſtaretur, omnium certiffimæ neci, & nihil de- K
mum Ferdinando regi profutura, deditiõnem præferabant. Fortibus e-
nim uiris aut egregiè pugnando cadendum eſſe, aut poſtquam ſuprema
neceſſitas id ferat, honeſtiſſimè paciſcendum. Nec multo poſt noctu de-
miſſus e muro ſignifer, acceptaque per interpretem fide, Salamanca ex-
ciuit, ut is æquiore conditione de deditiõne tráſigeret. Nec mora occul-
tè exiens ad Achomatem cõtendit, admonitis prius Aquariæ turris de-
fenſoribus, ut inde ad ſalutem celeriter in urbem ſe reciperent. ſed eo nun-
cio

A cio territis, & cum tumultu euadentibus noſtris, Turcæ intenti, animad-
uerſa fuga protinus irruerunt, interfectis quibusdam, qui tardius cla-
bentes efferendis ſarcinis occupati inhoneſte conciderant. At Salaman-
ca ad purpuratos deductus, quum accurate loquendo multa ſibi conce-
di poſtulafſet, nihil explicatius, aut mitius impetrauit, quàm ut mature
ſe dedentes, cuncta quæ ſalutem libertatẽque reſpiceret, ex liberalita-
te clementiffimi imperatoris expectarent. Itaque Hiſpanus acri iudicio
Turcarum ingeniis diffidens, nec tamen deſperans, quum redire uetare-
tur Liſcano quæ retulerat preſcribit, monetq; ſi ſaluus eſſe uelit, extem- B
plo & maxime liberaliter ſeſe, atque urbem dedat. Acceptis literis Liſca-
nus ad milites prodiẽs, deditiõnis neceſſitatem, & propoſitam ſpem ui-
tæ & libertatis cunctis exponit: nec mora ambiguo, & fremente adhuc
milite, Halis aperiri ſibi portam, ex deditiõne in caſtris facta, læto po-
tius quàm feroci uultu poſtulat, eaque ſtatim patefacta à Liſcano in-
troducitur, clauẽsque traduntur. Ianizeri pacato agmine ingreſſi, mu-
nitionem, totamque muri & aggeris coronam occupant, milites no-
ſtros ſecedere iubent, imberbes ex his ad unum ſecernunt, reliqui ha-
ſtas deponere, & ſclopettos in unum aceruum proiicere coguntur. Ne-
mo eſt omnium qui recuſet, edictoque non pareat. Improviſo nanque C
& contra ſpem nimis accelerato prætorianorum introitu terreſacti, ſe
ipſos demiffis pudore oculis intuentes priſtinam animorum ferociam
exuerant, nihilque niſi ualde ſæuum à Barbaris expectabant. Id enim
deceptis, & circumuentis facile euenit, quibus expediendi conſilij ra-
tio omnis & uirtutis uſus excutitur. Intendit quoque noſtris pauorem
caſus inſolitus, nam quum milites, uti imperatum fuerat, ipſas etiam
cum ſclopettis ſulphurei pulueris lagenas in aceruum conieciffent, ab
accenſo forte funiculo, excitata repente flamma, earum rerum cumu-
lum corripuit, uſque adeo conſternatis ira metuque Barbaris, ut non D
temere inſidias ueriti, e noſtris nonnullos interfecerint, ſed deprecanti-
bus præfectis, & nihil dolo, ſed caſu factum, oris & manuum geſtu
ſignificantibus, ipſoque Hali facile perſuaſo, & celeriter commota cla-
ua ſignum dante, Ianizeri à cædibus temperarunt. Tum uero Halis,
compreſſo tumultu, apud noſtros per interpretes pronunciari iuſſit,
parata fore perampla ſtipendia, ac honeſta militiae loca his omnibus,
qui ad Solymanum tranſire uellent: nec plures quàm ſeptuaginta ex
omni natione milites reperti ſunt, qui conditionem acciperent. Bar- E
barorum enim perfidiam timentes, & de uita ſoliciti, abnuentibus pa-
rari cædem & cruciatus, propter naturæ immanitatem, exiſtimabant.
Hos Halis comiter allocutus, & cum his, quos diximus, delectos impu-
beres, nauigiis deuehi Budam iuſſit, reliquos ab omni deſenſos iniuria
ad repurgandam arcem, æquato cum Turcis labore delegauit. At Li-
ſcanus, qui ut aurum ſeruaret, admiſſi flagitij dedecus, ſubſequentem-
que ob id pœnam, ac ignominiam contrito pudore neglexerat, aureum
torquem, quo tam auare quàm inſolenter Perenus fuerat ſpoliatus, do-
FF

no dare cogitur, quum illum Halis alioqui per uim erepturus militari comitate, tanquam nouum apud Turcas ceruicis ornamentum expetisset. Eo nanque munere Hispanus reliquæ suæ prædæ periculum redimi posse cogitauit: sed auaro imbelliq; fortuna nihil indulfit, nam quum insignes equos aleret, ut his arce excedens in pacatum eueheretur, signatumque aurum in ephippiis subter puluinos accurate condidisset, ei postremo Barbarus equos iam ephippiatos conditumque simul intus aurum ridendo ademit, quod nauigaturo nihil equis opus esse diceret. Atque ita duces, militésque omnes exuti, præsertim galeis, atque thoracibus, ac ad naues deducti traiectique incolumes in G ulteriore Danubij ripam, Posonium pedibus contenderunt. Ibi autem Salma iussu regis Liscanum & Salamancam prodicionis accusatos custodia tradidit, & cum his laxiore tamen custodia Matricium, Alexiumque Nardoum, & Tristanum Germanum, ut quomodo deditio cœpta, patratâque esset, in ipso de reis iudicio testarentur. Occupato Strigonio Turcæ agris nostris ac uulneratis, qui una proficisci nequiuerat, omnia pietatis officia usque adeo diligenter præstiterunt, ut quum recreari demum, dimissique ad Torniellum in Comaram peruenissent, reliqui milites tantam in Barbaris humanitatem extitisse mirarentur. At Solymanus expiato templo, & uti Buda fecerat, ad sacrorum suorum cœrimonias traducto, superis gratias egit, quod eo præsertim die quo Baiazetes auus Methonem cepisset, Strigonio capto se quoque similis uoti compotem fecissent. Erat is dies Augusti mensis decimus: diui Laurentij memoriæ cōsecratus. Nec mora accitis Buda fabris, atque omni prope genere militum ad opus coacto admirabili structura celeritateque urbem restituit, atque munivit, tanto quidem studio, apparatusque, uti in posterum Christianis recuperandæ urbis spem omnem adimere uideretur: exprobrata hercle segnitie, ac imperitia Germanis & Hungaris, qui per quatuordecim possessam annos pingui semper in otio munire nesciuisent. Nec multo post Solymanus Oslaino uiro impigro Strigonij custodia præposito, emissisq; ad læuam Tartaris Scythis, qui ad Albam Regalem prædabundi excurrerent, ad expugnandam Tattam, quæ olim Theodata fuit, iter intedit. Id oppidum, ualde exiguum, arcem dixeris, distat à Danubio introrsus, contra Comaram, paucis miliaribus Hungaricis: ei Torniellus Hanibalé Tassium Bononiensem, & Antiu Germanum cum octoginta militibus præfecerat. Hi siquidem ante alios id munus sibi dari deposcentes, quod questui simul ac laudi futurum rebantur, omnem K uim Turcarum se contempturos affirmabant, siue quod Strigoniu egregie defensum iri crederet, siue quod Turcas ad ignobile castellum, cum tota mole copiarum minime deflexuros putarent. Sed capto demum Strigonio, & aduentantium hostium conspectis castris, & Achomate, qui præcedebat, si uim experirentur, grauissimos cruciatus denunciante, quin se extemplo dederent, uti uiribus impares & uitæ cupidi, nullam expediendo cōsilio moram fecerunt. Exeuntes Solymanus, & scripto

abeundi

A abeundi fidem accepturos, de more sericis uestibus donauit, atque omnes dimisit. Tatta uero funditus euersa est, uetere Ottomannorum instituto: quum raris, sed ualidis omnino præfidiis partas bello prouincias, minoribus passim deletis arcibus, tuendas existiment. Torniellus autem, ipsum Hanibalem frustra humani iuris æquitatem pro salute implorantem, aliquanto seuerius atque turbidius, quam ea ualde lugubris rerum conditio postularet, capitali supplicio affecit. Eo enim pergraui disciplinæ exemplo intelligi edicique uolebat cunctis, qui muniti loci custodia præessent, turpissimæ mortis metu egregiam constantissime propugnando mortem minime fugiendam. Antium porro quod erat Germanus ad Ferdinandi regis arbitrium reiecit, quum præclare similem de Liscano & Salamanca, uti grauiora meritis, sententiâ ferre uideretur. Sed rex ingenio mitis, ac facilis, & nunquam cruentus de Hispanis lenissime statuit, & diuturni tantum carceris pœna contentus fuit, quum Antium ad parem cum Tassio supplicij sorte atroci Tornielli iudicio reliquisset. Aequata solo Tatta, Solymanus ad expugnandam Albam profectus, circa lacum paruum, aquationi maxime opportunum, positis castris, non procul ab urbe confedit. Ea urbs ob id Regalis cognomentum tulit, quod ibi per antiquo solennique gētis ritu noui reges coronentur, ac eodem in templo priscorum regum sepulchra cum rerum gestarum titulis uisuntur. Cæterum Buda, Strigonium, & Alba Pannonici regni nobilissimæ urbes, paribus fere interuallis inter se distantes, trianguli figuram efficiunt, cuius ambitu, dimensisque lateribus, miliaria circiter centum includuntur. Albam, reliquas duas alluente Danubio, perpetua palus undique præcingit, situ quidem aduersus hostes ualde mirabili, nisi per æstatem consumptis hyemalibus aquis, decrescenteque palude foret infalubris. Ab urbe tres lati, præaltique aggeres (iacentis rotæ radios dixeris) ad extremam circumfusæ paludis marginem porriguntur. Hi longorum pontium similitudinem reddunt, habentque suburbanas domos, & utrinque hortos, intercedente lata regione, qua uiatores in continentem deferuntur: ad extremam uero frontem ubi desinit palus, ac inde exitus atque aditus in urbem datur, erecti firmi aggeres singulas portas communiunt: quas Albani, suspectis tantum belli temporibus, obserare noctu solent. Suburbanæ itaque domus tribus his portis, ab hostibus sunt tutæ: quum interiecta pontibus spatia palus latissime inundet, propter cœnosa uada omnino inaccessa equiti, præpedientibusque iuncis & calamis natanti plurimum importuna. Urbs autem interior muro satis firmo, & præalta fossa, quæ paludem excipit, ad circum præcincta, difficilem habet oppugnationem. Quibus de causis, aduentante Solymano, in eam præ metu, tanquam in arcem longe tutissimam, magna hominum, agrestiumque præsertim, multitudo præ se actis pecoribus confugerat. Albanis præfidio erant uexilla duo Germanorum & ducenti ferme equites, ex eorum numero, qui in custodia à Leonardo Veltio relictis fuerant: quum Albani mutata fide à regina defecissent. Ad has quoque copias accesserant

FF ij

quingēti Hungari equites, ex his qui in pace, quum bellum desit, latro-
ciniis se exercent, infamique nomine Vfarones appellantur. Sub id uero
tempus, quo Turcæ Strigonium oppugnabant, Torniellus cum Italicis
cohortibus Iauarinum peruenerat. Hunc Ferdinandus, de Strigonenſi
fortuna sollicitus, & Albanis quoque rebus uehementer timens, literis
ac nunciis hortabatur, ut tuēdæ Albæ munus susciperet: ipse enim, tum
cogendæ pecuniæ intentus, in Bohemia conuentus peragebat. Id se ala-
criter suscepturum pollicebatur Torniellus, sed graui, uti regiis uideba-
tur, adiecta conditione. Quippe dux uetus & periculorum casuumque
militiæ cautus æstimator, ea præsidia postulabat, quæ opportuna forent
capeſſenti iter, ac in primis ituro per infesta loca Tartarorum incurſio-
nibus, & demū defensuro urbē aduersus eos hostes, qui nunquam irritō
conatu cœptis abſceſſiſſent. Hæc omnino erant Germanicæ cohortes
quatuor, alāq; una equitum grauis armaturæ, & tormēta decem: atque
item centum currus, quibus de more apertis in locis castra permuniret,
& ante omnia trimestrem pecuniā petebat, ne tractu longē obſidionis,
inter tot linguarum milites, uti plerunque accidit, tumultus efflagitatis
frustra stipendiis oriretur. At regij togati homines, quibus ærarij facul-
tates erant pertenues, quoniam pecunia omnis superiore anno à Bohe-
mis contributa, Pestano bello consumpta perierat, ante omnia periculū
profectionis eleuare, situm urbis atque munitionem extollere, incola-
rum & militum, qui in præsidio essent numerū augere, polliceriq; non
defuturos diuites Albanos ciues, qui pecuniā conferrent, liberaliq; stu-
dio milites inter se distributos priuatim alerent: postremo confirmare,
testariq; non magno discrimine ab his insignem gloriam peti, qui cla-
rissimam urbem omnino defendendam, conseruādāq; susciperēt. Ad
ea Torniellus, ut quicquā de ea re statuat, priusquam singula exploret,
adduci posse negat, mittiturq; Albam Octavianus Scroſactus Inſuber, I
qui post Pestanū bellū in Pannonia remāserat. Is fœlici usus profectione
reditūque, retulit Albam inexpugnabilem reddi posse, si aliqua exco-
gitata, atq; ante prouisa inchoatis operibus adderētur, plēnique imbres
inclinante autumnō minime defuturi ad augendā paludem, replendā-
que exteriores fossas opportune deciderent. Tantam uero cōmeatus, &
maioris, minorisq; pecoris copiā è uicinis pagis in urbē esse conuectam,
ut famē, uel tota hyeme minime timendā putaret, & eam esse præsidij ac
urbanæ multitudinis alacritatē, ut hostes iam plane despici uiderentur.
Forte enim Albani sustulerāt animos paruo admodum successū, quum K
excurrentibus illac Tartaris in eorum prostrema agmina aliquot inter-
fectis erupissent. His cognitis Torniellus, nihil temere de se constituit,
nec sibi ullo modo eundem censet, mediam tamen consilij uiam tenet,
mittitque Albanis auxilio quatuor præfectos, ante omnes nauādā ope-
ræ cupidos, cum singulis cohortibus. Hos cum ala equitum Barcocius
sequitur, apud quem iussu regis suprema erat militaris imperij potestas.
Vbi Albam est peruentū, extemplo Solymanus non procul abesse nun-
ciatur,

A ciatur: itaque Barcocius præfectos centurionēsq; omnes in concilium
uocat, una etiā cōuenit Birrous Albanorū prætor, cum toto ordine de-
curionum. Disputatur apposite atq; acriter an suburbana ædificia, quæ
diximus, deserere atq; incēdere præstet, quā tueri, ut tecta Barbaris de-
sint, & urbs interior paludis circūfusē munitione tutissima, minore mi-
litum labore, minorēque periculo defendatur. Conclamāt repente Al-
bani, nec se passuros dicunt, ut suburbia tot templis & ædificiis magni-
tudine urbis æquata, euerſis subinde multorum ciuium fortunis deleā-
tur. Quid enim tam deforme ac miserum cogitari posse, quā ad inci-
B tandam Barbarorum audaciam extremi timoris significationē dare, ac
ea ultro subditis flammis excindere, quæ forti manu, nisi animis turpif-
sime deficiāt, egregie tueri possint? Fauebat Albanis Octavianus, uti cæ-
teris eius urbis ac regionis, superiore anno sæpius exploratæ, usu perit-
ior, docebatque pari conditione periculi, & urbē & suburbia defendi
posse, quandoquidē pari paludis beneficio munirentur: nec etiā, si quid
extra pugnātibus ab hoste durius accideret, defuturus esset tutus atque
certissimus in urbē receptus, quo demū temporis spatio, inclusi urbe, su-
premi cōsiliij deliberationes expedirent. Postremo exurgens, cum suo tū
C publico impulsus fato: Quod, inquit, uiri fortes, uirtutis specimē dabi-
tis? quā uē demū nauatæ operæ laudē feretis, si tantæ claritatis urbem
„ suburbis tanquam brachiis ante periculum detruncatis deformatam
„ ultro, & nimis celeri desperatione deuaſtatam defensuri estis? Nihil cer-
„ te uel ad utilitatem regis, uel ad spem gloriæ profeceritis, nisi Alba, si
„ Diis placet, incolumi atque integra, integrum ab animi magnitudine
decus petatis. Hæc eo dicente cuncti consurgunt, prudentes gnariq; mi-
litiæ imperitis atque feroeibus parent, ipseque Barcocius, ancipiti suspē-
sus cura, uanissimōque aliorum iudicio plane uictus, fatali sententiæ ac-
D cedit. Fit enim sapius, ut qui pericula ratione solerter expendunt, ac ob
id de rerum exitu timide deliberant, & fortiores plerunque pugnacibus
sententias dicant, quum alienæ temeritatis comites esse, uel ad non du-
biam mortem, quā ab ignobili decreto minus fortes uideri malint.
Eo modo Barcocius, nouæ uel simulatæ spei plenus, & repente factus a-
lacer, ad milites egreditur, cur suburbia defendenda censuerint, edocet,
ac hortatur, ut parem decoro consilio uirtutis operam præstare uelint:
ipsum autem enixe curaturum, ut opportune parentur, quæ ad uictoriā
pertineant, & fortissime propugnātibus supra perennem facti laudē, &
E triplicis stipendij prouentum, honesta māsuraque ipsis ac posteris præ-
mia perſoluantur. Hæc læto ore prædicabat, ut Albanorum animos eo
beneficio in seruanda fide uehementer obstringeret, tegeterque timo-
rem nequaquam temere conceptum, utpote qui sæpius Turcarum ui-
res infœliciter expertus minime dux fortis & strenuus apud milites ha-
beretur. Itaque promiscuo concursu studiōque militū ac urbanæ mul-
titudinis suburbia muniuntur, instruunturque idonea loca maioribus
tormentis & custodiæ diurnæ nocturnæq; diuisis spatiis, certis ducibus

tribuuntur. Sed Turcæ appropinquantes, Budanę tantum portæ subur-
biis incubuerunt, explorato nanque situ, & per speculatores Hungaros
facile cognito, sicciorem ab ea parte paludem reperiebāt, solūque ibi
ualde sabulosum, & cespiti atque aggeri faciūdo penitus importunum
esse didicerant, quum à reliquis duabus portis terra nequaquam arida,
sed deuexæ paludis humore crustosior, & latas passim glebas & solidos
cespites ad opus egregium largissime præberet. Perspecto hostium con-
silio Barcocius Italos Germanosque omnes à reliquis portis ad Budanā
traducit, Hungaros agrestes, qui in urbem confugerant, itēque Alba-
norum iuuentutem in deducti præsidij locum succedere iubet, institu-
tūque antea propugnaculum educere atque perficere aggreditur. Id
erat inter bina templa diuo Frācisco, & Deiparæ uirgini dedicata, pro-
minebātque exterius nota ratione, ut bina utrinque munitionis late-
ra, directis tormentis contra subeuntes Barbaros defendi possent. Hæc
parante, administrantēque Barcocio, quum prima Turcarum agmina
in conspectum se darent, atque procurrerent, Vfarones, & secundum
eos Germani equites, adiunctis peditibus Italis alacriter eruperunt, con-
fertaque leui pugna utriusque ad suos se receperunt, eodēque modo ac
ordine per triduum est decertatum, nullo tamen memorabili euentu. H
Nam duces proximam portæ regionem, certo, breuīque spatio, ad pro-
currendum nostris præscripserant, & Turcæ prouolantes celeriter cedē-
do gyros dabant, ut incautos, aut graues armis Germanos longius elice-
rent. Vbi uero Solymanus aduenit, complexusque late urbem, spectātes
admirabili atque stupenda castrorum specie conterriti, nostri obstru-
ctis repente portis, omnes exitus sustulerunt. Ea res Vfarones, liberis ex-
cursionibus assuetos, tempestiue admonuit, ut sibi cōsulerēt, nec se mu-
nitionibus includi paterentur. Ita quum missionem peterent, nec tuto
retineri possent, frustra deprecāte Barcocio, & reiectis Albanorum præ-
cibus, nocturno syluestrique itinere protinus abierunt. Interea Turcæ,
confectis pluribus uineis more nostro, perductisque sinuosis fossis ad
munitiones intra sagittæ iactum processere: tecti nanque ante præfixis
frondibus, ita opus ex tuto faciebant, & summam aggeris coronam sa-
gittis & glandibus detergebant, ut nemo iam nostrorum conspici pos-
set, quin binos ternosque simul graues ictus ostensa parte corporis ex-
ciperet: & ea uis erat ingentium tormentorum, ut totam plane muni-
tionem pilæ perforarent, fractisque & per aera dissipatis textentis mate-
riæ stipitibus, uel distantes inde milites uulnerarent. Ob ea nostrorum K
pericula, subeuntibus Asappis tutum erat implere fossam, uti ualde sic-
catam serenæ æstatis solibus abscessuque paludis omni penitus humore
destitutā. Id fiebat multis uirgultorū fascibus arena seriatim superinie-
cta. Perpetuo enim totius exercitus labore, quum equites lignatū irent,
& pedites in opere uersarentur, in omnes usus cū frondosa tum soli-
da pariter materia suppetebat, & Dij nostris irati, expectatos imbres cæ-
lo & nubibus suspēfos pertinacissime denegabāt. Exequata itaque fossa,
Barbari

A Barbari audacter subeuntes propugnaculū ab imo scalpere, suffoderēq;
cœperunt, ut agger interior substracto fundamēto conciderēt, quod ne-
quaquam ex solida constructus gleba, sed ea ualde sabulosa fluentēque
astringentibus tabulis & tignis, non ad robur, sed ad inanē fere speciem
esset erectus. Verū animaduerso hostiū conatu, ita à nostris pari cunicu-
lo obuiā est itum, ut quum infelici cœpto, atq; exitu, præparatus intro
ad Barbarorū exitium sulphureus puluis fortuito flammam cœcepisset,
multi ex nostris nemine hostium concremato cœdē perierint. Post id fa-
ctum Turcæ, uera ui nitentes, triplici acie instructa propugnaculo suc-
B cesserunt. Præcedebant Asappi, uti minimæ iacturæ homines, à ducibus
primis periculis obiiici soliti: hi pro scutis planas tabulas, ostiorum ual-
uis similes, recētibus bouum coriis protectas, ne deiectæ muro cuppæ ar-
dentes nocerent, in capita elatas bini ternique testudinis modo præfere-
bant. Sequebantur ex equitum ordine scutati pedites, cum equestribus
hastis, aut distictis incuruis gladiis: ab his Ianizeri tegebantur, qui dex-
tro genu supplicato sclopettis longioribus ad destinatos ictus rem gere-
bant. Singulis autem ordinibus suus dux adhortator, & uirtutis ac igna-
uiæ testis aderat, sæpe ferrea claua segnes castigās uulneratosque subdu-
C cens, & recenti milite fessam aciem reparans, ad id quidē mira celeritate,
cum ad circumductæ clauæ signū omnes intentis oculis obedirent. Cer-
tatum est amplius tribus horis, pari spe uirtutēque, sed ad extremū Tur-
cæ, multa iniquæ pugne uulnera perferentes, occisis & deiectis nostris
propugnaculum ceperūt, ac expedito statim consilio tres in eo paruos
falcons statuerunt: ut utrinque è tota munitione propugnantes & dif-
currentes nostros deturbarēt. Eodem quoq; tēpore bina tēpla ab irrum-
pentibus occupata sunt, eorū parietibus usque adeo quassatis & perfora-
tis, ut per hiantes rimas & pilarū ui patefacta foramina ex occulto con-
D specti nostri sagittis & glādibus peterētur. Verum munitiones cohortiū
Italicarū mira constātia, adiuuātibus etiam sceminis cucullatisq; sacer-
dotibus egregie eo die sunt defensæ. Is erat diuo Ioanni Baptistæ decol-
lato dedicatus, quo Barbari Belgradū expugnatum, & cæsum in acie Lu-
dovicum regē meminerant. Ob id rebantur auguriis & dierum sortibus
dediti, auspicato mense & foelici die, oppugnare ad ortis uictoriam mini-
me defuturam. In eo certamine, quod minime prætermittendū uidetur,
excelsæ staturæ Hungara mulier, consensu inter milites aggere, uiriliter
audaciæ facinus edidit, quum prægradi scœnaria falce, scandētibus duo-
E bus Barbaris uno ictu colla secuisset. Vnus autē ante alios Carolus Ruf-
fus è Brixia, qui cōponendis ordinibus apud cohortes officio fungebatur,
aduersus laborē atq; pericula indefessi, atq; inuicti prorsus corporis
ac animi laudē tulit. Signiferi etenim plures præfectique, ac ipse quoq;
Barcocius de euentu prælij magnopere dubitantes, ut celerius in urbem se
reciperēt, interiore in loco sub ipsa munitione cōstiterant. Ferunt Soly-
manū ad se in prætorium uocatos Habraimum, Achomatē, & Halim gra-
uissimis castigasse uerbis, quod propugnaculo fortiter atq; foeliciter oc-
FF iij

cupato, nulla demū peracti facta impressione, & quod pudendum esset, nimis celeri receptu partē prope uictoriæ defuissent, iussisseque minaci uultu, ut tridui spatium cuncta quæ usui forent, diligenter pararet, nec ad se nisi Alba capta reuerteretur. Ad ea duces nihil plus responderunt (neque enim uel culpa uacantibus excusare sese licet) quam ut confirmaret breui futurum esse, ut uoto ipsius & militum uirtuti fortuna responderet. Itaque in unum supremi certaminis conatū, delectis accensisque militibus postridie Calēdas Septēbris prælij, signum dederunt, terribiliq; impetu ab omnibus partibus munitiones adorti, magnū terrorē stationibus nostris intulerunt: nacti enim matutinā crassiorē nebulam, uti palustribus accidit in locis, non prius à nostris in dubia luce cōspecti sunt, (quum nec ab usitato eorū disciplinæ silētio sentiri possent) quam ad cōgressum peruenerint. Pugnabatur maximo tumultu, clamorēque edito ad diui Francisci templū, sed uehementissime ad eam munitionē, quæ est inter propugnaculū, ut diximus, ab hostibus occupatū, & Deiparæ uirginis ædem, quoniā ualida Ianizerorū manus in eum maxime locū incubuerat, qui ad tuendū Germanis erat attributus. Ii densata acie, descēsum Turcarum expectantes, ita per accliuem aggerem inclinatas hastas continebant, ut extantes earum cuspides in summa munitione conspicerentur: idcirco mirabili astu Barbari ne temere desiliēdo, irruendōque sese hastis induerent, oblonga tigna capitibus ferentes, euadentēque in summū aggerē, transuersa ea supra hastarū seriem in subiectos Germanos prouoluerunt, casu usque adeo repētino infestōque, ut primorū ordinum milites contusis manibus & brachiis hastas deserere cogerentur. Tum uero Turcæ clamore sublato præcipiti agmine saltūq; proruerūt, nec quisquam fuit, qui ingruētium impetū sustineret. eodē quoq; tempore, Italica cohortes, multitudine hostium potius quam uirtute superata, deiectæque toto aggere, terga uerterunt. Sed paucis festinatus ad salutem receptus profuit, quum per angustum ad cancellum, qui exteriorē portæ aream uestibuli modo claudit, aditus pateret, & Albani, nulla fugientium misericordia permoti, muralis portæ pontem sustulissent: natura enim plerunq; fit, ut præsentis periculi metus sine pudore perfidiam excuset. Per totum itaque suburbanæ regionis spatium cædendo terga, sternendōque Barbarus processit. Cecidere in ea rerum perturbatione egregie propugnantes conantēque retētate inclinatam in fugam aciem, Carolus Siccus, & cum eo aliquot cēturiones, atque signiferi. Octavianus quoque, qui uanitate consilij tantam cladem attulerat, trucidatus, temeritatis suæ pœnas dedit: ipse uero Barocius, quum incitato equo ad portam se proripuisset, nec ingressus per cancelli portulam equiti daretur, oraretque frustra fugientes, ut maiorem cancelli ualuam aperirent, Ianizerorum superuentu cōciditur, dextraque ei manus multis gemmatis annulis adornata detrūcatur. Dominicus etiam Tornicellus, aurata casside insignis, in eadem desiliendi cunctatione ex equo deturbatus interiit. Hūc aliquandiu defenderat signifer egregie fortis, nomine

A mine Cecolinus, quum intorto circa hastam uelo serico, acri cuspidē inermia Barbarorum pectora perfodiēs, honestē cadere, quam præfectum deferere mallet. Reliqua autē multitudo, quod cancelli portulā occisorum cadaueribus obstructā ac Albanorum malignitate sublatum pontem uidebat, ad ultimam uitæ spem, in fossam præaltis aquis profundā se coniecit. Ea fugæ facies maxime fœda & miserabilis erat, quum plerique tranantes ab imperitis natandi crurum complexu mergerentur, alij euadentes ad certos urbis aditus, capitibus ac humeris frequentes sagittas exciperent: alij uero per cœnosā paludis uada fugam querētes, deuoratis cruribus impliciti, per ludibrium feriēda sagittis & glādibus terga præberent. In his fuere C. Motra Nouariensis, & Rapizonius Vercellensis nobiles adolescentes, qui sagittis confixi in ipso traiectu fossæ perierunt. Carolus autem Rufus, desperatis rebus ad urbē fœliciter enatauit. Erant in urbe Germanorum equitū præfectus, & Vscasales Cremonensis, qui ex uulnere domi substiterat. Hi cōfirmato animo reliquias militum colligentes, in muro præsidia posuerunt, tanta Albanorū trepidatione, ut nullibi publico consilio locus esset, & prompta cibaria, quibus labore metūq; exanimati milites reficerentur, minime reperirēt. Iam enim cōspecta nostrorū strage, Birrous prætor & senatores primariiq; ciues animos desponderant, nec ab armis atq; præsidio, sed ab una Solymani clementia petendā salutem existimabant. Nā multis antē diebus, priusquā noui præsidij cohortes è Iauarino mitterentur, Albani quidā (priuato an publico consilio incertū) ad notos ipsis Turcas nuncium miserāt, pollicentes, si Strigonio potirentur, nullā demum quin continuo se dederēt, Albæ appropinquantibus morā allaturos, ob id faciliē ueniam sperabāt, parata excusatione, quod id præstare præsidij regij metu, nequiuisent. Hac de causa fiebat, ut defensionis studium tota urbe remitteretur, Vscasaliq; omnes & Rufo, ea manu quæ supererat urbē se defensores ingenti animo pollicētibus gratias agerent, & iam nequaquā perplexe responderent, cunctis omnino de cōditione deditiois esse cogitandum. Prodituri enim uidebantur, & suam ipsorum salutem, & totius uiciniæ fortunas, si desperatis auxiliis ab rege, apud remotas gētes occupato, exitiabili defensione, superbos uictorēque Barbaros irritassent. Itaque Birrous de muro cum Turcis colloquitur, petit ut tutò liceat mittere legatos, qui à Solymano deditiois conditiones accipiant: id facile concedit Achomates, quo cognito nostri milites Rufum deligunt, qui unā cū legatis eat, & coram de salute, libertatēque præsidij paciscatur. Legati ad purpuratos deducti, per Hungaros interpretes postularunt, ut in fidem sese deditiois libertatis & ciuitatis iura seruariētur. Sed his ea data sunt responsa, ut non omnibus uenia dari uideretur, quod promissæ deditiois iusiurandum sefellissent: minuebat tamen eorum metum, quod ad paucos eius rei conscios ac authores pœna pertineret. Rufus porro perhumaniter susceptus, omnibus uitam ac libertatem & res incolumes, & tutum denique ad Viennam reditum impetrauit: eandem conditionem

obtinente Germanorum præfecto, qui Rufo comes adhæserat. Quum F uero datæ fidei diplomata scriberentur, Solymanus eunuchus purpuratorum princeps Rufum comiter inuitauit, ut Solymano imperatori militaret, proposito liberali stipendio, ac oblata quingenariæ cohortis præfectura. Sed quum abnueret, quod sacramento militari præoccupatus à rege, nondum militiae tempus impleuisset, purpurea ueste aureis distincta floribus, uirtutis ergo donatus est. Notus enim erat, uel ipsis Turcis ab ænea barba, quod sapius in aggere spectatus, lōge omnium acerrime dimicasset: indicantibus etiam Strigoniensibus transfugis, qui tum aderant Barbarico cultu conspicui, atque eum eunuchi monitu uehementer hortabantur, ut honoratioris militiae certam spem dubiis atque tenuibus stipendiis præferret: quid enim forti ac egeno militi sperandū, si quum bellū uigere desineret, stipendia penitus interirent? In his erant Ioannes Neapolitanus, Vincentius Venetus, & Hieronymus Fauētinus noti militiae, potius quàm domi clari: qui admissi sceleris notam eo nomine protegebant, quod nequaquam ad Mahometis sacra defecissent. Legatis in urbem reuersis ac omnia clementer & commodè impetrata narrantibus, ciuitas paulo antè percussa metu ad spem salutis, & ueniae: pro quibus uota susceperat, extemplo rediit. Nec multo post Achomates per singulos linguarum interpretes, in forum præmissos, pronūciari iussit Italis, Germanisque militibus, ut in crastinum diem, ea quæ profectio opportuna uiderentur, collectis sarcinis expedirent, diligentèrque cauerent, ne quisquam Hungarus ipsorum agmini misceretur. Albanis uero grauius imperatur, ut limine sese contineant, donec externi milites emittantur. Exiure ad conditū Itali, Germanique, duce agminis Homare alæ equitum præfecto, qui proficiscentes ab iniuria tueretur, & ad regiones fines integra fide deduceret: nec quicquam nostris ademptū est, præter sclopettos paruos, quos nouo more hastati equites Germani ab I ephippiis, uti mortiferum atque habile telum, suspendūt. Hos maxime concupiebant Barbari, nouitate capti, quod ita mirum esset artificium, ut sine succenso funiculo, quum luberet, per machinae parua rotulam, percussio pyrite lapide, igne repente conciperent, & celerrime disploderentur. Barcoij quoque currus, ab Homare sine tumultu retentus est, & interfecti ducis supellex nullos hæredes respiceret, sed ipsos tantum uictores lege bellica sequeretur. Petiit etiam comiter Homar ab Vscasale, ut sibi non iniqua muneris permutatione thoracem auratum plicatilem dono daret, quo alacriter exuto traditōque, Vscasales contra spem K ab Homare nobilem equum retulit. Per totum autem id iter Tartarorum excursionibus infestū, nostros Homar singulari fide, laborèq; tutatus est. Euolabant enim Tartari passim è syluis, tanquam ad oblatam prædam, & in sarcinas præsertim impetum faciebant, & si quem tyronem imberbem, aut armigerum puerum uidissent, arreptos cursim celeriter asportabant, ita ut reluctantes in equi ceruicibus collocati captæ pecudis modo raperentur. Nostris erant auxilio Turcæ equites, quum intercurrento,

A intercurrento, comminandōque turbam aspectu fœdam atque terribilem abigere & fugare properarent: neque enim quisquam Tartarorū sagittas expediuit, aut omnino gladiū eduxit: conspecto enim Turcarum præsidio, non certam & cruentam uti ab hostibus, sed à dubiis sociis & negligentibus, fortuitam prædam petebant. Sed postquam ad regiones fines est peruentum, Homarque discessit, nostri in multo infestiores socios Tartaris hostibus, Hungaros inciderunt, qui iusta propè pugna cōserta laceffentes, multis illatis uulneribus nullam prope euadendi spem nostris reliquerant, nisi regij equites è proximis castellis maturā opem B circūuentis attulissent. Alia porro Albanorum conditio fuit: nam Solymanus emissis, qui in urbem confugerant, & solitos agros colere iussis, eos, qui antea dedendæ urbis spem dederant, conquisitos comprehendit, atque eos pariter Albanos ciues, qui in magistratu fuerunt, quum ciuitas à reginæ, infantisque regis fide, introducto Germanorū præsidio defecisset. Ex eo numero aliqui interfecti sunt, cæteris partim Budam, partim Belgradum relegatis, quod recētis perfidiæ nota, uel alieno uindice punienda cēseretur. Cæterum Solymanus, Balibeio Albæ præfecto, munireque urbem iussu (satis sibi gloriæ partum ratus postquam duabus C summæ claritatis urbibus in potestatem redactis Germanorum ac Hungarorum animos contudisset) Byzantium redire constituit. Iam enim non dubia ingruentis hyemis signa maturandum omnino reditum indicabant. Nunciabatur quoque ab exploratoribus, Torniellum in insula Comara Danubij sinistram partem, ualidis sublicis in uado defixis, & cratibus intertextis subiturae classis aditum præsepisse, eo consilio, ut eius insulæ oppidū maius atque ualidius, cum reliquis cohortibus tueretur, & iam Pontificiæ cohortes, quæ integræ ac ornatissimæ legionis numerum implebant, Baptista Sabello & Iulio Ursino ducibus, Viennā D peruenerant. Nec longe aberat Ferdinandus, adductis Marcomannorū & Bohemorum auxiliis, ut ascensuro hosti, & com meatum atq; tormenta nauibus aduehenti, terra & flumine obuiā iretur. Sed qui perditis iam rebus opem laturus sero aduenerat, tempore demum exclusus, ut amissa recuperaret nihil regio nomine dignum perficere potuit. Discedēte autem Solymano, unus ante alios uetus imperator, & nostris maxime claudibus insignis, Mahometes Iahaoglis (is à præfectura Belgradensis dicebatur) graui iudicio delectus est, qui toti Pannoniæ cum imperio præsideret. Ab hoc prædabundis agminibus uehementer uexata est ea regio, E quæ ad Iauarinum & Quinque Ecclesiensium fines pertinet: cui malo quum à nostris occurri minime posset, quodam genere induciarū impetrato coactas copias rex utili consilio dimisit, & Pontificiæ cohortes in Italiam redierunt. Toto autem eo bello Georgius Varadinensis episcopus Stephani pueri regis tutor, qui summæ autoritatis atque potentiae nomen apud Transyuanos obtinebat, nihil se commouit, quauis eum Solymanus cum eius gentis auxiliis euocaret. Se etenim prohiberi distinerique Moldauiorum incursionibus, quominus imperio pareret, præ-

dicabat, quum prouinciam ipso custode præsidioque uacuum irrupturis hostibus minime relinquendam arbitraretur, & satis superque satisfecisse officio uideretur, postquam ingentem commeatus copiam in castra transmisisset. Ita uir ille eximie fortis & cautus, incolumi uel in speciem tantum apud subiratum Barbarum amicitia, sese atque prouinciam Christiano nomini conseruauit. Eam rem enim dissimulatione transmittendam Solymanus existimabat, ne inanibus minis illum offenderet, quem omnino amicum uel incerta fide, quam patefacto odio certum hostem experiri mallet. Tanto autem in Pannonia accepto detrimento non defuere, qui ab insigni publicæ pacis & sacri belli studio uecordiam principum execrantes magnopere latarentur: quando nulla iam alia spes parandæ concordia superesset, quam ut dimicantes inter se reges ab extremo ignominia pudore ad pietatis decus reuocati, territique metu tanti hostis, insanire desinerent.

FINIS LIBRI XXXXIII.



PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM

SVI TEMPORIS LIBER XXXXIII.



Empus & ordo, quibus unis rerum gestarum ferries, ratioque; omnis totius historiae certissime constat, & scriptor explicatus perpetui operis sui fidem tuetur, nos admonent, ut unde discessimus opportune reuertamur. Neque enim emulatione pictorum fieri potest, ut quæ diuersissimis in locis uno tempore gesta sint, ea scriptor tanquam in tabulam collata, sciteque; depicta, sub unum oculorum aspectum legentibus ostendat. Igitur Cæsar ab Italia Pontificæque discedens ad Belgicum profectus bellum, ad Bonnam Vbiorum oppidum, iuxta Coloniam Agrippinam copias coegit atque recessit. In his fuere Germanorum peditum quatuordecim millia mercede conducta, atque item singula quaterna millia Italorum & Hispanorum. His præerant duo tribuni, Aluarus Sandæus, & Ludouicus Peretius: illis uero Camillus Coluna, & Antonius Auria, qui illos ex sibi no-

tis ueteribusque; militibus in Italia conscripserant. Ad hos quoque; Auran-
 tius, regulus Belgarum, peditum duodecim, equitum uero armatorum
 duo milia ad Cæsarem perduxit. Aderant autem partim Germanici & par-
 tim Sequanici nominis galeatorum equitum quatuor milia, & Italici, Epi-
 roticique generis leuis armaturæ equites sexcenti. Cæsar diuisis muneribus,
 Stephanum Columnam, authoritate militari uirum insignem, ut eo bello
 operam nauaret à Cosmo Medice sibi traditum, castrorum magistrum effe-
 cerat. Tormentis autem præfecerat Iacobum Medicum, quem bellicæ uirtu-
 tis merito iam pridem dignitate Marchionem appellarat. Totius uero eque-
 stris leuis armaturæ tribuerat Francisco Atestino, qui erat Ferrariensis
 principis germanus frater. His tamem omnibus uices Cæsaris implens, im-
 perabat Ferdinandus Gonzaga, cuius uirtuti Cæsar plurimum tribuere erat
 solitus. Quibus inspectis ordinatisque copiis Cæsar cunctis agminibus
 sese armatum, aurataque purpura paludatum ostendens, adhortansque,
 ut ad prædam & laudem ire pergeret, ad Duram oppidum tertius castris per-
 uenit. Id erat primum in Eburonum finibus, quod tanquam eximia muni-
 tionis aduentanti Cæsari obiectum, Guilermus opinione sua, uti mox ap-
 paruit, inexpugnabile rebatur. Id lateritio muro, & fossa duplici ita erat
 præcinctum, ut inter exteriorem, interioremque; fossam perpetuus agger
 ea altitudine esset erectus, qua totius fere muri ambitus, usque; ad summam
 coronam protegeretur, appareretque; murum nequaquam commode tormen-
 tis posse quati, nisi prius tanti aggeris deiecta atque; profcissa munitio tor-
 mentorum globis uiam aperiret. Ea uero neque facile dirui poterat, neque;
 sine certa inuadentium pernicie conscendi, intercedente præsertim priore
 fossa: quonia; toto aggere opportunis in locis propugnacula eminebant,
 in omnes aspectus ad usum tormentorum aptissime fenestrata, quæ Du-
 renses tormentis instruxerant. Vir quoque; Menapius, nomine Flattes, præ-
 sidij præfectus, qui ualidas cohortes in oppidum adduxerat, & Durensem
 iuuentutem armauerat, se omnium salutem, & antiquum Sicambrorum de-
 cus aduersus Cæsaris iniuriam constantissime defensurum profitebatur.
 Neque enim deerant ueteris historiae regionisque; periti, qui non longe à
 Dura, sub Titurio Sabino, & Caio Cotta, Iulij Cæsaris cohortes olim com-
 ciskas fuisse memorarent: nec eius gentis milites, tanquam astutos maxi-
 meque; pugnaces, Cæsariani contemnebant. Nam bi duo antem leuis arma-
 turæ equitum alam exploratum præmissam, hostes egregia incundæ pu-
 gnæ & mox fugæ simulatione in insidias pertractam, subito prouolan-
 tes è syluis, & more Germanorum per equites sclopettarios rem geren-
 tes, insigni illato detrimento perturbant: quum ante alios ex præfectis
 Vbertum nobilem Mantuanum, & Marcum Buluanum, illustris nomi-
 nis Epirotam occidissent, Ioanne etiam Zucero uetero Græcorum duce
 intercepto. Cæsar ex propinquo, nec sine periculo loci situm contem-
 platus, ut repentinum hosti metum inferret, primis conatibus celeritatem
 adhibendam iudicauit, extemploque; confici & promoueri uineas, & tor-
 menta produci iussit. Expugnandi autem, inuadendique; oppidi nego-

tium, pari conditione Hispani atque Itali tāquam agilitate corporis, ac ingeniorum expedita ui promptiores, primāque pericula contemnere soliti, desumpserunt: quum in proximo Germani, gemina phalange cōstituta, quadratisque totidem equitum agminibus instructis cōstitissent: ut oppugnationis successum, aduentumque exteriorum hostium, parati ad praelium, expectarent. Nam rumor increbuerat non longe abesse Martinum Rossenium, cum ualidissimis Menapiorum, & Sicabrorum copiis, qui Caesarianos in oppugnatione oppidi occupatos adoriretur. Is Belgarum populis superiore anno, Antuerpiensibusque praesertim (ut diximus) profligato Aurantio, graue detrimentum, & multo maximum terrorem intulerat. Sed eos rumores de Rossenij aduentu, nequaquam importunè excitatos, uictoria Caesaris paucissimis horis extinxit. Nanque oppugnatio quadraginta maioribus tormentis ante auroram cœpta, neque per totam fere diem unquam intermissa, eum habuit euentum, ut deiectis ex corona defensoribus, & perfossis undique, latèq; disruptis editioribus propugnaculis, milites Itali Hispaniq; pariter æmulatione laudis, iniussu, nulloque accēto signo certatim procurrere, priorēque fossam, non superante umbilicum aqua transire, & in aggere cōscendere minime dubitarēt, grauius primo id ferente Gōzaga, sed mox eorum audaciam, quam imperio reprimere non poterat, bono euentui commendante. Erat enim atrox spectaculum, quum ij qui aggerem occuparant, expositi ad hostiles ictus, è muro assidua gladium procella, & maioribus pilis sternerentur, necessariōque aut in exteriorem, aut in secundam fossam deturbati prociderent. Verum qui audaciæ & temeritatis pœnas dabant, ne inulti caderent, incredibili animorū fortitudine in præaltam fossam sese gregatim intulerūt, hastis & plicatilibus usi scalis, quas ad murum deferebant, & acri tumultuosōq; impetu ad conscēdenda mœnia transnatarunt: quanquā multi grauati armorū pondere, pressiq; ab aliis incumbentibus absorberentur, atque itidem in transitu ab imminente paratōque hoste uulnerarētur. Erat muro coniuncta excelsior domus, in qua Flattes cum delecta suorū manu uersabatur, magnaque inde hostium strages edebatur: nam & aggerem & fossam hostium cadaueribus cōpleuerat: quo animaduerso detrimento magistri tormentorum demonstrante iubentēq; Casare, maiores aliquot in eam domum globos statim coniecerunt: præfractisq; tectorum cōtignationibus, & Flattem & reliquos omnes, ingenti ruina oppresserunt. At Flatte cum promptioribus miserabiliter interfecto, Durēsibus usqueadeo comminuti sunt animi, ut iam languidius sese defenderent: atque ita eorum pristinus ardor remitteretur, ut Caesariani sese subleuantēs, reptantēsq; per ruinas, in murū uexilla efferrēt, contēptisq; ignibus inaniū circularū ex resina & pice ardētium, uasorumq; huiusmodi fictiliū, quæ prouolebat hostis, muro atq; urbe incredibili celeritate potirētur. Durēs ad unū omnes, & praesidij milites, scēuicte uictore trucidati sunt, eò acerbius, q̄ ex Italis ac Hispanis sexcēti fere aut in promurali aggere occupando;

aut

A aut in superāda fossa periissent. Ex his longe promptissimos cēturiones Facium Pisanum, & Sanseuerinum Neapolitanum, qui ceciderant, spectator pugnae Caesar, uirtutis nomine publicè laudauit. Quum uero muralis coronæ decus præmiūque duo ante alios signiferi peterent, alter Randolazus, natione Cantaber, & alter Ligur, cui Gregorio nomē fuit, & uterque testes suos produceret, accensis utriusq; gentis ad fauendum studiis, res ad iudicium Caesaris delata est, qui graui consilio suspenſa sententia, ut neutrum offenderet, amborū spes longissime extraxit, ne ex ea contentione auergerentur odia iam pridē multis de causis ab utrisque cōcepta, quæ non semel aliās in cruentam seditionē exarsissent. Eo modo Sicambrorū urbs Dura, ad septimum Calend. Septemb. tam fortiter capta, quā sœuè trucidatis ciuibus direpta, subditis facibus, aut spē extortis incēdiis tota conflagrauit, sic ut templum cum sacra turre, insigni fastigio conspicua, penitus cremaretur. Existimabat enim Caesar eā cladem merito rebellibus incidisse, utpote qui Durēsium acerbissimo exemplo reliqua hostiū oppida perterri uellet. Nec eum opinio fefellit: nā proximæ urbes Ruremonda & Vantholdium, quæ Guilermi praesidiis duce Cortopia tenebantur, admouenti iam castra Casari cōtinuò portas aperuerūt. Nec multo post ipse Guilermus Durenſium clade perculsus, usqueadeo animum despōdit, ut salutis & fortunarū suarū reliquas spes omnes in Caesaris clemētia collocandas arbitraretur, in castrāq; deductus à Brunſuico atque Aurantio deprecatoribus, supplex à Casare ueniam petiit, eaque conditione in gratiam est receptus, ut in posterum principis nomine abstineret, praefectusque tantum autoritate Caesaris Gheldrenſis appellaretur, cuiusque nomine Gheldrenſibus imperaret, & Gallicæ amicitia penitus obliuisceretur. Ei Caesar ad genua prouoluto, deditq; se, nihil arrisit, quum infensi seueriq; oris habitū cum dignitate retineret: quanquā postea ei Ferdinandi fratris filiā nuptui dedit: quando ille iam pridē sponsalia dissoluisset, quæ cū Henrici Nauarræ regis filia suo loco celebrata fuisse docuimus. His pactiois legibus cognitis Guilermi mater uirilisi animi mulier cōcepto animi dolore indignabūda excessit è uita. Caesar quoq; Martino Rossenio clementer ignouit, ac eum cum sua legione, tanquā rei bellicæ peritū acerrimūq; ducē, militiē suę adscripsit, & aduersus Gallos cum ingētibus copiis est profectus, inito per eos dies fœdere, cū Henrico Britaniæ rege, ut ex cōposito duobus exercitibus Gallia fines inuaderent. Quum plerique mirarentur, q̄ Guilermus adeo propere abiectis belli consiliis, uel pudendam pacem non indecoro dubij belli periculo prætulisset (quando ei cū frequentes, tum exercitatae fidorum militum copia, peritūque duces Longualles atque Rossenius superessent, quibus nuper Arescotum Belgarū ducem castris atque tormentis exuisset, & aliquot quoque oppida castellāq; ad sustinendam uim hostium mirifice munita dicerentur: nonnullique item amicorum Francisci regis auxilia intra paucos dies superuentura differerent) reperiebamus duas commutati repente animi causas fuisse.

G G ij

se quarum altera ferebatur, quòd à quibusdã eius primatibus, qui reipu-
 blicæ potius, quàm priuatæ Guliermi dignitati studerent, populares in-
 ductos affirmabãt, qui ingruentis belli incommoda formidantes, arma
 deprecari, & pacem expetere liberis uocibus auderent, quod parũ neces-
 saria ipsis incolis, & ualde importuna Gallorũ amicitia putaretur: pro-
 pter quam princeps grauiter offenso Cæsare, ad excidium totius prouin-
 ciæ bellum longe grauiissimũ inueheret: alteram porro fuisse Gallici au-
 xilij irritam spem, Francisco rege scilicet in continendis in fide Leucorũ
 oppidis, quæ ceperat occupato. Neq; enim rex iustas copias, uti Sicam-
 brorum pericula flagitabant, celeriter cogere atque summittere potuit,
 quum minus expedita ipsius cõsilia uis ardens Cæsaris, mirãq; celeritas
 anteisset. Galli per uernum æstiuũque tempus superioris anni Carolo
 Aureliano in Leucis prospere bellum gerente, & Vandomio inferiores
 Belgarum fines peruaftate, grauiã detrimẽta Cæsarianis intulerãt, Lan-
 dresiumq; oppidum, id metu deserentibus incolis occupant, propin-
 quum Cameraco, quod est urbs libera & immunis, mediãque inter Gal-
 los & Belgas: utpote quæ pari studio Belgarum principum & Galliæ re-
 gum amicitiam colat. Cameracum antiquitus Samarobrinam, Iulij Cæ-
 saris hybernis celebrẽ, fuisse nonnulli existimant. Nos eam hodie sancti
 Quintini oppidũ potius esse credimus, quod Somme fluuiio adiaceat, &
 Samarobrinæ cum oppidi tum præterlabẽtis amnis nomen fuisse loco-
 rum peritis uideri possit. Landresium itaque, quòd ad inuadẽdos hostiũ
 fines magnam opportunitatẽ esset habiturũ, rex Franciscus ingenti stu-
 dio itã muniendũ existimauit, ut suis inde frequẽter erupturis, & facilis
 egressus, & tutissimus receptus daretur. Regis studium proceres æmulã-
 tur, suõq; sumptu singula propugnacula, cõductis undique operis, eri-
 genda suscipiunt, usque adeo feruidis singulorũ ingeniis, ut intra pau-
 cissimos dies perpetuam munitiõnẽ extruxerint, & sibi quisque totius
 impẽsi sumptus, absolutiq; operis nomen, honestissimã laudi cessurum
 duceret. Perfectis aggeribus, oppidõq; egregie undiq; permunito, Lan-
 da præficitur, uir apprime fortis & strenuus, cui collega & adiutor addi-
 tur Deceius, cum expeditis equitum turmis. Landresio per hũc modum
 in oculis Belgarũ iustis Gallorum præfidiis confirmato, proximi Cæsa-
 rianæ ditionis incolæ, utpote qui quotidianis Gallorum iniuriis se expo-
 sitos prouidebant, magnis precibus à Cæsare postularũt, ut ante omnia
 Landresium ex hostium manibus eripere, regionẽque graui incõmo-
 do atque periculo liberare uellet priusquam in anteriora Galliæ perua-
 deret. Hoc idem uehementer expetebat Arefcotus peculiari incẽsus do-
 lore, quòd Landresium eius ditionis fuisset. Indulsi facile Cæsar æquissi-
 mis suorũ precibus, quòd erepta uindicare, suæ dignitatis esse statue-
 bat, coactõq; exercitu per Cameracensium fines ad Guisam, non longe
 à Landresio, profectus est. Subiicitur Guisa oppidum, antiquissima turre
 insigne, his à tergo collibus, è quibus Scaldis fluuij fontes erũpere dicũ-
 tur. Non longe autem ab oppido Gonzaga positus ad Marollam castris
 confedit.

A confedit. Hæc opulenti permunitique cœnobij uicus est, unde Guisam,
 si ex commodo fieri posset, adoriri cogitabat. Sed iam eum imminẽtem
 noui præsidij aduentus, & Francisci Atestini casus facile auerterunt. Pe-
 trus enim Strozza lectissimos sclopettarios numero fere quingẽtos, qui
 ad conficiendum iter, ut integris uiribus rem gererẽt, singulis equis ue-
 hebantur, peropportune in oppidum introduxit: quum fortẽ Atestinus
 exploratũ incautius procurrisset, conspectõq; hoste & concidente equo
 fere inermis & pedes esset interceptus. Amisso leuis armaturæ equitum
 præfecto, nihilq; tentata Guisa, Ferdinandus ad Landresium se conuer-
 tit: ad id enim oppidum Arefcotus, & Hadrianus Beurenus è Croia fa-
 milia summi Belgarũ proceres, Mariẽque reginæ copiarum duces mul-
 tis antẽ diebus castra posuerant. Apud eõs fuere præter Belgarũ copias,
 quatuor millia Germanorũ, & Hispanorũ tria millia peditum, quæ ab
 Hispania per Oceanum aduecta fuerant à Petro Toletano, cui Noctur-
 no cognomen fuit. Iuxta eos, Britãnorũ exercitus, qui ex fœdere pau-
 lo antẽ in continentem traiecisset duce Galoppo, uallatis castris cõstite-
 rat. Britannorũ copię ex sagittariis magna ex parte constabant: quum
 uix quarta pars hastis non multi roboris, aut alabardis uteretur. Equites
 C leuis erant armaturæ, semiermes, exili lancea, aut leuibus iaculis pugnã-
 tes, qui seorsum à Belgis sua castra connexis inter se curribus, interposi-
 tisque tormentis claudẽbãt. In ipso autem castrorum umbilico paruam
 munitiõnẽ erexerant, in quam tormentarij pulueris copiam omnem
 procul ab omni incendiõrũ periculo contulerant. Inter eorũ tormẽta
 uisebantur patuli oris mortaria, quibus interiora hostium ædificia, mo-
 re iam pridem apud nostros exoletõ, decidẽtibus è sublimi lapideis glo-
 bis, diruerent. Gonzaga iussu Cæsaris, qui ualetudinis causã Canouo in
 oppido subsederat, uniuersum exercitũ Landresio admouit, ab ea parte
 D castrametatus, qua decurrens amniculus sua castra à Belgicis atque Bri-
 tannicis dirimebat: sic ut inde tres exercitus aquarentur, & à triplici lo-
 co certatim admotis tormentis Landresiana propugnacula uerberarẽt,
 maximẽque unam omnes lateritiã turrem, quẽ muro prope cõiuncta
 altius eminebat, diruere conarentur. Sed ueteris structuræ tanta erat fir-
 mitas, ut quum media turris non caua & inanis, uerum solida terrenõq;
 repleta esset, omnem uim tormentorum facile perferret, elisãq; tantum
 incrustatione, indomita persisteret. Qua in re peragẽda Britanni simul,
 & Belgæ pertinacius hærentes irritõ conatu magnam uim tormentarij
 E pulueris & pilarũ acerrime sese tuentibus Gallis consumpserunt, & Gõ-
 zaga studium operãque omnẽ ab oppugnatione ad obsidionẽ, scalpẽ-
 dãque subtus aggerum radices, uertendã censebat: quòd Lãda uir inde-
 fessus & acer, rerum inopia potius, & auxiliorum desperatione, quàm uir
 tormentorũ subigi posse uideretur. Sãpius enim eruperat, noctũque se-
 mel egressus, graue tormentum sopitis Belgis & nequicquam demũ ex-
 perrectis ademerat, & impune per fossam uel profunda aqua redũdantẽ
 ergatarum funibus extraxerat. Neq; Deceiani equites unquam cessarãt,
 G G ij

quin erumpendo pabulatores & lixas hostiū interciperere niterentur. Per hunc modum quum Belgæ, Britanniq; in ea oppugnatione multos dies contriuisent, & qui ab imo fundamenta operum subtrahere conati fuerant, uti crebro tormentis icti, nihil proficerēt, Gonzaga fit certior, Franciscum regē, ut Landæ opem ferat, aduentare, uisāque est Cæsarianis sese offerri occasio (uti maxime cuperent) conserendæ manus. Itaque pugnae audus Arescotum, & Beurenium, atque ipsum Galoppū opportune admonet, hortaturque ut motis castris, superatōq; flumine sibi se coniungant: quoniam Gallis aduentantibus is amniculus minime erat superandus, & ipse ad excipiendum regis impetum futurus esset infirmior, nisi ad se in una castra copias traducerent: quando disiunctæ singulorum uires nihil ad uictoriā parādā prodesse possent. Sed uiri ingenio pertinaces inanibus inducti argumentis, neq; animos ad salubre consiliū admouere, neque ulla ratione adduci potuerunt, ne in suis ueteribus castris permanerent: sic ut Gonzaga spe sua deceptus imperitis & obstinatis parere mallet, quā solus in dubiæ pugnae discrimen deuenire: atq; ita se sperni amittique pugnae atq; uictoriæ occasionē querens, ultra fluuiolū ad eos castra sua traduxit. Interea Franciscus sibi indecorum fore iudicans, si Landæ de se bene meriti salutem negligeret, sineretque amitti oppidū tanto sumptu, tantisq; laboribus permunitum, generoso consilio totius fortunæ uirtutisq; suæ supremū periculum facere constituit: nihil reformidata pugnae alea, quam proculdubio subiturus esse crederetur. Prouidebat enim summi discriminis esse rem, quando Cæsar omnium fere gentium auxiliis confirmatus, numerosas & ex recenti uictoria præferoces copias, in acie esset producturus. Sed antiquum Gallia decus tot aduersis amissum præliis, ut aliquando reciperetur, magnanimum & ad arma promptissimū regem plurimū accendebat, eique non incertam uictoriæ spem faciebant Heluetiæ legiones, quæ Germanis disciplina pares, & æquato numero, quibusdam etiā rebus superiores forent: quando his lectissimæ etiā cohortes Italarū & Vasconū accessissent, & præter has noua legio Gallicæ iuuentutis ex ordine nobiliū, sponte gratuitoq; nomina dantium, decora armis, plenāq; ingenuæ alacritatis insignem spectanti regi operam præstare percuperet. Equitatus quoq; ex omni Galliae prouincia nominatim euocatus, se domū non nisi uictorē rediturum profitebatur: cui neque animi uirtute, neque equorum robore, neque armorum peritia Cæsariani equites comparari posse uiderentur. Ab hoc animi decreto Franciscus, uti erat egregie pius, sacris instauratis, religiosa K lustratione sese & liberos ab omni criminū labe puriter expiat, & à Guisafa oppido explicatis uexillis descendit, confectōque decem miliarium spatium, acie instructa ita Landresio appropinquat, ut in conspectum hostium atque obsessōrū daretur. Primo agmini præerat Héricus Delphinus, secundo rex ipse duplici subsidiaria acie circumseptus. Subsequentur carri complures, & sarcinaria iumenta, quibus magna uis cōmeatus obsessis importabatur. Claudebat agmē Hanebaldus, dignitate Amiras.

Quum

A Quum rex appropinquaret, atque hostes cōiuncti in unum, instructisque ordinibus parati ad pugnam nihil se cōmouerent, leuem armaturā equestrem Brisacco atque Decarso, impigris ducibus, emisit, qui excitationis diuerso in loco leuibis præliis, hostes distinerēt, uniuersaque pugnae spem & speciem præberēt. Non defuere Cæsariani, qui pari pugnae studio incitati procurrentibus Gallis occurrerēt, intercursumque expeditorum peditum contracto tumultuosissimo certamine præliarentur. Interim Franciscus dextro cornu late extēto, præmissaque peditum atque equitum ualida manu, quos aduexerat commeatus in oppidum intramisit: præsidiumque labore atque uigiliis confectum recenti milite renouauit, agrōque & multū defesso Landæ Varminium suffecit, summa in his conficiendis rebus usus tranquillitate, quum Ferdinandus, nisi lacefferetur, nequaquam sibi uniuerso prælio decertandum existimaret: quod æquiores loci situm, quem ultra flumen paulo ante tenuerat, culpa sociorum amisisset, nec absente Cæsare collatis pedestribus copiis dimicare uellet, quem Martini Rosenij, & Mauritij Saxonis copias expectare intelligebat. Franciscus totum id quod propositi sui fuerat egregio ausu consecutus, ad Cambrafinum uicium, inde centum fere stadiis distantem castra uertit, moratusque ibi integros dies duos, Cæsarianis cōmittendæ pugnae potestatem fecit: quādoquidem Cæsar è Canouo oppido ad exercitum peruenerat, auctus his quas diximus Rosenij & Saxonis auxiliis, usque adeo audus ineundi prælij, & in eam occasionem intentus, ut intra minoris tormenti iactum, castra castris hostium conferret, ipseque prodies cum imperatoriis insignibus equestrem hastam experiundo corripere, & uti mox concursurus eam ad femur alacriter coaptaret. Pugnabatur enim continenter omnibus horis & locis ab leui armatura, cui sclopettariorum dispersæ manus miscebantur. Nonnulli D cadebant, multi uulnerabantur, præliumque atrox & uarium alternāte euentu passim edebatur: sic ut neutri, aut uindictæ cupiditate, aut nimia spe uictoriæ accessi, instante nocte facile dirimi, reduci que possent, & legiones ex propinquo in acie constitutæ, spectantesque modo sociorum ægre sustinentium, modo hostium gnauiter urgentium alternos impetus, non diu quin gradum inferrent, pugnamque capefferent, contineri posse uiderentur. Et tum animaduersa fuerat à quibusdā ducibus non iniqua occasio inuadendi regis, si proximos collium uertices undique hostibus circuncinctos promotis castris occuparent: quod fieri non poterat, nisi copiae omnes amniculum quem diximus, traducerentur, qui propter abruptas & cœnosas ripas nequaquam commode transiri posset, ob id præsertim, quod inita eius consilij ratio celeritatem exigeret. Non deerat tamen Castalius, in locum discedentis Stephani Columnæ castrorum magister effectus, qui se nauiculis subitariāque materia pluribus simul in locis angusti eius amnis ripas coniuncturum, & mature copias omnes constrato ponte transmissurum polliceretur. Cæterum Cæsar, quod diei serum esset, & uti hybernis & caliginosis diebus tum

GG iij

accidit, parum lucis superesset, in posterum diem eius consilij rem differendam censuit, ob id quoque libentius, quod equos leuis armaturæ, sclopetariosque præsertim pedites, longo fessos prælio, si uniuersæ pugnae casus posceret, nimio labore fatigatos nollet: per quos illustres sæpe uictorias esset consecutus. Multi enim utrinque confauciati fuerant: in partibus scilicet Gallorum, Andouinus, Delphini gratia clarus eques, glan de traiectus occubuit: apud Cæsarianos uero Hieronymus Paceus, Hispanorum tyronum, qui nuper ab Oceano ad Belgicam oram uenerant, præfectus. At Franciscus qui se eo consilio uenisse meminerat, ut Landresium obsidione liberaret: abunde dignitati suæ satisfactum esse gratatus, quod hostes pugnam detrectasse uideri possent, de secunda uigilia castra mouit: nonnulla impedimenta, & uarij cōmeatus uasa, ignisque de industria relinquens, ut præsentis exercitus speciem hosti præberet, nec priusquam dilucesceret, de eius discessu hostis certius cognouit. Accidit autem, quod minime prætermittendum uideretur, ut Salazarius uetus alioqui, & astutus miles, dubia sub luce speculatum missus, renunciaret hostiū castra eodem loco, quo interdum fuerant, Heluetiisque legiones in statione conspici, & maiora aliquot tormenta obuersa spectari. Verum non multo post eius errorem certior dies detexit: nam eas quas putarat hostium copias Germanorum esse, & quæ tormēta apparuissent, arborum truncos fuisse compertum est: sic ut is diu apud Cæsarem ridiculus & infamis extiterit. Per spectro itaque hostium discessu, Cæsar ferius quam oporteret leuē armaturam & expeditos pedites postremum abeuntium agmen insequi iussit. Verum Franciscus ad Guisam iter extendens, Delphinū tueri terga, & idoneo in loco inter syluas consistere iusserat, ut hostes si persequi auderēt, auidēque & festinanter more suo tanquam ad paratam prædam longius à castris prouherentur, ex insidijs inuaderet, atque reprimeret. Nec inanis consilij res fuit: nam uti Franciscus præsenferat, quum plures hostium disiunctæ manus insequerentur, in Delphini turmas inciderunt, à quibus repente facto impetu facile caesa pulsæque sunt, iniquiore sorte Germanorum equitum, qui ex ala Brunswici reguli fuerat: nam in eos ardentissimè res gesta est, à Græcis præsertim equitibus, quos summæ peritiæ atque uirtutis dux eorum Theodorus Bedenius Sparthanus, ex insidijs in perterritos emiserat, eo pugnae euentu, ut nonnullis interfectis & captis, reliqui fere omnes in facie fœda uulnera fusciperent, mira Græcorum agilitate, qui in apertas subducta buccula galeas transuersim graues gladios adigebant. Delphinus re bene gesta patrem est cōsecutus, qui iam totum iter quietissime confecerat. Huius strenue initi consilij, fœliciterque susceptæ expeditionis euentum ita plerique rerum periti laudabant, ut non immerito inter præclara fortiaque regis facta numerarent: quanquam hostes pleniorē ei laudem inde obuenturam fuisse dicerent, si se patratō negotio maturius explicasset, quando nequaquam cauti bonique imperatoris fuerit, sese ex bidui mora, ad maxime periculosi certaminis discrimen

A ferocissimis & inuictis gentibus obiecisse. Quid porro alienius à disciplina, quam propter inane ostentationis decus, non necessarium cum sæpe uictoribus, æquato etiam uirium numero, pugnae casum subiisse? Cæsar uero, quod hyems iam suberat, & lethales morbi ex uentris profluuio uulgari inter corpora militum cœpissent, itineraque maxime essent lutulenta, & cælum pluuia niuēque turgidum uideretur, nihil ultra sibi tentandum decernens, exercitum fere totum dimisit, & à Cambresio ad Cameracum profectus est: ubi aliquandiu peculiare aulæ suæ copias in hybernjs continuit, quod ea ciuitas erga Gallos æquo propensior uisa esset, utpote quæ se toto eo bello graua detrimēta à Cæsarianis copiis perpeti quereretur. Sed primores senatus aduentanti continuo portas aperuerunt, ab hisque factus est intempestiue consternationis author, & reus urbis antistes, cui quod esset ex Croia familia, facile Cæsar ignouit: sic tamen ut leuis populi, qui nouum & inane neutralis (ut aiunt) studij nomen arroganter desumpserat, ceruicibus munitam arcem imponeret, qua se non dubij, sed Cæsariani iuris esse in posterum faterentur. Nec multo post Cæsar ad conuentus peragendos, quos Germanis indixerat, Spiram Nemetum urbem ascensurus, Ferdinandum Gonzagam, & cum eo Castalium, in Britanniam ad Henricum regem misit, ut eum aduersus Gallos diu antea multis de causis, multisque legationibus concitatum, ad traiciendum in proximam Gallia continentem, adhortando sollicitarent, & quæ usui ad bellum terrarumque gerendum uideri possent, sigillatim perdocerēt. Grauiissimum enim uterque bellum, antiquis atque recentibus odijs incitatus, aduersus Gallos moliebatur. Ferdinandus Gonzaga ad Cæsarem reuersus, Henricum regem, à quo elaborati argenti pretiosa suppellectile ad ornamentum abaci fuerat donatus, renunciauit suo pte ingenio aduersus Gallos uehementer esse concitatum, sequenti que ætate proculdubio cum ingentibus copiis in continentem Gallia traiecturum, ut totius Britannici regni prolatis opibus longe maximum Gallia bellum inferret. Neque eum uel grauiissimo sumptu posse deterreri, quominus liberaliter Cæsari expetenti in stipendia militum pecuniam conferret, sicuti antea Maximiliano eius auo Neruorum & Morinorum bello largissime suppeditasset. Interim Cæsar omnibus consilijs ad Gallicum bellum intentus, operam dabat, ut quosdam Germanos proceres in fide atque amicitia cōtineret, qui per causam Lutheranae seditionis à uetere erga se Austriaque domum officio discessisse ferebantur. Id enim unum Cæsar sibi contendendum existimabat, ut quamplurimos è bellicosis regionibus Germanos militiae suæ adscriberet: nullos uero, quantum per leges seuerissimi edicti fieri posset, inuitantibus magna que proposita mercede conducentibus Gallis relinqueret. Transeuntibus enim in Galliam, perpetui exilij, interceptis uero ultimi supplicij pœna imponebatur. Sed populosissima liberaeque gentis uiri militares, tanquam uberrimis inuitati præmijs, nullo pœnæ metu deterreri, nullaque custodiarum di-

līgētia prohiberi pōterant, quin in Galliā manipulatim inuſitatis pręfertim tramitibus tranſirēt. Tantum enim ualebat apud quosdam odiū contra Auſtriam domum conceptum, tantāque erat uti certiffima Gallici auri ſpes, ut cuncta edicta facile contemnerent, & quiſque ex egeniffimo longe ditiffimum exiguo tempore ſe euafurū arbitraretur, Guillemi Furſtembergi exemplo, qui nuper à rege repudiatus & exauthoratus, quòd legiones prædæ habuiſſe, regiāque pecuniam interuertiffē accuſaretur, inæſtimabile auri pondus domum retuliſſet. Eiufdem anni Auguſto menſe, quo Strigonium in Pannonia à Solymano captum, & Dura in Belgis à Cęſare expugnata eſt, Hariadenus Barbaruſſa ad Niceā Prouincię claſſem admouit. Fremebat enim Barbarus quòd tantum maris ſpatium emēſus, fruſtra ueniſſe exiſtimari poſſet, cum iactura ſuę dignitatis, poſtquam rex Gallus magno hoſtium ſuorum commodo, inſta agitātāque toties conſilia ad gerendum bellum explicare terminareque neſciret, & totius ſuſcipiendę maritimę expeditionis tempus ſegniter effluere pateretur. Eius ſiquidem ignauia, uel ineptę cunctationis, ſe in primis reum Byzantij futurum: Solymanum uero, qui amiciffimo regi opem ferre, eiufque hoſtibus maxime nocere percuperet, ægerrime laturum, ſi tanto ſumptu inſtructa, & in extremas maris oras tranſmiſſa claſſe, inanem opem ſocio, & tum ualidis hoſtium armis circunuento, tuſiſſe diceretur. Ipi uero nequaquam ſegniter, quum tempus ferret rerum occasione ad expedienda arma uti ſolito, multum exiſtimationis & priſtinę laudis deperiret, ſi tota iam ætas in autumnum præcepſſe Maſſilienſi in portu, ubi cunctis per ignauiam torpeſcerent manus, abſumeretur. His de cauſis idē Polinus qui à Byzantio claſſem adduxerat, & legationis munere apud Barbaruſſam fungebatur, ad regem contendit: expoſitiſque ordine rebus, quę in negotio opus forent, & Barbaruſſa ſuperbo conuitio flagitaret, regis decretum ad claſſem retulit, quo Niceam aggredi, & oppugnari terra marique iubebantur. Iudicabat enim rex, nequaquam ab æquitate diſcedēs, ea quę ſuę ditionis antea, nec omnino dubij iuris eſſent, armis repetenda. Niceam nanque urbem à maioribus ſuis urgentis belli neceſſitate, pecunięque inopia coactis, Sabaudio regulo oppigneratam fuiſſe conſtabat, quam oblata eadem, amplioręque pecunia, iuſtis primo precibus, & graui demum obreſtatione, ſibi reddi fruſtra poſtulafſet. Neque enim aliò Turcarum arma uertenda rebatur: quòd odioſum nomini ſuo, & infame proſus futurum proſpiceret, ſi immanium Barbarorū claſſem inexpiabiles & funeſtas allaturam clades, Chriſtianis litoribus immitteret, quando inſeſi, inſeſti que ſibi Cęſaris iniurias, miſerorum & nihil tale merentiū populorum detrimenta minime ſubleuarēt. Præfecerat Gallicę claſſi Anghianum adoleſcentem, è Borbonia familia regię ſtirpis, Vandomij reguli germanum fratrem, ut trierarchi, & nonnulli item Galli nobiles è claſſe, qui Virginij Vrſini tanquam externi ducis imperio probe prudentęque obedire nollent, nobiliſſimo ſuę gentis præfecto obſequentiſſime

A tiſſime parerent. Claſſis conſtabat uigintiduabus roſtratis, & decem & octo nauibus onerariis, quibus impoſita ſunt octo milia peditum, præter commeatus in multos dies ſuffecturos. Quaterna enim milia Polinus in Narbonenſi Gallia, è Vaſconibusque præfertim, altera uero quaterna Scrocchius, Sabaudio ex priuatis odiis factus hoſtis & exul, ex citeriore Prouincia, gentibusque Lemano lacui & Alpibus propinquis conſcripſerant. Claſſis è Maſſilienſi portu lambendo oram in Monæci Herculis portum ſe intulit: biduoque poſt eodem curſu Barbaruſſa cum centum & quinquaginta nauibus, quę remis agerentur, ſubſecutus eſt. Primum omnium Polinus, iuſſu regis, Genuenſibus ſcripſit, ut nihil timere uellent. Turcarum enim claſſem quę regiis auſpiciis regetetur, nemini præterquam Nicenſibus, ni ſe dederent, eſſe nociturā, & ut regię uoluntatis decretique fidem faceret, nonnullos Ligures in biremibus cæthenatos à Turcis impetrauit, eoſque Genuam remiſſos propinquis & parentibus inſigni benignitate reſtituit. Nicēſes uero humaniter eſt adhortatus, ut ueterem iuſtumque ipſorum principem, non minus liberalitate quam potentia inelytum, ſuſcipere, quam ſupremę cladis diſcrimen ſubire mallent, eius egētis perplexique principis gratia, qui cū à Cęſare, tum ab ipſo rege, cunctarū prope regni ſui urbium dominatu ſpoliatus, nullum omnino alium difficultatibus ſuis exitum reperiret, quam ut utrique impotenter occupanti, fortunę ſuę reliquum iniquiſſimę prædæ ſciens & uolens eſſe ſineret. Nemo enim eo tempore principum omnium ipſo Sabaudio miſerior uideri poterat, quum eius regnum paulo antè opulentum, ultra citraque Alpes, auitæ atque antiquiſſimę hæreditatis, à propinquo rege, pariter & ab affine amicoque Cęſare indigne lacerari conſpiceretur. Proinde Nicenſes nihil omnino uel in præſentia tutius atque ſalubrius, uel in poſterum fructuoſius ac D honeſtius eſſe facturos, quam ſi neceſſarię deditiois conſilium celeriter expedirent, quādo ipſi ultro ſe dedentes ſumma beneficia publice & priuatim expectare poſſent ab eo rege, qui idcirco eos expeteret, ut indulgentiſſime complecteretur, & urbem Maſſilięſium coloniam nouis immunitatum commodis augetet & perornaret. Decurſiones nihil ſe fide potius habere reſponderunt, quam tueri uellent erga Carolū Sabaudium, quòd eum putarent legitimū eſſe principem, & æquitatis clementięque nomine longe optimū experirētur. Proinde literis & nunciis ciues ſolicitare deſineret, ſe enim eos omnes qui ſe in conſpectū darent, E pro hoſtibus habituros. Hęc eadem oratores à ſenatu ad Anghianum miſſi detulerunt. Itaque Galli à cohortationibus ad uim conſilia atque arma uertentes, expoſitis copiis, trinisque promotis caſtris, urbem oppugnare cœperūt. Nicea excelſo adiacet promontorio, quod initiū habet ab Alpibus, perpetuoque dorſo deſcendens in mare excurrit. Huius extremo in iugo arx poſita eſt, antiquorū Prouincię regum opus, clariffimorū ſæpe ducū carcere, & miſero uitæ exitu nobilitatū. Hęc ſubiecta maria late deſpectat, arduoque calle urbi cōiungitur. Sub rupe iuxta litus

salubris aquæ copiosissimus fons erumpit, maximarum classium aqua- F
 tionis peropportuna. Mœnia urbis, uti uetusti operis, non magnopere
 munita sunt: sed ea paulo antè Nicenses nouis propugnaculis adauxe-
 rant, docente atque administrante Paulo Simeone, arcis præfecto. Is ma-
 gnū habebat militiæ usum, & uti erat Rhodię militiæ adscriptus eques,
 à prædonibus olim captus, Barbarussæ aliquādiu serui erat, hortabatur-
 que ciues, ut Turcarum uim constantissimis animis contemneret. Hoc
 ut alacrius & pertinacius facerent, uxores eorum & liberos, imbellēq;
 turbam, in arcem receperat, & quicquid militaris instrumenti præfens
 periculum deposceret, studiosè suppeditabat. Polinus ab ea muri parte G
 quæ uergit ad Septétrionem, portamque habet ad Villafrancham per-
 ducentem, oppugnabat. Anghianus intercedente amniculo, qui torren-
 ti similis saxoso alueo non longe à mœnibus decurrit, subductus in ac-
 cliuem locum tormenta contulerat. Turcæ uero non longe à Polini ca-
 stris admirabili celeritate atque peritia productis operibus, constitutis-
 que tormentis, mœnium coronam decusserant. Gallorum interea clas-
 sis circumuecta promontoriū, in urbem ita tormenta dirigebat, ut non-
 nunquam præteruolantes pilæ in aduersa Turcarum castra deciderent.
 Quo animaduerso periculo Turcæ ad eam partem, quam Leo Strozza H
 iuxta Polinum uerberabat, sese applicarūt. Id erat propugnaculum ne-
 quaquam durata calce confirmatum, uti paulo ante à Nicensibus ædi-
 ficatum. Itaque tantum muri, tantūque eius propugnaculi à Turcis
 uehementissime rem gerentibus, dirutum prostratumque est, ut præla-
 tis uexillis conscendere auderet, pariq; audacia Etrusca Leonis cohors,
 æmulatione uirtutis Barbaros æquare conaretur. Verum Nicenses ma-
 gno præsentique animo propugnantes, multis interfectis & uulneratis,
 Turcas simul & cohortem per ruinas depulerunt. Eo die captū est Tur-
 carum uexillum interfecto signifero, alterum uero Leonis discerptum, I
 quum eum tamen uulneratus uexillifer egregie pugnas seruauisset. Pe-
 riere ex Turcis aut tum, aut postea ex uulneribus, paulo minus centum,
 ex cohorte uigintiduo. Sed mox Barbarussæ uim omnem conferri ius-
 sit, ad diruendam eam turrinam quæ portæ imminebat, maximēque emis-
 sis inde tormentis oppugnantibus nocebat: quæ non diu quassata lace-
 ratāque, & prostratis non uno in loco mœnibus, Nicenses desperatis au-
 xiliis, præsidioque suo militari, quod erat exiguum, magna ex parte sa-
 gittis conuulnato, de deditioe è muro proloqui cœperunt: eaque
 conditione Anghianus eos in fidentem recepit, ut iureiurando confirma- K
 ret, eos hisdem legibus sub rege futuros, quibus hæctenus sub Sabaudij
 imperio fuissent. Veritus autem Polinus, ne Barbari transactæ deditio-
 nis pactioe impedirent, dolorēque amissorum commilitonum, & spe
 prædæ irritati, in urbem irrumperent, ab Hariadeno impetrauit, ut mi-
 lites reuocaret, & ad classem redigi iuberet. Qua de causa non multo
 post Ianizeri uti fraudati sua spe, Polinum & Leonem à colloquio Bar-
 barussæ redeuntes interficere conati sunt. Vrbe in potestatem redacta,
 consultatum

A consultatum est de expugnanda arce, cuius consilij duæ rationes à Bar-
 barussæ proponebantur: quarum altera in custodia urbis posita uideba-
 tur, ne eam ab arce improuisus hostis inuaderet, & in tutandis suburba-
 nis campis ne alicunde hostes in oppugnatione occupatis superueni-
 rent. Altera erat posita in administratione tormentorum, ipsoque quaf-
 sandæ urbis negotio. Vtram mallent muneris conditionem accipiendā
 Barbarussæ Gallis offerebat, se paratum professus uel adoriri arcem tor-
 mentis, uel tutari campos. Visus est Polinus hæerere, quum non facile in
 uestigio quid sibi potius eligendū foret explicare posset. Atque ita Bar-
 barbarus nostrorum ingenia tanquam ad bellicum facinus audendum mi-
 nime prompta contemnens, explorato in loco, & celerrime suis aggeri-
 bus permunito, tormenta septem collocari iussit, in queis fuere duo exi-
 miæ magnitudinis, quum reliqua iustam more nostro amplitudinem
 non excederet. His summa arcis propugnacula idoneaque ad excubias
 ædificata celerrime perfregit: sic ut propugnatorum in corona consiste-
 re auderet nemo, & imbellem turbam uel impauido Simeone magnus
 inuaderet pavor. Galli etiam partiti inter se munera, ab aliis uehemēter
 oppugnabant locis, singularēque cum summa agilitate Turcarū peri-
 tiam in producendis dirigendisque tormentis admirabantur. Verum tot
 C ictibus ad tantam deuentum erat tormentarij pulueris & pilarum ino-
 piam, ut hæc Polinus, aut mutuo, aut pretio à Barbarussæ petere coge-
 retur: fremente atque obiurgante Barbaro, quod in Gallia alieno appa-
 ratu indigerent, qui Massiliæ multis uini doliis, quam rebus ad bellum
 necessariis nauigia onerare maluissent. Neque enim uir seuerus & ferox
 à iaciendis probris abstinere, querebaturque se elusum spe rerum in-
 gentium, quas Polinus Byzantij longe amplissimas promississet: & tan-
 ta quidem iracundia ut Polino cathenas se iniecturum minaretur, qui
 D eò ipsum à Byzantio perduxisset, ubi aut existimationis iacturam face-
 re, aut classem consumpto tormentorum instrumento inutilem red-
 dere necesse foret. Quibus de causis uehementer Gallis iratus, repen-
 te diuanium indixit, id est militaris concilij genus, ad quod erecto pro-
 castris tribunali alloquendi consultandique causa trierarchi, præfe-
 ctique omnes, signiferi & ceuriones aduocantur. De reditu nan-
 que ad orientem, maturaque profectioe se decreturum dicebat, post-
 quam apud imperitos rerum, sæpēque mendaces & ignauos secus ac
 polliciti fuerant, cuncta imparata reperisset. Qua pronuntiatione Gal-
 E lis, Polinōque præsertim nihil grauius accidere potuit: sic ut men-
 te percussus, ad infimas preces deprecationesque turpissimas adulan-
 do pollicendōque descendere minime dubitaret: multa atque opima,
 non Barbarussæ modo ipsi, uerum sigillatim cunctis Ianizerorum cen-
 turionibus præmia, ex regia liberalitate pollicendo: quæ tota peni-
 tus essent peritura, si rege eluso abruptaque amicitia importune di-
 scederent: cuius temere facti nomen grauem omnino molestiam So-
 lymano, ipsis uero non dubiam pœnam esset allaturum. His promif-
 HH

fis & precibus, ipsoque præsertim Anghiano iratum senem lenissime F
 demulcente, non ægre est impetratum, ut indictæ profectiois consi-
 lium abiiceretur: nec ab instituta arcis oppugnatione discederetur. Sed
 uixdum pacato, & ad belli gerendi consilia conuerso Barbarussa, in-
 terceptæ sunt literæ Alfonsi Vastij, ad Paulum Simeonem arcis præfe-
 ctum scriptæ, quibus eum prolixè hortabatur, ut tantisper hostium
 uim sustineret, donec ipse præmissis iam expeditorum militum cohör-
 tibus, cum toto robore grauis armaturæ superueniret: Se enim per ma-
 ritimarum Alpium tramites iter facere, affuturumque biduo, ut cum
 Turcarum cæde, ipsum atque arcem omni periculo liberet. Ex his li- G
 teris celeriter in castris euulgatum est, Vastium qui non procul abes-
 set, cum iustis ad confligendum copiis aduentare: qua emanante fa-
 ma, adeo grauis & repentinus timor Turcarum pariter, & Gallorum
 animos incessit, ut quum forte ea nocte ad consternandos nouo in-
 commodo milites procellosus atque densissimus imber ingruisset, cun-
 cti munitiones atque tormenta desererent, armæque relinquentes, per
 arduos calles superato dorsi iugo præcipiti fuga descenderent, & ad
 classem confugerent. Sed dies qui mox perterritis illuxit, & nusquam
 conspectus hostis, & obortus inde pudor animos restituere. Nec mul- H
 to post quum arx ipsa omnium prope iudicio uti excelsa in rupe posi-
 ta ægerrime tormentis quati, neque cuniculis subter rupem excauatis,
 nisi longo difficilique labore, atque item dubio euentu, capi posse cen-
 feretur, reduci tormenta communi consilio cœpta sunt. Ea in re ad-
 ministranda mirifica fuit industria Turcarum, qui non sua modo, sed
 Gallorum ægre molientium quæque grauiora humeris reportabant:
 non obscure his increpita segnitie, qui corporibus atque animis ci-
 to fatiscere uiderentur. In ea discessus decreto tumultuarioque labo-
 re, Barbari imperio contineri nequiuert, quin in urbem celeriter ir- I
 rumpentes cuncta diriperent, & in tectis sæua incendia excitarent. Di-
 scessum autem est à Nicea quum iam Scrocchius aliquot oppida re-
 gionis, hortatu suo atque authoritate, qua multum apud eas gentes
 ualebat, ad deditionem compulisset. Atque eo modo quum Anghia-
 nus ultra flumen Varum copias reduceret, Barbarussa ad Antipolim
 cum uniuersa classe concessit, ubiquum stationem haberet, ad insulam
 Lerinam, quam Margaritam nauæ uocant, cognitum est Vastium at-
 que Sabaudium cum Auriana classe in Villafranchæ portum peruenisse,
 cuius in ingressu Vastius summum naufragij periculum adiit, quum K
 triremis, qua ipse uehebatur, exorta repentini turbinis procella iam se-
 se scopulis illideret, nisi quidam miles rei naualis non imperitus, sub-
 lato statim dolore proram inflexisset. Eadem uis subitæ uehementis-
 que procellæ quatuor triremes Aurianas, sese in apertum mare eripe-
 re conantes, in rupes exesi promontorij transuersas egit, usque adeo
 uiolentis fluctibus, ut seruis ad transtra cathenatis ad exuendas com-
 pedes spatium defuerit, atque ita submersi ad unum omnes interirent,
 &

A & tormenta hiantes carinas grauiantia profundo mergerentur. Eo ho-
 stium periculo aduentuque cognito Polinus tanquam explorata oc-
 casione delendæ hostium classis Petrum Angelium Bargæum, poe-
 tam, uirum Græcæ peritum linguæ ad Barbarussam legatum misit,
 quod ei usque à Byzantiò notus esset: qui insignem ab hoste procel-
 læque oblatam pulcherrimi edendi facinoris occasionem demonstra-
 ret, studioseque eum hortaretur, ut eximiæ laudis certissimique pro-
 uentus educta in hostem classe fructum percipere maturaret. Annu-
 consilio Barbarussa, sibi que, ubi laus spectaretur, minime defuturum
 B promissit: sed quominus id audacter expediteque tentaret perflantes
 Euri prohibere uisi sunt, quibus tamen cito subsidentibus, quum flu-
 ctuosum mare mitesceret, ipseque educta classe contra consuetudinem
 consideratius & segnius proueheretur, circa Antipolitani litoris uine-
 ta cursum suppressit, admirantibus primo, & mox ridentibus trierar-
 chis atque Sanzachis, usque adeo libere, ut per ironiam diceret, æquum
 esse ut Hariadenus Aurixæ tanquam fratri, & ex piratica conspiratio-
 ne legæque ad mutuam salutem fœderato, nihil officeret, parque illi be-
 neficium optima fide redderet, quod aliquot antè annis ad Hipponam
 C liberaliter accepisset. Ex his qui eam cunctationem carpando ad inui-
 diam uerteret, erat Cayeroglis, Sâzachorum facile princeps, eius Mem-
 phitici Cayerbeij filius, qui prodito Campsone Sulthano, totius Aegy-
 pti præfecturam à Selymo meruerat. Eius autem omissæ rei nomen,
 & tum & Byzantij Hariadenus ita refellit & diluit, ut diceret multa si-
 bi exactæ ætatis duci, uel hebetibus oculis, clarius & certius quàm iu-
 nioribus uideri, & quum de Cayerogle mentio inferretur, renidens in-
 quit ad suos conuersus: Ergo non dissimili ratione magna mihi præ-
 mia ab hostibus erunt expectanda, dum eis lubenter parco: postquam
 D pater eius ad Singam ab suo dextro cornu obiectos hostes Turcas non
 inuadens, cessantis operæ præmium Aegypti præfecturam ab hoste ui-
 ctore tulerit. Cæterum desinente procella, mitescentique mari, Salechus
 cum uiginti quinque triremibus, & cum totidem Gallicis Leo Strozza,
 ad portum contenderunt, potitque sunt eius naufragij reliquiis, sic ut
 per urinatores alligata funibus tormenta è profundo ergatarum moli-
 mine extraherent. Nec diu post Barbarussa uersus Massiliam ad Tolo-
 nis portum, qui Taurenta antiquitus fuit, est reuectus. Vastius autem
 cum Sabaudio Niceam inuisit, laudatoque Simeone, miseros ciues con-
 E solatus est, & inspectis Turcarum operibus eorum solertiam ac artifi-
 cium in construendis aggeribus sic mirabatur, ut nostros Barbarorum
 comparatione huiusmodi in rebus multo inferiores sibi uideri nobis
 hæc scribentibus fateretur. Exinde Vastius cum his copiis, quas me-
 tu Barbarussæ conscripserat, aliquot etiam additis cohortibus, ad op-
 pugnandum Môteuicum, quæ est amplissima & fertilissima ciuitas in-
 ter Subalpinas urbes, duxit. Nam in ea erant ualida Gallorum, Helue-
 tiorumque præsidia, quæ duce Carolo Drosio indigena, uiro egre-
 HH ij

giè forti, frequentia incommoda Cæsarianis inferebant. Itaque ma- F
 gno sumptu magnoque labore adductis tormentis, urbs non uno in lo-
 co quassata est, usque adeo uehementer, ut muri undique collaberentur,
 uerum enixe & uigilanter defendente Drosio res eò reciderat, ut Vastius
 pene de expugnatione desperaret. Nam forte continuis imbribus
 cuncta oppugnandi munia tardabantur, & uix miles aduersi coeli iniurias
 ferebat, quanquam ex omnibus locis cohortes murum alacriter
 subirent, & inter ruinas acerrime certaretur. Sed deditio, quæ ab obsti-
 natis hostibus ui atque tormentis exprimi non poterat, dolò quodam,
 quod prætermittendum non uidetur, expressa est. Implorarat sapius opem
 Drosius à Buterio, qui summæ rei Gallicæ imperium apud urbem G
 Taurinum obtinebat. Hoc ex difficultate periculoque hostium, interceptis
 eorum literis, Vastius didicerat. Quamobrem literas Buterij nomine,
 Gallica conscriptas lingua effingit, quibus gemmæ eiusdem sigillum
 apponit, exemptum ex ueteribus literis. Eæ erant in hanc sententiam,
 ut sibi consuleret, neque opem expectaret, quoniam rex Belgico bello
 occupatus, supplementa cohortium in Italiam submittenda non putaret.
 Idcirco si rebus atque opibus suis diffideret, nec defendi urbem posse
 his quas obtinebat militum & necessariarum rerum copiis H
 arbitraretur, æqua atque honesta deditio conditione accepta cum hoste
 pacisceretur. Has literas Vastius resignatas, tanquam ab se interceptas,
 Drosio mittit, hortaturque ut pertinaciæ finem faciat, ne sese totque
 milites egregie suo munere functos, & imbellem ciuium turbam in non
 dubium summæ calamitatis discrimen deuocet. Se enim deditio-
 nē extemplo facienti ea omnia integra fide, quæ honesta conditione tribui
 possent, concessurum, ne sibi necesse sit multo sanguine uictoriam parare,
 quæ iam esset explorata. Drosius perlectis literis Buterij signum agnos-
 cens, nec quicquam de earum fide subdubitans, multumque in Vastij
 hostis clementi ingenio reponens, uti multis rerum difficultatibus
 circumuentus, deiectusque spe auxiliorum deditio-
 nem facere constituit, scilicet ut urbanam multitudinem, copiasque omnes,
 & sese ser-
 uaret. Itaque paciscitur, ut sibi cum præsidio saluis omnium rebus, sub
 vexillis egredi liceat. Id unum postularat Vastius, ut castellum, quod erat
 in proximo Drosij præsidio custoditum, sibi dederetur. In eo filium
 puerilis admodum ætatis Drosius habebat. Verum abeunte iam Drosio,
 qui id se dediturum promiserat, & suas copias præeunte, quum custos
 castelli, idemque pueri nutricius, Cæsarianos, qui eo ascenderant, ne- K
 quaquam admittere renunciaretur, utpote qui esset in colligenda sup-
 pellectile sollicitus & trepide intentus, Vastius subito in iram exarsit,
 iussitque nominatim quibusdam equitibus, ut Drosium continuo per-
 sequerentur, eumque tanquam fidem fallentem retraherent. Tanta autem
 fuit aliorum equitum, uel simul præstandæ operæ, uel (quod credi
 par est) prædæ cupiditas, ut integræ turmæ tumultuario procursum, ul-
 tro se primis aggregarent, & quum Drosius pernici equo uectus, in
 fugam

A fugam se extenderet, milites præsidij, ipsosque præsertim Heluetios len-
 tius suo more iter habentes, nec tale quicquam ueritos hostiliter inua-
 derent, multisque occisis & uulneratis inusitata crudelitatis & auaritia
 facinus admitterent, uel reclamante Vastio, & unum tantum Drosium
 deposcente. Sed tanto tumultu inconsulte prouentium Hispanorum
 res cœpta patratæque est, ut Vastius pene sero perturbatis, &
 direptis, malèque multæ opem attulerit. Id uero præter spem, &
 secus quàm imperaret Vastij animo molestissimum incidit, tanto cum
 dolore pudorèque perturbatæ mentis, ut omni benignitatis officio il-
 B lata detrimenta refarciri iuberet, occisorumque propinquis & uulne-
 ratis dona conferret, opportuna placandæ feritatis eius gentis, quæ
 truculentis uocibus & minis contra ius gentium insigni se affectam
 detrimento querebatur. Hoc apud Vastium receptæ urbis atque uictoria
 lætitiæ minuebat, sic tamen ut nulla seueritate erga suos, qui au-
 thores cædis fuerant, ueretur, quum Heluetiorum dolorem paucis
 capitis supplicio punitis expiare posse uideretur. Nec multo post di-
 uisis per municipia ueteribus cohortibus, nouisque dimissis Astam
 concessit, indeque instauratis copiis uicina oppida iam pridem occupata à
 C Gallis in deditio-
 nem recipit, Ludouicum Vistarinum, qui erat Cherij, cum omnibus
 eius præsidij copiis egredi, & Carmagnolam adoriri iubet. Is iussa
 facit, dedentibusque se oppidanis, arci tormenta admouet, eaque
 potitur. Gallis tum id erat consilij, ut deductis præsidiis uires
 cogent in tutiorem locum, infirmioraque oppida ita desererent, ut
 ea muro & munitio-
 nibus nudarentur, ne Cæsarianis paulo longioris moræ ad ea
 receptus foret. Itaque Osumius Vasco, & Vicomercatus Insuber,
 equitum præfecti, & cum his Azalius sclopettariorum cohortem
 adducens, Carinianum uenerant, ad munitiones euertendas
 D exportandisque commeatus, quo in opere quum essent occupati,
 Vastius cum globo equitum in aduersa Padi ripa se ostendit,
 monuitque Vistarinum qui non procul aberat, ut equites suos Padum
 uado transire, abeuntesque hostes aggredi imperet. Federicus
 Douaria, uir impiger, adhortante Vistarino nihil dubitat, quin
 tranando cum turma sua in ulteriorem ripam euadat, Gallosque
 laceffat, eoque audacius, quod ei Vastius mature opem se
 laturum polliceretur. Eius nanque equites turmatim ad ducem
 undique confluebant. Iam accensa erat ardentissime inter
 Osumium atque Douariam pugna, quum Vicomercatus & Azalius,
 E qui Vastium plane cum ex ipso cultu, tum præclara uoce
 alloquentem cognouerant, Osumium adhortantur, ut contentioni
 finem imponat & se recipiat, quod in conspectu esset Vastius,
 qui multitudine suorum equitum ipsos esset confestim inuasurus.
 Osumius studio pugnæ incensus, quum delendi Douariæ cupiditate
 teneretur, nihil eius consilij ad animum adhibet, & multo uehementius
 præliatur. Illi suo innixi consilio se expediunt, & quò iter
 intenderant profiscuntur. Nec mora laboranti Douariæ auxilio
 superuenit Hie-
 HH ij

ronymus Sylua, cum ala equitum à Vastio submissus, à quo Osumiani F equites profligantur, ipseque equo deiectus capitur, & apud Vastium se à Vicomercato per ignauiam desertum queritur. Quibus ex uerbis superbe iratèque prolatis, delatìsque ad Vicomercatum, orta est capitalis odij controuersia, usque adeo accensa simultate, ut Vicomercatus Osumium tanquam improbe mentientem, & inique contumeliosum ad singulare certamen prouocaret. Sed rex multorum testimoniis comperito eius bellici incursum euentu, litem autoritate sua diremit, decusque præcipiti contumelia ereptum Osumius Vicomercato restituit. Re bene gesta Vastius Carinianum intrauit, animaduersaque loci G opportunitate, quæ erat maxima atque idonea, ad perturbandos Gallos, oppidum munire præsidioque confirmare constituit. Erat enim in umbilico mediòque prope sinu eorum municipiorum quæ Gallorum præsidii tenebantur. Probato ab omnibus consilio restitutusque operibus, & instituta noua munitione, eius oppidi, tutelam Pyrrho Stipiciano, cuius ingenio uirtutique multum confidebat, attribuit, & nonnulla inde oppida ad deditiõem compulit. Nec multo post diuisis in hyberna copiis, Mediolanum est reuersus. At Barbarussa Tolone susceptus, quum ingenti Regiorum præsidium studio & totius Prouin- H ciæ copiis largiter aleretur, inspecta classe, uiginti quinque trirèmes delegit, quas prædatum ad Hispaniæ oram emitteret, attribuitque eas Salecho & Assani Celebo, arcta propinquitate sibi coniuncto. Ii præteruerti Narbonensem sinum, prædabundi & Capur Illyberis oppidum, antique olim urbis uestigium, in eademque ora Cadechesium, & Rhodam, quam Rosam uocant, hostiliter inuaserunt, superatòque promontorio Veneris, quod Creum à nautis uocatur, circa ueteres Emporias magna præda potiti sunt, nactisque onerariam nauem, & trirémè unam in portu, qui dicitur Palamos. His captis Algerium, ubi impera- I tum erat, ad deponendam prædam, hyemandumque traiecerunt, ut primo uere ad Barbarussam in Prouinciam redirent. Is ea hyeme quum partem classis reficeret & nonnullis armamentis renouato apparatu instrueretur, Genuensium, ipsiusque præsertim Auriæ, amicitia comiter utebatur, qui quodam maritimo iure per causam redimendorum captiuorum, quæ usui forent Barbaro lubenter suppeditabat. Ligures enim omnes amice conseruatos, & nusquam uexatos rex Franciscus præstabat, in id accepta à Barbaris fide, imperio atque autoritate Solymani confirmata. Neque enim Auriæ exiguis in apparatus rei naualis ob- K sequiis importune denegatis, hostilem animum ostendere uolebat, quanquam se Cæsaris ducem profiteretur, ne patriæ noceret, quam expositam tantæ Barbarorum classi ad omnem iniuriam conspiciat. Hisdem ferme diebus quibus Hariadenus Barbarussa legendo Italiæ oram, ut Galliæ præsidio foret, Massiliam est profectus, Muleasses rex Tuncetanus in Siciliam traiecit, eo consilio ut Cæsarem ab Hispania Genuam deuectum cõueniret. Causa susceptæ nauigationis ferebatur,

A tur, ut à Cæsare maiora præsidia aduersus Turcas impetraret. Nam Turcæ Hariadeni clientes aliquot opportunas regni urbes firmissimis uiribus obtinebant, in hisque præsertim Constantinã, mediterraneã urbem eximiæ munitionis, quam antiquitus Cyrtham fuisse alibi ostendimus, & in ora Leptim parua, quam hodie Mahemediã Pœni, nostri uero Africam appellant, atque item Adrumentum, quæ Mahometa hodie uocatur. Eo autem ordine ex Africa discessit, ut in regni tutela sibi maxime fidos atque acerrimos uiros relinqueret. Mahometè in primis qui urbi præsideret. Is tum erat in summo apud Tuncetanos magistratu, qui Maniphetes B uocatur, & propter oris titubatiã Temtes appellabatur. In arce quoque constituit libertum, genere Corsum, cui nomen erat Fares, quod alacrem exprimit. Copiis Amidam filium præfecit, qui suburbanos campos ab hostium Turcarum & Numidarum incurfionibus tueretur. Afferebat autem Cæsari munera, pretiosi operis tapetes, uariaque ornamenta lectorum, atque ite aliquot nobiles gemas, & duos eximiæ proceritatis Numidicos equos. Verum quum è Sicilia soluisset, recta cursum Genuã tenere non potuit, aduersusque uentis, Caietam primò, & mox Neapolim est reiectus. Ei prorex Petrus Toletanus, hospitalis munificentia munera, domumque lautissima suppellectile exornatam contulit, Neapolitanis nouum gentis cultum, uescendique more, & odoramenti omnis generis exquisitam luxurie admirantibus. Cunctis nanque dapibus insani sumptus unguenta infarciebant, constabatque pauone cum duobus phasianis à structore ex regie culina disciplina conditum, centum aureorum impensam excessisse. Quippe non cœnaculum modo, quum in mensa cõcideretur, sed domum uniuersam, nouo suauissimoque nidore compleuisse ferebat, tanta inhalatione, ut à tota uicinia huius inusitata, & non citò euanescentis uoluptatis odor sentiretur. Exinde terrestri itinere ad Cæsare proficisci D constituit, mare reformidans, Barbarussæ hostis classibus occupatum. Iamque Rodolphus Pius, Romæ legatus, in gratiam Cæsaris, uel alienos colente deos, regem Barbarum, præmissis qui inuitarent, lautaque hospitria offerret, erat suscepturus, nisi eum Neapolim subsistere Cæsar iussisset. Erat enim uehementer intentus grauissimis rerum consiliis, Buxetoque in oppido cum Paulo potifice collocutus ad Sicambicum bellum iustis itineribus cõtendebat. Sed ego postea ab ipso Muleasse regno pulso, orbatoque luminibus didici eum supra illas quas diximus susceptæ nauigationis causas: idcirco Africa libenter excessisse, ut magnum quod E sibi imminebat periculum effugeret. Nam uti erat astrologia peritissimus, fatali astrorum influxu amittendi regni, & sæuæ necis cladem sibi portendi diuinabat. Quum unum uero maxime Barbarussam sibi timendum existimaret, propterea se facile credidisse eam classem quæ Byzantij ornabatur, aduersum se omnino parari. Quid enim absurdius uideri posset, quam Ottomannicã classem, non excidio sicuti soleret, sed auxilio Christianis aduenturã iudicasse? Atque ita iudicio suo potius quam syderum monitu deceptum, in eam calamitatem fuisse præcipitatum,

quam tamen & exul & inops, & utroque captus oculo fortissimè perferret. Dum Neapoli moraretur Muleasses, intentè que spectaret, quorsum Barbarussè consilia euaderent, qui tanta instructus classe, irritò incepto ab oppugnatione Niceæ discessisset, quid Solymanus Strigonio atque Alba Regia clarissimis Hungarici imperij urbibus expugnatis moliretur, quò denique Cæsar post Duram urbem in Sicambriis manu captâ, arma uersurus esset, certis ab Africa nunciis didicit Amidâ filium ex repentina defectione regni Tunetani sedem inuasisse, interfectisque ipsius amicis atque præfectis, & gynæceo incesta libidine profanato, arcem occupasse. Quibus cognitis rebus grauissimè perturbatus, in Africam omni postposita mora traicere, & perditis rebus uel seram opem afferre constituit, ratus se excitatæ rebellionis initia, filiumque prius oppressurum, quàm ille collectis uiribus sese confirmaret. Illum nanque præcipiti consilio asciturum sibi Turcas in auxilium putabat, qui ex Lepti, Adruméto, Cythaque facile accersiri possent, ut Hispanis apud Guletam opponerentur, si ipsius Muleassis causam tueri uellent. Itaque quanta potuit festinatione prolata pecunia milites conscribit, probante Petro Toletano prorege, & ueniam exulibus concedente, qui nomina darent, in Africamque traicerent. Ad huius edicti famam, malefici, iudicisque damnati homines Neapolim confluxere, adeo frequentes, ut ex eo genere hominum iustus exercitus conflare posse uideretur, quum quisque stipèdia facere, exilij nomē abolere, atque experiri dubij Martis fortunam mallet, quàm domo profugus & nemoribus inerrans, à conquisitoribus rerum capitalium teterrimam laquei necem expectare. His ducē se præbuit è Parritorum ordine Ioannes Baptista Lofredius ingenio acer, gloriæ militaris & certi quæstus ex præfectura impese cupidus. Is cum Muleasse trimestre pactus stipendium, quod statim persolueretur, delectum habuit, conscriptisque cohortibus, milites mille & octingentos nauigiis imposuit, reteta apud se magna parte pecuniæ profectus in Africam, cum rege ad Guletam applicuit. Quomodo autem Amida filius à Muleasse patre defecerit, & quis eius cruentæ rebellionis fuerit exitus, non alienum erit ab instituto operis strictim enarrare. Erant apud Amidam summæ autoritatis proceres, qui iuuenem alieno consilio obnoxium facileque parentem pro libidine regebant, & ante alios Mahometes eius Bohamaris filius, qui regnante Mahomete fuerat Maniphætes. Huic Muleasses potitus regno, defectis uirilibus contumeliosam necem intulerat, obtratione amatoria incensus, quòd Rhahamanam incomparabilis formæ puellam Abderomenis arcis custodis filiam, quam ipse deperiret, maturatis nuptiis præripuisset. Ab hac paternæ necis iniuria Mahometes capitale in Muleassem odium conceperat, quod ideo multis compressum annis fuit, ut demum ex occasione patrandæ ultionis grauius erumperet. Secundum hunc erat uetere gratia insignis alter Mahometes cognomento Adulzes, ex Granata Maurus, sclopettorum mirus artifex, quem Muleasses per contumeliam nequissimum feruorum appellare solitus

ab

A ab se totum alienarat. Ii cum paucis coniurantes excitatis falsis rumoribus, effingunt Muleassem apud Neapolim fato concessisse, admissoque supremæ impietatis flagitio, priusquam moreretur ad Christiana sacra defecisse. Hac uero fama repente permotum excitatumque Amidâ circumstant, adhortanturque ut ad paternam sedem properè aduolet, ne Mahometes frater, Christianis ad Guletam obses datus, studio fauorèq; Touarris, qui expeditas haberet uires, ipsi præferretur. Erat enim Mahometes duodeuiginti natus annos, toto ore atq; ingenio auum referens, & propterea Tunetanis ab ea indole gratissimus. Itaque Amida nequam impiger ad capeffendam patris fortunam, citato cursu è statuis castris Tunetum contendit. Populus, qui nihil de regis morte audierat, ambiguus uultibus eum excipit, & quum plerique mirarentur, cur iniussu patris ad urbem temere uenisset, prodiit ipse Maniphætes, ut diximus cognomento Temtes: hic Amidam seuera obiurgatione tãquam capitalis audaciæ facinus ausum uehementer increpat, & ut in castra reuertatur suadet, restitantemque occursum multitudinis extra urbem propellit. At Amida consilio deiectus, deceptusque sua spe, ad Martiam regionem deflexit, quæ à portu Vtica ad promontorium dirutæ Carthaginis pertinet, insignium ædificiorum frequetia, & regionum horrorum amœnitate pernobilis. Cæterum Maniphætes reiecto Amida celeri nauigio ad Touarrem se confert, ut si quid aduersi rumoris ex Sicilia allatum esset, ab eo certius exploratusque cognoscat, & de Amida temeritate, intolerandaque audacia conqueratur. Erant apud Touarrem dati obsides Abdalages, ipsius Maniphætis frater, & Corsi Faræ arcis custodis filius. Cùm his diu colloquutus Maniphætes, reuersusque Tunetum in suspitione uenit perfidiosi initi consilij, quum ipso authore subleuâtèque Touarre Mahometes obses paternum regnum affectare diceretur. Pœni siquidè suoapte ingenio mobiles, repentini, suspicaces, incertis rumoribus facile seruiunt, & quæ audierint sapissime etiam falsa, temere interpretantur, pro commodo scilicet studioque suarum factionum, quibus pertinacissimè sese addicunt. Exoritur itaque per urbem rumor ambiguus, & gliscente suspitionis fama non leuis populi tumultus. Nec diu post huius turbulentæ comotionis casus, causaque per quosdam ciues, quibus odiosum erat Muleassis nomen, ad Amidâ Martiis in hortis crebro suspirio fortunæ suæ indignantem, celerrime defertur. Is ab eo nuncio redintegrata spe, & certis auguriis confirmatus, Bohamaris & Adulzis, suorumque omnium hortatu, fortunæ rursus non semper incertè bonoque euentui occurrendum ratus, Tunetum reuertitur, patetique ingressus porta, ad Maniphætis domum decurrit, quo absente, propinquos eius & familiares crudeliter obruncat, patratæque cæde crueto cum agmine ad arcem continenti cursu protinus ascendit. Ingressurum Fares custos, cancellata exteriore ianua, prohibere conatur, cõprehensusque audacter equi habenis inuectum urgens retro auertit. Sed Fares ab Aethiope, Amida præptissimo satellite, adacto per latus mucrone cõfoditur, renouatq; equi

impetu Amida per expiratis prostratque Faræ corpus equum adigit & F
 irrumpit, repertumque; Maniphatem extemplo iugulari iubet, & per huc
 modum unius horæ momento urbe, arce, regnoque potitur. Exinde in
 minores patris libertos cædibus grassatus est, usque adeo insolenter cõ-
 turbatis rebus omnibus, ut patris etiam concubinas cruetus sine pudore
 constupraret. Harum rerum uti acciderant Muleasses certior factus,
 nihil differendum esse iudicans, cum tumultuariis, ut diximus, copiis in
 spem recuperandi regni in Africam traiecerat. Igitur Fraciscus Touar-
 res rege atque Lofredio appulsis, uti erat prudenti perspicacique; ingenio
 uir, ideoque solerti ratione, imminentes casus expendens, regi suadere G
 cœpit, ne his cum copiis TUNETUM ire properaret, priusquam de TUNE-
 TANS rebus, ciuiumque; animis certius cognosceret. Suspectabat enim Pu-
 nicam fidem, & uenaliū Arabum insidias. Eo autem grauius ac aper-
 tius Lofrediū, ne ire pergeret admonebat, quod in mandatis, quæ disce-
 denti prorex dedisset, disertè perscriptum erat, ne regi auidè ituro proce-
 dentiq; pareret, nisi ualida Numidarum manus auxilio uti promiserat
 aduenisset. Sed regem atque Lofredium in sua fata præcipites uehemen-
 ter incitabant aliquot Afrorum proceres, qui simulatione officij egressi H
 urbe præstò fuerant, eiq; solèni carimonia gladiis iugulo admotis mo-
 re gentis, fidei militaris sacramentum dixerant, testabanturq; Amidã pu-
 dore meturq; perterritum, ubi ipse in conspectum se daret urbe arcæque,
 arrepta fuga protinus excessurum. Nec mora Touarre frustra obtestan-
 te, prædicentēque, ut à Punicis insidiis sedulo cauerent, Muleasses expli-
 catis uexillis ad TUNETUM iter intendit, subsequente alacriter Lofredio.
 Nec defuere nonnulli periti militiæ ex cohortium præfectis, & ante alios
 Cola Thomafius, & Iacobus Macedonius, qui Lofredio suadere niterē-
 tur, ne inexplorato progredi, & fallacissimæ gētis promisso incautè cre-
 dere uellet, sed tantisper cunctaretur, dum promissa expectatāq; ab rege I
 propinquorum Numidarū auxilia superuenirent. Ad quos superbo ore
 cõuersus Lofredius, Desinite, inquit, qui fædo metu correpti estis, ea im-
 pudenter cõmemorare, quæ uiris fortibus animos cõminuant. Tantum
 uero abest, ut paratæ uictoriæ deesse uelim, ut rectius me facturum arbi-
 trer, si uos ad consternendam inani metu multitudinē, quàm ad ferien-
 dum hostem promptiores, ultimo supplicio puniendos iudicem. Ad ea
 Thomafius respondens: Fortuna, inquit, Lofredi, non fera unquam te-
 meritatis ultrix, breui ut uideo, utriusque nostrum testandæ uirtutis expe-
 ditum iter aperiet. Ego certe præfecturæ honori quem dedisti non igno-
 bili uitæ exitu honestè satisficiam, tu uero uideris, an tuo muneri, qui
 tuorum monita usque adeo superbe fastidis atque contemnis, male cõ-
 sulendo inconsultēque pugnando satisfacturus sis. Antecedebat rex
 cum ala familiarium, uexilla regionum insignium præferens, subsequen-
 tibus compositis ordinibus cohortes: iamque ad cisternas, ubi Cæsar
 cum Barbaruffa paucis ante annis conflixerat, tertio ab urbe lapide erat
 peruentum, quum magna celeritate Hispani equites à Touarre missi su-
 peruenerūt,

A peruenerunt, nunciantes à Barbaris proculdubio instructas esse insidias
 ad oliueta, quod multa Numidarum agmina in his condita ab explora-
 toribus referrentur. Sed hæc rex ipse atque Lofredius facile contempse-
 re, quum in fata sua prouerent; & tam feruidè quàm incautè ad eā por-
 tam prouherentur, quæ naualibus portuque imminet. Tū uerò è mœ-
 nibus conspecto Muleasse Afrorum equitum ualida manus hostili im-
 petu porta erumpit, & magnis clamoribus editis pugna committitur.
 Ala regia familiarium erumpetes egregie sustinet. Sed Muleasses impi-
 gre hastam quatiens, & obuios quosque saucians in fronte uulneratur.
 B Cruenta regis facies suos magnopere conturbat, & terga uertere cogit,
 Nec mora ex oliuetis frequētes equitum alæ, peditumque cohortes sese
 undique Lofredianis circumdant, in quos nostri aliquot minora tormē-
 ra curulia emittunt. Verum his semel displois ad iterandos ictus spatium
 nostris deest. Tanta enim incurrentium Barbarorum uis atque celeritas
 fuit, ut nostris, ubi se circumuentos ac indagine clausos uiderunt, animi
 conciderent, & fæde abiectis armis occupante pauore in paludē se con-
 iicerent, & enatando apprehendendōque nauiculas sese à Barbarorum
 gladiis eripere niterentur. Eæ nauiculae magno usui fuere profligatis, quū
 C instructæ minoribus tormentis Barbaros, admissis etiam in paludem e-
 quis, nostros auidè consectantes disploendo perterrere, atque ipsos
 adnatantes exciperent. Lofredius inopinato hostium incursu attonito
 similis, equum Thracium, natare solitum, in paludem adegit: ubi ne-
 quicquam per uoraginosā uada eluctante equo, ut in sicum rediret li-
 tus, ac honestius caderet, à Barbaris confossus, atque equo deturbatus in
 palude periit, & cum eo Carolus Toccus illustri Græcorū sanguine pro-
 genitus. Solus fere omnium Cola Thomafius, uti prædixerat, cõstantis-
 simè occubuit, adhortatus notos ceturiones atque præfectos, ut secum
 D impigre dimicantes decoram pro dignitate antea actæ militiæ mortē po-
 tius oppetere, quàm turpissime in paludis cœno perire mallēt, atque ita
 multis Barbarorum confossis, & obtruncatis inter cadauera hostiū non
 inulti ceciderūt. In his fuere, infauftæ uirtutis laude digni, Iacobus Ma-
 cedonius, Antonius Grandillus, & Laurentius Monfortius, Neapolita-
 ni honesti ciues. Reliquos hausit palus, aut hostilis gladius absumpsit,
 quum meliore sorte Franciscus instruendæ aciei magister, cum Antonio
 Buccaplana, & Lucio Brutio incolumis enataisset. Muleasses suo cruore
 & multo puluere fædatus, quum inter turbam terga uertentium profu-
 geret, nulla alia re magis eum hostibus prodente, quàm unguentorum
 E odore, agnitus captusque; est. Desiderati sunt ex ea cæde supra mille & tre-
 centi, reliquos Touarres uestiendos, recreandōsque curauit, qui nō mul-
 to post transportati in Siciliam, à Messanæ freto pedibus redeuntes, ab
 egestate squalorēque deformes, eam cladē Neapoli miserabilem fece-
 re. At Amida uictor nihil antiquius habuit, quàm ut patrem adempto
 ei oculorum lumine immaniter obcæcaret, quod fiebat candenti scal-
 pello, proscissa utriusque oculi pupilla. Eandem fraternæ sauitiæ iniu-

riam tulere Nahafar & Abdalas cum Muleasse patre capti. Francisco autem Touarri significauit apud se seruari paucos, & hos quidem imberbes captiuos. Muleassi uero patri atrociora promerito, uti ille fratribus suis olim fecisset, oculorum se usum ademisse: reliquisse autem uitam, ut cæteris crudelissime scæuentibus exemplo foret, & ipse erga perfidiosum patrem à clementiæ nomine non abhorruisse testaretur. Firmavit demum certis conditionibus eandem, quæ cum patre fuerat amicitiam: quum eam sibi magno usui, in ea præsertim noui regni perturbatione, futuram existimaret, nihil aspernante Touarre, quod præsentis commodo seruire posset. Nam percussis induciis Amida aliquantum pecuniæ G representauit, quæ stipendij nomine præfidiariis Hispanis solueretur, reddiditque nonnullos captiuos, & in his è Rabatinorum ordine circiter uiginti equites Christianos, quos custodiæ antea tradidisset, tãquam in fide patris contumacissimè perseuerantes. Ad hæc quoque restituta sunt cuncta ad unum Lofredij uexilla, cadauerque eius, adempto tamen capite, ad sepulturam remissum est. Dedit etiam obsidem Sehitem filium annorum nouem, quod nomen apud Pænos bene fortunatum significat: ea tamen conditione, ut si ex his induciis, quæ temporariæ uidebantur, pax esse non posset, atque inde oriretur bellum, Sehitem H sibi Touarres incolumem continuo redderet. Impetrata quoque sunt à Touarre Lofrediana tormenta, quorum iacturam quanquam non magnificeret, Tunetanis tamen hostibus aliquando profuturam iudicabat. Eæ induciæ quanquam non iniquæ, & multis de causis necessariæ uideri poterant, ideoque à multis probarentur: nequaquam tamen Touarres ex dignitate Cæsaris esse statuebat, quod indignum foret eum potiri regno, qui immani perfidia, nefarioque scelere, id contra Cæsaris authoritatem occupasset. Quamobrem Touarres noua agitât consilia, quibus uel ingrati, uel auari animi ratio inclusa uideri poterat, accersendumque legitimæ hæreditatis regem statuit, qui nutu Cæsaris I Amidæ iniuria uehementer offensus, apud Tunetum Christianis auspiciis imperaret. Erat apud Numidas Abdamelech, exul ab eo tempore, quo Roscetem ad Barbarussam confugisse docuimus. Hunc quod esset Muleassis germanus frater, ad spem regni euocat, confisum Anemsehæ Numidarum reguli opibus. Nam apud hunc benignè exceptus hospitio, diu permanerat, quum è Biscari mediterranea urbe, occupantibus eam Turcis, ad interiora Numidiæ profugisset. Nec oblata occasione deest Abdamelech, hortante præsertim Numida, & prædicentibus iam pridem astrologis, eum proculdubio regem euasurum, & regni compotem in ipsa regia Tuneti excessurum è uita. Patranda autem rei peropportunum tempus aduenisse uidebatur, quod tum abesset Amida, uti compositis urbanis rebus, ad Bisertam profectus, ut ibi piscosilacus magnum uestigial exigeret. Itaque Touarres, ut pactiois fidem tueatur, Sehitem puerum nauigio Tunetum remittit, excipiturque ab eo Abdamelech, qui noctu maxime confectis itineribus ad Guletam peruenerat.

A peruenerat. Is celeritate speculatores præuertendos ratus, paucarum horarum quietem equis recreandis tribuit, & cum globo Numidarum ad Barbauecâ Tuneti portam peruolat, ingressusque confestim ad arcem contendit. Nec eum portæ custodes morantur, rati eum esse Amidam, qui à Biserta rediisset. Nam Abdamelech scælici dolo totam faciem lineis sudariis inuoluerat, Pænorum more, qui eo uelamento uti solent, ut ora à solibus pulueræque defendant. Eo cognito attoniti custodes, quum ad arma discurrerent illico trucidantur, unusque ante alios aduersari ausus primæ custodiæ præpositus Nanferhalla, natione Siculus, confoditur: atque ita Abdamelech deterritis cæteris, & nihil præ metu se commouentibus, admissaque in arcem Tunetanorum ciuium manu, rex salutatur. Is ante omnia Sehitem puerum custodiæ tradit, & in eandem formulam Touarri tributum pollicetur, qua Muleasses à Cæsare regnum accepisset, eique in partem stipendij aureorum nummum sex milia dinumerat. Nec multo post in lethalem incidit morbum, & ut diuinantium mathematicorum fidem impleret, trigesimo sexto imperij die uita excedens regio funere elatus est. Potentissimi autem amicorum & Tunetani principes obnixè fauete, cohortantæque Touarre, Mahometem filium, annorum ferè duodecim regem creauerunt, eique statim adhæserunt qui ætatem eius regerent, muneræque rerum publicarum ex arbitrio obirent, Abdalages Maniphates, qui interfecti Temtis erat frater, & qui tum erat Mesuar Abdelchirinus, quæ uox seruum exprimit liberalem. Secundum hos Scyriffus Mahometanæ peritus legis, ex Bugæa origine Maurus, & Ioannes Perellus ex equitum Rabatinorum ordine, patria Tarentinus. His cuncta parebant, sed Abdelchirinus intempestiæ probitatis atque prudentiæ consilium coquens, quum diceret Tunetana ciuitati nequaquam puero rege esse opus, sed statæ ætatis maturique ingenij uiro, qui alienis consiliis circumduci non posset, exitium sibi citò peperit. Excogitans enim quonâ modo regiæ stirpis regem efficeret, frustra circumspiciens, nec consilium maturè explicans, præoccupatibus collegis est interfectus, ea crudelitate ut nec propinquis eius nec clientibus parceretur. Eo sublato cæteri, quos diximus, summæ potentiæ ueræque tyrannidis triumuiratum condiderunt. Sed Perellus gynæceum inuasit, quod ei tanquam professione Christiano tum licebat, & in libidinem effusus Amidæ concubinas ad unâ omnes constuprauit, singulari cû dolore Amidæ, qui Tuneto exclusus, errabundusque ad Leptim, atque inde nauigiis ad Sceccû Gyrapolitanû Mœnicis peninsulæ regulum confugerat, passim ab omnibus opem implorans ad repetendum regnum quod à nefariis hominibus summa perfidia occupatum indignissimè uastaretur: quum regi puero impotenter atque improbè dominari, quàm ei syncera fide in administranda republica adesse mallent. Hæc eadem uera esse Tunetani sentiebant, querebanturque de Abdelchirini morte, qui optimatum princeps, patetque patriæ, à perditissimis hominibus nefariè fuisset interfectus, neque pati poterant ciuitatē gubernari à triumuiris, qui

nullum avaritiæ, libidini atque sæuitiæ modum imponerent: quorum F
dominatus, si regis pueri maturior ætas foret expectanda, crescente in
dies licentia, multo durior ac acerbior euasurus crederetur. Dum eo mo
do Amida notos sibi adiens, & à singulis auxilia postulans, ciuitatum er
ga se uoluntates excuteret, multisque pollicitationibus nouas passim sibi
amicitias parare contenderet, Muleasses pædore carceris, & suæ calami
tatis deformitate miserabilis, à fratris filio rege impetrauit, uti arce egre
di adireque templum sibi liceret Ameti Benaros, uiri olim sanctissimi,
quod apud Afros in urbe Tuneto asyli inuolabilis nomine augustissi
mum habetur. Nec diu post, quum Bernardinus Mendocius, Hispanicæ G
classis præfectus, ad Guletam applicuisset, expetente Touarre, è templo
ad stagnum, atque inde nauigio ad Guletam perductus est, ut consulta
tionibus interesset, quibus arma aduersus Amidam, totiúsque eius ora
Turcas pararentur. Muleasses antea Tunetanorum sibi ualde infensorú
gladios effugerat, mulierculæ inopis misericordiã feruatus, quæ eum a
nili pietate in serobe multis allij fertis coopertum aduersus quæritantes
abscondisset. Nec minore quoque salutis sorte mortem effugit, quum
opportune ad Guletam esset aduectus, quando ei Amida uir sæuus, qui
mox Tunetum reperit, uel in augusti templi asylo, uti ipse referebat, mi
nime esset parsurus. Muleasses paulo antè filiam nomine Meluccã, quæ H
uox Angelam exprimit, Touarre auspice puero regi, uel improbantibus
Tunetanis, desponderat. Ea res ciuium animos ita exacerbauit, ut Ami
dam euocare literis, nunciisque accersere maturarent: quibus ille con
fusus, ne occasione iam planè suo arridenti uoto deesset, è Gyrapoli pro
fectus, biremibus Turcæ prædonis, cui debilitati cruris uitiú Claudii
cognomen fecit, Leptim aduehitur, atque inde coacta equitum manu Tu
netum peruenit: tanta celeritate, ut regi puero uix euadendi, & scapham
conscendendi spatium daretur, cunctaque ei paterent, nec quisquam ar
ma corripere, aut hiscere auderet. Primum omnium Amida Perellum è
latebra erutum omnibus tormentis excruciat, abscissisque uirilibus ui
uum in foro comburi iubet. Nec Perello animi constantia defuit, quum
oblato uitæ munere adduci non posset, ut à Christiana religione desce
ret. Nec multo post, quæstione habita, Maniphætẽ, quem Abdame
lech crearat, interficit, atque item urbis prætořẽ, & secundum hos ex
ordine Rabatinorum circiter quadraginta, quorum cadauera rex inhu
manæ feritatis laceranda canibus obiecerat: aliàs solitus in uiuos etiam
homines mordaces molossos, diurnaque fame, ut asperius sæuirent, K
efferatos immittere. In eo quoque supra crudelitatem incesta libido ue
hemẽter efferbuit, quum nec sorori quidẽ parceret, & in omnẽ sexum, ubi
forma ad genium responderet, improbissimè debaccharetur. Cæterum
Muleasses non diu apud Guletam subsedit, ut ipse aiebat, Touarris a
uaritia grauius offensus. Quærebatur enim, ab initio depositam apud
eum regiam gazam nequaquam integra fide tam iniquè à fortuna mul
to redditã fuisse, pretiosaque suppellectilis partem cum insignibus gẽmis
certoque

A certoque auri pondere, sibi misero iniquissimè surreptã. Quum autem
eius cõtumeliã notã Touarres pluribus argumentis diluere properaret,
eò res est perducta, ut Touarres ab rege furti & peculatus apud Cæsarem
reus efficeretur, & uterque in Germaniã contenderet. Verum Cæsar ad
æquitatem facti controuersiam adducens, cõposita potius quàm diiudi
cata lite, eo exitu utrumque dimisit, ut Touarres ex Guletã præfectura
detractus sit, Muleasses uerò in Sicilia perduceretur, publico Siculorum
sumptu alèdus. Filius autè eius Mahometes, qui obses fuerat, ad ulterio
res Numidas Lentigesie auie propinquos, ut fraterni imperij successum
B tutus ab insidiis expectaret, auis itineribus confugit. Quum ex itinere
Muleasses Romam uenisset, excipereturque conuiuio ab Alexãdro Far
nesio Cardinale, ita se ad uarias percunctationes humanum facilẽmque
præbuit, ut insigni cultus & gestus grauitate ueteris fortunæ maiestãtẽ
tueretur. Nam ab elati ingenij more Barbaris insito, deductus ad Ponti
ficem nequaquã maiorem honorem impendit, quàm ut ei genu tãtum
oscularetur, & qui oculorũ orbes lintea uitta occultatos gerens nihil in
tueretur, obstipa tamen & erecta ceruice regiæ superbiæ insolentiã refer
ret. Ab eo demũ narrante multa literarũ memoriã digna, de recentibus
C bellis, Punicisque rebus, & institutis didicimus, & quum non ineptè de phi
losophia sermones illati essent, quanquã per idiotas interpretes collo
queremur, perspicuè tamen eũ Auerrois studiosum, & sectatorẽ dispu
tando deprehendimus. De natalibus autè suis ita disseruit, ut Chorreã
familiæ nomen, ex qua ipse præalto stemmate natus est, ad Homarẽ, Ma
hometis pseudoprophetæ consanguineũ atque discipulum, referret: cui
ius stirpis Tunetani reges, nihil intercisã, aut alieno, sanguine depraua
ta serie, per noningentos supra quinquaginta quatuor annos regnarint.
Propterea affirmabat Tunetanum regem, augustiore cognomento, ap
D pellari Emir Mumenim, hoc est, in religione optimè credentium princi
pem. Memorabant autè familiares eius, neminem ei uirtute equestri, pe
ritiãque armorum posse comparari, quum ex adulatione iactarent eum,
quod ad uenatoriã artis decus pertineret, non multis ex quo imperasset
annis, ducentos amplius iubatos leones in syluis equestri lancea confi
xisse, quorum tergõra siccata repletãque paleis, ad imaginem uiuorum,
testimoniũque uirtutis, tanquam decora proximãque militiã hone
stissimæ exercitationis trophæa, in peramplis hortorum porticibus spe
ctarentur. Quibus de causis Muleasses tam sæuo diræ calamitatis infor
E tunio prorsus indignus nobis etiam uideri possit. Eodẽ hyemis initio,
quo Muleasses ab aduersa fortuna acerbissimè multatus est, & Barba
russa Niceæ arce nequicquam oppugnata ad Tolonem in hyberna con
cessit, Franciscus rex à Belgico bello honesta cum laude reuersus, quod
Landresiano præsidio opem fortiter attulisset, productãque acie Cæsari
maximis gentium ferè omniũ aucto copiis pugnæ potestãtẽ fecisset,
noua copiarũ supplementa in Italiã misit, ut amissi Mõteuici detrimen
tum Buterius nouo ausu resarciret. Iã enim Hipporegiã tormẽtis ador
II ij

tus, eò præsidium Cæsarianorū adduxerat, ut prostrato murō ægerrimè Gallorum impetum sustineret, & deditionē breui facturū uideretur. Sed aduentu Anghiani noui ducis ex Gallia, Buterius quum ab eo cessare, oppeririq̄ se iuberetur, cum recentibus scilicet copiis appropinquantein, ut prælio & expugnationi urbis interesset, indignabundus ita impetum repressit, ut hosti ad erigendos nouos aggeres, confirmandosque animos spatium daret, & partæ proprè uictoriæ deesse mallet, quàm eius propè confecti negotij laudem cum adulescere imperatore communicare. Is erat regiæ stirpis è Borbonia familia, quem Massiliæ Barbarussam excepisse docuimus, cui Buterius uetus miles, & dux ingenio turbido, nihil præter honoris nomen militiæ concedendum existimabat, amissaque proinde uictoriæ euentu malignè lætaretur, quam ille importuno imperio iuueniliq̄ libidini interpellasse uideri posset. Hoc enim ingeniorum habitu, & tum, & sæpe aliàs Galli duces inter diras obtreccionēs bella administrare ita erat soliti, ut rempublicam post priuatum decus facile haberent: neque ob id pœnià à mitissimo rege uererentur. Galli etiam per eos dies Crescentinum oppidum tormentis quassatum, & Desannam, sanctiq̄ Germani uicina oppida, Cæsarianis ademerant, magno cum dolore Vastij, qui frustra diu postulata à quæstoribus Insulbrum pecunia, ut nouas conscriberet cohortes, imparatus, inferiorque multis rebus per hyemem bellum gerere cogebatur. Processerat tamen Nouariam usque, quantis potuit coactis copiis, ut prouinciæ præsidio foret. Nam Galli intra Montisferrati, & Sabaudia ditionis fines se intulerant, & circumfessuri Carinianum oppidum, quod est iuxta Padum positum, uidebantur. Id Vastius paulò antè occupatum (ut diximus) ualidis aggeribus munierat, præfeceratq̄ ei Pyrrhum Stipicianum summæ uirtutis atque constantiæ uirum. Ei autem aderant Felix Archius, cum Germanorum cohortibus tribus, & Michael Hispanus cū totidem Hispanorum uexillis, congestoque omnis generis comœatu Gallorum impetum expectabat: quod summæ opportunitatis esset id oppidum adgerendum bellū aduersus Gallos, qui obiectu eius munitissimi loci magnopere tardabantur, ne ulterius proferrēt uires, & liberiùs reliqua oppida tentarent. Gaudebat Vastius accessione eius oppidi multis de causis, eaque præcipuè, quod amissi superiore anno Claraschi par detrimentum hostibus rependisset. Itaque obstinatis animis, & Vastius id tueri, & Anghianus obsidere, atq; recipere contendebat, tãto studio, ut Anghianus longam obsidionē institueret, castris in conspectu hostis positis, & Vastius è Germania in auxiliū duas legiones accerferet. Tota nanque utriusque imperij, existimationisq; ratio in eius oppidi defensione, expugnationeq; posita erat: sic ut pleriq; facile prædicarent, uti mox euenit, eam cōtentionē uniuersæ pugnae casum allaturā, quod antea per octo annos inter perpetuū gerentes bellum nunquā accidisset. Proinde futurū ut una insigni pugna diuturno bello, intolerandisque miserorū incolarum calamitatibus finis imponeretur. Iā plures mēses Pyrrhus obsidionē atque

A que inediā fortissimè sustētarat: sic ut præsidij lectissimi milites ab inopia rerū extremāq; desperatione auxiliij, de eruptione cogitarēt. Sed eos Pyrrhus animo corporēque ad perferēdas totius inopiæ difficultates paratissimus, blandis honorificisque alloquiis in officio continebat, quum nullam edendo prælio, si erūperent, occasionē ad uictoriam ostendi differeret: proindeque eum conatum fœlici euentu cariturum, quoniam Galli nequaquam temere, uti aliàs, sese circunuallassent, multisque tormentis atque equitatu essent instructi, sperarētque sine sanguine uictoria potiri: quando etiam ab oppugnationis consilio propter mirificos aggeres, præstantisque præsidij opinionem, non ineptè discessissent. Neque demum de Vastij studio diligentiaque esse dubitandum: eū enim & suæ laudi, & publicæ causæ, totque militum obsessorum saluti magnificè atque impigrè satisfacturum. Propterea æquis animis uini desideriiū tantisper ferrent, & his, quorum copia adhuc superesset, uitæ alimentis contempti essent: postquam uiri fortes non ad furfures tantum, sed ad inusitati generis cibaria, pro commodo principū, peculiarique sua laude, aliquando descendissent. Ea quoque erat Pyrrhi comitas externis iucunda militibus, ut uini lagenas, quas sibi expetenti Anghianus hostis humanitatis causa dono mittebat, nequaquam sibi referuaret, sed uiritim præfectis atque signiferis quadam parui calicis libatione, quod pleno potui non sufficeret, hilariter dispartiretur, Germanique, uel natura uini appetentes, patienter, & iucundè puteali aqua sitim lenirent, & cuncta obsidionis incommoda prius se fortiter perpeffuros, quàm indignū quicquam uetere gentis constantia de deditione auribus admitteretur, per centuriones atque signiferos cōfirmarent. Vastius quoque eorū animos per literas, quum speculatorū facultas dabatur, bonæ spei implebat salutemque totius præsidij, & singulorum præfectorū decus summæ cura sibi futurum pollicebatur. Eo tempore Cæsar ueteribus suis innixus cōsiliis, ingens agitabat bellum, quo Galliam incunte æstate inuaderet, experireturque maioribus coactis uiribus, an Fraciscus rex elici pertrahique posset ad summam dimicationem uniuersæ pugnae, in spem amplissimæ uictoriæ, quam sibi nuper ad Landresium propositam, è manibus elapsam fuisse iudicabat. Hoc ut assequi posset assiduè dabat operā per legatos, ut Henricus Britannia rex in Gallia maturè traiceret, suo pte ingenio, & more gentis Gallico nomini infensissimæ magnopere concitatus. Cum eo nanque ita fœdus percusserat, ut Gallia regnum certa conditione cum Anglis partiretur. Tantum enim Cæsaris odium ualebat, aduersus Gallos ab auorum usque memoria conceptū, ut grauissimarum offensionum ex repudiata adactaque ad necem materteræ penitus obliuisceretur, nec iniquum & fide sua indignum existimaret, ad contumeliam Pontificij nominis, cū eo rege fœdere coniungi, qui propter euersa sacra, despectamque & conuulsam Romani Pontificis existimationem, Christiano iure anathemate à Romano senatu fuisset damnatus: ipso præsertim Cæsare id orante postulantēque, quū se in Britani

regis gratiam nunquam rediturū iurasset, nisi Pontificiæ dignitati Hen. F. ricus satisfaceret, & ad ueteres sacrorū ritus, pristinamque Romani Pontificis authoritatem se conferret. Quod autem erat reliquum, assidue inuigilabat, ne Germani milites Gallicis stipendiis allecti in Galliam transirent, propositis edictis atrocibusque pœnis, his qui id ausi, deprehensique essent. Pari diligentia pagorum Heluetiorum principes aggrediebatur promissis atque muneribus, ut Gallorum delectus in conscribendis cohortibus impedirent, aut retardarent: quando in eius gentis auxiliis salutem Gallia positam esse prospiceret, quæ Germanicis legionibus tanquam exæquata uirtutis opinione opponi possent. Ne uero Italiam G. negligeret, ipsumque præsertim Mediolanum, nouis Anghiani copiis ad prædam expositum, Neapolitanosque Barbaruffæ classis reditū extimescentes: duas Germanorum legiones in Italiam misit, quibus iniunctum est ut Vastio operam præstarent, ac demū, si ita usus posceret, mari Neapolim deucherentur. His præerant duo Scaligeri proceres, Christophorus, & Brennor, qui stirpis ueterum Veronensium principum esse dicebantur. Harum spe legionū confusus Vastius, quod erant ex delectu Vindeliciæ, Baioaria, & Norici, splendidibusque thoracibus, & galeis Mediolani fuerant instructi, è Vercellis Astam se contulit, & magnum inde H. farcinariorum iumentorum usque à Mediolano, agrestiumque carrorū numerum contrahi iussit, quibus magna uis instituti & antea parati comatus omnis generis, Carinianum ad obsessos conueheretur. Et quam non multi apud se essent Hispani, nec plenæ admodum essent ueterum Germanorum cohortes, quas Baro Seifnechus ductabat: tamen non deterrebat quin prodiret, confirmatus præsertim Italicis cohortibus, quæ amplius sex millium militum numerum implebant, eorumque magna ex parte sclopettariorū, qui assueti, inueteratique perpetuis Subalpini belli expeditionibus, egregiæ exercitationis opinionem fuerant consecuti. His omnibus præerat Robertus Sanseuerinus, princeps Salernitanus, cui adiutor & propè magister à Vastio fuerat attributus Cæsar Massius, è Neapoli uetus peditum præfectus, quo nemo plura stipendia meruerat, quum per triginta annos Cæsari integra uirtutis & fidei fama operam nauasset. Vna tatum Vastius angebatur equitum paucitate, infirmitatēque, quum uix septingenti galeati recenserentur, qui etiam leuis erant armaturæ, comparatione Gallorū equitum, apud quos iusti roboris cataphractorum alas esse didicerat: quarum impetum Cæsariani apertis in campis nequaquam laturos uiderentur: ob id præcipue, K. quod illustres aliquot iuuenes, quorum principes erant Vidamius, summo loco in Carnutibus natus, & Asseius Aruernus, Galeoti totius Gallia tormetorum præfecti filius, pugnae studio è Gallia hortatu Regis in castra uenisse, secumque adduxisse plures eximia alacritatis equites, exploratum habebat. Quibus de causis coactus est cōfugere ad Cosmum Medicem, implorando ut sibi in tanto periculo, tātāque exiguitate temporis, nouos cōscribere milites nequeunti, ab Etruria equites submitteret.

Cosmus

- A Cosmus tamen si cauendum sibi ab insidiis exulum, quas aduersus se parari audiebat, & tuendam à Barbaruffæ impetu maritimam orā arbitraretur, quando aperto iam uere Barbari ad nauigandum idoneum tempus habere uiderentur, Cæsari tamen, cui summa omnia debebat officia, & Vastio æqua postulanti, communi in rerum discrimine deesse noluit, misitque Rodolphum Baleonum, Malatestæ filium, cum insigni ala ueteranorum equitum: cuius accessione Vastius adeo lætatus est, ut in spē ueniret confirmandi equitatus sui, experiundæque prælij fortunæ, quū peditatu superior, aut certè par, tutò configere se posse speraret. Nam eo
- B animo hostes, duce Anghiano, apud quem erāt periti atque acerrimi duces Termeus atque Buterius, ad uillam Stalloniam castra posuerant, ut Vastium illac pertransire conantē, iusta edita pugna adorirentur. Erant nonnulli, togati que præsertim, qui pugnae casum Cæsarianis, tanquam minus necessarium, omnino uitandum esse prædicarēt, ob idque ducendum quoquomodo bellum, ut Gallorum feruidæ gentis impetus, non collatis in aciem uiribus, sed uti sæpe aliàs, spatio, & mora, leuibisque præliis frangeretur: nec tamen aduersas, quæ summæ erant in negotio, difficultates explicarent: sic ut Vastius ea tanquam uetera, & in præsentium
- C rerum momento parum opportuna aptè refelleret, atque eas quæ aliter euadi nequirent, fortiter audendo superandas esse demonstraret. Nam præterquam quod receptus omnis, segnisque cūctatio ignominia & durissimi exitus pericula ferrent, triplex etiam incommodum, quod immineret, eum magnopere de summæ rei euentu sollicitum reddebat, hortabaturque ut suscepti consilij propositum teneret. Primum erat pecuniæ inopia, instantibus iam stipendiis: quando per mensarios curata Genuæ uel magnis usura impediis agerrimè representaretur, nec quæ erat Insubribus imperata, tanquam ab assidue expilatis, facile exigi, & comporari posset: sic ut non temere timendum foret milites posse dilabi, qui sine stipendiis, propinquo præsertim ualido hoste, contineri non possent. Secundum positum erat in salute tot fortissimarum cohortium, quæ cū Pyrrho, cui propter datam fidem deesse non poterat, extremum uitæ ac existimationis discrimen se adire, literis & uariis significationibus ostendebant. Postremum erat defecturi cito commeatus timor: nam ex continua pluuia, durisque subuectionibus per lutulenta itinera, penuria adeo creuerat, ut paratus ad subleuandos obsessos commeatus in alimenta præsentis exercitus absumeretur. Porro apud Gallos cuncta erant paratiora, & rerum omnium opulentia pleniora. Nam Anghianus, quamquam adhuc imberbis imperator, ueterum ducum suorum consilia secutus, Carinianum duplici fossa, perpetuæque munitione circumuallarat, binos in Pado pontes statuerat, lunatisque aggeribus utraque pontium capita munierat, per quos quotidiana omnis generis commeatus copia nusquam impeditus utebatur, & ad uillam Stalloniam, qui est uicus ultra Padum, positis castris, atque his aggere & fossa permunitis (ut supra diximus) hostium aduentum expectabat. Erat in conspectu Cari-

nianū, intercedente Pado: ad dexteram relinquebatur Carmagnola oppidum, & ad læuam Montecalerium, quæ Gallicis præfidiis tenebantur, ita ut Cæsarianis inter castella præfidiâque hostium ab Asta mouentibus, iter esset habendum. Interim Vastius misso ad Montemclarum Salernitano cum Italorum cohortibus, quum illac se transiturum simularet, eo non multo post reuocato, ad læuam per superiora uersus Summaripæ oppidum exercitum duxit, eodémque die Mōtatam castellum, quod ex itinere occuparat, peruenit: ratus se postero die Summaripam, tertio Casalem, quod appellatur Crassum: quarto Carinianum omnino peruenturū. Cuius suscepti itineris rationes disertè explicabantur, quod superioribus locis Padum uado transire, eoque itineris flexu Transpada nos hostium commeatus intercipere, & si hostes superuenirent, erupentis præsidij certissima ope, ancipitiq; acie inclusos, aut auertere, aut profligare soluta obsidione sperabat. Verum hæc uel appositè consultata fortuna irrisit, uti impotens bellicarum rerum pro libidine gubernatrix. Nam cœlum densa nube turgidum, tantam uim imbrium iter habenti superfudit, ut riuus agrorum dudum sine aqua in speciem amnium atq; torrentium intumescerent, itinera præalto obsita cœno carrorum rotas deuorarent, equi tenaci luto semihauisti ad incessum cogi nequirent, & milites amissis calceis ægrè eluctando madefacti, iniquitatē itineris, nec desinentem cœli iniuriam deiectis animis non perferrent. Augebat tanta incommoda commeatus propè imminens desperatio. Nam assiduo imbre infusus humor, cruda pariter & cocta cibaria corruperat, tam fœdè tristiq; incommodo, ut milites quatuor dierum cibaria secum ferre iussi, cum publica tum priuata alimenterum iactura magnopere turbarentur. Tum uerò Vastius frustra indignari infestæ fortunæ, ab Asta noui commeatus supplementum adduci iubere, consolari passim milites, ut id pluuiæ detrimentum constanter ferre, & non dubiam cœli serenitatem ad uictoriam expectare uellent. Interim per Salernitanum Italicâque cohortes castellum sancti Stephani expugnari iubet, grauiorâque duo tormēta ibi deponit, quod ea, propter iniquitatem itineris, uel duplicatis equorum & bouum iugis perducere non possent. Cunctis difficultatibus remedia quæ ferri poterant diligenter adhibet, & cohortando milites spe prælij atque uictorię implet. Non deerat peritus locorum Vistarinus, qui è Cherio per Federicum Douariam Vastium hortaretur, ut omiſſa priore uia, ad se iter conuerteret, quod Sanctanna amnis facile uado superari, & Cherij amplissimo oppido exercitus aliquantisper recreari posset, indeque apparatis pontibus, obsessis opem ferendi, & si hostis sese offerret æquiore conditione configendi facultatem esset habiturus. Iam designati itineris quartus effluerat dies, quum Montata nondum excessisset, grauiſſimis atque inopinatis rerum casibus retardatus. At Galli de consilio itinerêque hostium non inani coniectura iudicantes, è uilla Stallonia, ubi aliquandiu confederant, motis castris, ut hosti propinquiores essent, ad Carmagnolam oppidum se contulerunt, intente

A tique & cuncta explorantes, ad omnem pugnae occasionem corpora atque animos pararunt. Sequenti die Vastius, quum sol uel ambiguus cœlum serenasset, uti statuerat, iter à Montata ad Summaripam direxit. Ipse ad dextram cum manu equitū ad Stallonia castra unde hostis discesserat, & ad Carmagnolam usque luſtrâdo loca prouectus, reperit hostes contra consuetudinem ad leuia certamina elici non posse, eosque tormentis tantum instructos in muro consistere. Excepit tamen duos milites fortè uagos, à quibus eadem, quæ de hostibus antea didicerat, certius cognouit: paratum scilicet esse Anghianum prælio decertare, eumq; ornatissimo abundare equitatu, quo se certis rebus parem, hosti supericrè, & denique uictorem euasurum cōfideret. Vastius interea, quod magno usui fuit, ex itinere Ceresolam uicum à præeuntibus occupari iussit, eiq; Guterium Chesadam corporis custodiæ præfectum, cum ducentis sclopetariis præsidio imposuit. Et quanquam ad Summaripam, quod magnopere cupiebat, peruenire contenderet, Ceresolæ tamē necessario castra ponere coactus est, quod Germani tardius subsequerentur, propter tormenta quæ nisi difficili magnoque conatu pertrahi non poterant, & Hispani ad postremum agmen relictī, ingruente iam nocte, redintegrataque pluuiâ, à reliquis longè abessent, ac Salernitanus Italos, uariis atq; durissimis afflictos incommodis, extremâque lassitudine fatigatos adduxisset, quibus omnibus si Summaripam petere uellet, uallis frequenti aquarum uoragine, & alnis, multisque huiusmodi arbusculis impedita, per tenebras erat superada, atque eo incommodius, quod nisi ualde angustos & raros aditus ab agrestibus subita materia conſtratos transituris præberet. Ultra eam uallem paulo antè extraordinarij recentioresque Itali leuis armaturæ processerant, ductante Casare Massio, cœptisque & protractis leuibus præliis propinquo hosti speciem præsentis atque instructi Cæsariani exercitus fecerant, sic ut Galli qui densa acie incumberant, aliquandiu sustentati atque repressi, trāseundæ uallis consiliū abicerent: quam si transissent, Cæsarianis profectò magna & certa clades erat expectanda, uti postea Vastius animaduerso disiuncti imparatque exercitus sui periculo, confessus est. Is postero die à Ceresola discedens cunctum exercitum tormētaque traduxit, sic ut distincta suorum agmina aduentanti à Carmagnola hosti, patentibus in campis ostenderet, & per leuem Italorum armaturam pugnam accendi iuberet. Nec defuerunt oblata pugna Gallorum duces, qui se alacriter ad committendam pugnam accinxerant, eam multo tubarum clangore deposcentes. Iam utrinque leuis armatura disperso tumultuarioque certamine pugnauerat, quum fortè Itali tormenta duo audacius in aciem producta Gallis ademerunt, indeque clamor ingeminatæ uictoriæ sublatuſ est. Tum uerò Anghianus uniuersas copias hoc ordine cōstitutas promouit: in media acie Vascones, & reliquos Gallici nominis ueteres pedites optimè armatos, decoro cultu cristisque fulgētes, ita collocarat, ut eis Heluetiorum iam pridem Subalpino bello inueteratorum, ualidam manum ap-

plicaret, quibus tota frons latè extensa & æquata certo subsidio firmabatur. Dextrum cornu Heluetiis, qui nuper aduenerant, insigni animorum ardore pugnam poscentibus, attribuit. In sinistro autè cornu consistere Gruerij non multi usus, & subagreste militum genus. Hi erant ex regionibus quæ ad Losannam & Geneuam, Lemánúmque lacum pertinent, Heluetiis Bernensibus & Sedunis finitimi. His admixtæ erant Italicæ exulúmque præcipuè Insubrum & Allobrogum, Subalpinorúmque aliquot cohortes, acies quidem magna multisque uexillis conspicua, sed quæ ex tyronum magna ex parte diuersa utentium lingua, & tumultuariis delectibus conflata, nullam propè certæ uirtutis, aut firmi consensus opinionem præberet. Triplicem peditum aciem, triplex equitum agmen distinguebat, nam interualla, quæ relicta erant inter utrunque cornu, & mediam acie, diuisi per alas equites occupabant. Inter hæc & Heluetiorum phalangem constiterat Thermeus, apud quæ erat tota uis leuis armaturæ equitum, unius cataphractorum alæ præsidio cõfirmata. Buterius cum reliquo equitatu Grueriorum apertum latius tueri iubetur. Ex aduerso Vastius hostium ordines conspicatus integram Germanorum phalagem, quam inuicti roboris existimabat, mediæ hostium aciei, ipsiisque Vasconibus opposuit, eo ordine, ut in prima fronte Aliprandum Madruccium Tridentini Cardinalis fratrem, ipso id ad decus deposcente, collocaret. Nam superioribus etiam diebus generosus & egregiè pugna iuuenis alacriter fuerat professus, se Heluetios, quorum impetum nequaquam imperitè Vastius uereri uidebatur, cum sua tantum legione, quæ trium millium summam non implebat, inuasurum & strenue prostraturum. Secundum eum Scaligeri fratres uexillis in mediam aciem collocatis suas cohortes confertis ordinibus ductabant. Cornu dextrum Grueriis oppositum, Hispanis concedit, sic ut his statariæ militiæ quinque Germanorúm cohortes, duce Seifnecho, adiungeret. In sinistro Italos omnes constituit, iussitque ut sese in tumultu, qui à modica ualle leniter exurgit, sensim tanquam in æquiore locum erigerent, nec inde se commouerent, ne inordinati ab Heluetiis, qui erant in aduerso loco, uti disciplina impares funderentur, sed persistentes in acie Salernitani & Massij iussis obtemperarent, & uti sors prælij deposceret, per sclopettarios operam præstarent. Philippus Belga, Lanoij filius, qui toti præerat equitatu, eo spatio, quod inter Germanos & Hispanos intererat, consistere est iussus. Idem ut faciat Baleonus, Thermeo oppositus, iubetur. Præcipit autem Carolo Gonzagæ, ut Buterianos cõtra instructos diligenter obseruet & inuadat. Eo modo constituta directaque utrinque acie, & displosis utrinque tormentis, signa cecinerunt, appropinquarèque acies cœperunt, inter quas magno cum periculo uolitantium undique pilarum & glandiúm Vastius obequitans, collustrando cuncta oculis Germanos segnius quàm uolebat progredi animaduertit, sic ut propius accederet, & præfectos ad intendendum gradum comiter hortaretur, in uultu Scaligerorum fratrum deprehendit non dubia, ab in-

sitato

A sitato tristi que pallore, lethalis metus indicia. Proinde conuersus ad familiares Scalengum, Landrianúmque, & Saiauedram, qui eum ad excipièda reddendaque per acies imperia sequebantur? Deus, inquit, magnus hoc omè auertat, & uti maxime indigemus, hodie præsentis numine nobis adsit, postquam in his Germanis, in quibus tota spes & ratio parandæ uictoriæ posita est, quod antea nusquam accidit, præsentis prouocantèque hoste ad dimicandum nullam alacritatem conspiciamus. Primi omnium accepto pugnae signo, quod Vastius suorum hortatu dederat, Thermei & Baleoni equites concurrerunt, usque adeo graui impetu, ut multi utrinque sternerentur, magnoque ardore post abiectas hastas clauis atque mucronibus res gereretur. Ibi Thermeus, quum in pedites Italos procurrisset, ab his repulsus, uulnerato & cadente equo, à tyrone pedite capitur. Baleoni autem ala, quæ numero equitum erat inferior, quamquam uirtute præcelleret, cataphractorum inuadentium uim sustinere non potuit, sic ut multi in eo peracri congressu, in hisque Iulius Actius, tyranni Tudertis filius, caderent: ipseque Baleonus suffosso & moriente equo oppressus uix eriperetur, & pedes & saucius ad Italos pedites se reciperet. At in altero cornu fortuna ludo quodam prælij euentum alternare solita, Hispanis & ueteribus Germanis arridere uisa est. Nam Raimondo Cardonio & Seifnecho ducibus, exporrecta sclopettariorum ala, quam manicam uocant, tanta uis Gruerios inuaserunt, ut eorum aciem totam perturbarent, & in fugam uerterent, rusticamque casa, ad quam se applicarant, & aliquot tormentis potirentur, & alam Gallorum equitum fufis subsidio missam cruenta conditione perumperent. Cecidere in eo conatu Scrocchius, & Carolus Drosius, qui in eo cornu summam nominis auctoritatem obtinebant. Aseius quoque summam spei iuuenis feruidius irrumpens, Germanicis hastis ab ephippio deiectus, ex geminato uulnere triduo post interiit. Eo celeri quanquam incerto uictoriæ prouentu, Hispani accensis animis, fufos ad multum spatium persecuti, ita procurrerunt, ut cadendo, capiendoque, ad Carmagnolam usque cursum intenderent. Eodem tempore Germani, qui humi procubuerant, ut tormenta uitarent, imperante Vastio consurrexerunt, collectumque puluerem, quæ est uetus & religiosa eius gentis consuetudo, post terga proiecerunt, quum ea carimonia conciliari uictoriæ numen arbitarentur, promotisque signis hastas inclinarunt. Aliprandus qui in prima phalangis fronte constiterat, paucis passibus extra aciem prodies, E Molam in Gallica acie ducem, insignibus conspicuum manu ad singulare certamen prouocauit. Nec detrectante Gallo ita concurrat, ut mutuis ictibus ora perfossi ambo corruerent: Mola quidem lethifera cuspi de supra oculum ad oram galeæ recepta, & Aliprandus gena usque ad aurem perforata. Cadentibus itaque ducibus asperum & maximè cruentum prælium à primis ordinibus confertum est, quum utrinque robora lectissimorum militum & centurionum pro dignitate nominis & pro uictoria dimicarent. Aliprandi aciem ardentius promotam, Scaligeri ali-

quanto lentius quam oporteret secuti sunt, propter depressi, & inæqualis loci impedimentum, quo neque hastæ æqua ferie ferri, neque aptè coherentes ordines densari poterant. Eodem temporis momento, quum inter utrâque mediam aciem commissa pugna ardentissimè certaretur, Cæsariani equites sinistrum hostium cornu, ubi cum suo agmine Buterius ad procurrendum paratus & intentus uidebatur, adorti sunt, alacri quidem, sed inani, & mox uti apparuit maximè incommodo & fædo procurfu, nam prouecti ad hostilem aciem, nulla facta impressione, nec inclinatis hastis, sese in gyrum lunato cursu prouoluerunt, siue ut leuem hostium armaturam equestrem, extra cataphractorum subsidia ad pugnam elicerent, siue quod aciem perpetuo rigentem ferro ipsi leuius armati tentare non auderent, siue adducti incerta uoce à Goito, ut dicebatur, præfecto edita, qua equos flectere iuberetur, quasi nõ collatis equorum pectoribus, & conferta acie, sed per iteratos incurfus & recursus, Maurorum more, cum cataphracto hoste foret dimicandum. Ea sese præter spem inflectentium species admirationem primo Gallis, & mox fociis non incertæ fugæ suspitione præbuit: sic ut repente Buteriani terga uertentium ualido procurfu insequerentur, nec Cæsariani, clamate increpitantèque Vastio, sisti possent, sed præcipiti cursu in transuersam Germanorum phalangem deferrentur, eamque paululum post signa laxatam ueluti adacto cuneo totam aperirent atque profcinderet. Quo casu Galli hisdem uestigiis in hiatum perrupte phalangis insinuati, cunctos eius postremos ordines fædè turbatos, quod neq; galeis, neque thoracibus, uti anteriores, essent muniti, paruo negotio trucidarunt, quum latis & prægrauibus gladiis, quos à uenatoriis cultris non absimiles, suspensos ab ephippiis gestabant, integros inermium artus facillè detruncarent. Tum uerò Heluetij, qui Italis erant oppositi, conspecta Germanorum fluctuatione & cæde, neglectis ommissisque Italis, ad Germanos infesta signa uerterunt, utpote quos ab naturali odio ueros propriosque hostes ducerent, nec Italos per cauum & inæqualem locum adoriri possent, & deletis opportunè Germanis partam fore uictoriam iudicarent. Is repente suscepti consilij casus non dubiam salutem Italis, Germanis uerò certissimam attulit cladem. Nam sicuti illi armis & numero inferiores conspecta præsertim suorum equitum fuga, Heluetiæ impressionis impetum nequaquam diu latari uidebantur, ita Germani, qui à fronte Vascones & ueteres Heluetios summa ui certantes constantissimè propellebant, inuadentium ex obliquo Heluetiorum recentem uim sustinere nequiuerunt, sic ut à socio equitatu uesana & miserabili irruptione perturbati, & à nemine adiuti, quum in tergo à Gallis equitibus caderentur, & in frontè urgente hostium peditatu amissis ducibus stratibusque uexillis terga uerterent, ad unum prope omnes interficerentur. Cecidere cum Scalligeris fratribus uiri illustres, aut uariis militiae honoribus clari, præfectique cohortium, ante alios Vulcanus Furstembergi reguli filius, Michael Preusingher, in regenda ductandaque phalange Brannoris Scalligeri

A geri legatus, & Antius Vrsus multorum stipendiorum fama notus, & præter hos Hildebradus Tunnius, Balthasar Chaldeus, Iacobus Figer, Martinus cognomento Bursa, Adamus Braluis, & Baro Grinistennius. Aliprandus uerò Madrucius multis uulneribus susceptis, inter suorum & hostium cadauera semianimis repertus, in Anghiani potestatem deuenit. Eam uerò cladem meritò Germanis incidisse tanquam impiis, Lutheranaeque superstitionis piaculo damnatis, multi prædicabant, quod pridie, qui fuerat resurrectionis Dei Christi solennis dies, sacris interesse noluerint, talisque sæpe, quum ad iactus leuigata marmora quæritarèt, in altarium sacratis mensis lussissent, & ligneam Christi feruatoris statuam diris contumeliis, & multo demum cæno conspurcassent. At Itali ubi strata phalangis uexilla, & equites iusto cursu in fugam extentos cospexere, necessario & utili, uti mox apparuit, potius quàm honesto consilio subducere se in tutum reformidato uictore, & per depressum, què diximus locum, conseruatis tamen ordinibus, se recipere cœperunt, nulla ualidiore hostium manu eos laceffente aut persequente: eoque modo antè mediam noctem Astam peruenerunt. Eò multo antè Lanouis cum suo equitatu integer applicarat: sub occasum uerò solis ipse Vastius superuenit, quum sclopetti glande per ferream ephippij frontem, supra genu uulnus accepisset, aliquotque clauarum ictibus collisa casside nequaquam hosti cognitus, gladioque se defendens, è medio aduersæ pugnae tumultu se eripuisset. Tum enim secus ac alias soleret, non imperatoris insignibus, sed atro & mediocri sagulo, ne facillè agnosci posset, usus fuisse dicebatur. Cur autem Italos Gallicus equitatus nec inuaserit, nec sit persecutus, hanc fuisse causam reperiēbamus, quod amisso Thermo duce, sese dispersim ad opprimendum dextri hostilis cornu milites conuertissent. Hispani enim Seisnechanique Germani, qui Gruerios latè profligarant, longèque fufos fuerant persecuti, quum redirent, perfusi nauatae fortiter operæ gaudio, lociorumque ignari cladis, suspensis stupentibusque animis ad conspectam stragem, in uictores Gallos inciderunt, à quibus circūfuso equitatu tanquàm indagine clausi, propè sine uulnere capti sunt: quod uiri fortes perditis rebus fortunæ cedere, quàm stulta exitiali que pertinaciâ repugnare satius existimarent. Ante alios sese dedit Raimundus Cardonius, castrorum magister, eius filius qui cū Gallis, Galtonèque duce ad Rauennam improspere confligit, & cum eo Hispani clariores cohortium præfecti, Ioannes Beamontius, Ludouicus Chexada, Cósaluus Hernandius, atque Cheuedius, Baro autem Seisnechus oblato sibi equo periculum euasit, & Carolus Gonzaga quum pedites turpiter effugere conspexisset, ne id dedecus subiret in Gallos irrupit, deiectusque equo captus est. Pari etiam pudore, sed iniquiore honesti conatus sorte accensus Hercules Martinégus, illustri loco Brixia natus, quum in confertam hostium aciem cum ala sua sese, uti Vastij alūnum decebat, uehementer intulisset, cum Atilio fratre interfectus est. Pugnatum est ad Ceresolam postridie idus Aprilis, quarto & quadra

gesimo anno supra quingentesimum atque millesimum Christianæ salutis. Occisa autem referuntur ad duodecim millia hominum, sed multò maxima ex parte Germanorum. Neque enim, quum in acie utrinque æquato ferè numero supra quadraginta millia peditum constitissent, omnino incruenta uictoria Gallis obtigit, sinistro præsertim eorum cornu magnis cædis & fugæ detrimentis affecto, & aliquot ex illustri Gallica nobilitate desideratis, quorum cadauera Anghianus exquisito funeris honore profecutus, in Galliam ad sepulchra maiorum deferri iussit. Dú Vastius acceptæ cladis dolore, & totius summæ rei periculo percussus, seruatas uel ex turpi fuga copias colligeret & inspiceret, in spem uenit uictores Gallos his præfidiis posse sustineri, dissimulabatque non obscura quorundam delicta, eo uultu ut nemini palam succenseret, & de una tantum fortuna quereretur, Balconum uerò eximia ornaret laude, quem ferè unum, fortissima edita opera, & Cosmo principi à quo erat missus, & paterno auitoque suo nomini egregiè satisfecisse, attestante etiam Thermeo, differebat. Hortabatur autem Lanoium, ut fatalis erroris notam noua uirtute abolendam existimaret. Salernitani quoque & Massij consilia probabantur, qui in eo perangusto atque difficili aduersæ rei momento cohortes Cæsari magno usui futuras seruauissent. H Verùm eius iusto prælio inuicti antea ducis existimationem, præsentemque omnem militaris prouidentia diligentiam, odium (uti sæpe fit) ex re malè gesta repente obortum, & plerique ex amicis obrectatores facti uehementer obtrebant: iniqua hercle & planè misera imperatorum conditione, quod saluberrimæ cunctationi periculofam pugna aleam prætulisse diceretur: quasi flagitantibus quibusdam suorum, qui hostes arroganter despicerent, dimicando obtemperare, ne pristini sui decoris iacturam faceret, quàm bono publico prælium uitare differrèq; maluerit. Sed uti postea ex eius ore accepimus, nunquam futurum putarat, quin alioqui metuendam Gallici equitatus uim, per sclopettarios, sicuti ad Ticinum sceleratè accidisset, sustineret & funderet, ipsoque robore densa phalangis hostium peditatum egregiè superaret. Sed cuncta eo bello prælioque uel rectissimè ordinata unum, ut credi par esset, diuinum magni ultoris numen uiolenter euertisse: scilicet ut elatos, uirtutisque suæ insolenter confisos, & nihil de uictoriæ euentu dubitantes leniter castigaret, & Germani obiter scædo impietatis scelere contaminati grauissimè plecterentur.

LIBRI XXXXIII FINIS.



PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCKERINI HISTORIARVM
SVI TEMPORIS LIBER XXXV.

D Ost eam pugnam in subiectis Ceresolæ campis à Cæsarianis malè pugnatâ, Anghianus uictor, quanquam effusè lætaretur, sese tamen commouere ultrâq; progredi in Infubrum fines, & denique uictoria uti non potuit, quod multis rerum difficultatibus esset circumuentus. Ante omnia ueteranæ cohortes, promptissimo quoque militum occiso aut uulnerato, uehemèter attenuatæ, orbatæque multis centurionibus atque signiferis, nouo supplemento erant instaurandæ: & cuncti pariter equites, & pedites ex uetere militari consuetudine, uti acie uictores, dignum fide, & sceleratè nouique imperatoris donatiuum postulabant. Quod tametsi proluxa pollicitatione, & datis uadibus differri extrahique posse uideretur, nihil tamen quæstorum inopiam subleuabat, quoniam Heluetiis persoluendi stipendij dies aderat, quibus nullam excusatione utendum foret. Cuius negotij difficultates, neque facilè neque celeriter poterant explicari, propter præsentis rei nummariæ defectum, quæ nequaquam commodè nisi ab argentariis Lugdunensibus dissolui posse censebatur, & ob id aliquanto egrius & tardius quàm temporis exiguitas, & præceps occasio postularet: quum audendi procedendique ratio omnis in festinatione posita putaretur. Nouum quoque expediendis consiliis impedimentum attulerant Heluetij, quum inconsultis pagorum suorum magistratibus se Cæsaris fines inuasuros pernegarèt. Dicebant enim se ea præcipuè de causâ in Italiam missos fuisse, ut Subalpinae ditionis oppida, quæ regiis præfidiis tenerentur, à Cæsarianorum ui iniuriæque defenderent, atque obiter integra fide renouati sæpe sceleris iura tuerentur, quæ uigerent inter Heluetiam gentem, cui Grisones socij antiquitus essent annexi, & ipsas Mediolanensis imperij ciuitates, quibus tanquam uicinitate finium, & mutuo mercaturæ commercio amicissimè coniunctis, inferre arma neque ex scædere liceret, neque ex commodo suæ gentis expediret. Sed quanquam Heluetij precibus & seuera obtestatione, aut aliquanta demum pecunia suo more flecti, in sen-

K K ij

tentiámque perduci posse uiderentur, illud unum præcipue progredien-
 di tentandæque iterum fortunæ deliberationes suspendebat, quod reli-
 ctis in tergo tot hostium præfidiis, nequaquam prius in Insubres signa
 ex tuto uerti possent, quàm Carinianæ obsidionis euentum expectarét,
 propter quam multo susceptam labore, & singulari perseuerantia con-
 tinuatam summæ rei discrimen dimicando subire, quàm inde irritò in-
 cœpto abscedere maluisset. Quantum uerò qualéque præfidiū obsideretur,
 quantámque opportunitatem id oppidum, si reciperetur, ad paran-
 dam uictoriam esset habiturum, peritiores Galli facillè intelligebát. Ita-
 que Anghianus, qui mederi prius suis malis, quàm properantius quic-
 quam audere moliri que uolebat, Tessiū qui pedestribus præerat copiis,
 ad occupanda Montisferrati oppida, cum parte copiarum misit, & Cari-
 nianum arctius obsidere constituit. Pyrrhus enim, nihil aduerso Vastij
 successu terrefactus, hortanti comminantique Anghiano, ut diudica-
 tæ belli fortunæ cederet, desineret expectare nouam opem, & pertina-
 ciæ finem imponeret, postquam uirtuti, existimationique suæ tam diu
 perpeffus in ediam cumulatè satisfecisset, elato animo respondebat, ip-
 sius atque omnium militum, qui essent in præfidio, unum esse decretum,
 perferre cuncta obsidionis incommoda, donec extremæ alimentorum H
 quiesquilæ superessent: his uerò consumptis ad cruentam eruptionem
 corpora atque animos parare. Ab alia quoque parte Vistarinus è Cherio
 sæpe erumpendo obsidendoque itinera, magna quotidie inferebat detri-
 menta, sæpe raptis impedimentis, & equis iugatis, qui tormenta conue-
 herent, interceptis: aut ad suffragines, ut operi inutiles forent, grauius
 uulneratis. Hoc facillè Gallis accidebat, quod se uictoriæ fama tutos ra-
 ti, plerunque remissa diligentia inexplorato & sine præfidio, inter ami-
 ca hostiliaque oppida commeando, in prædatores inciderent. Certior
 etiam fiebat Anghianus Vastium integris Salernitani cohortibus, & in-
 columi toto fere equitatu confirmatum, si ipse progredi inciperet, con-
 tinuò prouehentis sese uestigiis institutum, aut adiuncto sibi Vistarino,
 & eductis, coactisque in unum omnibus præfidiis, Pyrrhum obsidione
 liberaturum. Is tum ab Asta secundo Pado ad Ticinum urbem descen-
 derat, ut uulnus quaquam minime sæuum, & obortam inde podagram
 curaret, & ex propinquo Mediolanenses præfides, reliquarumque urbiū
 præfectos hortaretur, ut timere desinerent, confirmarentque præfidia,
 & studiofissimè, uti semper fecissent, in stipendia pecuniã expedirent, su-
 stinendo hosti, si forte uel grauius affecto, & semilacero exercitu, conari K
 aliquid, & progredi auderet. Nec multo post Anghianus ut captiuorum
 multitudine exoneraret castra, uberioresque annona exercitus aleretur, ge-
 nerofo cõsilio omnes dimisit, ea conditione, ut Hispani in Hispaniam,
 Germani in Germaniã, per Galliæ fines reuerterentur. His præfidiū est da-
 tum, quod passim inuiolatos præstaret, atque deduceret: edictoque regio
 cautum est, ut cõmeatus transeuntibus pagatim præberetur. Iere Hispani-
 nici nominis milites sexcenti, & quadraginta tres, Germani uero supra
 mille:

A mille: liberauitque demum certa permutatione Raimundum Cardonium,
 & Carolum Gonzagã, ut Thermeum, cuius uirtuti plurimum tribuebat,
 pro duobus acciperet, quibus etiam liberaliter additus est Aliprandus,
 Cardinale Tridentino fratre eum accuratis precibus impetrante. Interea
 Vastius crebris speculato rum nunciis certior fiebat, regem Franciscum uni
 huic consilio maxime incumbere, ut Anghianum nouis augetet copiis, &
 bellum multo priore acrius & intentius in Italia accenderet, ut Cæsaris &
 Henrici impetum auertere, aut retardare conaretur. Eos namque aduersum
 se refricatis odiis acerbissime concitatos bellum parare didicerat. Appa-
 rebat enim Cæsarem, si amittenda Cisalpinæ Galliæ periculo distineret-
 tur, remissiore quam statuisset uirum apparatu Galliam inuasurum. Quã-
 obrem Petrum Strozzam, qui Florentinorum exulum erat princeps, regi-
 æque domui arcta propinquitate coniunctus, per Reticas Alpes in
 Italiam misit, datis secretioribus mandatis, quibus Gallicæ factionis stu-
 diosos ad nauandam operam excitaret: quibuscum communicatis con-
 siliis, & coactis copiis, instauratoque propere bello Cæsarianos adorire-
 tur. Erat Strozza elato ardentique ingenio, & optimis exculto literis: sed
 eo plerumque infræni, & aduersus pericula prorsus indomito, quum ardua
 C quæque atque aspera tentando, excelsæ & immodicæ laudis famam ap-
 peteret. Is nauandæ operæ cupidus, totius obeundi atque implendi cõsi-
 lij uim omnem in una maxime celeritate positam iudicabat. Itaque quæ-
 stores Gallos nihil expectandos decernens, ex sua pecunia circiter septem
 millia hominum conscribit, & apud oppidum Mirandulam cogit, quibus
 Georgius Martinengus nobilis Brixianus cum ala equitum adiungitur.
 Inde Venetias peruolat ut cum Hippolyto Atestino Cardinale, apud quem
 instruendæ rei & consilij explicandi summa erat autoritas, colloqueretur.
 Is acciuerat Petrum Mariam Roscium Italicis cohortibus Belgico bel-
 D lo præfesse solitum, & Galeotum Picum Mirandulæ Comitem. Quum de
 tota itineris capiendi, faciundæque irruptionis ratione disputaretur, Ro-
 scius id maxime iter recta per Aemiliam uiam probabat, quod paucis an-
 tē annis Cæsar Fregosius, Guido Rangonus, & Caninius Gõzaga ad op-
 pugnandam Genuam contendissent. Futurum enim esse, ut prius Placen-
 tiam & Derthonam præterueherentur, quàm Vastius pares numero ex-
 pediret copias, quas ad præoccupandum impediendumque iter confer-
 to agmine transituris opponeret. Anghianum autem cognito fociorum ad-
 uentum, minime dubitaturum, quin illico partem equitatus, quæ aduentates
 E opportuno præfidio confirmet & excipiat, Tanarum amnem traicere iu-
 beat. Altera erat quorundam opinio, aliquanto maturior atque securior,
 sed quam uel tantulæ expectationis mora plurimum infirmaret. Dicebatur
 enim eas omnino expectandas esse copias, quæ Romæ parabantur, iustis-
 que coactis uiribus uno consensu, grauique impetu bellum gerendum. Quum
 uerò ad Placentiam in una castra peruenirent, si id perterritæ gentis Insu-
 brum fama, & imparati hostis motus deposcere uideretur, superato Pa-
 do, recta ad Ticinum urbem, & Mediolanum usque signa promouerent,

excito scilicet ad communē uictoriæ spē Anghiano. Quòd si uel ille nihil se cōmoueret, uel urbes Insubrū opinione firmiores forent, tū secundi consilij occasionē sequerentur, & continuato itinere per Aemiliam uia contenderent: cōiunctisq; uiribus cum ipso Anghiano imperatore gerendarum rerum cōsiliū explicarent. Sed Strozza cui omnis tum inepta tum aduersa audacibus eius consiliis tarditas erat, se suo usurum consilio & bellum gesturum dixit, illacque perducturū copias suo sumptu conductas, quā eius suscepti belli fortuna iter monstraret. Proinde æquo animo perferrent, si non ignarus rerum suarū ab aliena sententia dissentiret, & celeritate sibi utendum arbitraretur: quando ipse peculiari suo periculo, quod salutem, famā, & opes respiceret, sui studij operam insignē regi esset probaturus. Hippolytus hæc Strozze deposcenti, enixēque uolenti uel inuitus concessit: ratus eum ex arcano consilio quod detegi nollet, nequaquā temerē, sed explorato aliqua tentaturum, quæ subsequētib; copiis Romanis, aperiendā uictoriæ initiū præberet. Habebatur interim Romæ, omnib;que Pontificiæ ditionis regionibus militum delectus, pari studio Cæsarianarum & Gallicarum partium, quū utrinque factiosi proceres, Cardinalēque beneficiis obstricti pecuniam proferrent, in neutram partem inclinante Pontifice. Frāciscus Ursinus, H magni Pitiliani nepos, & cum eo duo Sanseuerinæ familię reguli, exules Neapolitani Sommeus, & Capaccius, aliquot ueteranas cohortes ex factiosis, Guelphoque nomini addictis, instruxerāt, pari que contentione Marrus Columna, & Iulianus Cæsarinus ueteres suos milites, partiūque studiosos ad signa uocauerant, magno armorum strepitu in Galliā Cisalpinam properantes: hi ut Vastio laboranti opem ferrent: illi uerò ut Strozzeanis copiis iungerētur. Verum Cosmus Etruriæ princeps, expeditiore foelicioꝛeque in Cæsarem studio labantem Mediolanensium rerum statum, & Vastium asperrimis difficultatibus implicitum, opportunissimo tēpore erexit atque firmavit. Is enim post aduersam Ceresolę pugnam perspecto summę rei discrimine, nihil antiquius habuit quàm extēplo delectas parare copias, quibus Vastij uires, quæ erāt exiguæ atq; disiunctę, perturbatōsque itē metu Insubrum animos Etrusci auxilij noua spē cōfirmaret. Itaque contecto maxime consilio quid paret ad Andream Auriam perscribit, postulatq; , ut sibi classē uiginti triremium ad Etruscum litus mittat, quòd ea auxilia, multo celerius ab Genua Mediolanum, quàm alio itinere, peruentura iudicet. Probatur ab Auria cōsiliū, missisq; triremibus, duo milia ueteranorum peditū imponuntur. Hi summa celeritate Genuā deuecti, minimāque sibi ad quietē horam tribuentes, Apœnini iugum transcendent: incredibilisq; festinatione Pado, Graualone, & Ticino, superatis, Mediolanum magna omnium alacritate perueniunt, adducēte Rodulpho Baleono, qui eis obuiā ierat, ut singulos ad conficiendū iter hortaretur. Præerant cohortibus Otho Mōtacutus, Federicūsq; eius frater, & Iulianus Strozza egregiē uiri fortes. Hęc cōspecta manus, quòd ex ueteranis notisq; militibus cōstabat, Insubrum

A Insubrum iuuetuti, quæ iam animos, consilij & opis inops, prope despōderat, pristinā spē alacritatēq; restituit. Fama enim erat edita in uulgus, ab his qui Gallico nomini fauebant, Strozze multo maiores quā haberet, trahere copias, & Gallos occupata Nouaria in Ticino pontē parere, quo paucissimis horis Mediolanum peruolarēt. Quibus falsis rumoribus, in tanto tumultu metūque urbanæ res erant, ut nonnulli senatores trepidè uasa colligerent: alij ciues opulenti cum liberis & uxoribus, se conuicerent in fugā, & Vastius ipse perterritis omnibus ægerrimè nomen imperij sustineret. Strozza enim sua usus celeritate, eductis Mirandula copiis, Padum traiecerat, ad Casale maius oppidū, indeque recreatis copiis oppidi cōmeatu, præteruectus Cremonæ mœnia, Abduā amnem iuxta Castellionem nauiculis coniunctis ita superarat, ut in margine ulterioris ripæ erecta statim munitione, primi qui transierant, dū reliqui trāsueherentur, egregiē sese ab hostibus defenderēt. Eò nanque Hieronymus Sylua cum duabus turmis equitum, & quibusdā Cremonensium peditum uexillis aduolarat, ut Strozzeanos amnis transitu prohiberet. Sed in ea cōtentione Sylua glante brachiū traiectus, ab eo conatu sic discesserat, ut hostes quòd uellent, nemine qui resisteret inuento, iā adesse trepidis agricolarū nunciis crederentur. Timebat Vastius Laudi Pōpeię, C propterea eò Caldaronē Hispanum cum turma equitū miserat, qui Laudenses in fide contineret. Verum Mediolano multo maxime timere cogebatur, quòd cum Strozza Pallaucinus Vicecomes aduentaret, qui apud Insubres tanquā ex uetere principū stirpe ortus, magnas & illustres habebat cognationes, multasque populariū clientelas, quibus inductis & concitatis, tumultus facile posset excitari in perampla ciuitate, quæ asiduis ac intolerandis tributis alienata, parata credi poterat ad nouādas res, ut inuisum & prægraue Hispanici imperij iugū excuteret. Sed postquā Rodulphus Baleonus, ad quē antea Cosmus ad reparandā alam dono pecuniā miserat, Etruscis cohortibus obuiā profectus, redire atq; adducere magni roboris auxilia nunciatus est, deferbuit in populo conceptus timor & trepidatio, miraq; tranquillitas urbi dudū attonitę reddita est. Nā callidē & cōpositē Baleonus cohortes certis flexibus iterato circumductas, ut amplioris multitudinis speciē facerent, ea ordinū celeritate populo auidis oculis spectātī gratulantiq; ostentarat, ut tanquā cōseruator publicę salutis à quibusdā primoribus appellaretur. Quibus rebus cognitis Strozza, q̄ Etruscarum cohortiū celeritate se uictū uidebat, nec E sese populus uti sperasset cōmouere sentiretur, inanēsq; omnino Pallaucini exulis spes esse cōspiceret, ad lēuā deflexit, Lābrumque amnē subitario ponte iunxit, eò quidē indignantius & properatius quòd Anghianum, secus ac eū facturum crediderat, nihil sese in ea rerū occasione prouehere, sed Cariniano lentē obsidentē inefficacius & perrinacius quā oporteret hære didicisset. Is nāque paulo antè præclarē audētī, atque expedita inferēti arma literis ac nūciis significarat, se nullā rei ex cōposito bene gerēde occasionē esse prætermisurū. Interim Vastius explorato, ani-

maduersóq; hostiú itinere, multú diuerso ab eo quod antea fuerat suspi-
 catus, tanquã liberatis metu Insubribus, lectica sese efferrí iubet, eductis-
 que copiis Lanoium cû equitatu ad Belgioiosú oppidú præmittit: pedes-
 tres uero copias administráte Cæsare Massio, idoneis in locis, quæ hostis
 impetú sustineant, & motú obseruet, properè disponit, leuiáque passim
 prælia ab extraordinariis cõmitti iubet. Sperabat enim se hosté magnis
 inclusum fluminibus, raptóque tantú sese alentem planéq; irretitú, nul-
 lo negotio deleturum. Tum uerò Strozza, qui ad Orium uicú castra ha-
 bebat, prouiso rerum suarum periculo consiliu, quod necessitas affer-
 ret, repentè commutat, & ad Padum soluto Lambri ponte, ne per eú ho-
 stis insequeretur, signa conuertit. Id iter cõcepti timoris plenum, tumul-
 tuosáque fugæ simile, ac exitu perniciosum uideri poterat, nisi Petrus
 Aloysius Farnesius è Placentia aliquot lintres ad paradum transitú per-
 opportune atque amicissime suppeditasset: sic ut eius matura opportu-
 nãque ope Strozza subleuatus summum quod instabat salutis discrimé
 euaserit, quum ex aduerso Vastius oblatam delendi hostis occasione in-
 sperato effugio sibi ereptã frustra quereretur. Erat eo tempore Farnesius
 alieno erga Cæsarem animo, quòd à patre Paulo Põtifice, Parmæ atque
 Placentiæ princeps & Dinasta constitutus, nunquam id Põtificium mu-
 nus uel in gratiam Margaritæ filiæ enixe orantis Cæsar Augustali autho-
 ritate confirmare uoluisset. Hæc enim gemellos pueros rara fœlicitate,
 in spem auiti principatus Octauio pepererat: duriorémque in ea re con-
 cedenda patrem Cæsarem fuerat experta. Sed in Farnesio irritæ petiti-
 onis dolorem mirum in modum augebant multa aduersa, quæ de Cæsa-
 ris animo nusquam sibi propenso nunciabantur. Nunquam enim eum
 uel in præscriptione literarum, uel in legatorum colloquiis honestiore
 titulo ducem, aut principem appellare uoluerat: ne uel inanis tituli præ-
 iudicio imperatorij iuris auctoritatem abrogare uideretur. Qua contu-
 melia offensus studiú suum ad Gallicas partes conuertisse credi poterat,
 nõ ignaro, aut dissimulante Põtifice, qui in omni actione Tridétini con-
 cilij Cæsarianos præsidés Pontificiæ dignitati grauius malignéque ad-
 uersos extitisse cognouisset, & Britãnici fœderis contumeliã subamaro
 animo toleraret, Cæsare id totú de Paulo, Farnesioque facile suspicante,
 cû aliquot in rebus nequaquã leuissimis, tû eo præsertim lincium bene-
 ficio in Strozza collato grauissime perstrictus, parem iniuriã Farnesio a-
 liquando se relaturú palam dixisset. Cæterum Strozza circa Placentiam
 recepto, multis ex numero suorum militum dilabentibus, Pitilianus, qui
 erat Farnesio arcta propinquitate cõiunctus, sese cû Romanis quas ad-
 duxerat copiis Strozze cõiunxit, ut secunda suscepti belli consilia, post-
 quã eos prima fefellissent, nouo consensu sequerentur. Cõiunctis apud
 castellú sancti Ioannis in una castra copiis, Strozza ad Padú se cõuertit,
 occupatóque Riuofredo oppidulo, quod est Padanæ ripæ finitimum,
 traiecturi speciem præbebat, ut hostes distineret & falleret. Nam eum
 Vastius Pitiliani auctum copiis, confisumque Placentinorú nauigiis, id
 aufurum

A aufurú non temerè suspicatus, adiuncto sibi cum equitatu Philippo La-
 noio, & adducta Germanorú & Hispanorum manu, ad tuendam Padi ri-
 pã, è Ticino sese contulerat (præmissio antea Salernitano cû reliquis co-
 piis ad uicum, qui antiquitus, non procul à Clastidio, Iterobuiú appel-
 labatur, hodie uero Stratellæ nomen habet, Aemiliæ uia impositum) eo
 consilio ut Salernitanus, ubi arctior est uia, aditu conciso præseptóque
 transuersam munitioné erigeret: tormentisq; in ea constitutis aduer-
 sarios illac perrúpere audentes deterreret, & locum hosti iniquissimum
 summa suorú securitate tueretur. Eius institutæ rei negotium Salernita-
 nus ita opportune atque celeriter exequutus est, ut Strozza cuncta explo-
 rantè suscipiendi eius itineris tota spe deiiceret: proptereaq; hostis mul-
 tus uersaretur in simulatione traiciendi amnis: quú ad ripã semel atque
 iterú signa uerteret, & rursus copias in castra reduceret, utpote qui per
 asperos montes ad læuam secundum Aptenini radices agmen ductare
 decreuisset, quòd omnino insanú arbitraretur, uel Salernitani munitio-
 nes aggredi, uel contènere insequuturi hostis equitatum, si per loca pla-
 na id rectum iter esset habiturus. Itaque prouisis quatuor dierú cibariis,
 silétio noctúque se proripuit in montes, arduúmque iter Placentinis u-
 sus ducibus insigni studio & tolerantia militum per impeditissimas con-
 ualles, & cõfragosa collium iuga, triduo cõfecit, sæpe laceffitus in tergo,
 & in lateribus ab his qui Salernitani iussu abeuntiú uestigiis institerant.
 Is enim cognita hostiú profectio, Cæsarem Massiú, & Rodolphú Ba-
 leonum, qui nouissimos confectarentur, Sfortiãque ité sanctæ Floræ
 Comitè, & Sfortiã Pallauicinum, qui notis tramitibus, altioréq; circuitu
 hostes antecederet, & circa saltus demorari retardaréque contenderent,
 cû expeditis equitibus & sclopettariis præmiserat. Ipse uero, ut impera-
 rat Vastius, recto uia militaris itinere Vicú Iriæ & Derthonã præterue-
 ctus, agrè raptatis atq; demulsis cohortibus, quæ tot itineribus fatigatæ
 certa stipèdij subsidia flagitabãt, tertiis castris ad Scriuiã flumé peruenit.
 Id ex Apœnino præceptum datú, ubi Liguria rupes desinút, ad Saruallum
 oppidú, uti per plana loca diffusius uadabile se præbet, innominatúm q;
 antiquis scriptoribus, ab uno tantú Paulo Diacono Scriuia uocatur. Iã
 Strozzeana uexilla cõspici, appropinquareque cœperant: quú Lanoius
 cû suo equitatu Salernitano se coniunxit, & ij qui per mótes persequuti
 hostes fuerãt, è iugis ad castra descenderút. Nec mora leuibus & tumul-
 tuariis præliis certari cœptú est. Quum uerò Strozzeanę cohortes amnis
 E uadum superantes ad accliuia uineta metu equitum se subducerent, &
 létior ad uada amnis esset pugna, Cæsarianæ aliquot cohortes proximú
 hosti collé occuparunt. Id non ferentes Strozzeani, eas usque adeo uehe-
 méti impetu adorti sunt, ut neque cõsistere, neq; uim sustinere possent,
 & cõpulsí in fugam tormenta duo amissis signis deferere cogerétur. At
 Strozza secundo suorum successu, tanquã oriente uictoria maxime læ-
 tus, cohortante Matthæo Forosemproniano præfecto audaci potius q̃
 perito, se continere non potuit, quin è uinetis erúperet, ingeminatãque

uictoriae clamore edito Pitiliani agminis praefectos admoneret & accer-
 feret, ut cum phalange postrema subsequi intento passu, & coepta uicto-
 riae adesse uellet. Pitilianus ipse in crure, suo an alieno gladio incertum,
 grauiter uulneratus, Placentiae substitit, sic ut apud eius copias non u-
 nus, sed plures imperij authoritatem obtinerent, nec peritioribus praefec-
 tis, sed honore praestantibus regulis milites parerent. Quamobrem ex-
 audito uictoriae clamore, quanquam Sommeus, atque Capaccius densa
 phalange, eundem esse ad uineta praecipere, noui milites contineri
 nequiuerunt, quin dissolutis ordinibus procurrerent, extenuatoque ag-
 mine hostium equitibus occasionem irrumperendi praerberet: cui non de-
 fuit Salernitanus increpitis equitibus, qui aliquandiu infami segnitie
 cessatores neque equos tanquam fessos acriter incitare, neque alacriter
 phalangem adoriri uoluerant. Quando (inquit) acceptam dudum igno-
 miniam praelio Ceresolae aliquo forti facinore abolendam existimabi-
 tis, si hanc fessi hostis laxatis ordinibus raram aciem ex transuerso non in-
 uaditis: Erubuit eques, & extemplo uehementer equos incitauit: irrum-
 pentemque ante alios Bartholomaeo Graeco Volaterranae stirpis Baleoni
 alae praefecto, perrupta est hostilis acies male cohaerens, inuadentemque de-
 mum ex omni parte equitatu, & consequentibus cohortibus, tota caede
 profligata dissipataque est: eo euentu, ut paucis occisis integri ferme om-
 nes caperentur, renouata memoria incruentae patrum nostrorum mi-
 litiae, nam Italus clementer deditis parcebat, spolio contentus. Nec ad-
 rant Germani Hispaniae, quorum saeuas manus, cedibus gaudentes, pau-
 ci effugissent. Bona quoque sorte Saesuerini proceres Sommeus atque
 Capaccius exules Neapolitani, qui capitis non dubium discrimen ad-
 habant, dimissi sunt: quum quisque miles Vastio & Salernitano sanguine
 coniunctos, humaniter potius dimittendos, quam seuerè ad necem te-
 terrimam externo iudicio tradendos existimaret. Vnus omnium nobi-
 lissimi sanguinis, & summæ spei indolis adolescens Vlyxes Ursinus, in
 acie glande traiectus cecidit. Ipse Strozza cum Nicolao Pitiliani filio, Fla-
 minioque Anguillario in fines sociorum Gallorum proximos euasit, saepe
 detestatus Tessij segnitiam, non obscura malignitate coniunctam, qui
 uti promiserat, aliam equitum è proximo Montisferrati oppido sibi ob-
 uiam non misisset: eius enim equitum praesidio famaue hostes deterre-
 ri superarique potuisse multi praedicabant. Sed Tessius neque aliam sum-
 mittere sine pedestri subsidio, neque idcirco è suis castellis, tanquam pa-
 ratis ad defectionem, praesidia deducere uolebat. Caeterum rapaci in ho-
 mine, expilandisque Montisferrati populis intento, publicum commo-
 dum priuati quaestus messis opima superabat, quam aduentu tot Itali-
 carum cohortium steriliorem sibi obuenturam iudicaret. Nec multo post
 Strozza, qui in aduersis inuictos spiritus gerebat, experiri iterum fortu-
 nam inuitata, sed foelici temeritate constituit. Confluentibus enim ad
 eum ex fuga militibus, conquistisque multis equis, & nemini commu-
 nicato consilio, quod tutum sua celeritas faceret, inopinantibus hosti-
 bus

A bus recta per Aemiliam uiam Placentiam est regressus, quum rubrae cru-
 cis insigne militaribus sagis insuisset, ut passim iter habens, Caesarianae
 alae speciem praerberet. Eo modo accelerans, nec usquam conuiescens, ita
 obuios quoque; insolita ora mirantes fefellit, ut mox non obscure à qui-
 busdam pro hoste notatus & agnitus uix sesquihorae spatio è manibus
 persequentium multo sudore fatiscens equis elaberetur. Is ad Pla-
 centiam receptus, milites colligere, suoque sumptu cohortes scribere coe-
 pit, uel id consilium nequaquam probante Anghiano, qui sollicitus de
 Gallici belli euentu: quando iam Caesar & Henricus terra marique ex co-
 B posito ualida inferrent arma, nihil ultra tetandum perspecto Strozze-
 nae expeditionis faedo exitu iudicaret. Sed Strozza nihilo secius pertina-
 ci incitatus studio subleuadam nouo ausu partium fortunam ratus, in-
 efficaciamque Gallorum ducum consilia, nec ea quidem usquam tempe-
 stiue satis explicata despiciens, collegit copias, inuitatisque tramitibus
 per Ligustica saxa, ad Montoculum Flischorum castellum eas perduxit,
 atque inde comitatu adiutus in Pulciferam se dimisit uallem: eo tutius
 atque facilius, quod sese Genuenses in neutram partem commouerent,
 pacatumque iter transeuntibus praebere montanos Ligures iuberet, gra-
 uiter id ferente Figaroa Caesaris legato, qui ciuitatem eos, quos Caesar
 C inimicos duceret, pro hostibus habituram persuasum habebat. Eo enim
 tempore senatus Genuensis Gallicum nomen, quod id negotiationibus,
 & mercaturis ipsorum nauigantium magnopere conduceret, amicum co-
 lendum esse statuebat. Itaque Strozza intra Gallica praesidia sine ullo in-
 commodo penetrauit. Albamque Pompeiam adortus eiecit Capinio
 Mantuano, qui urbi praerat, in potestatem redegit, amisso ibi Matthaeo
 Forosemproniano, quem intempestiuo hortatu suo uictoriam corrupis-
 se ad Scriuiam supra docuimus. Hisdem diebus, quibus Strozza conscri-
 D bendis cohortibus erat intentus, ut acceptum ad Scriuiam detrimentum
 aliqua ex parte refarcire conaretur, Ioannes Vega Hispanus ad Vastium
 ab Vrbe peruenit, ut collegae nomine administrandis rebus esset adiutor.
 Is apud Paulum Pontificem Caesarianae legationis munere fungebatur,
 uir efficax, & seuerè grauis, & quod reipublicae intererat, partium maxi-
 me studiosus. In conscribendis enim Italicis cohortibus, quas diximus,
 conquirendaque pecunia, enixe operam dederat, ut Vastio certa spe au-
 xiliorum mature confirmato Cisalpinae Galliae succurreretur. Discesse-
 rat demum à Pontifice alienato plane animo, quod illum à Gallica amicitia
 E non abhorre, Caesaris incommodo atque periculo latari, cumque gra-
 uibus diuersi belli difficultatibus implicari premisque percipere crederet.
 Eius aduentus quanquam Vastio parum gratus, & Salernitano praecipue
 grauis non obscura honoris obtrectatione uideretur, tamen in unum co-
 municatis consiliis Caesaris causa consenserunt: Vega sese apertiore &
 aequiore praebente quam crediderant. Praeferebat enim ingenium mo-
 re getis clarum, & uultum ab Italica comitate prorsus alienum: sed qui suas
 partes inspiciendis praesidiis & parandis comitibus diligenter obibat:

Neque tamen Strozã per Apœninum euadentem impedire, neque per præmissas cohortes & equites eũ consequi potuit, quanquam ex Strozzeanis multos dilabi, ducẽmque deserere, ex itinere coegisset. Conuertit se demum Vega ad oppugnandum Anxianum oppidum, quod eo euentu expugnatum est, ut oppidanos ad unum omnes cum præsidio trucidari sineret, sæuas manus ad eam cædem præbentibus Hispanis & Germanis, qui seruatos ad Scriuiam hostes ab Italis, nequaquam eo die sanguinariis, ægerrimè ferebant. Vega quoque eius cruenti facti sæuitiẽ inuidiosa seueritate cumulauit, quum deditos præfectũ præsidij, & signiferum cum centurione, nonnullisq; militibus Insubri nominis, ad subgrũdia porticus laqueo suspendi iussisset, quod aliquanto pertinacius & insolentius quàm deceret aduersus Cæsarianos tanta ui oppugnantes propugnassent, uictique demũ extrema necessitate sese ad arbitrium uictoris dedere, quàm in ipso suscepti conatus uestigio constanter interficere maluissent: sic ut Itali iniquis animis eam Hispani noui ducis acerbitate ferrent, quando ij qui sese perseuerantius pugnando cũ fidei tum militiæ decus tueri uellent, inhumano prorsus, more latronũ, supplicio punirentur, & eo quidẽ indignantius quòd ipsorum cohortes post diu oppugnatum murũ ex ipso cruento conatu Vega reuocasset, ut succedẽtibus Hispanis, qui recentes & integri fuissent, expugnati oppidi laus, ipsaque præda omnis pararetur. Sed Vega seuerioris eius facti inclementiã eo nomine excusabat, q̃ transfugas & exules, apud Gallos stipendia facientes, tanquã Cæsarianæ ditionis iusta pœna dãnandos iudicasset. Ab hoc etiã terrore hostibus resistere paratis illato, Vega Andesanam oppidũ sine uulnere recepit, ob idque gratiæ ei actæ sunt ingentes à Carolo Sabaudio, quoniã ipsum Vercellis commorantẽ, propinquos urbi Gallos hostes, & perpetuis incurfionibus infestus ultus, utroque erepto oppido, in reliquum tẽpus non obscuro metu, & sumptuosa cura liberaffet. Nec multo post his rebus gestis Vega ad suũ susceptæ legationis munus Romã est reuersus, ipso Vastio disponẽte præsidia, & Carinianę obsidionis successum, Anghianiq; motus obseruãte. Nec multis inde diebus Pyrrhus extrema alimentorũ inopia cõpulsus, honesta conditione Anghiano deditiõne fecit, ita annuentibus Germanis pariter & Hispanis, quos diu spe eruptionis sustetatos, in officio continuerat. Ea autẽ re transacta Vastius Pyrrho uehementissime succensuit, quasi falsõ sibi enunciata cibariorũ omniũ penuria sollicitus, & properatius quã necessitas periculosaque prælij alex casus flagitarẽt, sibi opẽ ferre postulasset, K importuno maxime tempore, cœloque pluuiio, quibus tantum Cæsarianis partibus incõmodum esset acceptum. Quadraginta siquidẽ amplius dies postquã ad Ceresolam fuerat dimicatum, obsidionẽ tolerarat. Quo spatio citra periculũ inediæ concessio, maturius & apparatus opẽ ferre, & cum hoste configere potuisse Vastiũ apparebat. Verũm priores difficultates noua plenioris cõmeatus copia sustulerat reperta quidem in reconditis abstrusisq; oppidanorum horreis, satagentium & cuncta

scrutantium

A scrutantium militum diligentia: quanquam Vastius ex dolore accepti detrimenti succensus, eam Pyrrhi satisfactiõnem ægrè acciperet, eoque etiam grauius, quòd educta esse Cariniano multa iumẽta didicisset, quibus occisis totius absumptæ frugis defectus tolerari potuisse crederetur. Cuius rei opinionem præclare confirmabant obfessorum uultus, nequaquam uti ab inusitatis cibis accidere solet, ulla macie, aut insolito pallore deformati, quum gregarij etiam milites ora saluberrimi coloris præferrent. His uero conditionibus deditio facta est, ut Germani in Germaniam continuo redirent: Hispani extra ueteres Subalpinæ ditionis fines, quò uellent, demigrarent, neque intra quartum mensem Cæsari militarem operam præstarent. Pyrrhus ipse sub fide dimissus, ad Franciscum regem in Galliam statim proficisceretur, & ab regia clemẽtia libertatem peteret. Bellicus uero apparatus omnis, qui Cariniani esset, Gallis cederet. Eo modo Pyrrhus à Gallis Cheriũ deductus, nõ multo post ad regẽ se contulit, à quo singulari humanitate suscipitur: nam Franciscus uel in hoste ueræ uirtutis admirator facile eũ ad liberale stipendium inuitauit: abnuentem affecit donis, & ut trãsiret ad Cæsarem potestatem fecit. Sed præfectus Hispanorum, cui cognomen fuit Sanctus Michaël, nequaquam syncera fide cõditionibus stare uisus est, quòd nonnulla à Gallis sibi uiolata fuisse diceret: atque ita conuiuẽte Vastio, secundo deuectus Pado, ad Brixellum Atestinorum ditionis cohortes exposuit: expeditisq; tormentis oppido ita potitus est, ut præfectum oppidi cognomine Bellingãbum tormẽtis excruciaret, & oppidani gratuito ueriorẽq; conuictu Hispanos alere cogerẽtur. Hoc indulfisse Vastius non inuitus credi potuit, quòd eius oppidi copiis cohortes alendas putaret, atq; odium in Cæsarem Hippolyti Atestini Cardinalis ulcisceretur. Is nanque Gallicas professus partes, omnibus rebus Strozam adiuuerat. Hisdem ferme diebus quibus hæc inter Cæsarianos & Gallos in Subalpina regione gesta sunt, honesto piõq; consilio rex Franciscus Barbarussam censuit dimittendum. Barbarus nãque sibi satagere, undique prædari, neq; otium pati solitus, querebatur se non sine contumelia sui nominis retineri: utpote qui neq; Gallo utilis, neq; Cæsari hosti infestus foret, & sibi opportunũ ad nauigandũ tempus elabi prædicaret, quominus flantibus Etesis Byzantium reuerti posset: ideoque excludi prorsus reditu, nisi discedere maturaret. Accedebat ad hoc regij promissi fides, qua eodem anno ad Solymanum se rediturum fuerat pollicitus. Ea poro E ro mora Gallis inutili, sibiq; damnosa emarcescere ignobili otio remiges, hebetari naualem disciplinam, & sub alieno cælo Turcas mortiferis morbis absumi, conuictiosa uoce dictitabat: addens si iuberetur, & rex Cæsari implacabili suo hosti in Galliam irrumpenti æquo iure nocendum putaret, se paratũ fore, ut expedita & strenua excursiõne totius Hispaniẽ oram summis ferro atque igne illatis detrimẽtis, à primo Pyrenæi promotorio, ad Gaditanum usque fretũ peruastaret. Id consilium rex ab insita sua pietate prorsus alienum, quanquã amicissimè oblatum

L L

continuo repudiavit. Cur enim Christiani nominis gentes nihil tale F
 meritas, parentisque tantum imperio Cæsaris, immanibus Barbaris de-
 lendas concederet? Cur in hoc tam atroci facto sui vetusti cognominis
 obliuisceretur? Cur denique usque adeo detestabilis & impiæ cladis in-
 uidiosam sibi, & posteris memoriam relinqueret? Admonebatur quo-
 que rex, ut provinciæ incommodis ac oneribus finem imponeret: quod
 Barbari lignatum euntes, non modo confita uastarent, sed uagos etiam
 homines insidiosè corripere, & ad transtra catenare dicerentur. Itaque
 in supplementum demortuorum Turcarum condonauit ei rex Turcici
 Punicique nominis seruos omnes numero ferme quadringentos, qui ef- G
 sent Gallicis in triremibus ad remum damnati, ipsoque instructe omni
 genere commeatus, multaque insuper munera in ipsum Barbarussam cõ-
 gerente, Ottomannica classis oram soluit, tenuitque recta cursum à Le-
 roniis insulis ad Vada Sabatia, qui est portus Saoune propinquus. Ibi ab
 Genuensi senatu multa tela ferica, multisque recentibus cibariis beni-
 gnè donatus est: indeque exiens professus se in Liguria nemini nocituru-
 rum, ad Iluam insulam contendit. Vbi uero appulsa est tota classis, Bar-
 barussa literas ad Appianum, eius insulæ Populinique regulum, in hanc
 sententiam perscripsit. Scio apud te seruire adolescentem Turcam, Sinæ H
 præfecti triremium cognomento Iudæi filium, iam pridem Tuneti ca-
 ptum. Hunc uelim ut amicè restituas, quod munus ostendam mihi fuisse
 gratissimum. Nam hæc nostra inges classis dum præteruehetur ab omni
 hostili iniuria, & maleficio integra fide temperabit. Quod si mihi obse-
 qui hac parua in re grauaberis: scito eam cladem in ora ditionis tuæ esse
 expectandam, quæ ab infensissimo hoste inferri possit. Ad eas literas Ap-
 pianus ita respondit, ut dissimulare metum ostentatis in muri corona
 armatis hominibus, & munitioni loci confidere uideretur: diceretque
 se quominus petenti obtèperaret, prohiberi religione, quod adolescen- I
 tem Christianis initiatum sacris sine piaculo tradi non posse sacerdotes
 confirmarent. Cæteris autem in rebus cuncta humanitatis officia tran-
 eunti præstiturum, & iuuenè nequaquam serui, sed filij loco ab eius cõ-
 mendatione semper habiturum. Addidit etiã munera recentis cõmea-
 tus, quibus minus grati responsi sui conditione leniret. Hæc ubi à legato
 suo renūciata sunt, Barbarussa uehementer iratus Appiano, quod cun-
 ctantius & perplexius quàm ipse cuperet, respondisset, occupatis cunctis
 insulæ litoribus, ut milites descensiones facerent, & ad prædam discur-
 reret pronunciauit. In Ilua, quæ Aethalia etiã dicitur, gemini sunt por- K
 tus, procurrente inter ambos enormi quodam cõcisi litoris anfractu ad
 latioris Isthmi similitudinem, cuius dextra pars in oblonga exprorecta
 frontem promontoriū efficit, iuxta Magnetis rupes, quod Caput Libe-
 rum incolæ uocant. Huic introrsus subiacet portus, quatumuis magnæ
 classis capax, sed Vulturni & Euronoti flatibus expositus. Is propter si-
 nus hiantis longitudinè, Longonis nomen obtinet. Alter uero in diuer-
 sa insulæ parte, qui olim Argous fuit, & hodie Ferrarius uocatur, uergit
 ad

A ad septentriones, & aduersam Etruriæ continentem spectat, contra Ba-
 ractū antiquæ Populoniæ portum: Logone quidè tutior, atq; nobilior,
 uel ob id, quod aduico mollioris pelagi sinu profundissima atq; optima
 uel octoginta triremibus statio arctis adeo faucibus includitur, ut ca-
 thena aduersus omnè impetum præcingi possit. Binis quoque editis ar-
 cibus latè maria spectantibus, & portum aptissimè protegentibus: quas
 hodie Cosmus Medices opportuno inaccessæ utrinque rupis supercilio
 imposuit. Harum alteram ab ipsa radiofi ædificij figura Stellam, alteram
 ab excelsa structura Falcone appellauit: ut portus usum Barbaris prædo-
 nibus metu imminentiu tormentorū eripiat: eo etiã grauiore consilio,
 quod magnis circumductis operibus per amplam coloniam ad tuti cele-
 brisque emporij nomèn condat, maxime salubri in loco, piscosoque lito-
 re, ad quam incolis omnibus cõspecto hoste tutissimus sit receptus. Pri-
 mum omniū Barbari oppidum, Caput liberum, de proximi promotorij
 nomine uocatum, ea celeritate aggressi sunt, ut oppidanos ferme omnes
 interciperent, effusique undique ad prædam incolas frustra in rupes sen-
 ticosas, & nemorosa loca fugientes, uenantium more consecrarentur:
 conuersique inde ad Vulturium, excelsum prærupta in caute castellū,
 C missilibus frustra tentarunt, latèque munita loca prædati ad classem re-
 dierunt: qua suorum calamitate nunciata Appianus, ne eius insulæ, quæ
 sibi ferrariæ secturæ, multarumque rerum uberrimum uestigal præbet, su-
 premum excidium lugeret, consilium mutauit, redditoque adolescēte
 pacem redemit, non temere iudicans se tantæ classis uim non esse laturum,
 si irati Barbari impetus esset expectandus, quanquam Cosmus inte-
 græ cohortis præsidium sibi præmisisset, id cum publicæ causæ facile tri-
 buens, tum priuatæ ite amicitia, quum Saluiata ipsius matertera in Ap-
 pianum matrimonio esset. Itaque recepto adolescente Barbarussa ab reli-
 quis insulæ oppidis & maleficiis abstinens, adolescentem, quem Salecus
 adduxerat, Italica insigni adornatum ueste, tanquam fortissimi uiri,
 ueterisque sodalis sui filium, paterna charitate complexus est, gratiasque
 agens Appiano promissi, fidem nusquam ei postea iniurius impleuit.
 Hunc adolescentē honoris causa septē triremibus præfecit, sic ut postea
 mitteretur tanquã postliminio redditus ad patrē Sinā, usque ad Suetiā ru-
 bri maris portū, Memphi urbi propinquissimum, qui antiquitus Arsi-
 noës fuit. Ibi enim Sinas propter naualis disciplinæ peritiam, magnū-
 que usum in re militari, ædificandæ, adducendæque in Indiam classi aduer-
 sus Lusitanos à Solymano fuerat præpositus. Verum senex inexpectatā
 E singularēque ex recepto filio lætitiā diu sustinere nō potuit, quum præ
 gaudio supremum animæ deliquium incurrisset. Erat Sinas, ut sæpe ali-
 bi diximus, ipsi Hariadeno opinione uirtutis ferè par, & ætate æqualis:
 prudentia uero æquitateque iudicij facile superior, uel ipso captiuorum
 testimonio, qui eum Barbarussa, uti sæpe iracundo atq; acerbissimo, mi-
 tiore dominū experti fuissent. Interim Cosmus per Gracū speculatore,
 quem opimo stipendio in ipsa Barbarussæ naue prætoria diu aluerat, de
 LL ij

profectione, arcanisque etiam Barbari consiliis certior factus, sicuti Etruria principem deceret, frequentibus literis Senenses admonebat de aduentu Turcarum classis, hortabaturque, ut quam maximam possent praesidia per oram ipsorum ditionis accurate disponderet, ne aliquod repentino Barbarorum impetu detrimentum acciperetur: quod Barbarum inhiare Etruscae orae portibus, & tutam sibi stationem in Italia parare uelle didicisset, Gallorum maxime hortatu, impulsuque etiam Leonis Strozzae, quem rex Franciscus cum aliquot triremibus Barbarum comitem dederat, unam iturum cum munere legationis ad Solymanum. Propterea ad auertendam communem immanium hostium perniciem, quas ipse haberet paratas perditum atque equitum copias illis offerebat: si eas intra fines reciperent, ut eius orae litoribus, atque hosti quum expediret essent propinquiores. Cosmus nanque communicatis cum Stephano Columna consiliis (hunc enim Etruscis omnibus copiis praefecerat) in spem ueniebat Turcas, si descensiones facerent, subito atque inexpectato impetu facile repelli ad naues, insignisque illata clade perturbatos, in mare detrudi posse, quonia tormentis triremium nulli usui futura uiderentur, quae nisi pari cum periculo in permixtos expediti displodique nequirent. Sed Senenses nusquam sibi tempestiue consulentes, uti homines natura suspicaces, uerique & antiqui Florentini nominis hostes, ea tota consilia atque praesidia repudiarunt, quod finitimorum ualida arma intra fines recipere minus tutum putarent, stultaque ratione propriis uiribus Barbaro resisti posse confiderent. At Barbarum Ilua excedens, Telamonemque delatus, expositis illico tormentis oppidum adoritur, iuxtaque arcem qua murus erat debilior, magna pinnarum strage edita ingressum sibi parat: quo periculo territi qui exiguo praesidio praerant Hieronymus & Ambrosius cum Verdone centurione perforato muro ad aduersam oppidi partem effugere conantes, a Turcarum circumfusorum corona capiuntur: oppidumque ita diripitur, ut Barbarum in domum Bartholomaei Telamonij igne defueret: sepulchrumque eius paulo ante defuncti, uiolatis ossibus disiceret, quod is superioribus annis Pontificiarum praefectus triremium praedabundus ad Lesbium insulam usque prouectus, Mityleneum agrum, paternasque Barbarum possessiones euastasset. Eadem uel celeritateque Barbari introrsus a litore octo millibus passuum distans Monteanum oppidum noctu peruenere, Monteanensesque ad unum fere omnes miserabili captura oppressere, sic ut pauci tantum aratores & agricolae qui in opus exierant seruarentur. His nunciis territi Senenses, quum Barbarum famam ad Portus Herculis, oppidum imperite inualideque munitum, contendere sero prouiderent, Ioannem Lunam urbis praefectum cum manu Hispanorum, & tumultuariis ciuium cohortibus, ad mare descendere iusserunt, & quod haec praesidia infirmiora quam periculum flagigaret fore perspicerent, ad Cosmum tandem confugere coacti sunt, atque ita Ambrosius Nucius legatus, mutatis ad celeritatem equis, ad Cosmum contendit, postulauitque ut rem Senensem in summum adductum periculum,

A culum, & prope oppressam, celeri ope praebita subleuaret. Cosmus etiam eos indignos putaret auxiliis, qui nuper secus ac oportuisset, tanquam suspecta repudiasent: tamen ne reipublicae, quae religionem & Caesaris commodum simul respiceret, deesset: ad dignitatem Etrusci nominis, obliuiscendum subagrestis contumeliae, & opem mature ferendam censuit: sic ut statim Stephanus Columna cohortes deduceret, & festinandi causa Cepinius Vitellius cum duabus turmis equitum, & expeditis sclopetariorum cohortibus praemitteretur. Sed interim Barbari singulari usi diligentia atque incredibili artificio eductis in praeraltam rupem tormentis suppositam arcem ipsumque oppidum tanta uel diuerberarunt, ut Carolus Manutius Senensis, & Coranza Hispanus inusitato summam cladis periculo territi, cum praesidio in seruitutem se dederent, oppidum incenderetur a Barbaris, & Chisiana magnificentissima domus delitiae uastarentur. Chisius enim Senensium uir elegantissimus, qui summam opulentiae erat publicanus, hoc oppidum operosis aedificiis exornarat. Fumante autem oppido Luna serus aduenit, & quum amisso deflagratique oppido opem ferre non posset, in oppidum Orbatellum, quod in palude media situm est, se intulit. Is locus admonet, antiquis parum celebratus, ut eius regionis faciem breui descriptione legentibus ostendam. In medio fere totius Etrusci litoris spatium a Tiberi ad Macram nullum omnino maius atque porrectius promontorium uisitur ipso Herculeo, quod hodie Argentarium uocant. Id praecisis undique cautium lateribus ita exurgit, ut tanquam naturae circino circumductus sese reflectat introrsus in geminos sinus, qui ceruici extentae, qua continenti iungitur, aptissime cohaerent, & humani capitis affixi trunco, corporis figuram expriment, non secus ac Peloponnesus Corynthiaco isthmo Achaiae connexus cernitur. In his cauis sinibus utrinque ad continentis humeros patefcunt gemini portus: ad ortum quidem solis qui Herculis uocatur: ad occasum uero Stephanus, ab antiqua aede sancti Stephani sic uocatus. In summo autem promontorio, planities latissimi prospectus, purgatissimique aeris fontibus scatens, olea & palmis, lauro & myrto conuestita, in spatium centum ferme stadiorum expanditur, condendae prorsus magnae & perbeatuae urbis sedem ostendens, si regibus nostri saeculi inesset laudis amor & extendendae famae studium, uti olim id in Graecis atque Romanis, Gallisque Transalpinis uiguisse perspicimus. Quando duo tutissimi portus, ad omnes mercaturae inuentiones fructuumque exportationes comodissimi, & ager intus frumentarius, & uberrime alendo pecori pastiones, syluaeque caeduae, & uitiferi colles urbi nondum conceptae, neque unquam fortasse nasciturae, rerum omnium copiam, & non dubiam toto anni tempore fertilitatem repromittant: & supra haec benigno naturae munere argentariis fodinis ditescere possit, quum etiam in tergo piscosissimo lacu inter utrunque portum daretur. In hoc lacu, qui a quibusdam olim Prilinus fuisse putatur, situm est media in insula oppidum Orbatellum angusto ponte continenti iunctum, contra om-

nem prædonum & hostium uim munitissimum. In id, ut diximus, Luna cum præsidio se contulerat, Barbarussa que inuasurus credebatur, quum ab expugnatione oppidi Portus Herculis nihil eius peritiæ & uiolentiæ imperuium fore constaret. Iam enim cæsa materia parabat rates, quibus maiora tormenta oppido admoueretur. Quare animaduersa tantus Lunæ præsidioque incessit timor, ut uno consensu, desperata defensione, inde perfugere cogitarent, & nemo uel Senensium ciuium, quibus imperare poterat ex senatus autoritate Fantocius Senensis, consistere auderet. Sed hunc terribilem metum opportune sustulerunt aduentantes Cosmianæ copiarum, præeunte Vitellio qui intrauit oppidum, G moxque uti erat uir impiger, in hostes in litus expositos cum ipso Luna erupit sic ut productis equitibus & sclopettariis hostes, præsertimque Strozzeanos, qui audacius in litus exierant, in mare propelleret, & qui scaphatim accedebant Turcas descensione prohiberet. Quamobrem Barbarussa quod sibi ab armato equitatu, quem turmatim augeri conspiciebat, militaribusque cohortibus quæ sub signis in conspectum se dabant, non temere cauendum existimaret, & capta iam passim multa præda satis in Etruria profecisset, ad Igilium se conuertit. Hæc insula suauissimo uino celebris duodecim miliaribus à portu distat. Itaque ex templo facta descensione, ac expugnato tormentis oppido, magni numeri omnis sexus & ætatis mortaliu in seruitutem abduxit. Hoc subito, ac prope inexpectato Barbarorum discessu Orbatellani non præsentitantum timore, sed grauioris etiam futuri incommodi suspitione liberati sunt: quod Barbarus suo ingenio peracutus, edoctusque impie à nostris hominibus, uti quibusdam rerum peritis facile ausurus credebatur, ibi sedem minime figendam iudicasset. Cur autem rei aggrediendæ perficiendæque occasionem omiserit, has fuisse causas reperiēbamur, quoniã Byzantium eadem ætate omnino redeundum esse statuisset: ideoque iusto maiorem moram nusquam trahendam, ne in dubias incerti autumnitempestates incideret, quibus superioribus annis, uel nondum adulto autumnino bis naufragiu, semel ad Acrocæraunios Chimæræ scopulos, iterum in Propontide ad Cherronesum, quam Marmora uocant, multis amissis triremibus fecisse meminerat. Neque tum sibi satis paratos Gallos, ut oppidum Portus Herculis instaurare, munireque, & firmo demum præsidio teneri posse prouideret: quanquam occultiore quodam grauioreque consilio, una temporis exiguitate se excludi & deterreri fateretur. Vir enim immensæ prudentiæ, ac imperij gloriæque; audax, cogitabat (sic uti didicimus) ab ipso Stephano portu fossam ad altitudinem commeatium triremium, perpetuo seruatorum labore perducere ad proximam Orbatelli paludem, quam inde non plus quam ad sagittæ iactum abesse iam pridem nouerat, scilicet, ut ibi capacissimum & aptissimum tantæ classis portum efficeret, ad infestanda maria, inuadendumque totius Italiæ imperium, ad quod non obscure Solymanu aspirare didicisset. Quandoquidem nullis se inde uiribus, uti gnarus nostræ infirmitatis atque discordiæ

A diæ depelli posse confideret. Quum præterfueretur Linariu promontorium olim Pyrgæum, quod supra Centucellas eminet, eam urbem inuadere, atque incendere uelle comminatus est, ex eadem causa qua Telamone deleuisset. Sed deprecante Leone Strozza ne tanta inde Francisco regi inuidia conflaretur, uix impotenti iracundiæ obstitens, ab iniuria temperauit: indeque directo cursu in Aenariam delatus odij sui ad Niceam in Alfonso Daualu concepti, omnem acerbitate effudit, quum nocturna descensione facta, undique insulam complexus, omnes propè incolas, nequicquam in altissima Abocæti montis culmina euadentes interceptisset: tresque præcipuos eius insulæ pagos, Forinum, Pansam & Varraniu euastasset. Ipsum uero oppidum Pythacusas, Dauali sedem, abrupto in colle disunctoque à mari positum, quum tormentis egregie esset permunitum, aggredi non potuit. Exinde abradens Prochitam illato minore detrimento, quod incolæ demigrantes magna ex parte Pythacusas confugissent, in Puteolanum sese intulit sinum, eo ordine ut classis à Miseno ad Auernum toto Baiano litore extenderetur, tutaque esset à tormentis eius excelsæ arcis, quæ est ad Baulos antiquis Hortensi oratoris delitiis nobiles. Tum uero Salecum cum parte classis in aduersum litus transire, & tormentis à mari Puteolana mœnia ferire iussit, ut si quid de expugnatione effici posset, explorata urbis munitione tentaret. Magnus inceserat Puteolanis timor, quod nullo militari præsidio confirmarentur, conscijque essent ipsorum inopiæ, nec eis in triduum molita frumenta sufficerent. Accidit etiã importune ad terrorem augendum, quod Hispanus Saiuedra uir militaris, dum in muri corona discurreret, tormento fuisset abreptus: sic ut Puteolani ingenti periculo essent circumuenti. Sed prorex ipse Neapoli Petrus Toletanus cognito Turcarum aduentu, nullam sibi moram attulit, quin Neapolitanos circuendo singulas tribus ad capienda arma splendidissimis adhortationibus excitaret: statimque nihil recusantes, & pro patriæ dignitate salutemque armatos ad opem ferendam Puteolos adduceret. Fuere cum eo amplius mille galeati equites, & secundum eos tumultuaria strenuorum peditum manus, quorum multitudinem descendentem à collibus conspicatus Barbarussa, descensiones militum suorum inhibuit: segniusque iam Puteolanos oppugnantem Salecum reuocauit, ne si ut acrius murum feriret tormenta maiora in litus exponere, & militum uim admouere cogeretur, inermes turbæ naualis cohortes, tot armatis equitibus proculcandas obiiceret: quod erat prorsus alienum à consilio, utpote qui improuisis tantum, & tutis sibi expeditionibus obuia tentare, nec exposito milite usquam cum armato hoste congredi stauisset. Atque ita Barbarus uno tantum Hispano equite cataphracto, iuxta proregis hortos intercepto, quod ille audacius procurrisset, ora soluit, sub Capreis cursum dirigens, quum in tergo Ioannes Auria cum rostratis uiginti quatuor è Pauonis portu, Euripoque Nisite insulæ profiliens, nouissimi agminis hostium nauigia tormentis procul impeteret. Superato autem Athenæo promontorio, quod nauæ Campanellam uocant, ea

mente in laeuam deflexit, ut urbem Salernum inuaderet. Verum oborta F
 tempestas, eam ab amœnissimo litore perniciē auertit: eo euentu ut dis-
 iecta classis inualescentis Cori flatibus ultra Palinurum raperetur: Bru-
 tiisq; litoribus, & Carreato præsertim oppido, luctuosa inferret detri-
 menta. E Brutiis demum multa onustus præda profectus Liparas qua-
 draginta maiora tormēta exposuit: cuiusque insulæ urbē usque adeo per-
 tinaci atque terribili oppugnatione concussit, ut Nicolai primarij cuius
 meticulosi hominis opera deditioem exprimeret: ipsoque uno tatum
 Nicolao conseruato: ceteros omnes Liparitas comprehesos in seruitu- G
 tem abduceret, qui septem millium humanorū capitum summā imple-
 uere. Hæc clades euerfo oppido lōge omnium miserrima uideri potuit,
 quum nefarius ciuis, uitam & libertatē suam publicæ saluti turpissimè
 prætulisset. Tantā autem omnis generis mortaliū prædam, qui in classe
 erant fuisse retulerunt, ut in toto cursu ad Byzatiū directæ nauigatio-
 nis, plura captiuorū eneçta fame, siti, mœrorēq; corpora, uti erant in in-
 firmis carinis inter naturæ sordes angustissime constipata, omnibus pro-
 pe horis in mare proiicerentur: execrantibus cunctis immites Galliæ re-
 gis & Cæsaris animos, ideo studētes ueteribus odiis, ut subditæ ipso-
 rum imperio gentes nihil tale meritæ plecterētur: quandoquidē ex sua effræ- H
 ni obstinatāque libidine, à cōmuni abhorrentes concordia tantis cala-
 mitatibus graui cum infamia causam præbere dicerētur. Hunc annū tot
 diuersis clarū bellis subsequutus est quadragesimus quartus supra quin-
 gentesimū atq; millesimū à partu Virginis, post grauissimum bellū in-
 expectata pace ualde insignis: quanquā ea uti maxime exoptata, non ita
 firmis exæquatq; legibus cōstituta esset, ut diu statuta crederetur: utpo-
 te quam necessitate potius, quam syncera regum uolūtate expressam hi
 mortales iudicarent, qui rerū periti, gnarique consiliorū & sensuum Cæ-
 saris atq; Francisci regis nunquā fore stabilem arbitrarentur, nisi utriq; I
 eorū aliquid seuera transactione demeretur, quod ab ambobus nō pla-
 nè conciliatis sponte præstari non posse intelligerēt. Cæsar siquidem &
 Henricus Britannia rex, antiquis atq; recētibus incitati odiis, aduersus
 Franciscū ita conspirarāt, ut cōsociatis uiribus uno tēpore diuersas Gal-
 liae regiones irrupturi, exuturq; proculdubio eum magnæ partis Galliæ
 regno putarētur: nā imperitè prorsus & segniter superiore anno ad Lā-
 dresium bellatū fuisse meminerant, existimabatq; Cæsar Franciscū è ma-
 nibus sibi elapsū, quum ille contēpto ingenti conserēdæ pugnae peri-
 culo, post solutā Lādresij obsidionē, tumultuoso quodam receptus ge- K
 nere, congressum dimicaturi, atq; insequētis hostis non temere deuitas,
 & obscura noctis tenebris utens, in pacatam Galliæ regionē abscessisset.
 Tum uero apparebat Gallos nequaquā tantas habituros copias, ut in di-
 uersam regionē utriusque disunctim irrupenti iusto cum exercitu obsi-
 stere possent: quum hinc Cæsar totius Germaniæ atq; Hispaniæ robora
 cum bona spe uictoriæ in aciē esset producturus: inde uero Britāni olim
 maximæ partis Galliæ imperio potiti, qui omnibus fere præliis superio-
 res

A res ingentes Gallorū aliquot exercitus eorum etiam rege capto, proftra-
 uissent, uulgo Gallis essent formidabiles: quippe qui ipsam Parisiorum
 Lutetiam, ubi arcem, gloriosum uictoriæ suæ monumentū, reliquissent,
 repetituri dicerentur. Eo autem Henricus cæteris regibus, qui unquam
 bellū Galliæ intulissent, grauior atq; ualidior Gallos inuasurus uideri
 poterat, quoniam sublato Scotiæ rege, qui Galliæ regibus antiquo iure
 fœderatus esse consueffet, nulla omnino spes esset inferēdi belli Britāni-
 cis finibus, quominus audacter Angli in Galliam traicerent, domestico
 metu atq; periculo retineri possent: quandoquidē Scotici regni hæredi-
 B tas ad uagientem in cunis puellam peruenisset, nec ullus ei certus adhuc
 adesset primarius tutor, cuius autoritas esset tanta, ut ad sumēda arma,
 inferendūque ultro Angliæ bellum ualitura putaretur: uiolatis præser-
 tim induciis, quas non temere Scoti in uniuersum recenti atque funesto
 Iacobi regis exemplo admoniti, religiose obseruandas ducebant. Terre-
 bat autem Gallos non mediocriter Anglus, auri potens, bellicosus, & a-
 cer, præter opinionē multorū Cæsari conciliatus, fœderēq; coniunctus.
 Qua in re Paulus Pontifex Cæsare, aliquanto iniquius quam Christiana
 pietas flagitaret, & Pontificia maiestas requirere uideretur, Anglo adhæ-
 C sisse in contumeliam suam assidue prædicabat: quod ille hæreseos nota-
 tus, uti sacrorū expilator & euerfor, & super hæc in insontes probitatēq;
 conspicuos crudeli sauitia infamis, ob idq; in gratiā ipsius Cæsaris à Cle-
 mente dānatus, ab autoritate Romani pontificis discessisset. Ita ut Cæ-
 sar cum promissi sui tum religionis obliuisci, quam cōcepto in Gallum
 odio nō fatissacere maluisse uideretur: prædicarētque se æquissimo iure
 contra Gallum arma cepisse, quod ille accitis Turcarū classibus Euro-
 pæ litora peruastanda obiiceret: qua noxa omne scelus implere & supe-
 rare à piis hominibus credi possēt. Cæsar è tota fere Germania legiones
 D quatuor lectissimarū cohortiū conscripserat. In his plurimū eminebant
 duces, qui paulo antè hostes fuerant, Martinus Rossenius Flādrico bel-
 lo clarus, & Guliermus ipse Furstembergus, qui multos annos Gallica
 stipendia meruerat, indēq; maxime diues factus, sed propter auaritiam,
 malignitatēque impij & ualde rapacis ingenij, crescente undique in
 eum odio, Galliæ finibus exactus, Cæsari sese applicarat: & secundum
 hunc, Conradus Hexius Italicis bellis illustis: Mauritius quoque Saxo
 nobilissimæ stirpis, cuius Pestano bello spectatam uirtutem fuisse
 meminimus, armatorum equitum ingentem alam adduxerat, alterām-
 E que ei parem uirtute, & numero Albertus Brandeburgus. Reliqui e-
 quites erant partim Belgæ, partim Menapij, & Burgundiones, qui ua-
 riis præfectis parentes, unum præ cæteris Maximilianum Burrum, sin-
 gularis animi regulum, obseruabant. Veteres autem equites, Italicis &
 Gallicis exercitati bellis, sub præfectura erant Francisci Atestini Ferra-
 riensis, qui superiore anno ad Guisam captus, non multo post à Fran-
 cisco rege in gratiam Hippolyti fratris Ferrariensis Cardinalis humani-
 ter fuerat dimissus. Reliquæ copiae Hispanicis cohortibus constabant,

quæ septem millium peditum numerum implere dicebatur. In his duobus primores duces, reliquos omnes autoritate nominis anteibant, Aluarus ipse Sandeus, disciplinæ militaris corrector acerrimus, tam bello militiæque probatus, quàm Hispano militi propter sæuam in exigenda pœna acerbiter odiosus: secundum eum manebat egregiæ uirtutis fama penes Aloisium Peretium, & Alfonso Viuesium. Eo bello Cæsar Italico pedestri subsidio incommode caruit, quòd superiore anno Italici, quia stipendiis ægre sibi persolutis, nequaquam honeste atque amanter habitis fuissent, ueluti indignantes ipsorum Romani ducis inclementiam, & subagrestes erga se contumelias, ad Gallica, Britannicæque stipendia, tanquam uberiora certioraque, se contulerant. Nam tum apud regem gratia maxime ualebant, qui Italici obnixè studerent, Petrus Strozza Florentinus, qui ualidam Etruscorum & ciuium suorum manum circum se habebat, & Petrus Maria Roscius sancti Secundi comes, apud quem ex omni Italiæ factiosa regione Gallici nominis studiosi milites facile coibant. Penes hos fortissimo cuique notoque militi ad liberale stipendium erat locus: ut pote qui non in lucro interuersis militum stipendiis, sed in laude & gloria uerum militiæ fructum reponerent. Cæsar quoque ad suas lectissimi generis copias maiorem H quàm unquam antea tormentorum apparatus adiunxerat. Ante omnia autem quæ sui iuris antea fuissent manu repetenda iudicans, ad Luxemburgum, uti ferunt urbem olim Leucorum, recta duxit. Eam Galli paulo antè Aureliani uirtute in potestatem redactam, magnis operibus additis, peregre munierant: & quum aliquanto post à Cæsarianis oppugnaretur, ita per Sergianum Caracciolum Melphitanum regulum, quem rex conchiliato torque nobilitatis atque uirtutis causa donauerat, omnium rerum copiis, uis facta, sceleriter illatis opportune seruauerant, ut in ea supra septuaginta mediocris maiorisque generis anea tormenta relinqueret. Sed non satis magnum aut ualidum armatorum præsidium, quod mœnia tueretur, ibi restitit, neque tantum penuarij commeatu in urbe reconditum ab initio fuerat, ut obsidio diu sustineri posset. Atque ita usu euenit, ut Cæsar celeritate usus, omnem hostium diligentiam præueniret, & inopia potius rerum premendos, quàm tormentis adactis uera uis subigendos esse statueret. Præerat præsidio uir nequaquam animo fortis, ideoque aliquanto uitæ salutisque cupidior, quàm egregiæ laudis. Is itaque per sesquimensum quo spatium annona ei egregie suffecit, incorruptus est, sed mox adeo ignobilem fecit deditiōem, K ut territus amplitudine castrorum hostilium, & desperatis auxiliis, tormenta Cæsari, atque arma concederet. Luxemburgo per Gonzagam in potestatem redacto, Cæsar qui in Mediomatricibus substiterat, Arduennæ syluæ finibus egressus, & Mosa flumine superato, ad oppidum Comersium recta duxit, prolatoque toto tormentorum apparatu & constitutis uincis, grauem Gallorum oculis uti mox oppugnaturi speciem præbuit: quo terrore adducti qui erant in præsidio quadridui spatium deditiōem

A ditionem fecerunt. His duobus oppidis fœde amissis, magnus illico Gallis omnibus incessit timor, ob id præsertim quòd Cæsar ipsorum opinione celerius coactis copiis, & confectis itineribus in Galliam perripisset. Putabant enim Cæsarianos omnem adipiscendi commeatu spem & facultatem in eius presentis & nondum maturæ aut defectæ segetis esse posituros. Sed Cæsar omni superioris anni frumento diligentissime conquisito, non nouo, sed uetere commeatu, ideo sibi utendum censuerat, ut imparatos hostes, nec adhuc collectis aut reconditis frugibus perturbatos adoriretur. Quo admissio consilio apparebat etiam regem aliquanto tardius quàm usus imminētis belli posceret, Heluetiarum legionum auxilia accersenda curauisse, quando quidē pene improuisus Cæsar Luxemburgum occupasset, & Galliæ fines terribili expeditoque exercitu prius intrasset, quàm Heluetij, in quorum auxilio presentique manu regni constaret salus, nondum erectis uexillis, ad profectiōem parati dicerentur: admirantibus plerisque tanta in re uel ipsius regis incuriam, uel quæstorum segnitiam, qui cunctantius pecuniam in eius gentis stipendia depromēdam existimassent: quæ una res non mediocri incommodum & dedecus Gallico nomini postea parasse uisa est. Gonzaga Comersio potitus, inde prope discedens, ad Ligninium castra posuit. Id oppidum satis frequens, ueterisque arce munitum rex omnino defendendum esse censuerat, quòd Briennium & Rossinium, è Luxemburga familia regulos, quorum ditionis erat oppidum, nouis auxiliis confirmasset: eò scilicet intromissis duabus Etruscis cohortibus, & totidem Gallicis, duce Sceneio Tintauilla iuene impigro. Gonzaga nihil spatij hostibus dandum ratus, Ioanne Iacobo Medice, qui tormentario negotio præerat, apposite atque celeriter administrante, à quatuor partibus tormenta mœnibus admouit. Is autem erat oppidi situs, ut duobus aduersis utrinque collibus subiectum, tanquam media in ualle facillime cum grauissimo etiam interiorum ædificiorum detrimento uerberaretur, & à planioribus item locis directus murus tanto impetu quateretur, ut ingenti ruina edita, per amplius aditus non pediti modo, sed equiti ad irrumpendum paratus esset, nequicquam laborantibus Gallis, qui nouos aggeres introrsus erigere contendebant: Nam tanta erat uis incidētium undique pilarum, ut nemo in munitione consistere auderet, quum magna ipsorum pars, tormentis discerpta periisset, aut debilitata uulneribus tueri locum nequiret. Quibus rerum difficultatibus Galli duces, E facile perterriti, uti ex mutuo susurro deprehendi potuit, de deditiōe cogitare cœperunt, ob idque festinātius, quòd Hispanos iam ad irrumpendum paratos in acie conspicerent, quorum uim & multitudinem multis de causis se nequaquam laturos esse fatebantur: quanquam aliqui non deessent animo firmiore, qui indecorum cunctis, ipsique præsertim regi maxime detrimentosum fore testarentur cum hoste pacisci priusquam eius uirtutis atque audaciæ periculum facerent. Cuius sententiæ princeps erat Petrus Paulus Tosingus, nobilis exul Florentinus,

quanquam ei contradiceretur à Vincentio Taddeo collega, qui quanquam egregie strenuus, in sententiam regulatorum, nihil ex uano hostis uim formidantium inclinabat. Illi nanque malefana periculosaque in resistendo constantia publicam omnium salutem, suiq; patrimonij oppidum in summæ calamitatis discrimen adducere nolebāt. Itaque Rossinius per auersam portulam ad colloquium Gonzagam sub fide uocauit, demisseque se uictos confessus, & accuratis precibus molliores conditiones à uictore impetrare contendens, se uero & duriore quàm putarat in ea re Gonzaga reperto, eo modo deditioem fecit, ut cuncta præter omniū uitam, uictoris arbitrio concederet. Nec mora Gonzaga cum familiarium militum caterua in oppidi possessione manu ductus, Briennium ipsum atque Rossinium, ipsumque Scencium iure belli captiuos fecit, & ad exprimendam grauiorem redemptionem, in castella Cæsarianæ ditionis separatim custodiendos misit. Ea inexpectata foedaque prorsus trium insignium oppidorum ditione Franciscus magnopere perturbatus, intentiore cura, quæ ad sustinendum bellum opportuna uidebantur, parare cœpit: ita ut nobiles quosque è singulis prope regni oppidis equites euocaret, & per eos extraordinaria usus opera, remotius conuehi frumenta, & quæ nondum in agris desecta essent comburi, & proprios hostium cōmeatus obseffis itineribus intercipi iuberet. Quibus curandis muneribus intentum, & incaute sese offerentem Surioniū è Borbonia familia domui regie propinquum Cæsariani equites interceperunt. Re fœliciter ad Ligninium per Gonzagam gesta, Cæsar singulari affectus lætitia, quod nusquam Galli in aciem prodiret, & negligentissime singula oppida, per quæ transire hostes oporteret, permunisse uidebantur, castra promoueri iussit ad proximum oppidum satis munitum atque opulentum, à templo sancti Desiderij à Gallis Sandesirium appellatum. Id in satis magna, purgatæque planitie situm, à septentrionibus mediocri interiecto spatio Matrona amne permunitur, reliquis partibus circūdatur densissimis syluis: murum autem habet nouis operibus auctum. Ibi nanque Hieronymus Marinus, Bononiensis architectus, opportuno in loco mœnium propugnacula fenestris lateribus accurate perfecerat, nouasque quotidie munitiones instituebat. Præerat præsidio uir Gallus, singulari uigilantia, fortitudinæque animi, nomine Landa, quem superiore anno cū insigni gloria apud Landresiu binas uno tempore Cæsarianorū & Britānorum oppugnationes pertulisse memorauimus. Ea autem uis oppugnantium fuit, ut à meridie subuecta tormenta à spatio trecentorum passuum incredibilem præcidentium mœniū ruina m ederent, & duo turrata propugnacula ab utroque mœnium angulo assidue colubrinis terebrata quassatæque prosternerent: sic ut priusquàm à Gallis interior agger tuto erigi posset, illac Hispani non omnino incommode in oppidum perrumpere se posse dicitarent. Sed ea militum alacritas ducibus inanis & periculi plena uidebatur, quoniam tametsi oppidi in plano siti murus tormentis abrasus erat, & solo pene æquatus, frequentior

- A frequentior tamen ædificiorum pars in mollem tumulum, qui in medio oppidi paululum assurgebat, ita erat subducta, ut inuasuris denum ferè pedum scalis opus esse perspicerent, priusquam ad paratos in statione Gallos conferendis manibus perueniri posset. Hoc impedimento deterriti Cæsariani duces, in labro fossæ quadratum & solidum aggerem, turris instar, è cespite glebæque erigere cœperunt, in cuius superiore platea aliquot maioris generis tormenta educēda constituendæque censebant: ut his superante altitudine hostes depresso in loco consistentes uerberarent. Id uero opus quum ab hostibus inchoari
- B Galli duces animaduertissent, præmonente demonstrantēque Marino, parem ex aduerso munitionem ædificare cœperunt, tanto animo, tantæque industria frequentissimis tormentis propugnates, ut multa quotidie hostibus detrimenta inferrent, nec ullam perterriti animi, aut demissæ spei significationem darēt. Accidit autem idibus Iuliis, ut Renatus Aurantius regulus, qui Belgicum adduxerat peditatum, iuuenis omnibus naturæ atque fortunæ muneribus ornatissimus, ideoque Cæsari longe charissimus, tormenti mortifero ictu uulneraretur. Is enim quum fortè ad Gonzagam, ad opus faciendum milites cohortantem, assidentemque in fossa munitionis superuenisset, eique honoris causa ille assurgens sellam suam concessisset, paulo post in eum locum directo ab hostibus tormento ita globus ferreus aggeri incidit, ut diffracti resilientisq; lapidis frustulolethaliter in humero uulneraretur. Eum iacentem humaniter inuisit Cæsar, expirantemque complexus, nequaquam fictæ beneuolentiæ in ea casus acerbitate lachrymas effudit. Nec multo post Hispani milites non satis animaduerso periculo, ab incondita quadam alacritate à ducibus postularunt, ut adoriendi oppidi signum dare minime dubitarēt. Ipsos enim accepta uictoriæ tessera in oppidum fortiter atque fœliciter irrupturos. Laudauit eorum alacritatē magnitudinemq; animi Gōzaga, atq; ita eos periculi admonuit, ut prius locū propius explorare præmissa perniciū sclopettariorū manu, quàm murum aggredi iuberet. Sed res ita cecidit, ut quum audacissimus quidam Hispanorum nomine Chirofa, Aloysij Brauij cohortis signifer, id munus explorandi loci deposceret, & sublato uexillo ad murū oppidi ire contēderet, reliqui ad unū signiferi omnes æmulatione laudis eum auidè atq; certatim subsequerentur, atq; uniuersi demū milites, eadem spe potiūdi oppidi uehemēter incitati, quin fossam superarent, & per ruinas erepere conarētur, nullo uetantium, & deterrentium præfectorum imperio retineri possent: tametsi nullum adhuc committendæ pugnæ signum à ducibus esset propositum. Qua effræni atque immoderata militum cupiditate permotus ipse castrorū magister Aluarus Sandeus, uti erat singulari animi fortitudine præditus, ne in omnem temeritatis atque fortunæ euentū certus dux suis deesset, inuocato magna uoce uictoriæ nomine, quin procurrentibus se immisceret minime dubitauit, hunc statim subsequēte collega Aloysio Peretio, qui uirtute animi nequaquàm ei

inferior putabatur. Verum ubi ex eo tumultuario procurfu ad hostes ap-
 propinquatum est, inanis ea alacritas & plurimum funesta extitit: nam
 Landa peritissime tormenta collibrari, & sclopettarios continuo dis-
 dere iubens, tantam in subeuntes & confertos tormentorum omnis ge-
 neris procellam effudit, ut totius fossæ spatium interfectorum cadaue-
 ribus compleretur. Nam quod antea à Cæsarianis animaduerti nequi-
 erat, hostium tormentarij magistri binas in aduersis duorum aggerum
 lateribus fenestellas in eius diei usum astute constitutas, & tenui gleba
 contactas, repente aperuerant, è quibus directis in latera colubrinis mi-
 serabilis fortium uirorum strages edita est. Ad hæc etiam Galli fictili-
 bus, & tubis ligneis, nota atque usitata ratione, bituminosi & sulphurei
 ignis flammæ iacentes, quæ thoracibus & galeis adhærerent, multum
 profecerant: tanta quidem propugnantium simul atque inuadentium
 constantia, audaciæque, ut Germani hæretes Hispanos, & plane magno
 cum incommodo repulso conspicati, insilire in fossam, eisque succede-
 re minime recusarēt. Verum nequaquã tanta fuit apud Germanos per-
 seuerantia, ut egregio conatu, iam reiectis Hispanis ferre niterentur:
 Nam ubi appropinquatum est, paria prope ac Hispani pilarum, uolitan-
 tiumque ignium uulnera susceperunt: eo exitu ut aliquãto celerius
 quam pugnam appetissent pedem referrent. Ea die ex Hispanis ad quin-
 gentos, partim in fossa occisos, partim grauibus affectos uulneribus, de-
 sideratos ferunt. In his perire signiferi tres, saluis tamen uexillis, Sacca-
 ratus, qui pridie inauspicato ad Mendocia cohortis præfecturam uirtu-
 tis nomine fuerat traductus, & Romerius Solerius, atque Spinosa. Ex
 præfectis autem Alfonso Caruaial nobilissimo ortus genere, & Moñ-
 saluus Valentinus atrocibus flammis circūuentus. Cæterum ipse Alua-
 rus Sandeus manus atq; ora deformiter ustulatus, & Aloysius Peretius
 femore glande traiecto, uix sese è tanta clade eripuerunt. Germanorum
 autem qui ceciderunt inclyti nominis, fuere Eyrtelfriktius Hohenzol-
 lernus & Ludouicus Curtauilla. Chirofa ipse, qui exitiosæ temeritatis
 author fuerat, quum omnium uoce damnaretur, pœnam ueritus, ne-
 que ignarus seueritatis Cæsaris, ad Barium oppidum Gallicæ ditio-
 nis perfugit. Biduo post rescitum est Landam pari prope sorte, qua Au-
 rantius è uita sublatus est, tormento ereptum fuisse, cui cum imperio
 successit Sanferrius regulus iuuenis impiger, sed fortitudine animi, us-
 que militiæ nequaquam Landæ par, eo Sanferrio patre genitus, quem
 apud Mediolanum Heluetio prælio cecidisse memorauimus. Eo tam
 audaci atque improspere suorum conatu permotus Cæsar, usque a-
 deo appetenter Italicam legionem desiderasse dicitur, ut se parum pro-
 uidi consilij sui pœnitere fateretur, quod Italicos parcendo pecuniæ ab-
 initio, secus ac aliàs fecisset, & nuper ad Duram fuisset expertus, non cõ-
 duxisset. Expeditas siquidem atque promptissimas aggrediendis mu-
 ris Italicorum cohortes Hispanicis admixtas, procul dubio in oppidum
 peruasuras arbitrabatur, quod Germani armis atque corporibus gra-
 ues,

A ues, neque suo ingenio multa agilitate polentes, quandam incessus
 tarditatem è disciplina campestribus præliis requisitam præferrent, quæ
 aliena prorsus à subitariis extraordinariisque inuasionibus censebatur,
 quibus id oppidum proculdubio capi posse uideretur. His de rebus exi-
 stimabat Cæsar huiusmodi certamina minime instauranda repetendæ-
 ue, quum in his asperrimis conatibus florem militum absumi, augerique
 inde hostibus animos, tanquam ex æquissimo semper loco pugna-
 turis, manifeste prospiceret. Itaque ut cuniculis res ageretur, ducibus præ-
 cepit, quibus supposito atque incenso tormetario puluere hostium ag-
 ger superstantibus defensoribus excinderetur. Quo iam inchoato pro-
 ductoque opere, cognitum est hostes ex aduerso pares cuniculos, uti di-
 sciplinæ consuetudo postulabat, diligenter instituisse: sic ut ea oppugna-
 tio ad obsidionem deducta uideretur: nec tamen Cæsarianos expugnandi
 oppidi totam spem abiicisse appareret: nam magno molimine machinam
 instituebant, instar antiquæ testudinis, quam subiectis rotis erga-
 rarum beneficio ad murum producere cogitabant. Eius latera permu-
 nita erant crassis asseribus, ac exterius lanarum faccis conuestita, super-
 ne autem pedalibus tignis inter se confertis ualida cõcameratione pro-
 tegebatur. Tanta uero erat amplitudinis, ut integram, & in ordine con-
 stitutam fortissimorum militum centuriam cõtineret, qui densata acie,
 sublatis statim à fronte pluteis, quum satis promotæ foret machina, per
 ruinas munitionisque hostium peruasuri, atq; inde deiectis propugna-
 toribus in oppidum irrupturi credebantur. Sed eius operis labor subtili-
 ter institutus successu caruit. Nam Cæsar consilium mutare coactus
 est, quum certior esset factus Gallorum equitum & peditum per amplam
 manum ad Vitriacum oppidum, duodecim inde millibus passuum di-
 stans, Brisacco duce peruenisse. Is aliquam non omnino periculosam fe-
 rendæ opis occasionem expectans, inde ad obsessos penetrare statuebat.
 Propterea Cæsar, ut obsessis expectandi auxiliij spem minueret, & quan-
 tum nouus hostis in congressu ualere statim experiretur, eum noctur-
 no prælio adoriri constituit. Itaque sub occasum solis missus est Francis-
 cus Atestinus cum Italicis equitatu, cui ducenti Sequanici generis ga-
 leati equites aduerti fuerant. Datus est etiam Francisco comes Casta-
 lius dux uetus, & secundum hos Mauritius Saxo, cum duobus millibus
 Germanorum equitum, cuius uestigiis hærebat Gulielmus Fruftember-
 gus cum peditum suorum legione, qua cum septem muralia tormenta
 trahebantur. Continenti igitur agmine euntes, interfectis ex itinere Gal-
 lorum excubiis, ad secundum à Vitriaco lapidem trecetorum equitum
 alam, quæ hostium motum præferat, atque equos ascenderat, acri
 impetu facto profligarunt, multis utique interfectis & captis. Tum ue-
 ro Brisaccus ex suorum fuga cognito hostium aduentu certius agno-
 scendi hostis, explorandique suorum casus cum ualida manu prouehi-
 tur. Circiter autem duo millia peditum, quæ partim ex Gallicis partim
 ex Italicis cohortibus constabant, in acie cõsistere iubet, reliquas equi-
 MM ij

tum alas præterfluentis Matrone amnis pontem tueri, iussaque sua operiri præcipit. Eo modo Brisaccus feruido ingenio prouectus, in Atestini equites incidit, & quum conferta statim pugna incumbentium hostium impetum sustinere non posset, ad suos refugere cœpit, ita à tergo instantibus hostibus, ut grauissime premeretur, & nequaquam contentis habenis tumultuoso incursum suorum ordinem perturbaret. Quo casu puncto temporis tota Gallorū acies dissipata est, eo euentu ut nisi Sampetrius Corfus sclopettarios suos urgentibus Cæsarianis opposuisset, ipse Brisaccus in uado fluminis opprimeretur, & permixti Gallis hostes in oppidum irrumperent. Reliqui Gallorum equites continuo fugæ se mandarunt, & bona pars peditum interfecta est: Sampetrius tamen, qui ducem seruasse uideri potuit, cum ea, quam diximus, manu, infestos hostes glandibus cōiectis repellens, seipsum cum sua cohorte tenebris tectus seruauit. Ex numero Gallorum Italicorumque peditum circiter trecenti in templum se contulerunt, quod erat iuxta oppidum, atque inde sclopettis emissis se defendere cœperunt, frustra eos Atestino atque Castalio hortantibus, ut se dederent, neque tormenta, quæ cum Germanis adducebantur, expectanda ducerent. Id uero milites egregie fortes minime credebāt, quum hæc terrendi sui causa ab hostibus dici arbitrarentur: atque eo modo his conditionibus, quæ militare decus offenderent, repudiatis, in eodem proposito sustinendi hostis per aliquot horas perseverarunt, donec Frustembergus superuenit. Is dum templi situm inspiceret, glande circa ceruicem ictus, ideoque crudeli ira percitus, templo suorum legione circumdato, admotisque muralibus tormentis, id immaniter quaterere cœpit: ita ut perforatis lateribus & perfractis columnis, integra prope testudo concideret, obiterque infelicis uirtutis atque constantiæ homines, ne fornicum & totius conignationis ruina opprimerentur, clamore sublato, ad easdem quas repudiarant deditiois conditiones recurrerunt. Sed eo tempore neque Atestini neque Castalij apud inexorabiles Germanos iustæ deprecationes ualebant, utpote qui deditis seruare uitam cuperent: atque ita patefacto templo à Germanis ad unū omnes crudelissime trucidati sunt, oppidumque direptū. Apparuit uniuersum Brisacci equitatum, magno regis detrimento, quod ex nobilissimis Gallicæ iuuentutis cōstaret, deleri potuisse, si Saxones equites iter conficere maturassent. Quo casu Germanicos equites suo graui & contento incessu tranquillius & tardius equos agitare solitos, stataria in pugna, quam in procursationibus fortuitorū certaminum aptiores & firmiores esse perspectū est. Hæc nocturna uictoria nunciata Cæsari, & obsessis ad illudendum significata, mirum in modum eorum animos cōtriuuit: nam uti erant auxiliorum expectatione suspensi, & ad summam multarum rerum, tormētariisque præsertim pulueris inopiam redacti, de fortuna sua conquerebantur: quandoquidem plerique eorum amissis commilitonibus, acceptisque uulneribus, & perpetuis uigiliis seminecēti, iamque deficientibus esculentis nequaquam

- A quam abunde recreati, de deditioe cogitarent, nec pari autoritatē, ac antea facere solitus esset Landa, Sanferrius desperantium animos confirmaret. Cæterum Cæsar Vitriacum suis copiis obtinendum ratus, ut hosti eriperetur, ibi in præsidio quinque cohortes Frustembergæ legionis remanere iussit, quæ demessa frumenta colligerent, & ea munia capefferent, quibus hosti maxime nocere possent. Sed Germani triduo cōsumptis omnibus com meatibus, quum ibi diutius subsistere nollent, concremato oppido iniussu Cæsaris in castra redierunt, ita ut subiratus Cæsar Gulielmo acerbissime succenseret, & in locum earum cohortium, quæ oppidum deseruissent, Aliprandum Madruccium Tridentini Cardinalis fratrem cum quatuor cohortibus, & quadringentis equitibus suffecit. Per eos dies calendis Augusti aliquot Galli equites, quum in syluis aliquādiu Cæsarianorum exploratorum oculis obuersati essent, speculantes occasionem ferendi obsessis auxiliij, ingenti ausu globo facto triginta equites ad Sandesirium percurrerunt, singulos tormentarij pulueris sacculos, à tergo deferentes. Sed is eorum exitus fuit, quanquam citatissimis equis uterentur, ut non omnes, aut metu deterriti, aut intercepti à Cæsarianis, oppidum ingrederentur. Qua re ex captiuis cognita Cæsar facile intellexit summam esse apud obsessos sulphurei pulueris inopiam, sic ut milites æquiore iam conditione murum se inuasuros, si Cæsar iuberet, pollicerentur. Re ad Vitriacum à Cæsarianis bene gesta, nihil secius Galli pleni fiducia rei bene gerendæ, si hostis mœnia repeteret, uigilantissime oppidum tuebantur, cunctaque opportuna ad defensionem ex Marini architecti præceptis solertissime comparabant, quum repente oppido emissus tubicen postulauit, ut sub fide legatos colloquendi causa obsessis emittere liceret, factaque potestate Vicontius, Riueria, & Sineus cohortis præfectus ad Gonzagam uenerunt.
- D Summa mandatorum hæc fuit, Sanferrium, quanquam ea uirtutis atque constantiæ documenta dedisset ut sibi nullo pacto timendum arbitraretur, alienum tamen non esse à deditioe oppidi si honestis conditionibus ageretur. Petebant Galli ut ipsis excedentibus, arma resque omnes, & cuncta tormenta concederentur, mensis unius induciæ fierent, intra quas nisi rex iusto cum exercitu obsessis opem ferret, & Cæsarem soluta obsidione depelleret, continuo oppidum Cæsari traderetur, ea tamen conditione ut reficere mœnia, & construere nouas operum munitiones intra sex menses Cæsarianis non liceret. Hæc tanquam insolentius postulata Ferdinandus ita reiecit, ut legati facile intelligerent quanta sperata uictoriæ confidentia hostis niteretur, atque eo modo redeuntes in oppidum, non multo post iterum atque iterum æquioribus cum mandatis remitterentur, atque eo die præter omnium opinionem de oppidi deditioe trāsigeretur, his conditionibus: Duodecim dierum induciæ sunt, intra id spatium ni Franciscus rex promotus exercitu obsidionem soluat, Sanferrius oppido statim exedito, à Cæsarianis exeunti præsidij causa duo tantum tormenta cōcedan-

tor: Gallis omnibus sub uexillis ad tympanorum sonitum more militiæ F
 abeundi quò uelint potestas esto, reliquum omnem tormentorum ap-
 paratum totamque commeatus copiam Cæsari relinquant, de hisque
 rebus quatuor obsidibus cauetor. Ab hac pactione acceptis obsidibus
 Gonzaga in oppidum intromisit Hispanum equestris ordinis nomine
 Contreriam, qui accurate obseruaret, ne Galli noctu uel interdiu mu-
 nitiones auerterent. His confectis rebus, quum id rescisset Franciscus, nec
 ut opem ferret ex usu esse iudicasset, à Sanferrio integra fide traditum est
 oppidum. Ferunt Sanferrium fictitiis Claudij Guisij primarij ducis lite-
 ris deceptum, aliquanto maturius quam expediebat ad deditiois con- G
 silia descendisse. Hæ literæ apud Granuelium confictæ fuerant, & exem-
 pto ceræ sigillo ex ueteribus Guisij literis usque adeo arguta falsarij ma-
 nu exarata, ut pro ueris agnoscerentur, ab his præsertim qui eo obsidio-
 nis periculo sollicitis & trepidis animis celeriter eximi cupiebant. His si-
 quidè literis Guisius Sanferrio respondere fingebatur, tanquam intem-
 pestiue ferri sibi opem postulanti, regem graui de causa alienum esse à
 cogitatione ferendæ opis, ne sese, & liberos, fortunâque omnes regni,
 in unius pugnae non necessarium discrimen adduceret. Proinde ipsum,
 qui amplius quadraginta diebus insigni regis commodo summaq; sua H
 laude, acerrimorum hostium uim sustinuerit, si urgeretur acrius & de-
 fereretur à fortuna, non indecorè aut turpiter facturum, si sese atque præ-
 sidium honesta pactione conseruandum existimaret. Quibus literis à
 Gallo lixa præsentis pecunia corrupto in oppidum delatis, qui eas calceo
 infutas ad simulandam periculi diligentiam afferebat, & in corona à
 Sanferrio perlectis, nemo militum fuit, qui à deditioe dissentiret. Per
 hunc modum non sine risu Gallicæ simplicitatis Sandesirio potitus Cæ-
 sar, quid sibi agendum foret in consilijs agitabat, ualde perplexus an Ca-
 talaunum oppidum, quod Sciallonum hodie Galli appellant, in eodem I
 fere itineris cursu secundum Matronam amnem positum oppugnaret,
 an ad Lutetiam usque progrediretur. Huius explicandi consilij ratio in
 eo uertebatur, quòd duces ferme omnes confirmarent difficilem at-
 que ærumnosam fore munitissimi oppidi expugnationem. Id enim
 ualidis atque recentibus copiis firmatum auctumque magnis operi-
 bus, & instructum magna tormentorum copia fuisse constabat, uti
 regem ex tanto Sandesirianæ obsidionis spatio prouidisse credi fas e-
 rat: ita ut ex ea inutili prope, quanquam decora ad Sandesirium mora,
 adeundæ Lutetiæ occasionem plerique milites prædæ auidi, amissam K
 fuisse quererentur. Regem porro qui Heluetiorum auxilia diu expe-
 ctata, dudum in castra recepisset, aduenissentque ei ueteres nouique Va-
 scones, ita esse confirmatum, periti milites dictabant, ut quum in
 proximo castra haberet, prælio dimicaturus esse censeretur, si non ini-
 quo loco periculi faciendi facultatem nancisci posset. Erant enim mul-
 tæ undique coactæ peditum atque equitum copiarum, ut refutandus potius
 quam laceffendus à cautis maximèque prudētibus, qui erant apud Cæ-
 sare, farem,

A sare, crederetur, uel ob id præsertim quòd multis ex numero Hispanorum
 aut interfectis aut grauius debilitatis, & rarefcentibus Germanorum le-
 gionibus, Cæsar neque peditatu neque equitatu superior existimari pos-
 set: propterea Henricum regis filium id pro comperto agnoscentem, pu-
 gnæque auidum, segnia & parum generosa patris consilia detestari uul-
 go prædicarent. Sed hos sermones grauius expendens Cæsar, in arcano
 pugnae cupidus ita admittebat, ut secretum regeret, ostentandique ani-
 mi causa ad Catalaunum castra moueret: tanquam oppugnare uellet,
 hostibus metum iniecturus. Cæterum suo innixus consilio, repete mo-
 B tis castris ad Aspernetum oppidum destinato itineri impositum con-
 tendit, præterque opinionem regis atque hostium eo potitus, opulenta
 omnis generis comeatus copia largissime sese recreauit. Tum uero rex
 adiuncto sibi cum reliqua copiarum parte Claudio Guisio, promotis ca-
 stris in conspectum Cæsaris se dedit, intercedente Matrona amne, qui uo-
 do transiri non poterat, certatimque utrinque excitata per agros incen-
 dia uisebantur, quum Galli sua omnia, ne his potiretur hostis, ultro per-
 uastarent, & Cæsariani Germanique præsertim, ut Gallis maxime noce-
 rent, incendijs effusissime grassarentur. Erat eius horrendæ cladis aspe-
 C ctus plane miserabilis: quum fertilissimæ regionis incolæ, neutram in par-
 tem opportuna ipsorum malis remedia reperirent. Ab Asperneto Cæ-
 sar in Parisios iter habebat, quum in altera amnis ripa regionum agmi-
 na uiserentur: ideo pari instructa acie, ut si Cæsar in amne pontem face-
 ret, aut uado transire conaretur, in margine fluminis prælio decertaret.
 Quod quum à Cæsare ex non iniqua conditione tentari posset, Guliel-
 mus Fruftembergus, odio suo peculiari in regem incensus, quòd ueteri-
 bus stipendijs cum ignominia exauthoratus fuisset, uti erat peritus re-
 gionis, noctu in amne tutum uadum quæritabat, uerum incaute ripis in-
 D hrens à quibusdam exploratoribus Gallis pro speculatore interceptus
 est, deductusque ad regem & agnitus, cunctis prope eum ad laquei necem
 deposcētibus, custodiæ traditus est. Eius uiri casu spe pugnae decidit Cæ-
 sar, quum in eius audacissimi hominis industria superandi amnis con-
 ferendæque pugnae facultatem se reperire posse confidisset, & regem tu-
 multu Lutetiano perculsum non temere pugnae potestatem facturum ar-
 bitraretur. Peruaserat enim ad Parisios usque non falsus rumor, Cæsarem
 passim expugnantis oppidis uictorem appropinquare: tanta omnium pertur-
 batione ut urbs totius Europæ amplissima & copiosissima ingenti me-
 E tu quateretur, atque incolæ confusissima trepidatione chariores res suas,
 liberos, & coniuges nauigijs imponerent, ut per Sequanâ elaberetur, &
 nemo fere esset ex indigenis Gallis qui arma caperet, ut sese & patriam ab
 hostis iniuria tueretur: neque ipse Medonius Cardinalis, qui Lutetiæ re-
 gio nomine cum imperio præsidebat, tantum ualebat autoritate, ut fu-
 gam perterriti populi usquam sisteret. In eo tamē tumultu peregrini om-
 nes, qui ibi per gymnasia liberalibus studiis operam dabant, arma sum-
 pserunt, præbente se eis duces Caracciolo Sergiani Melphitani reguli
 M M iiii

filio, qui Lutetiæ sacerdotiũ inter cucullatos opulentũ liberalitate regis fuerat cõsequutus: impigro nanq; ingenio iuuenis, uti militari patre genitus, armis potius quã piis ad diuos supplicationibus immanes hostes arcendos existimabat. Quæ armata manus studiose iuuetutis alacriter digesta in cohortes, tametsi impar sustinẽdis hostibus uidebatur, no uo tamen & numerofo armatorũ subsidio populus confirmatus, quod pari passu instructo exercitu regẽ aduentare didicerat, fugam repressit. Quum eo modo nullo congressu, sed crudelibus incẽdiis bellũ gereretur, de pace per idoneos homines agi cõceptum est: nam paulo ante per Bertouillam equitẽ Ligninij captũ, dimissumq; per Iacobum Medicẽ & Franciscum Somalium Insubrem uirum clarissimum, qui Cæsaris consiliis adhibebatur, Hanebaldo Amiranti significarant, Cæsarem usque adeo diri atque exitialis belli pertasum eo esse animo, ut si honestis conditionibus pacem rex peteret, ab æqua concordia minime discessurum, ipsos autem Medicem atque Somalium, ueteris suæ militiæ stipendiis & beneficio regis addictum, profiteri fidelem operam suam, quam ea in re non ingrati Cæsari futuram scirent. His à Bertouilla nunciatis, neque ipse Amiras, neque rex postea surdas aures præbuerunt: ita ut Bertouilla cum Bailiua Digionio rerum perito sene cum mandatis remitteretur, quibus colloquio locũ & diem primariis constitui postulabant. Eius autem actionis exitus fuit, ut Granuelius atque Gonzaga cum Hanebaldo atque Nulleio uiro togato colloquuti, eo facilius de pace tráserent, quod in eius rei negotium iam antea Gabriel Gusmanus Hispanus cucullati ordinis à regina Galliæ ad fratrem Cæsarem missus, se Christianæ pietatis nomine insinuasset. Dum hæc in spem pacis tractarentur, Cæsar Antonium Peronotum ipsius Granuelij filium, iam pridem ad arcana scrinij cõsilia admissum, ad Henricum regem Bononiam oppugnantem misit, ut per eum Britanus natura suspiciosus de his rebus, quæ de pace actitata fuerant, sed nondũ plane constitutis legibus transacta, accuratissime doceretur. Sed plerique existimarunt Antonium peculiari de causa ad Henricum fuisse transmissum, ut Cæsaris difficultates, adeundæque Lutetiæ consilium explicaret, peteretque ut castra in Parisios mouere uellet, ut communibus uiribus Lutetiam occuparent. Quod si proprio occupatus bello id facere nollet, saltem hoc sibi indulgeret, ut incolumi fœderis amicitia, de pace cum Francisco transigere liceret. Quamobrem Henricus sua certa spe expugnandæ Bononiæ in-nixus Antonio ita respondit, in potestate Cæsaris fore cum Gallo rege de pace pacisci, idque se æquo laturum animo, modo recentis inter ipsos ic̃ti fœderis iura nequaquam præuerteret. Pluris nanque Henricus propinquam obtinendæ Bononiæ spem, quã Lutetiæ possessionem existimabat, quod Motrellum quoque magnis uiribus à Talboto oppugnatum, sibi cessurum confideret. Itaque Cæsar redeunte Antonio consilia pacis explicauit, nam plerique nihil stultius & perniciosius fore iudicabãt, quã si Cæsar in urbem Lutetiam longe omniũ amplissimam irrumperet

A irrumperet properaret: instante ualidissimo regis exercitu, quandoquidem irrumperentes milites ad prædam ita dilapsuri crederentur, ut non facile, quum exterior hostis ingrueret, cogi, aut in aciem produci aduersus regios posse quisquam ducum existimaret, quandoquidem certa famis obsidente suburbana rege uictoribus & incolis extimescenda censeretur. Quod si cuncta prosperè Cæsari prouenirent: nihil tamen eum tanto periculo quæsiturum apparebat, quã ut alieno commodo salutem & dignitatem suam intempestiuo tempore periclitaretur: quoniam fœdere erat adscriptum, ut si parta uictoria Parisiorum Lutetia potiretur, ea urbs, uti superioribus sæculis fuisset, non Cæsari, sed Britannico imperio cederet. Urgebat etiam Cæsarem ad complectendam pacem pecuniarum inopia, usque adeo, ut quum fremerent Germani, præteritãque iam & instantia stipendia arrogantius flagitarent, ipse ingenti animo ad milites prodiret molliendis eorum animis, sic ut paucorum dierum sibi dari spatium, ut debita dissolueret, indignis prope precibus peteret: & seipsum in promissæ pecuniæ fidem, in ipsorum manus dediturum esse profiteretur. Quo pudore adducti milites Germani, ad unum omnes manum sustulerunt, quod erat pacati animi signum: atque inde Cæsaris uexilla in Suessiones uersa sunt, apud quorum urbem perscripta sunt distinctius pacis leges, cuius compositionis tabulæ postea, hinc atque inde modò ad Cæsarem modò ad regem delatæ sunt, donec in hunc maxime modum consentiente utriusque uoluntate, & Cæsar, & Franciscus conditionibus subscriperunt: quæ pari utrinque lætitiã susceptæ fuere, quum Franciscus grauissima calamitate miseris Galliæ populos liberatos perspicere, & Cæsar ipse difficili periculosoque negotio cum dignitate se explicasset. Vnus omnium ægerrimè tulisse pacem Henricus Delphinus traditur, qui Cæsarem rapto uiuentem, copiãque eius multis affectas incommodis, sibi que impares, è manibus eripi, bellici uigoris atque ira turgidus, uel in coronis perstricto patre diserebat. Sed Franciscus factò sepe, & improsperè quidem fortunæ suæ periculo, quum Cæsaris genium reformidare diceretur, cuncta Cæsari concedenda rebatur, modò ei uel iniqua conditione Galliæ Cisalpinæ imperium eriperetur: quod quæ suæ paulò antè ditionis fuissent, pro dignitate Gallici nominis, uel ingenti pretio redimenda statueret. Eo etiam sollicitius atque cupidius, quod Cæsarem ad totius Italiæ imperium aspirare plerique prædicarent, uel uno argumento, postquam Pontifici, ne usquam uti publicæ libertatis defensor commouere se posset, graues Tridentini concilij compedes inieciisset: quæ eo nomine uidebantur honestissime, quandoquidem ex eo digna sacerdotibus morum censura, & deprauati à Luthero Christiani dogmatis salubrior interpretatio, & constitutio quæreretur. Quam rem tametsi Pontifex non obscure prouidebat: tamen ad retinendam synceræ pietatis existimationem, non prius producti concilij quibusdam sanctionibus odiosa disputatione ad decretum relatis admonitus est, quã se acerrimè perstringi, nec iam per-

plexè offendi uir prudentissimus agnouit: ita ut ex auctoritate Pontificia, quæ malignitate quorundam subornatorum præsulum in dubium reuocari uidebatur, de suspensione translationeque concilij apud Bononiam cogitare inciperet. Itaque inter reges dissidentes totius causæ iugulum ab utroque grauiter petebatur: id enim unum & certum erat Mediolanensis imperij exostulatio, qua re impetrata Franciscus se domui suæ peregrinæ consuluisse uidebatur. Cæterum Cæsar adeo perplexa dubiæque conditione id se concessurum promittebat, ut neque Pontifex neque plerique alij ullam ob signato fœderi fidem haberent: quando ea liberali concessione, reliqua Cæsaris consilia euertere iudicarent: appareretque Cæsarem ea astute polliceri, ut aliquod maius inde nancisceretur munus, aut aliquam non omnino indecentem uel ineptam à fœdere discedendi ex interuallo temporis causam reperiret. Summa siquidem conditionum ineundæ concordiæ hæc erat, ut uterque ueterum contentionum, & odiorum memoriam ex animis expelleret, & nouo affinitatis uinculo iungeretur. Promittebat Cæsar se aut filiam, Philippi Hispaniæ regis designati successorisque sui sororem, Carolo Aureliano nuptui daturum, cui dotali nomine Belgarum regna obuenerent: aut si quid hanc affinitatem impediret, loco filiæ Ferdinandi fratris Pannoniæ atque Bohemiæ, Austriæque regis filiam eidem Aureliano in matrimonium collocaturum, quæ dotali iure Mediolanensem principatum secum traheret. Quæ in re deliberanda Cæsar octimestre spatium deposcebat: quo spatio tum ipsius Philippi filij, tum Ferdinandi fratris uoluntates certius exploraret, ut inde intra quatuor demum menses, hoc est post integrum annum, cum alterutra uirgine nuptiæ celebrarentur. Si autem Cæsari magis expediret fratris filiam quàm suam ipsius natam Carolo desponsare, confectis statim nuptiis Mediolanensis imperij possessionem Aurelianus hac lege acciperet, ut donec masculam susciperet prolem, Mediolani & Cremonæ arces Cæsariano præsidio custodirentur. Tum uero Carolo Subaudio cuncta quæ illi uel in Allobrogibus, uel in Subalpinis adempta fuissent, optima fide restituerentur, liceretque Gallo regi eas retinere arces, tandiu Gallicis præsiidiis custodiendas, quandiu Galliæ Cisalpinæ arces, quas diximus, Cæsariano præsidio tenerentur. Reliquæ uero conditiones in ita pacis atque percussis fœderis eò pertinebant, ut de iurisdictione quorundam oppidorum Belgicæ prouinciæ præclare diffinirent, restituerenturque; ea omnia utrinque quæ mutuis armis ex usu belli occupata fuissent post inducias ad Niceam Prouinciæ authore Paulo Pontifice confectas, relinquere-turque locus his principibus nominatim tanquam sociis atque amicis, si noui fœderis beneficio uti uellent. Hi fuerunt ipse Henricus Britannia, Sigismundus Sarmatiæ, Ioânes Lusitaniæ, & Christiernus Danimarchiæ reges, atque item singuli sacri, uel profani iuris Germaniæ proceres, qui ad dicendum creandumque Cæsarem suffragiorum iura obtinent: & præter hos dabatur etiam aditus ad idem pacis & fœderis beneficium Helueticorum

- A Helueticorum reipublicæ tredecim pagis, cui annexa est trium Grifonij nominis gentium fœderata ciuitas: atque item in Italia, principi Venetorum, atque item Dinastis Carolo Sabaudio Allobrogum, Cosmo Medici Florentiæ, Herculi Atestino Ferrariæ, Guidobaldo Urbini, liberisque ciuitatibus Genuensium, Senensium atque Lucensium. Hæc confecta tractaque sunt apud Crepinium in Sueffionibus castellum, ad stipulantibus utrinque mutuo sacramento Cæsarianis, & regiis ei negotio præpositis. Hi fuerunt Nicolaus Peronotus Granuelius Cæsariani scrinij magister, & Ferdinandus Gonzaga, primam apud copias post Cæsarem in exercitu militaris imperij auctoritatem obtinens. Ab regiis uero Hanebaldo ipse Amiras, & Nulleius senator supplicibus libellis præfectus. Dati autem sunt obsides in fidem concepti fœderis duo Cardinales, Ioannes ipse Lothoringus, & Medonius, quem dudum Lutetiæ in eo propinqui belli metu, tumultuque præfuisse diximus. Ad hos sacrosatos uiros accedere Valleius citerioris Britannia opulentissimus regulus, & Agnodeus adolescens ipso Amirante Hanebaldo genitus, decimo quarto Calendas Octobris, quarto & quadragesimo anno supra quingentesimum atque millesimum à partu Virginis. Hoc confecta pacis nomen, incredibilem cunctis mortalibus lætitiæ attulisse uisum est, propter speratam diu exoptati otij tranquillitatem. Sed non deerant qui eam successu carituram prædicarent, quod Cæsar tam graui pondere obligatæ fidei distentus esset, ut ægrè promisso staturus crederetur. Nam apparebat eum summo cum incommodo alterutra quam uellet nuptiarum pactione, aut patrimonio Belgico cessurum, aut Mediolanense imperium importuna sibi ratione in dotem collaturum. Neque enim erat existimandum tantæ grauitatis tantæque religionis principem adduci posse, ut eius in ita fœderis leges, arctæque obligatam fidem suam nulla ex parte uiolaret. Sed fortuna, Cæsaris uotis & commodis secundissime semper arridens, ex arcano fatorum uiam inuenit, ut eum damnosæ transactionis sollicitudine curaque uel in alteram partem, si à fide data discedere uellet, probroso pudore atque dedecorosa inuidia liberaret. Carolus enim Aurelianus postquam in complexum Cæsaris deuenisset, in pestiferum incidit morbum, ita ut paucissimis diebus apud Firmum monasterium sæua morte eriperetur, iuuenis omnibus corporis atque animi quæ conferri à natura possent muneribus, totius Galliæ iuuenum florentissimus: quem unum præter ipsos Gallos, populi Insubres tanquam exoptatum summæ benignitatis principem maxime luxerunt, quum de fortunis suis & tranquillitate seculi facile desperarent. Cæterum rex Henricus post expugnatam Bononiam, atque eam expulso Varuenio, Obieci Marefcalchi prouinciæque Morinorum præfecti genero, Anglicis præsiidiis confirmatam, & desperatam Motrelli oppidi deditioem, quod Obieus defenderat, pacem cum Gallo rege facere recusauit, uel satagente plurimum in eam rem Ioanne Bellaio Parisiensi Cardinale. Quibus de rebus contendente iam Cæsare ad

Samarobrinam, quæ Cameracum dicitur, uniuersæ Gallorum copiæ duce Delphino discedentis Henrici regis & Britannorum uestigiis ita institere, ut penè nouissima hostium agmina cõsequerentur, atque eos multis impedimentis exuerent: conuersisque continuo signis Delphinus Bononiam repētinus inuaderet, tanto impetu, ut inferiore oppidi parte, multis Anglorum interfectis, atque obiter magna præda potiretur, uiderique posset graui metu hostium, superiore etiam oppido, in quod Angli confugerant, uim admouere cum bona spe uictoriæ potuisse, nisi hæc strenuè audentem aduersæ tempestates uentorum & imbrium, quæ tolerari non poterant, impedimento fuissent. Instituta demum est à Francisco rege cum terrestri, tum naualis obsidio: nam præter copias quæ opportuno in loco castra fecerant, atque importari commeatus è proximis regionibus prohibebant, ad onerarias ingentes naues, quæ passim ex Armorici Oceani portibus cogebantur, rostratæ etiam naues Massiliensisque triremes, per fretum Gaditanum Hispaniam circuire iussæ, onerariis nauibus accesserant. Quarum agilitate Britannicis nauigationibus multa inferebantur detrimenta, usque adeo ut Hanebaldus, cui aderat Petrus Strozza, & Leo frater triremibus præfectus, prælio nauali cum Dumbleio Henrici præfecto, magna loci, & uentorum conspiratium opportunitate prospere certaturus crederetur. Quibus de rebus fiebat, ut Henricus longè maximis sumptibus fatigatus, ad consilium pacis, quod nuper reiecerat, reuerteretur. Ea uero celerius opinione omnium confecta est hac lege, ut Francisco regi Bononiam certo auri pondere redimere liceret: quod aurum refarciendi bellici sumptus octo pensionibus in singulos annos à Gallis penderetur. Sed per hunc modum Henricus & Franciscus nequaquam diu ea parta pace lætari potuerunt. Henricus enim iam planè in senium uergēs, & multo succi abdomine grauis & iners effectus, laceffente atroci febre propter sæuam inflammationem in crure uirulenti erpetis, uitã cum morte commutauit, quum ætatis annum quinquagesimum septimum ageret, & ferè triginta octo annis regnasset, relicto regni hærede Odoardo puero ex Ioanna Semera suscepto, ea conditione, ut à Thoma Semero auunculo instruendus regni administrandi artibus regeretur. Post quinquagesimum autem diem ab Henrici morte, ipse quoq; Franciscus rex apud Rambuletum oppidum in finibus Parisiorum atroci eum quatiēte morbo è uita migravit. Natum ei erat circa sedem malignum ulcus, quod serpendo ad uesicæ penetralia peruadebat, & cuncta humani ingenij remedia respuerat. Is erat duobus fere annis Henrico ætate minor, cæteris in rebus uera æstimatione morum, & naturæ dotium plane æqualis, nisi Henricus ingrauescente ætate oblitus ueræ pietatis, nobile alioquin ingenium Lutheranis superstitionibus deuouisset. Cæterum Franciscus decumbens, quum æquissimo animo fatalem horam sibi adesse præsentiret, & Christiano ritu sese religiose & puriter à delictis expiasset, Henrico filio pietatem in omni re constantissime colendam

A dam commendauit, & quædam ei arcana tuendo regno opportuna cõmunicauit, & quibus maxime artibus gentium subiectarum certissimum studium promeretur, præcepit, ut populos tributis propter immodicos alendi belli sumptus à se necessario institutis, & acerbis quàm deceret exactis subleuaret, scilicet ut hac liberalitate firmior, atque antiquis Galliæ hostibus superior euaderet. Peculiari autem nomine Hanebaldum Amirantem propter spectatam eius fidem atque uirtutem mirifice commendauit. Antecesserat pari fato Franciscum regem, eodem fortè mense dièque superioris anni Alfonso Daualus Vastius, propter admirabiles corporis atq; animi uirtutes, quas eximia liberalitas aptissimè condiebat, regali fortuna dignus, cui in imperio copiarum, Mediolanensisque dominatus præfectura Ferdinadum Gonzagam Cæsar susceperat. Sed priusquam horum duorum insignium regum interitus incideret, Cæsar acre bellum suscepit, perdomandæ Germaniæ causa, quæ non modo multo maxima ex parte ab institutis maiorum suorum placitisque religionis impiè desciuerat: sed etiam à maiestate imperioque Cæsaris arrogantissimè rebellarat. Deficientis autem Germaniæ duo duces extiterunt, Philippus Lantgrauus Cattorum princeps, & Ioannes C Fridericus Saxonum antiquissimæ stirpis regulus, qui contumaci animo pro tuenda libertate Germanici nominis, excitis in id bellum liberis ciuitatibus, arma sumpserant. Cæterum Cæsar pro dignitate sua nequaquã id sæuum bellum reformidās, ita illud inchoauit, ut quum initio parum paratus arma cepisset, in Vindelicis egrè promptissimorum atque urgentium hostium impetum sustineret, & sese in Baioariam amicitia Guilielmi principis fretus, recipere cogeretur, donec ei Italicorum tres ornatissimæ legiones, & sex centenariæ galeatorum equitum alæ à Pontifice Paulo religionis, atque amicitia nomine trans alpes missæ oportunitissimo tempore iuxta Lanzutum oppidum Farnesio Cardinale legato, & Octauio fratre duce superuenerunt: quas Pontificias copias statim subsequutæ sunt ueteranæ Hispanorum cohortes. Quibus tantis confirmatus auxiliis Cæsar bellum quod inferebatur conuersa fortuna ita hostibus intulit, ut protracto bello per aliquot menses, fractoque Germanorum impetu, quum nusquam iusto prælio fuisset dimicatum, Germania omnis intra Danubium, Albim, & Rhenum incredibili sceleritate gloriaque subacta sit, utroque etiam duce capto, eo rerum exitu, ut ipsis uinctis atque productis nobilissimum de subacta Germania triumphum, quem Romanis olim ducibus denegatum cõstat, instruere potuerit.

BENEDICTI VARCHII.

Triginta totus quæ gessit mundus in annis
Egregie hoc unum cuncta uolumen habet.
Causam operis tanti Thufci Dux, & decus orbis,
Facundum Iouius præbuit ingenium.
Omnibus ergo locis omnes sæcla omnia laudes
Cum tibi Paule Ioui, tum tibi Cosme dabunt.

EORVM QVÆ POSTERIORE TOMO HISTORIARUM PAULI IOUIJ MEMORABILIA UIFA SUNT INDEX.

A damalech Touarre iuuante Tuneti oc cupat. 325. A. B.	A damalech rex Tu nei moritur. ibid.	A bdelchirinus à collegis interficitur. ibidem. D.	A bilchirinus Hariadeno respondet. 142. F.	A bysinorum regio. 215. A. B.	A changi qui. 66. E.	A chelous amnis. 187. K.	A chomates cadit. 128. A.	A chomates interficitur. 246. I.	A chomates Michaloglis. 66. F.	A chomates Moldaui acerbè simulante reprehendit. 261. C.	acrocerauij Chimera m montem inco lentes, suscipiunt cõsiliu in uadendi regij tabernaculi Damiano quodã duce. 186. F. G. & deinceps.	actiacum promontorium. 199. C.	adamantibus smaragdus, carbunculis, Perurani & Cuscani montes collucet. 171. G.	adamus Centurio Genuesis, Hippomanem missus ut classem instaurantem Barbarussam opprimeret, re infecta redit. 156. E. F. & deinceps.	adomanum regem Eunuchus ad se sub fide euocatum suspendit. 214. H.	adenum ad nobilissimum emporium se recipit Eunuchus. 171. G.	adurnij Fregosius incaute excubantes adoriuntur. 32. E.	adurnij & Fregosij Gibellinae stirpis. 35. D.	adurnius Antonium Auriam liberat ut sibi apud hostes defensor existat. 32. I. K.	adurnius sine prole moritur. 33. B.	egyptij quidam reges adnites mare rubrum Mediterraneo immittere ab opere desistorunt. 183. F.	africa urbs, antiquitus parua Leptis fuit. 167. A.	agis Hariadenus rex ab Hispanis Castronouensibus tormento discerptus. 212. I.	agmina in itinere faciũdo quã ductanda. 42. E.	atax & Barbarussa Corcyram speculantur, ac Solymano inexpugnabile renunciant. 187. B.	alba oppugnatur. 309. I. K. & deinceps.	albam Põpeiam Strozza capit. 335. C.	albam Galli duces sub inducis infelicitertentant. 278. B.	albam in deditionem capit Vastius. 230. B. C.	albã oppugnant Caesariani Vastio duce. 229. F. G. & deinceps.	albe regalis descriptio. 308. C.	albam regalem Velsius ad Ferdinandi fidem redigit. 245. D.	albani cuniculis Turcis obeuntes seipsosexerunt. 310. A.	albani eruptionem faciunt. 308. K.	albani à Solymano castigantur. 312. B.	albani milites ab Hungaris oppugnantur. ibidem. A.	albani milites excedunt. 311. H.	albani militibus se recipientibus portem subtrahunt. 310. I.	albani quibus cõditionibus se dedunt. 311. E.	albanus regulus Perpennianũ intrat. 282. K.	albertus Pigius Lutheromastix Bononiae telis ac securibus confossus. 55. K.	albertus Slithius se recipit. 197. G.	aleator felix Coradus Hesius ducenta millia aureorum nummũ ab Au- rantio luatur. 86. F. G.	alexander Bondelmerius. 205. G.	alexander Contarenus sua temeritate magnam Italiae utilitatem attulit. 185. D.	alexander Farnesius Pontifex salutatur. 130. D.	alexander Florentia princeps aduleriis deditus. 218. C.	Alexander Florentia princeps, Laurentio Medici dicit quã ex Puccio au- uisset de insidiis sibi ab ipso paratis. 218. H. I. & deinceps.	alexandro mors predicta & percussor indicatus, & à quibus. 224. A. B. & deinceps.	alexander Medices describitur. 218. C.	alexãder Medices dux Florentia. 43. D.	alexander Medices Florentia dux occiditur. 219. F.	alexander Medices quare Paulum Põtificem ingratum appellaret. 224. K. & deinceps.	alexander Medices Caesarem Cosmianis adibus excipit. 174. B.	alexãder Medices arcem Florentia perficere maturabat. 153. A.	alexandro Medices Cibous Massiliensis episcopus necem parat. 168. E.	alexander Vitellius. 38. D.	alexander Vitellius Neapoleonem Vrsinum funditeruntque uexillis ad Arunrium redit. 71. D.	alexander Vitellius cum tribus Itolorũ millibus Viẽnã mittitur. 288. K.	alexander Vitellius quo ordine arcem Florentinã occupat. 224. C. D. et deinceps.	alexãder Vitellius de occupata arce Florentia certiorẽ Caesare reddidit. 224. G.	alexãder Vitellius milites disponit ad praesidium senatus Florentia. 221. D.	alexandriam capit Lotrechius. 8. B.	alexem Moldaui ab exilio uocant ac regem constituunt. 265. E.	alexem principem Moldaui trucidant, ac eius caput Petro offerunt. 266. A.	alfonsus Daualus & Hanebaldus legati ad Venetos. 234. F.	alfonsus Daualus Vastius quãdo mortuus. 349. A.	alfonsus Strozza. 11. I.	algerium olim Iubæ regis, à Romanis Caesarea Iulia uocata. 271. G.	algerium Caesar terrarum dominus sibi reddi frustra postulat. 270. I. K.	algerij expeditionẽ Caesar suscepit Hispanorũ precibus inductus. 270. D.	algerij situs. 271. G.	algerij uires. 270. K.	alimenta uitæ deficiẽtia indomitos spiritus frangunt. 4. G.	aliprandus Madruccius 329. H. cadit. 330. E.	almerini urbis adificia terræ motu quassata. 98. K.	aloyfius Guicciardinus uexillifer. 3. D.	aloyfius gritus 66. H. interficitur. 130. G.	aloyfius Alamanus. 70. G.	aloyfium Praesendam Genue natũ interfici iubet Barbarussa. 155. I.	alpes transcendũt supra triginta millia farciniorum inuicem. ibid.	altaburgũ Solymanus expugnat caesis Bohemis ad unum omnibus. 67. F.	aluarus Gometius sibi manus infert. 166. I.	aluarus Sandeus Hispanos quos astute capit, interficit. 207. G. H.	aluiam amnem Moldaui fugiens trahit. 264. B.	amalphis citriorũ ac medicorũ odoratis nemoribus percelebris urbs. 21. G.	amalphis S. Andreae Apostoli tẽplũ. ibi ambracius sinus. 114. H.	ambracij sinus sive maris rubri descriptio. 214. K. & deinceps.	americus à Dacia capite truncatur. 132. G.	amida Mesopotamia urbs ab incolis Caramida. 549. E.	amidas Muleastis filius Tuneti regnũ occupat. 322. F.	arenam auream flumina prope uniuersa Perurani & Cuscani regni trahunt. ibidem. G.	amidas Christianos Rabatinas quadraginta interficit. 325. I.
---	--	---	--	--------------------------------------	-----------------------------	---------------------------------	----------------------------------	---	---------------------------------------	--	---	---------------------------------------	--	--	--	--	---	---	---	--	--	--	--	--	--	--	---	---	---	---	---	--	--	---	--	--	---	--	---	---	--	---	--	--	---	---	---	---	--	--	--	--	--	---	--	---	------------------------------------	---	--	---	---	--	---	--	--	---	---	---------------------------------	---	---	---	-------------------------------	-------------------------------	--	--	--	--	--	----------------------------------	---	---	--	---	---	--	---	---	---	--	---	---	---	---

amidas feritatis ac libidinis immensa. ibidem. K
 amidas Maniphætem interficit. ibid. I
 amidas patrem obcecatur. 32.4. F
 amidas patris liberos interficit ac eius concubinas stuprat. 32.3. F
 amidas Perellum Tuneti uivum exurit. 32.5. I
 amidas quibus instinctoribus à Muleasse patre defecerit. 32.2. I
 amidas unius horæ spatio Tunetano regno potitur. 32.3. F
 amidas Tuneto exclusus undique nova auxilia sibi parat. 32.5. E. F
 amicus Arfula interficitur. 89. K
 amphimaleus sinus, hodie Suda dicitur. 205. E
 amurates è Sico oppido civis, ad Mahometis sacra deficiet, bellis inclavit. 188. E
 anconam pontificie ditionis fecit Clementis. 121. A
 andefani Casariani recipiunt. 336. H
 andreas apostolus Amalphi tumulatus. 21. C
 andree Apostoli è sepulchro in Amalphi urbe liquamen odoratissimum emanat. ibidem. D
 andreas Quirinus Patritius Venetus teretimo supplicio afficitur à Turcis. 151. B
 andreolus Nicolinus Malatestam dicit capite truncandum. 92. D
 angelocastrum Concyreorum castellum frustra Turce oppugnant. 187. E
 angelus Ranuccius. 56. I
 angianus Gallice classis prefectus. 317. K
 angianus ad Barbarissam mittit, eum edocet classem Aurianam deleri posse. 320. A
 angianus captivos Casarianos dimittit, ac quosdam aliis captivis permutat. 332. K
 angianus castra ad Stalloniam movet. 328. E
 angianus quare uictoria uti nequieuerit. 332. C
 angianus classem ad Niceam exponit. 318. E
 angiani acies describitur. 329. E
 anguillotus Pisanus infeliciter pugnas suis caesis capitur, ac post occiditur. 75. C
 annam Boleniam Hæricus Anglie rex deperit. 119. B
 anna Bolenia Henrici Britannie regis uxor, capitali supplicio affecta. 181. K
 et deinceps ad finem usque libri.
 annales suos Mexicani hieroglyphicis imaginibus scribere solebant. 171. A
 annaliu uolumen ex hieroglyphicis conscriptis imaginibus Iouio datur. 171. B
 anneus Memorantius. 200. A

Anneus Memorantius totius Gallie equitum magister. 179. C
 anneus Memorantius induciarum author et experita pacis interpres. 277. D
 anneus Memorantius ex uastro ac subdolo Cesaris promisso, cuncta ad Regem fecuda atque optata refert. ibid.
 annibal Nouellarius cadit. 227. D
 annus 1527 omnium Italie pestilentissimus. 31. B
 a thropophagi canibales dicitur. 171. I
 antistites Hungari non satis firma fide. 102. E
 antius Mæcer Saxo Germanis equitibus prefectus. 190. D
 antius Mæcer fortiter pugnado cadit. 197. D
 antius supplicio affectus. 308. B
 antonianus Surianus Legatus Venetus ad Florentinos. 14. C
 antonius Leua reprimit Gallos. 167. H
 antonius Leua in secreto suaserat Casari ut Galliam inuaderet. 174. H
 antonius Nerlius factiosus sacerdos, ad sonandas campanas confugit. 3. F
 antonius Florentius persuadet Lotrechio, Romam exercitui duci oportere. 9. H. I
 antonius Franciscus Norius Medicorum partium fautor. 5. F
 antonius Franciscus Albicius arcem in deditione Pisana capit. 7. F
 antonij Francisci Albici, Valori, Philippique filij, diuersa consilia que in turis confecta sunt. 233. E. F
 antipolis à Cesare capta ac direpta. 175. F
 antonius Canicula scomma in Leuam publice dicit. 41. C
 antonius Musetella Neapolitanus Cesaris Legatus, Clementi Casarem reconciliare maturat. 43. A
 antonii Carafullam morione in carcere re stincum Florentini comiciunt. 74. D
 antonius Auria Genuam ad patrie oppem ferendam mittitur. 178. B
 antonius Barbadicus et Hermolans Barbarus Veneta classis prefecti Alexandria custodie traduntur. 183. I
 antonius Perenotus Atrebatum antistites. 296. E
 antonius Perenotus ad Henricum Britannie regem mittitur. 346. H
 antonius Polinus Legatus Francisci, ad Solymanum cum donis proficiscitur. 284. C
 antonius Polinus ad Solymanum admittitur. 286. I
 antonius Polinus apud Solymanu de mittenda classe sollicitat. 300. B
 antonius Polinus ex Barbarussa classe ad Rodolphu Legatu scribit. 304. B
 antonius Polinus Genuensibus scribit, Barbarussa classem nemini nociturã

præterquam Nicensibus. 318. B
 antonius Polinus Venetiis et Byzantij nil proficit. 285. H. I
 antonio Polino Barbarussa cathenas munitatur. 319. C
 antonio Polino Byzantij ex decreto Solymani respondetur. 286. A. B. et deic.
 antonio Polino Venetiis senatus datur, ac Regis causas dicit. 284. K
 antonii Polini et Leonè Strozzi Turce ad Nicæam iterficere conatur. 318. K
 antonium Polinum Franciscus Rex Byzantium remittit. 284. C. D
 antonii Rincus Legatus Byzantio fugit. 238. E
 antiuerpia Ambuaritorum Colonia. 280. D
 antiuerpie Lucius Vrsulus et Nicolaus Schemerius cõsules egregie fortiter. ibidem. K
 antiuerpiani consules Rosseny araldo respondent. 281. F
 antiuerpianos quibus cõditionibus Rosseny in deditionem petit. ibidem. E
 auxianu oppidum Germani et Hispani Vega duce expugnant. 336. F
 appianus ad literas Barbarussa respondet. 337. H
 appianus Iudei Sina filium restituit. 338. A
 appulius Culcella tormentorum magister cadit. 84. H
 aqua infecte suspicio, que magnos contagiososque morbos Gallorum exercitui intulit. 233. E. F
 aqua calide earumque mira natura. 244. H
 aquisgrani ferratã coronã, regni scilicet Logobardici accipit Cesar. 55. D
 arabes uno nomine Humide dicitur. 139. C.
 arabicus sinus à Lusitanis interclusus. 183. A
 archintus Legatus à Granuello asperè castigatur. 204. D
 aretini portas aperiuunt. 60. B
 argous portus. 337. K
 ariolus Alexandri cadem ac Cosmi imperium prædicat. 224. A. B
 arius et Miranda capiuntur. 24. G
 aromata ceteraque Indica mercimonia, in Hispaniam, inde ad Belgas distrahuntur que antè Venetias aduehi solebant. 183. B
 arrianum oppidum Casariani diripiunt. 17. G
 arpinas Centurio, cognomine Tullius Cicero, in cisternam iniicitur. 163. C
 ad artes infimas Clemens Pontifex ita se demisit, ut eum nemo unquam in paruis rebus sefellerit. 129. H
 arx naualis Veneta. 199. G
 asanagas ad Cesaris mandata genose respondet. 270. K. 271. A
 asanagas

Asanagas eruptionem facit. 273. C
 asanes Hariadeni filius cù Agimo Algerij proficiscitur. 135. H
 ascanius Columna et Vastius nauali prelio commissi capiuntur. 20. F
 asmaria olim Diabata, Hercules insula dicitur. 33. H
 aspernetum Cesar capit. 346. B
 asta urbe in Italia Gallis nullam antiquius patrimonium. 167. F
 aternus annus. 14. I
 atheneum promontorium hodie Campanella dicitur. 19. D
 asaritia Barbarorum neminem sine muneribus admittit. 65. C. 284. D
 asaritia Blasci. 171. A
 auerardus Serristorius Cosmi Legatus quid à Cesare impetraverit. 226. H
 augusta Sicilie urbs, olim Megara fuit. 207. D
 augustinus Spinula Gallos fudit. 31. H. I
 augustus mensis Solymano et Selymo patri felicissimus. 255. C
 augustus portus populatur à Lando. 33. C
 aulone citius cõstitit Solymanus cum 200 millibus armatorum, quos Byzantio discessisse crederent. 184. G
 aurantius fugit. 280. I
 aurantius et Gonzaga Gallos fundit impedimentisque exiunt. 27. D
 aurantius proscriptis rebellium bonis inges in milites donatiu edidit. 37. K
 aurantius speculatur urbis Florentie situm. 60. G
 aurantius quo ordine Ferruccio obiit proficiscitur. 87. G. H
 aurantius certior factus de Ferrucci aduentu quid dixerit. 87. K
 aurantius uulneratur ac moritur. 88. K
 aurantius in limine uictorie cecidit. 89. H
 aurantians Ferruccianos aggrediuntur. 88. I
 aurantians ad Brisicotum profugiantur. 280. I
 aurantianorum castrorum situs. 70. I
 auria Genuã obsidere iussus. 36. E
 auria ubi et quo die studium à Gallis mutauit. 30. K
 auria Venetam classem insequitur, aliquosque capit. 31. A
 auria inducitur à Vastio ut Cesaris auspicia sequatur. 34. G
 auria ad Delphini portum Genuensibus superat. 35. H. I. K
 auria torquem conciliatum regi remittit. 34. K
 auria persequeudo Gallos, Genuã studet libertate donari suis auspiciis. 35. A. B
 auria exploratū mittit scaphas ad Molem. 35. G. I
 aurie renunciat urbem in potestate esse. ibidem. K

auria duas Gallorum triremes capit, et item duas. ibidem
 auria renuit oblatum Genuense donum. 36. D
 aurie statua Colosseæ magnitudinis ex marmore dicitur. ibidem. E
 aurie insidie à S. Pauli regulo instruitur, ac eius domus direpra. 39. K
 auria Cerellum oppidum portumque capit. 51. G
 auria quadringentos milites ad Cerellum desiderat. ibidem. K
 auria iniungit Cesar ut classe in Greciam traiciat. 101. B
 auria et Capellus edunt spectaculum classici prælij. 115. A. B et deinceps
 auria quo ordine Coronem oppugnare constituit. 116. B. C et deinceps.
 auria Patras expugnat, ac arcem in deditionem capit. 117. D. E
 auria milites qui auderent deditos Turcas attingere, aut feminis ornamenta detrahere, extepla suspendi aut iugulari iubet. ibidem.
 auria donat Sarnensem et Saluiatum singulis ingentia tormenta. 118. K
 auria Lecheu Sycionis olim, hodie Basilicã et Creusa litora uastat. 119. A
 auria Christophori Pallauicini uenatrem per mediam hostium classem Coronem mittit. 121. E
 auria dum classem Turcarum ampliores in milites consistit, ac Christophori uariam exploratum mittit. 121. H. I
 auria ueterem exercitum Corone aduehit, ac Maciam eum suis imponit. 122. H. K
 auria classem adaptat. 153. G
 auria ad Casarem in Hispaniam traicit. 154. H
 auria Hippomanum expugnat, ac Casar arcem euerit iubet. 166. I
 auria à Capellio quod hostes insequi nollet increpatur. 212. A
 auria apud Preuesam nullus imperator exiit. 210. I
 auria quare Preuesa non esset oppugnanda secundum Gonzaga consilium docet. 208. H. I
 auria duodecim Turcaru triremes crucentissimo prelio delet. 185. K
 auria se Messanam abductis aliquot hostium triremibus recipit. 186. C
 auria Turcarum aliquot Schirata capit ac incendit. 185. G
 auriiani milites seditiosi ad Rhium castrum in Achaia. 117. I
 auriiani ad Molycreum Aetolie. ibi. G
 auriiani Molycreum expugnant. ibid.
 auriianos Turce ex tota Pelopõnese inuadunt. ibidem. F
 auriane classis ordo ad Acritem promontorium. ibidem. K

auriane tres triremes à Sina cognominæ Iudæo circumueniuntur. 123. B
 auro Parie, Dariene, Peruræ et Cysicæ regna refertissima. 170. G
 aurea tantum supellectile Cusani et Perurani uel in priuatis domibus tumentur. 171. F
 austriane copie fugam parant. 253. D
 austriani milites Pestu deserunt. 254. C
 axius annis nunc Vardaris appellatus. 184. I
 azalius cunctis risui. 228. G
 azalius in turpilatebra capitur. ibid. F
 azalius satis commode Cherij munitiones extruxerat, si industrie animus correspondisset. ibidem. D
 azembuzera terræmotu conuassata. 98. K.
 B
 Babylon Rome urbis magnitudinem exuperat. 148. B
 babilonia urbis descriptio. ibidem.
 babilonij Solymanu recipiunt. 147. K
 badoerius inuidia deslagrat, donec Cabatij perfidia detegitur. 238. B
 badoerius Venetus Legatus cum pudore redargutus, quod Solymanus certior esset factus de senatus uoluntate. ibidem. A
 badoerius Venetus Legatus pacem cù Solymano accelerat. 236. H
 baetius Hispanis Ramada, id est abiuratus à Christianismo, tormentum subiuehit. 142. G
 baiana arx olim Hortensij Oratoris uilula. 33. E
 baiane arcis situs. ibidem.
 balbianus tyrones Hispanos ad Leuã ducit. 40. H
 baleonus Florentini suadebat longè ab urbe bellum gerendum. 58. E
 baleonus turmas replet. 334. D
 balibeus Albæ præficitur. 312. B
 balistarios cum scorpionariis Cesar se aliquando in integrum restitutum pollicetur. 162. A
 balthasar Carducci signifer populi Florentini. 11. H
 balthasar Pamphilus Hungaroru promcerum dux dicit. 193. I
 balthasar Pamphilus iniussu Velsij Budam ingreditur, quare castris excedere iubetur. 244. K. 245. A
 bapalmæ situs. 180. C
 bapalmenses cum Peronensibus quotidianis fere excursionibus exercentur. ibidem.
 baptista Archintus Legatus Mediolanensis ad Casarem. 203. E
 baptista Cibous Massiliensis episcopus, Alexandro Medici necem parat. 168. F
 barbarorū auaritia et cupiditas. 65. C
 284. D

THOMI SECVNDI

barbaros tyrannos Florentini uocant, ut liberis leges dent. 6.D
 barbarussa quare Hariadenus uocari uoluit. 150.K. & deinceps.
 barbarussa Lerbo patria ortus. 51.A
 barbarussa ad Appianum Populini regulum literas scribit. 337.H
 barbarussa Aenariam deuastat. 340.A.B
 barbarussa classem in auria conspectu educit. 209.G.I
 barbarussa classem refecit, ac Mahonas extruit. 212.D.E
 barbarussa classem ad Preuesam descripio. 209.K
 barbarussa Cretam insulam inuadit. 205.C
 barbarussa cum praeda Byzantiu traicit. 340.F
 barbarussa Didaci filiam captam in uxorem ducit. 301.A
 barbarussa duabus de causis maturè ab Italia discedere statuebat. 339.G.I
 barbarussa Gallos increpat quod naues uino magis quam tormentario puluere implere malissent. 319.C
 barbarussa Hostiam peruenit cum summo Romani populi terrore. 304.C
 barbarussa in finibus Gallorum aliquem riuu portum sibi in Italia quaerebat. 338.F
 barbarussa Masiliam peruenit. 304.G
 barbarussam dimittendum censuit Galus. 337.F
 barbarussa Polino duas condiciones de oppugnanda Nicee arce proponit. 319.A
 barbarussa quid de Atria ad Preuesam se recipiente diceret. 210.K
 barbarussa Rhegium capit ac incendit. 300.I
 barbarussa Telamonium expugnat. 338.H.I
 barbarussa uiginti quinque triremes ex Tolone portu in Hispaniam praedatu mittit. 321.H
 barbarussa uisa classe ad Preuesam extimuit. 209.D
 barbatus Graecorum fortissimus, hortatur Macicaum & Hispanos ad suscipiendam expeditionem. 127.C
 barbestus nouus Gallicae classis praefectus, Lando se coniungit. 24.C
 barchinonae oram soluit Caesar. 155.C
 bartocij consilium de Albia suburbis euertendis. 309.A
 bargiam Galli expugnant. 227.B
 baro Sisnechus Germanorum dux. 327.H
 barolum munitur à Cerete. 39.B
 baronã uillam Valorius inuist. 231.C
 basilius mathematicus Cosmo ex hofroscopo opimam hereditatem praedixerat. 221.F
 battianus & Docia Hungari, Critiu ad maiora aspirare instigant. 131.F
 baucius Caualcantes. 70.F
 bebio & Cechinus Bibbona Laurentium Medicem interficiunt. 223.B
 bechia urbs unius diei itinere à Tuneto distans. 140.E.F
 belgae cum Gallis tumultuariè praeliantur ad Taruannam. 181.G
 belgae ad triremes missi, quibus uita concessa in eum usum erat. 155.B
 belgarum ars aulcorum sericorum texendorum. 124.F
 belgradu antiquitus Tauriniu. 189.E
 bellum nouum in Apulia Veneti mouent. 38.C
 belli noui inter Caesarem & Gallum uarij rumores & coniecturae. 152.G & deinceps.
 belli origo & causa inter Orthomannicos & Sophios. 143.C. & deinceps.
 belmares equitum alam in Matalonio oppido expugnata Gallorum statione delet. 26.E
 beltrandus Russus Parmensis nobilitas cadit. 15.G
 beluideria uilla. 22.E
 bernardus Baldinus gemmarum aestimator. 79.B
 Bernardus Mendocius Tunetum proficiscitur ut consiliis interfit. 325.G
 bethlis oppidum in finibus Persicum perij. 149.I
 bichius falcone ictus cadit. 75.I
 biorius Agnesius Neapolitanus ad Gallos à Caesarianis fugit edocēs classis praefectus. 19.C
 bisamne fluiuium Genuae, olim Feritorè appellabant. 178.D
 biserte situs. 141.F
 bisertani audito nomine Rossettis Turcas oppido recipiunt. ibidem.
 blandratius qui Casalem Gallis tradidit ictus cadit. 288.F
 bodo nulla libertate promissa adduci poterat, ut Ioanni regi iuramentum dictum uiolaret. 64.F
 bodo in carcere moritur. ibidem.G
 bodrogum amnem Caerianer traicit, ac pontem succindit. 194.E
 bohemus rex in pronuntiando Caesare qua praeminentia polleat. 110.B
 bohemi impauide repugnantes cadunt. 254.D
 bohemi maximam tulerunt calamitatem. 197.G
 bohemorum militum descriptio. 110.K
 bona spei promontorium. 172.E
 bonnae Caesar copias recenset, ac militum numerus quis. 312.K
 bononiae non Romae multis de causis coronari uult Caesar. 55.B
 bononiae Caesar quibus apparatibus uenerit. 52.B. & deinceps.
 bononiae aurea coronam suscepit Caesar. ibidem.
 bonus cuius existimatus nullus, nisi qui Mediceo nomini ex professo aduersus. 348.G.H
 borna insula. 172.D
 bornemissa Budam traditurus fallitur opinione. 249.I.K. & deinceps.
 bos integer haedis, ueruecibus, ac omniuolucris genere referatissimus Bononiae militibus ad epulandum tostus. 55.H
 boscum oppidum capit Lotrechius. 8.B
 brancadore factio. 14.G
 braxouium. 262.G
 breda. 280.C
 brisicotum. ibidem.D
 brixellum Caesariani capiunt. 337.C
 brugnolam Caesariani capiunt, ac diripiunt Gallis caesis aut captis. 177.C
 brundusini Lando portas aperiant. 21.H
 brutiorum duae centuriae à Maramalido deficiunt ad Ferrucium. 82.A.B
 buccanigra Hispanus, & Iosius Firmianus cadunt. 211.F
 buccerius. 247.D
 buccerius, Philippus Melancthon, ac Pistorius Protestantium Theologus. ibidem.A
 buda per fraudem à Solymano occupatur. 256.C. & deinceps.
 buda situs, ac immuratus describitur. 248.A. & deinceps.
 budam uacuum capit Solymanus. 254.I
 buda semicapta inimici fortiter expelluntur. 250.C
 buda discedere regina cum proceribus iubetur. 258.A
 budenses fame premuntur. 249.G
 budensibus Turcae arma deponere imperant. 256.D
 burgum sancti sepulchri, nequicquam occupare parant Strozzei. 226.E
 burria capitur ac Mediolanum mittitur. 217.K
 burria Casali recipitur, ac arcem obsidere parat. 217.C. & deinceps.
 butrotum à Barbarussa direptum, ac ciues in seruitutem ducti, oppidum denique deletum. 188.A
 burziam, olim Vricatham, Caesar appellit. 276.E
 byzantium potuisse capi, ac Graecos ad rebellionem adigi potuisse. 115.F
 Cabellonem Franciscus rex contendit, ac castrametatur. 179.B.C
 Cacciadiabolo Portundu cadit, ac classis capitur. 50.G
 Cadentium

INDEX ALPHABETICVS.

Cadentium fortiter pugnando nominatum, cum à sociis qui fiera sibi salutem querebant, essent destituti. 197.E.F
 Caeli clementia Perurani & Cuscani, integra ualitudine seculi aetatem implent. 171.G
 Caesar 6 Calend. Maij natus. 55.C
 Caesar à uertice ad calcem describitur. 52.F.G
 Caesar oram Barchinonae soluit. 155.C
 Caesar in Hispaniam Auriata classe uehitur. 120.K
 Caesar Iouio iniungit ut Clementi causam apprehensionis Hippolyti transcribat. 113.E.F
 Caesar cauet ne qui ueterani è suis stationibus ad noui belli spem nominadent. 154.A
 Caesar expedito ingenio anteuerendū Gallos, si uellēt, arma parat. 153.B.C
 Caesar Romam uenit. 172.K
 Caesar armatus ad tumultum accurrit, increpans qui stationis locum deseruissent. 157.I
 Caesar edicto cauet, ne quis fortiu aut puerum classi imponat. 155.C
 Caesar ipse promotus aliquot cohortibus Numidas inuadit. 162.A
 Caesar ipse exploratum ir. 156.K
 Caesar castrametatur inter duas turres Aquariam & Salinariam. ibid.H
 Caesar triginta millia nummum ex arce cisterna uastio donat. 165.D
 Caesar Medelinu & Giasserem effringendi ergastuli auctores pecunia, & ueste donat. 165.H
 Caesar in Siciliam ac inde in Italiam traicit. 167.A.B
 Caesar Muleassem admittit. 160.C
 Caesar Mediolanum uenit. 120.H
 Caesar Genuae ab Atria hospitio excipitur. ibidem.I
 Caesar Muleassem respondet, ac tentorium tendi, & caetera necessaria traditi iubet. 160.F.G
 Caesar signum ad oppugnandam Gullettam militibus exhortabundus dat. 159.E
 Caesar potitur Gulletta, & Hariadeni classem occupat. ibidem.G
 Caesar Gullettanis summam uim intendendam docernit. 158.I
 Caesar Venetos sibi adsciscit. 169.F.G & deinceps.
 Caesar hortabundus singulos ordines percurrit. 162.I
 Caesar Balistiariorum alam desiderabat. ibidem.A
 Caesar Lazarum Coroneum stricto gladio insequitur. 161.I
 Caesar Muleassem quibus conditionibus Tuneti regno restituit. 166.K.
 Caesar queritur suae liberalitatis decus ab Auranio occupatum. 38.A
 Caesar seruos liberos dicit; pecuniam, nauigia, & comiectum donat. 165.H
 Caesar increpat eos qui suadebant maturè Africa discedendum. 162.D
 Caesar quo ordine castra ad Tunetum mouet. ibidem.G
 Caesar nullis modis induci potuit, ut constantiani suam de pace mutaret. 50.A.
 Caesar edocetur à Muleasse quibus Barbarussa uiribus consistet. 160.K. 161.A.
 Caesar Bononia à Pontifice excipitur. 52.F.G
 Caesar disponit quo ordine in Italiam proficisci uelit. 113.A.B
 Caesar cum paucis simulata persona Romanam uisit. 173.A
 Caesar Romae concionatur omnium principum legatis propè presentibus. ibidem.B.C
 Caesar ad Forum Iulij copias inspicit. 175.H
 Caesar ipse in acie constitutus, Numidas fortissime pugnacissimèque inuadit. 161.G.H
 Caesar septem proceres equestri ordini adscripsit. 50.A
 Caesar Ferdinando concedit omnes Italicas cohortes. 111.C
 Caesar multis donationibus Italiae principes sibi astringit. 126.B
 Caesar sui imperatorij iouis memor, Pontifici iurat. 49.C
 Caesar sua persona Andream Pontium circumuentum à Numidis seruat. 161.H
 Caesar in Italiam uenit. 114.D
 Caesar cognito Solymani recessu, in Italiam redire constituit. 111.A
 Caesar summa benignitate, clementiaque Franciscum Sfortiam restituit paterne hereditati. 53.H.I
 Caesar Hispanos, Italos, Germanos ueteranos ad se euocat. 101.B.C
 Caesar Ticinum uenit ut locum oculis intruatur sua uictoria Gallorumque casu nobilem. 120.H
 Caesar Genuam uenit. 180.A
 Caesar quare Bononiae coronari uoluerit. 55.A.B
 Caesar Viennam classe deuectus singula castra inspicit. 109.G
 Caesar hortatur Alexandrum Med. ut liberis det operam, deque salute corporis sollicitus sit. 174.C
 Caesar castrametatur ad Aquas Sextias supra Masiliam. 177.C
 Caesar Franciscum Galliae regem ad singulare certamen prouocat. 173.H.
 Caesar duobus exercitiis in Galliam prorumpendum statuit. 170.E
 Caesar pecunias cogit. 170.F
 Caesar maius & pulchrius existimat regnum dare quam accipere. 54.C
 Caesar ad Asanagam Algerium mittit, urbem in deditionem expeiet. 270.H.
 Caesar ad Franciscum regem cum mandatis Pelusium mittit. 238.H
 Caesar Algerium peruenit. 270.C.D
 Caesar Algerio castra mouet. 275.B.
 Caesar apud Vangiones comitia indicit. 238.F
 Caesar constitutis rebus in Insulribus, feliciter in Hispaniam nauigat. 216.B.C
 Caesar cum Francisco Gallorum rege ad Fossas Marianas colloquitur. 203.A.B
 Caesar cur cum Francisco Galliae regem pacem post expugnatum Sandeserium confecerit. 347.C
 Caesar dum in Gallia esset nihil de pace egit. 237.C
 Caesar & Pontifex ad Buxetum triudo colloquuntur. 302.C
 Caesar & Pontifex Lucae recipiuntur. 268.K
 Caesar ex Hispania in Herculis Monaci portum aduehitur. 201.K
 Caesar ex Hispania per mediam Galliam in Belgium profectus. 234.D
 Caesar Gallum sibi suisque uictoriis inuidere dicit. 269.C.D
 Caesar Gonzagam de Hispania seditionis quod supplicium sumpsisset, laudat ac muneratur. 208.A
 Caesar Henricum Angliae regem sibi coniungit, quo facto Pontifex suggillari uidebatur. 297.I.K
 Caesar humeros & brachium iniungitur. 56.C
 Caesar in Baioariam se recepit declinans primum Germanorum impetum. 349.C
 Caesar in Barchini Magonis portum classem inducit. 270.B.C
 Caesar in Italiam spretis dicacium dictis contendit. 266.K. & deinceps.
 Caesar foedus percutit cum Venetis ac Pontifice contra Barbaros. 199.F.
 Caesar in senatu coram Pontifice ad Grimani orationem responder. 303.D.E
 Caesar initio Lantgrauij impetum ferre uix potuit. 349.C
 Caesar montem Aurantium complectitur. 343.C
 Caesar inuictus & intrepidus suos ad resistendum stricto gladio compellit. A iij

273.G
Cæsar Muleassem in Sicilia alendū de-
cernit. 326.A
Cæsar nihil sibi colloquio pontificis o-
pus esse dicebat. 301.C.D
Cæsar nullo modo ad pacem induci po-
teft. 302.E
Cæsar præferens gregarios milites ge-
nerosis & incomparabilibus equis,
omnes equos in mare proici iubet.
 275.F.G
Cæsar peralacriter Iouium hortatur ca-
lamas ad futura prescribenda para-
re. 303.K. & deinceps.
Cæsar Philippum filium Hispanie re-
gem constituit. 298.F
Cæsar ad Catalaunum ostentandū ani-
mi causa castra mouet. 346.A
Cæsar Ratispona conuentum dissoluit,
ac quid ibi egerit. 266.C
Cæsar studebat Paulum pontificem in
suas partes traducere. 296.G
Cæsar tres nationes per tria castra di-
stinguit. 271.C
Cæsar coronatio describitur. 55.C.D
 & deinceps.
Cæsar natura. 113.K
Cæsar uis ingenij. 10.B
Cæsar fortuna sequi statuit Clemens.
 14.E
Cæsar dictum, quod Augustorū Ca-
sarum nemo tormētū uolentia ictus
concedit. 163.G
Cæsar Prætoria graui cum periculo us-
que hosti. 154.D
Cæsar exercitus numerus ad Viennam.
 110.C
Cæsar aciei ad Viennam descriptio.
 ibidem.D.E
Cæsar diplomata ad Florentinos de-
feruntur, quibus Alexandrum Med-
ices ducem Florentie constituit. 97.
 I.K
Cæsar diploma recipiunt Florentini,
ac illud obseruatuos se iurant. 98.
 A.B
Cæsar exercitus ad Massiliam fame
morbōque laborat. 177.G.H
Cæsar responsa ad Legatos Florenti-
nos. 48.D.E
Cæsar castra ad Algerium. 271.F
Cæsar constantia omnes ad Algeriū
egregie sustentabat. 174.H
Cæsar copie quante, quique duces.
 341.D.E.F
Cæsar regionum inuentariū descriptio.
 170.H.I.K. & deinceps.
Cæsar Casoni crista datur. 108.B
Cæsar bellum machinatur Gallis.
 124.K. & deinceps.
Cæsar ad Landresum amplissima ui-
ctoria ē manibus elapsa. 327.D
Cæsar ad Hypsitanas aquas biceps ui-
tulus dono oblat. 270.B

Cæsar Fregosus Genuam obsidet. 32.B
Cæsarianus exercitus regionatim Nea-
poli per idonea loca distribuitur.
 17.K
Cæsariani Romam expugnant. 6.G
Cæsariani ad castris currentes, uel ab
ipso Cæsare uix reprimi poterant.
 163.B
Cæsariani uariis rebus moti ad Gule-
te expugnationem. 158.I
Cæsariani Leua duce Borbonium cap-
piunt, exercitūque fundunt. 42.
 B.C
Cæsariani post aduersam naualem pu-
gnam nihil sese animis demiserunt.
 21.G
Cæsariani tumultuosissima pugna cō-
missa fere Gallorum stipendia inter-
ceperunt. 24.E
Cæsariani Florentinos cædunt. 75.B
Cæsariani ad Troiam perueniunt. 15.
 H
Cæsariani classem conscendūt. 270.A
Cæsariani equites ad Cersolam, in Ger-
manorum phalangē incurunt. 330.
 G.H
Cæsariani Gallos insequuntur ad Lan-
dresum. 316.H
Cæsariani in litus descendunt. 168.G
Cæsariani Numidas in urbem compel-
lunt. 273.A
Cæsariani Numidas oppugnant. 272.
 K. & deinceps
Cæsariani posteriora agmina Gallorū
incedunt. 227.I
Cæsariani quas urbes tuendas, aut Gal-
licissim putabant. 277.I
Cæsariani seditiosi designant hebdo-
madatim prælectos quos Electos ap-
pellant. 204.I
Cæsariani Strozzeam insequuntur. 335.
 D
Cæsariani Strozzeanos fundūt ac pro-
figant. 335.G.H
Cæsariorum ad Cersolam castrorum
nomina. 330.K. & deinceps.
Calaber Crotonæatus ad Solymanum
transfugit, ac ipsam edocet unde Stri-
gonium facile capi possit. 306.D
Calcemitus Heluetiorum dux, cum ui-
ginti millibus Heluetiorū Gallis suc-
currit. 178.H
Calcutha. 172.E
Cameraci Cæsar arcem ponit. 317.B
Cameracum olim Samarobriva. 348.F
Camerana insula Ambracij sinus. 215.
 A
Camillus Columna & Cæsar Masius
Neapolitanus oppugnantur à Gal-
lis. 200.E.F
Campanella olim Athenæum promon-
torium dictum. 19.D
Campegus signifer captus. 16.H
Campson Memphiticus Sultanus in-

gēri classe Lusitanos India arcere stu-
dit. 183.B
Candalius regius iuuenis ictus capi-
tur. 24.F
Caneam urbē que olim Cydonia fuit,
Barbarissa frustra oppugnat. 205.
 C.D
Caneniphatiū insule, que Zelande &
Hollandæ dicuntur, Oceani inunda-
tionē deletæ. 98.F
Caninius cum Fregosio similitudē imit.
 227.E
Canibales Anthropophagi dicuntur.
 170.I
Canisianus ineptus & futilis senator.
 221.K. & deinceps.
Capellus ad Auriæ prætoriæ scapha-
uctus, offert se promptissimum ad
prelium in eundem. 210.A.B
Capellus suadet Venetis ne aliciuis
extranei hominis imperio se subici-
patiantur. 212.A.B
Capelli & Auriæ ad Zacynthū mu-
ta classem salutationes. 115.D
Capillum Cæsar fulgore pallentis auri,
more Romanorum Cæsarum circū-
tansum habuit. 53.A
Capita septē procerum Solymano obla-
ta, quibus renidēt ore illud. 62.B.C
Capiti Numidæ linteam intortis à
mento spiris, non indecens integum-
tum obuoluunt. 139.F
Caponius Venetus dux uocatus à Flo-
rentinis. 12.H
Caponius suam causam dicit. 44.C.D
 & deinceps.
Caponio à plebeio dictum tam salcē q̄
insolenter. 12.D.B
Caponio dictatura aufertur, ac Fran-
cisco Carduccio defertur. 43.G.H
Caponius absolutus summo omnium
comitatu ad suas aedes deductus.
 41
Caponius moritur. 48.G
Capricorni felix astrum Carolo quinto
in genitura, ac item Cosmo Medici
apparuit. 221.F.G
Capricorni sydus pro insignibus ge-
stat Cosmus. 233.B
Captiuantius Strozze captus redimi-
tur. 89.K. 90.A
Captiuorum mortuorumque nomina
in nauali prælio, hominum memoria
cruentissimo, ad Vrsi caput commif-
so. 20.H.I. & deinceps.
Capuani Gallis introitum negant.
 27.B
Capuccia tegumenta capitum. 6.A
Caputiberum Barbarissa capit. 338.
 B
Caradinus Turca Muleas firmū præ-
sidium. 140.I
Caradinus Turca tormenta amittit.
 141.A

Carapule

Carapule olim promontorium, hodie
Battalium, Pæni Cyra Flumar ap-
pellant. 51.E
Carabuncolorum copia. 171.G
Carduccius, Scimitarra uocatus. 12.A.B
Carduccius nūquam tranquillum Rei-
pub. statum, nisi manibus pedibusq̄
Mediceorum sanguine ablutis, futu-
rum asserit. ibidem.
Carduccius mutata persona mutatur
& studio. 46.C.D
Carduccius monasteriorum Xenodo-
chiorumque bona uendenda censet.
 46.F.G
Carduccius soleni ingenio. 43.H
Carduccius dictatura se abdicat, suffici-
tur Raphael Hieronymus. 173.D
Carduccius nihil remittit quod ad nu-
tionem urbis bellique apparatus
pertinere uideret. 49.C
Carduccius literas publicas mandati
transmissurus mentitur. 48.A
Carduccij studium in eis que munide
urbi necessaria uiderentur. 47.B
Carduccio egregium scomma Antonius
Albertus in corona impingit. 46.I
Carduccio authore iuuentus Florenti-
na, armorum gestandorum licentiam
impetrat. 12.B
Cariniani fortiter Cæsariani obsidio-
nem ferunt, ac de eruptione cogitat.
 326.K. 327.A
Cariniani Angianus obsidet. 326.H
Carinianum deditur. 337.A.B
Carinianum honesta deditioe Gallis
traditum. 336.I
Carinianum Vastius munū. 321.G
Cariniano & Carmagnola potitur
Guido Rangonus. 179.F.G
Carophylla in Moluccis insulis. 172.D
Carmagnola Cæsariani deditur, ac
arx expugnat. 321.C
Carmagnolam expugnat Vastius.
 227.C.D
Carolo Aureliano Francisca filio, Cæsar
suam aut Ferdinandi fratris filiam
promittit, & qua dote. 347.G.H
Carolo Aureliano Belgarum regnum
assignatur. 238.H.I ac Mediola-
nenis item imperij possessio sub
ditione promittitur. 347.I
Carolus Francisca filius qualis. 278.F
Carolus Aurelianus moritur. 348.D
Carolus Gonzaga cum pedites effuge-
re turpiter uideret, in hostes se forti-
ter confert. 331.E
Caruenna urbs Numidie. 139.A
Caruenna Africa situs. 142.I.K. &
 deinceps.
Caruenna loci sanctimonia. 159.A
Casales ad Gallos deficiunt. 217.
 A.B. & deinceps.
Casales rebelles ad suscipiendū Gon-
zagam principem. 216.I.K

Casonus quatuor Hispanorū & Ita-
lori cohortes fundit. 107.K. 108.A
Casonus quatuor millia captiuorū ad
unum omnes interficit. 108.B
Casonus à Solymano prædatum mit-
titur. 107.A.B. & deinceps.
Casonus à præda rediens Solymanum
ratus se Guintij inuenturum fallitur.
 ibidem.E.F
Casonus Austriam classem inuadit.
 254.B
Casonus cadit. 108.E
Casoni crispa ex ala uulturis, appensi
atque ideo uolantis plumæ ueli ma-
pullam trahens. 108.E
Castagninus Tanarius Pantiaticis fa-
uens. 230.K
Castelleti arx euertitur. 143.I
Castellia in uilla Cosmi præcipis, eo die
quo principatum adiit omnis generis
flores ex templo erumpunt. 224.C
Castellinarius ad urbē Veneti legati con-
cedunt. 25.K. 26.A
Castello expugnat Turca diripiturque ab
Aurantio & Vastio. 60.A.B
Castellum sancti Angeli Laudensium
Leua expugnat. 49.I
Castellum Genuesis oppidum à Ve-
netis oppugnat. 33.F.G
Castrensē à deditioe in seruitutē de-
ductos ac direptos postquā Solyma-
nus didicit, criminis authores punit,
ac Castrensē liberos dimittit. 187.G
Castronouum quomodo Turca oppu-
gnare cōstituit. 212.H.I. & deinceps.
Castronouum obsident Turca, ibidem.
 213.B.C. & deinceps.
Castro nouum à Turcis expugnat.
 213.B.C. & deinceps.
Castrocci Lucentis Montem Mur-
lium Florentinis ademit. 231.B.C
castrum in Sicilia frustra à seditiosis
Hispanis oppugnat. 205.K
castrum oppidum salentinorum, Tur-
cæ in deditioem capiunt, ac post di-
ripiunt, acciues in seruitutem abdu-
cunt. 185.B.C
catalaunum oppidū olim, hodie scial-
lonum. 345.I
catarina neptis Clemētis ad Vestales
à Florentinis inclusa. 12.F
catarinam, iuniorē Laurentio Medice
genitam, Henricus Francisca regis fi-
lius ducit. 123.C
catarina in Galliam uehitur. 123.G.
 & deinceps.
catarina Ciboa omnibus ornamentis
spoliata. 14.H
catianer Turcas fundit. 108.K
catianer alacritate quadam inanis &
pernicax. 102.B.C
caucasi pater montium. 147.C
causa quare prima fronte Cæsariani cū
Lotrechio & Gallis Venetisque ad
Troiam non confluerint. 16.D.E

causa cur Andreas Auria à rege descen-
dit. 35.F.G. & deinceps.
causa cur Florentini promptiores, Gal-
lis quàm Cæsari fauerint. 14.A
cazzianer ad caprunzā oppidū. 190.I
cazzianer ad Veruce arcē peruenit.
 191.B
cazzianer cūm Viēne sub custodia ser-
uaretur feliciter effugit. 198.F.G
cazzianer deliberat de castris mouen-
dis. 192.G.H.I.K. & deinceps.
cazzianer de transfugio cum Maho-
mete certis legibus pepigerat, ac cūm
secum Nicolaum Sdrinium abduce-
re conatur, ab eodem interficitur.
 198.G.H.I
cazzianer signorum castrorumque de-
sertor impius. ibidem.D
cazzianer turpissime fugit. 196.H
ceciliam oppidum ab incolis desertum
succendit Barbarissa. 205.F
cecotus Toisingus ad Dictatorem. 93.
 F. & deinceps.
cētum & quinquaginta hominū mil-
lia aut caesa aut in seruitutem à Soly-
mano abducta. 62.H
cepeliam occupant Turca ac muniant.
 251.I
cerisole pugna. 330.A.B. & deinceps.
cerisole occupari iubet Vastius. 329.B
cherium oppidum expugnare Vastius
statuit. 216.D.E
cherium Vastius oppugnat. 228.C.
 D. & deinceps.
chersonesus. 172.B
chiurlus Maccauellus statuæ Leonis
dextræ oculum spiculo perfodit. 13.G
chriani Cæsar segnum dano occupa-
ta arcis Tunetane. 164.F.G
christiani serui Tunetanam arcem ca-
piunt. ibidem.
christianorum equitum ala prætoriana
pro Muleasse. 140.I
christianus Dacie & Noruegie rex
foedus cum cliuenfi habuit. 279.G
christiana Francisca sfortie nubit.
 125.G.H
christophorus Pallauicinus cum uelo-
cissima trirème ad Coronenses obse-
fos confirmandos mittitur, qui inter-
diu per mediam Turcarum classem
directa prora in portū inuectus, eos
ingenti alacritate cōpleuit. 121.E.F
christophorus Viderici filius, aliquot
oppida paternæ hereditatis sibi do-
nari petit. 125.C.D.E
christophorus ad Franciscum Gallie
regem confugit. ibidem.
cianorum copia. 171.G
cicchus Buteius à Roscio transfoditur.
 75.C
ciconi Vastius iratus quod cōmeatus
non ex præscripto distribuisset. 200.
 H.I

cinnamomū in Moluccis insulis. 172. D.
 citiorū et medicorū, Amalphis urbs
 fertilissima. 21. D.
 ciuerius interficitur. 50. H.
 clarascum inter inducias Galli noctu
 capiunt. 278. I.
 clarascum vastius oppugnat, ac in de-
 ditionem accipit. 228. H. I. K. 229. A.
 A. B. C. D.
 clarice Medices, iunioris Laurentij so-
 ror. 7. A.
 clarice Medices Philippo Strozze nu-
 pra, Syluina urbe discedere iubet. 7.
 A. B.
 classis Caesaris quot nauibus et trire-
 mibus constabat. 155. G.
 classis cum Hariadeno Gallie regi mit-
 titur. 300. E. F. G. H.
 classis Turcarum prius in Ionio fuit,
 quam Veneti maris praefectū creas-
 sent. 184. H.
 classem exornant Caesariani quinqua-
 ginta hominum millibus. 205. A.
 classes Venetorum, Gallorum, et Au-
 rianae separantur. 33. H.
 classium Caesaris, Venetae, ac Pontificis
 imperatores qui. 199. G. H.
 claudius Guisius de Lutheranis nobili
 uictoria clarus. 278. H.
 claudius Valerius legatus Galliarū re-
 gis, ad Florent. 14. C.
 Clemens pontifex ingenio ad artes infi-
 mas adeo demisso, ut eum nemo un-
 quā in paruis rebus fefellerit. 129. H.
 Clemens clades Christianis praedicebat,
 postquam Hispani Coronam dese-
 ruissent. 146. C. D.
 clementi nequaquam studio fuit Flo-
 rentiae exadium, sed incolumi patria
 opus habebat. 86. H.
 clemens quid Massilie apud Franciscū
 egisse existimabatur. 134. E.
 clemens reddita Corone inducias decē-
 nales a Turca redimi cupiebat. 146. A.
 clemens Massiliam proficitur cum re-
 ge collocutus. 123. H.
 clemens Lotrechiano federe offensus.
 42. H.
 clemens immodice parsimoniae obno-
 xius. 129. D. E.
 clemens neminem oderat cum neminē
 amaret, praeter eos quos ab occultiore
 causa conciliarat. ibidem.
 clemens ex 30 Cardinalibus, quos ascie-
 nerat, neminem laudabat. 129. G.
 clemens angebatur quod Caesar Rbe-
 giam et Mutinam Alfonso Atesti-
 no adiudicasset. 120. A. B.
 clemens laus non modica ab Italis, quod
 Caesaris exercitū dissipasset. ibid. D. E.
 clemens Anconā, quam nuper sua ditio-
 nis fecerat, proficitur. 120. K. 130. A.
 clemens cum Ionio de Florentinis in-
 gratis et familiae decore. 14. F.

Clemens quid sepius de Florentinis in-
 gratis dixerit. 12. E. F.
 clemens Caesaris fortunam sequi sta-
 tuit. 14. C. D.
 clementis studium in restituendo sfor-
 tia. 49. G.
 clementis gestus de Caesaris sententiā
 conuerentis. 124. B. C.
 clemens quatuor uiros Gallos, Massilie
 in Senatum assumit. 124. F.
 clementis sententia de Henrici Regis
 Britanniae repudio. 119. E. F.
 clemens pontifex certiore regem red-
 dit de Atria nutante. 34. H.
 clementis et Leonis statuē in templo
 Deipare trāsfixe a Florentinis. 13. B. C.
 clemens magnopere latatus ex Vgonis
 Monacate et Caesaris Feramusce ne-
 ce. 21. D.
 clemens Caesarem Bononiae excipit. 52. F.
 clemens cum firma uteretur ualetudine,
 in multa spe logioris uitae, nouis pra-
 ceptis et commutata uita ratione, a
 Curio medico occisus. 130. A.
 clissa oppidum admodum opportunū
 ad sustinendos Turcas. 188. F.
 clissani Turcarum munitione adorti, in
 fugam uertuntur ac profligantur.
 ibidem. I. K.
 clissani uiso capite Croscicij fugientes,
 uacuum oppidum Turcis relinquunt.
 ibidem.
 clupea promontoriū antiquitus Mer-
 curij et Pulchri. 156. F.
 clupea promontoriū hodie Calabria
 dicitur. 167. A.
 colles alpes. 200. D.
 coim oppidū in armenia maiori. 146. I.
 colloquendi potestas excusso lintelo tu-
 to a Barbaris conceditur. 270. H.
 columbaria ad Ebusum classe Portu-
 dus pugnat, et cadit. 50. B. C. G.
 columbus Ligur alterum prope terra-
 rum orbem, uasto atque intentato
 Oceano, nobis aperuit. 170. H.
 columbus Hercule illo Greco iniustitiae
 fame gloria illustrior, apud Hispani-
 am moritur. ibidem. H.
 columneum promontoriū quod olim
 Lacinium dictum fuit. 114. K.
 cometa quid portendat. 111. B.
 communitia, olim Regius fons. 186. F.
 concordiae inuendae conditiones inter Cae-
 sarem et Franciscū Regem. 337. G.
 condiciones inter Florentinos et Gallos
 in percutiendo federe. 14. A. B.
 condiciones quibus Cosmus a Senatu
 Reipub. caput constituitur. 222. E. F.
 comardus Heisius uetus Germanorum
 dux, felix aleator. 86. G.
 consilius Barecte Lusitanus cuculla-
 tus, concionatur ad Caesarianos, clas-
 sem in Gallos ducentes. 18. A. B.
 constantia Berelli. 325. I.

constantia Ianizororum. 186. A.
 constantina urbs olim Cytha fuit. 143. C.
 corbānia regio. 189. F.
 corcyra suburbana excinditur, ac im-
 bellis multitudo extruditur summo
 lucu. 187. B. C.
 corcyram oppugnare constituit Soby-
 manus. 186. I.
 corcyrae obsidione, susceptae expeditio-
 nis perasus, Sobymanus soluit. 187. F.
 corcyrei pagani in seruitutem abducti.
 ibidem. A.
 corcyreorum omnis sexus et aetatis, su-
 pra sexdecim millia uno bello capta,
 atque in seruitutem abducta. ibid. I.
 coronae tres Caesaribus debentur, ac ubi
 singulas acceperit Caesar. 55. D. E.
 coronatio Caesaris describitur. 55. C. D.
 et deinceps.
 in coronatione Caesarum, tria insignia
 Romani imperij praefertuntur. 35. F.
 et 36. F.
 coronae situs. 115. I. K. et deinceps.
 corone oppugnat. 116. C. D. et
 deinceps.
 corone deditur a Turcis. 117. A.
 coronem obtulit Caesar christianis prin-
 cipibus. 146. D.
 coronem pestis inuadit, ac Hispani na-
 cti nauigia, ablati tormētis unā et
 ciuibus urbē uacua relinquit. 128. C.
 corone reddita poterat redimi inducia-
 rum decem annorū tempus. ibid. D.
 coronem Hispani se recipiunt. ibid. A.
 coronei Hispani ad Andrusam cum
 Turcis pugnant. 127. E. et deinceps.
 coronei inedia laborant. 116. C. D.
 coronei Hispani in hostes educi postu-
 lant. 176. F. G. et deinceps.
 cortona oppugnat ab Aurantio et
 Vastio. 59. H.
 cortona deditionem facit. ibid. 160. A.
 cosmi titulum ex sepulchro eradunt Flo-
 rentini. 13. C. D.
 cosmi, domus ex Letitia a plebeis et
 militibus diripitur. 222. H.
 cosmi imperium et Alexandri cedem
 qui praedixerint. 124. A. B.
 cosmo catēdis Augusti de exulibus ui-
 ctoria nunciatur. 233. B.
 cosmo ingentem hereditatem praedicit
 Basilius Mathematicus. 221. F.
 cosmus aduentantes cardinales sibi ex
 affinitate propinquos miratur. 225. E.
 cosmus a matre obtestatur ne cuperet
 aggredere tur ne dominatū. 221. D. E.
 cosmus a quibusdā priuatis amicis in-
 crepat, quod tardior in appetendo
 dominatu uideretur. 220. I. K.
 cosmus Capricorni sydus in genitura
 habuit. 221. F. G. 233. B.
 cosmus capricorni sydus pro insigni-
 bus gestat. ibidem.
 cosmus

Cosmus certior de inimicorum consilio
 factus, quo ordine eos oppugnare pa-
 rat. 231. G. H. et deinceps. 231. A. B.
 et deinceps.
 cosmus certior factus de exulibus ad-
 uentantibus exercitū cōscribit. 225. B.
 cosmus duo millia ueteranorum militū
 Vastio mittit. 333. I. K.
 cosmus eūdem horoscopus habet, quē
 Augustus Caesar. 233. B.
 cosmus exules in patria reducit. 222. K.
 cosmus Florentiae princeps a Casare u-
 xorem postulans, Eleonoram, Petri
 Neapolitani proregis filiam, ducit.
 203. E. F.
 cosmus Hispanorum et Germanorum
 cohortes in Fesulanum agrum euo-
 cat. 225. B.
 cosmus Medices Florentiae princeps,
 Margaritae Austriae nuptias expete-
 bat. 203. D. E.
 cosmus Medices Florentiam aduolat ex
 Trebia uilla. 220. C. D. et deinceps.
 cosmus Medices matri quid responde-
 rit. 121. E. et deinceps.
 cosmus Medices Vastio Rodolphū Ba-
 leonū mittit cum ala equitū. 328. A.
 cosmus omnia humaniter impleuit a
 cardinale sibi iniuncta. 222. I. K.
 cosmus per Vitellium cardinales urbe
 egredi iubet. 226. B.
 cosmus Philippum Strozam uita do-
 nare decreuerat. 233. K.
 cosmus Pistorium in praesidium mittit
 Federicum Montacutum. 230. K.
 cosmus Pratum duas equitum turmas
 Poctio ducit mittit. 231. F.
 cosmus Reipub. Florentinae caput con-
 stituitur. 222. E.
 cosmus uenientes ad se cardinales cum
 inermi comitatu excipit. 225. E.
 cosmus uiriliter Saluati ut abdicaret
 principatū suadenti respondet. 225.
 F. G. H. I. et deinceps.
 cosmus Saxetus Senator. 3. G.
 cosmi Saxeti falsum dictum in Floren-
 tinos. ibidem. H.
 couonus Florentinus praetor Volater-
 ranus cum quatuor cohortibus Vo-
 latera expellitur. 79. E. F.
 Crassus fluuius. 191. G.
 crepinus in Suestionibus transactae indu-
 cie inter Caesarem et regem Galliae.
 348. A.
 Crescentium oppidum Galli tormentis
 oppugnant. 326. G.
 cretenes supra mille Turcas interficiunt.
 205. D.
 croatia. 189. F.
 crudelitas filij in patrem. 323. F. 324. F.
 crura Caesaris extantibus toris uenustif-
 sime directa. 53. B.
 cucubus caesari breui abūdo commea-
 tum affore promittit. 282. H.

Cumerum promontoriū extremū In-
 dae. 147. C. et 172. E.
 cumates fortiter Gallis resistunt. 287.
 E. F.
 cumatibus Daualus subsidium mittit.
 ibidem. C.
 cunini oppidi situs. ibidem. B.
 cursula antiquitus Corcyra Nigra fuit.
 187. A.
 cusanus Burgundus fortissimē dimicās
 cadit. 213. G.
 cuscana et Perurana regna, auro, ge-
 mis atque unionibus refertissima.
 171. F. G.
 cuselbasa et caepea qui. 143. E. F.
 curtius medicus causa mortis Clemen-
 tis. 130. A.
 cymanum promontoriū hodie Spate
 dicitur. 205. C.
 cymbri in Chersoneso, Holsatij et Da-
 ni sunt. 279. C.
 cytheū olim, hodie urbs candida. 205. F.
 D
 Dammartinus regulus. 180. I. K. et
 deinceps.
 danthes castello ex Strozze comitatu
 Hippolytū Medicem interimere pa-
 rat. 7. C.
 danubius a Romanis usque tempori-
 bus nunquam plura nauigia, aut mi-
 lites tulit, quam dum Caesar Viennā
 conenderet. 103. G. H.
 dardaneli duo castella in Naupacti
 sinus angustis, unum Achaicum, al-
 terum Aetolicum. 117. F. G.
 dariana, Paris, Perura, cyscha, regna
 Caesari inuenta, describuntur. 177.
 D. E. F. et deinceps.
 dardanae et Perurae regna auro diuisi-
 ma. 170. G.
 daualus duodecim oppida Gallis eri-
 pit. 278. D.
 daualus et Hanebaldus legati in col-
 legium Venetiū uocantur. 235. K.
 236. A.
 daualus in comitiis Venetis orat. 23.
 D. et deinceps.
 daualus quatuor Hispanorum uetera-
 nas cohortes, et Germanorum uete-
 ranorum legionem, Perpennianum
 mittit. 282. H.
 daualus sepius ad Caesarem scribit Gal-
 los, nisi caueret, in Hispaniae fines ir-
 rupturos. ibidem. C.
 decretum Caesaris ne quis sortium aut
 puerum in classē induceret. 155. C.
 decuriones noui Florentiae. 95. G.
 delacia insula Arabica sinus. 215. A.
 delimenthes de Caramania cognomine
 Delis, id est in Ianus. 149. H.
 delphinus Henrici regis discedentis ue-
 stigij institit. 348. F.
 descriptio Florentinorum ad Mediceas
 domus gratulati uenientium. 5. K.

Deserte insulae. 172. B.
 despotis Rasie patrimonium subegit
 Belgradi praefectus Mahometes Ia-
 hiaoglus. 189. G.
 desannam et S. Germani oppida Gal-
 li capiunt. 326. G.
 diabata, Hercules insula, hodie Asina-
 ria dicitur. 33. H.
 diana arx ubi Hortensij Oratoris uilla.
 33. E.
 dictator Caponius Rempub. Florenti-
 nam administrat. 42. G.
 didacus Sarmentia cadit. 84. F.
 didacus Touares cadit. 127. I.
 didacus Abyla signifer uexillum in ho-
 stili aggere defigere conatus cadit.
 158. G.
 didacus filiam Barbarusse uxorem in-
 usit. 300. K. 301. A.
 dimidia pars classis Venetorū, ex mor-
 bis contractis in sardinia moritur.
 34. A. B.
 dinanium, id est militaris cōcilij genus,
 indixit Barbarussa ad Niccam Gal-
 lis iratus. 319. D.
 Dionysius ex ordine senorum cuculla-
 torū Cardinalis, quid de Galliae rege
 in senatu dixerit. 297. A. B.
 dominicus Cuppius Romanus, Galli-
 cas partes in senatu tuetur. ibidem.
 dorax alit honeste Muleasem usque ad
 aduentum Caesaris. 143. B. C.
 doracis reguli soror fuit Lentigesia Mu-
 leas mater. 139. F.
 dorbinus salsedo ueterano militi in
 Vastij praesentia discidit brachium.
 17. H.
 dorbinus et Heisius Vastionum mu-
 nitiones oppugnant. 27. H.
 dorbinus moritur. 59. B.
 dormientes inter uiuos censendos non
 esse. 151. E.
 dracula in Valacchia regnauit. 261. I.
 draguthes. 210. A.
 drepanum promontoriū, hodie Me-
 lacham uocant. 205. E.
 drofiani inuaduntur. 320. K.
 drofius Montenicum quibus conditio-
 nibus dedit. ibidem. I.
 druidarum quondam in Gallia sum-
 ma auctoritas. 171. A.
 ducum fugacissimorum nomina ac ca-
 strorū desertores ad Exechiū. 198. E.
 ducum nomina qui Castronoui aut ca-
 pti, aut caesi sunt. 213. I. K.
 dura oppugnat. 313. E. F. et deinceps.
 durae situs. ibidem. B.
 dura capta omnibus interfectis, ac in-
 censa. ibid. K. et 314. A.
 durense alam equitum in insidias per-
 trahunt. 313. D. E.
 E
 Ebersteinus octo milia Germanorum
 in Lunensem agrum ducit. 154. B.

TOMI SECUNDI

Eburones Rossenio com meatum et iter negant. 279. I
 eccius, Iulius Pluggius, atque Groppe-
 rius, catholici Theologi. 247. F
 empolium oppugnatur à Caesarianis.
 82. D
 empolium expugnatur. ibidem. H. I
 eno fluvio duo nauigia militum deu-
 cta merguntur. 205. B
 enosium fortiter à Germanis defendi-
 tur. 278. I
 enosium deditur. 279. A
 ensis Caesaribus datur, quo Christiani
 nominis hostes persequantur. 56. F
 episcopi ad hastam venales producti.
 7. I
 equestris pugna apud Lignarium uicū
 inter Caesarianos et Florēt. 75. F. G
 in equo pernici totius patrimonij cēsum
 Numide collocant. 139. E
 equos ad unum omnes Caesar in mare
 proici iubet. 275. E
 equos Hispani Gallis eripiunt. 23. A. B
 equestris turma Mexicanos maxime
 exterruit, cum equitem integrum esse
 animal Cētauri specie putaret. 171. B
 equitadi peritissimus Caesar, ut nullus
 eo armato, ac in gyrum equum refe-
 cte, uel pulchrior uel uinidior re-
 periri possit. 53. B
 erocochus portus Abyssinae regionis.
 215. B
 erythrae angustiae. 183. B
 etruvia Mugellus ager tremuit, multa-
 que nobilita et deserta corrumpit. 299. E
 etrusco bello Clemens quantum expen-
 disse ferebatur. 101. D
 eunuchus Ademanum regem sub fide
 ad se euocatum suscipit. 214. H
 eunuchus maiora tormēta deserit. ibid.
 eunuchus Solymani ianitor, Barbarus-
 sans, cui comes datus fuerat, cuncta-
 tionis increpat. 209. E
 europus Nisite insula. 340. E
 Exclusae Oceani inundatione deletae.
 98. H
 excursionibus suis Gibaenna in hostiū
 castra perumpens, equos, arma, ac
 obsonia ueribus affixa diripuit.
 24. A. B
 execchiane stragis incommodum sēda
 ducis temeritate et culpa accidisse.
 397. I. K
 execchij Christianis à Turcis funestissi-
 mum ac fœdissimum detrimētum il-
 latum est. 189. D
 execchium in Possēga communium Ma-
 homeres. ibidem. G
 exercitus ad execchium inedia laborat.
 394. A
 exules Florētini tertio expeditionem in
 etruviam parant. 230. D. E. et deim.
 F
 Fabritius Maramaldus Volaterrā ob-

ferdinandus Gonzaga ualidam equi-
 tum et pedum manum Puteolana
 uia educit. 22. D. E
 ferdinandus Gonzaga in Angliam mit-
 titur. 317. C
 ferdinandus Gonzaga successit Vastio
 in Mediolanensis dominatus prese-
 ctura. 349. A. B
 ferdinandus Toletanus Albae regulus.
 155. A
 ferdinandus Sanseuerinus Salernita-
 nus princeps. 175. F
 ferdinandus Cortesius ad Mexicana
 regna terrestri itinere contendit; The-
 mexicana urbe potuit. 170. K
 ferdinandus rex inducias cum Turcis
 abruptit. 289. K. et deinceps.
 ferdinandus rex quare se Turcis non
 obiicit. 190. F
 ferdinandus classem Strigonium mit-
 tit. 244. B
 ferdinandus intellecta Ioannis morte
 arma parat, et quibus Hungaris sua-
 dentibus. 242. F. G
 ferdinandus quid de Georgio Varadiensi
 antistite diceret. ibidem. E
 ferdinandus rex semper adulatoribus
 onustus. 289. C
 ferdinandus Solymano Legatos mittit
 cum donis pacē expetēs. 258. F. G
 ferdinandus uera testatūque de fami-
 liaribus minime credit, falsa de ale-
 nis libentissime. 295. B
 ferdinandi exercitus qui ad Execchium
 mittebatur descriptio. 190. D. et
 deinceps.
 ferdinandi Legati quid à Solymano pe-
 terent. 259. C. D. et deinceps.
 ferdinando quibus rationibus dissi-
 debatur ne bellum aduersus Solyma-
 num temere excitaret. 289. K. 290.
 A. et deinceps.
 ferentius Bodo capitur. 54. E. F
 ferruccianos Aurantiani oppugnant.
 88. H. I. et deinceps.
 ferruccius Volaterra è senatusconsulto
 reuocatur, et quid fieri oporteat ex
 prescriptis mādatis docetur. 86. I. K
 ferruccius Pisanos miris modis ad pe-
 cunias dandas cogit. 87. A
 ferruccius copias suas Disis educit, suōs-
 que alloquitur. ibidem. D. E
 ferruccius à Corsis seditiosus propē in-
 terfectus. 82. A. B
 ferruccius contra militiā decus tympha-
 nistam suspendit. ibidem.
 ferruccius Volaterram expugnat. 81. A
 ferruccius mirē in Volaterranos seuit.
 ibidem. C. D. et deinceps.
 ferruccius quatuordecim Hispanos in
 carcere fame necat, ac demum mor-
 tuos ad pinnas arcis suspendit. ibid. B
 ferruccius subsidij postulat, mittitque
 ei quinq; militum vexilla. 80. D. E. F
 Ferruccius

INDEX ALPHABETICVS.

Ferruccius S. Marcellum oppidū pau-
 cis caesis capit. 88. C. D
 ferruccius interficitur. 89. E. F
 fessani regni potentia. 159. B
 ficerium orae Leucadiae portus dulcis
 aque fontibus clarus. 184. K
 figaroa cum filio captus. 210. H
 filius patrem obsecrat. 324. F. idem li-
 beros patris interficit, ac eius concu-
 binas stuprat. 323. F
 filios ducentes ex ducētis uxoribus ha-
 buit Mahometes. 140. C
 flattes Durenfis prefectus. 313. C. D
 flattes occisus tormento. ibidem. I
 flisca et Grimaldia familiae Guelphae
 factiois. 35. C
 fliscorū in edibus Genuae Pontifex ex-
 cipitur. 203. A
 florantius Perone praeficitur. 180. E
 florentiae in curia tumultus ingens ex-
 citatur. 43. D
 florentiae quotidianae conciones in Me-
 diceos. 70. D. E
 florentiae qui capitali supplicio afficiun-
 tur. 95. G. H
 florentinae pacis exemplar. 94. B. C.
 et deinceps.
 florentina iuuentus potius obfidere quam
 obferre curae limitē uidebatur. 12. C
 florentina iuuentus enibrat gladios ad
 deterrendos Decuriones. 3. C. et
 deinceps.
 florentina iuuentus praetorium occupat
 Petro Saluato duce. ibidem.
 florentini nuquam ingenio pacati, sem-
 per maligni. 6. G
 florentini ex Graecis ortū ducunt. ibid. C
 florentinorum uultus simulati. 5. K
 florentini per publicas literas à Lucen-
 sibus Mediceos repetunt. 7. D
 florentini redintegrata perfidia constā-
 ter animos erigunt. 6. G
 florentini soli in Italia captae urbis fa-
 ma, obfessique pontificis, effuse letari
 uidebantur. 3. B
 florentini numerum militum in sociale
 bellum constitunt. 5. H
 florentini timentes Pontificis iras, con-
 fortantur à Federico Bozolo. ibid. B
 florentini Gallis fauerunt à Carolo Ma-
 gno urbis conditore. 4. D. et deinceps.
 florentini prelata Gallorum societate
 Caesaris amicitiam importunē con-
 temperunt. 14. A. B
 florentinis ingratas quid Clementem im-
 poneret. 12. F
 florentini ingrati ciues, nunquam recō-
 cilandos putabant Caesarem et Cle-
 mentem. 43. A. B
 florentini legati ad Caesarem admittun-
 tur. 48. C
 florentini eruptionem faciunt. 60. K
 florentini Pratum deserunt. 74. H
 florentini capitali supplicio eos afficie-
 bant qui aut de pace, aut de Reipub.
 statu loquerentur, et qui ea causa
 mortui. ibidem. B
 florentini operam dant maioribus stu-
 diis comparandis. 71. B
 florentini iterum erumpunt, committi-
 turque atrox pugna. 78. C. D
 florentini donaria templis dicata uen-
 dunt. 79. B
 florentini è tribus portis eruptionem fa-
 ciunt. 78. K
 florentini exules conantur Alexandrum
 omnibus spoliare. 158. D
 florentini iterum de legatis Caesari et
 Pontifici mittendis deliberant. 75. K.
 76. A
 florentini erumpunt in Germana ca-
 stra. 85. E. F. et deinceps.
 florentini ad inediam perducti. 86. B
 florentini in Malatesiam inuasuri, ni
 Cecotus Tosingus auertisset. 93. E. F.
 et deinceps.
 florentini duces magistratui de scripto
 respondent. 92. I. K. et deinceps.
 florentini iterum atque iterum eruptio-
 nem sollicitant. 91. D. E
 florentini Ferrucij casu nil sese animis
 remittunt. 90. F
 florentini pacis conditiones respiciunt.
 92. H. I
 florentini magistratus Caesaris diplo-
 ma recipiunt, ac iurant se obseruatu-
 ros. 98. B. C
 florentini quatuor legatos ad castra de
 pace petenda mittunt. 94. B
 florentini exules ad montem Murlij ca-
 piuntur. 233. C
 florentini exules ad montem Murlij ca-
 piuntur. 232. H. I
 florentini exules captiui ad Cosmum
 ducentur. 233. G
 florentini exules Romae consilium de
 recuperanda libertate ineunt. 224. H
 florentini mortuo Alexandro, prouisi ad
 appetendam libertatem. 221. A
 florentinorum iurantium uultus. 98. D
 florentinorum ciuium decapitatorum
 causa. 95. H. I. et deinceps.
 florentinorum exulum copia ad Fabri-
 cam uicū lentius perueniunt. 231. A
 flumina prope uniuersa Perurani et
 Cuscani regni auream arenam tra-
 hunt. 171. G
 Fœdus inter Caesarem et Clementem
 quibus legibus. 43. B. C
 fœdus percussum in Vaticano à Paulo,
 Caesare, et Venetis. 199. F
 fogaras Ioannes rex obsidet. 241. C
 forestius Galliae legatus ad Aulonem
 moritur. 185. B
 fortitudo Ianixarorum ac constantia.
 186. A
 fortuna Christiano nomini infesta, Cae-
 saris spes interrumpit ad Algerium.
 251. A
 fortuna Caesarianis rebus secundissimē
 adesse consuevit. 25. C
 fossanum ab Antonio Leua expugna-
 tum. 174. E. F
 Franciscus Galliae rex Caesarem ad fos-
 sas Marianas excipit. 203. A
 franciscus nouum exercitum ad Miran-
 dulam conscribi sinit, et ducum no-
 mina. 176. E
 franciscus suos beneficiarios conuocat,
 ac arma expedit. 170. F
 franciscus rex Aromontium ad Cle-
 mentem mittit. 119. H
 franciscus Genuam reperit. ibidem. G
 franciscus et Henricus Reges arma
 parant. 7. G. H. et deinceps.
 franciscus Galliae rex à Solymano fra-
 ter appellatur. 285. G
 franciscus belli munia filiis distribuit,
 alteri Hispanos uexandos praebet, al-
 teri Belgas designat. 278. E
 franciscus rex mollissimis uoluptatibus
 occupatus. 200. B
 franciscus rex grauissimē perturbatus
 accepto nuncio de suorum in Subal-
 pinis periculo. 199. K. et deinceps.
 franciscus rex insignis memoriae. 200.
 B. C
 franciscus rex Vastium humaniter in
 suis castris ad Carmagnolam exci-
 pit. 201. F
 franciscus rex moriens quamam
 cepta dederit Henrico filio. 348. K.
 et deinceps.
 franciscus secūdis uigiliis ad Cambre-
 sum castra mouet. 316. G
 franciscus Solymanum sollicitat ut Ve-
 netis imperet, ut cum Gallis contra
 Caesarem fœdus percipiat. 284. E. F
 francisci regis liberalitas in Cardina-
 les. 124. E
 francisci demētia in matronas, ac Ger-
 manos captos. 284. A
 franciscus Galliarum rex moritur. 348. I
 franciscus Delphinus subito morbo op-
 pressus moritur. 177. D
 franciscus Sfortia euocatur ad Casta-
 rem. 53. H
 franciscus Sfortia Christianam in u-
 xorem ducit. 125. G
 francisci Sfortiae mors Caesari nuncia-
 tur, quae multorum bellorum causa
 fuit. 167. A. B
 franciscus Feltrinus Urbinas, Veneti ex-
 ercitus dux, et Michael Salustius,
 Federicusque Gonzaga cognomento
 Bozulus Gallorum duces Florentiam
 intrant. 3. I
 franciscus Portinarius post multas di-
 sceptiones ad Pontificem à Floren-
 tinis legatus mittitur. 47. K
 franciscus Botiella Lotrechium sup-

pliciter rogat ut equestrem statuam patriae conferret. 8.H.I. & deinceps.
franciscus victorius, & Nicolaus Caponius Bozolo respondent. 5.A
franciscus Niger maligne pecunias apud Laurentium deposuit. ibid. K
franciscus Cantelmus dux. 15.D
franciscus Angelius cucullatus Franciscanus Romam mittitur. 10.C
franciscus Carduccius dictator capite truncatur. 95.G.H
franciscus Sagallius architectus. 47.B
franciscus Bardus captus cum sua cohorte. 75.C
franciscus Sfondratus ad Allobroges legatus. 167.G
franciscus de Medelino Hispanie oppido Christianos seruos hortatur ad libertatem arripiendam. 164.D
franciscus Habraus Garesius & Bartus Rosillofius principes Guelphae factionis. 230.I
franciscus Henricum excipit. 283.I
franciscus Landrianus Albam defendit. 278.B
franciscus Sarmetus cum quatuor milibus veteranorum, Castronono praeficitur. 211.G
fraudentia Barbarorum Magonis portus diripitur, ac ad unum omnes in seruitutem abducuntur. 169.B
fregosus caesis & captis spinulis ac Hispanis Genuam intrant. 32.G
frictionibus, plicatione, assiduâque artium cōtentione, Numide sibi calorem excitant. 139.F
fugacissimorum ducū nomina. 198.D.E
de Euga captanda veterani militis dictum. 197.B
fugientes Caerianeri copiae. 196.G
fulmine ala equitum percutitur caesis equis tantum. 26.E
funduntur Florentinae copiae quae Lastrae in subsidium mittebantur. 72.D.E
fustembergus capitur. 346.C.D

gunt. 334.A
galli ad Carmagnolam castra mouent. 328.K
galli Caesarem non putabant tam cito copias expedituram. 342.A
galli Caninum oppugnare desistunt. 287.E.F
galli, Veneti, Sfortiani; Ticinum expugnant. 40.A
galli Neapolim obsident. 18.C
galli in insidiis pertrahuntur. 22.E.F
galli Sabaudium exciunt inermes suis oppidis. 167.H
galli Taurinū, Fossanum, Penarolum & Cherium, munita oppida Subalpine regionis capiunt. ibidem.
galli cum Belgis ad Taruānam tumultuarie pugnant. 181.G
gallorum exercitus morbis agitur. 25.I.K
gallorum quinque nobilissimi & fortissimi duces egrotant. 26.A
gallorum castra ad Cariniani. 328.E.F
gallorum ducum in Subalpinis nominata. 216.C.D
gallipoli Turcarum classis ad Coronē obsidendam educitur. 459.I
gandauum Caesar contendit praemissa Germanorum legione. 237.D
gandauum ciuitas amplissima, supra quadraginta hominum millia facile armare possit. ibidem.F
gandauum ut subigi expugnari ue nō poterat. 237.F
gandauum Caesar in pompe morem excipit, urbem intrat non tanquam patriam, sed tanquam inimicissimam. ibidem.E
gandauum Caesar veteres immunitates abstulit, leges dissoluit, totum denique id ius quo magistratus creabantur abrogat. ibidem.I
gandauenfes pœnitent, quod non pro patria armis fortiter desumpserit, Caesari portas occluserint. ibidem.E.F
gandauenfes ut liberi ac immunes, imperata in Gallici belli sumptus pecuniam constanter denegant. ibidem.F
gandauenfes ultimus Caesar, dispositis per urbem custodiis, nouem uti reos magistratus, ac mox sexdecim interfici iubet. 237.G.H
gandauenfes in sumptus edificandae arcis, ingenti pecunia à Caesare mulctantur. ibidem.I
Caesaris in Gadauenses seueritate Germaniae liberae ciuitates dānant, ac arces impositae nomē detestantur. ibid. K
gandauenfes sicut sociis, Germani maturam opem recuperandae libertati allaturi uidebantur. ibidem.
gangesici sinus emporia. 172.E
gargia Lassius lapide ictus moritur. 179.H

Gaspar Franisbergus moritur. 177.I
gemmarū ac unioū Perurani & Cusani montes plenissimi. 171.G
Genua in multas partes discessit. 35.B.C
genuae Decemuiralis ordo instituitur. 36.A
genueses Senensisque legati Caesaris mandato templo expelluntur. 56.E
genueses in uerba Regis sacramentū faciunt. 33.B.C
genueses cōditiones pacis à Lotrechio datas respuunt. 32.C
genueses libertatis nomē excusso Gallico iugo arripiunt. 35.I
genuesis Ferrarium & Lomellinū ad regem Gallie legatos mittunt. 32.H
georgius Varadiensis antistes describitur. 142.C
georgius stabula regia incendit, quod Austruans magno fuit detrimento. 254.A
georgij responsum ad Rochandulphi praecones. 248.F.G
georgius Pallauicinus à Mauris captus. 51.K
germania fere tota à Caesare subacta. 349.D
germania liberae ciuitates Caesaris erga Gadauenses seueritate dānant. 237.K
germaniam cur perdomādam susceperit Caesar. 349.B
germani militis in Lodronium dictum. 197.B.C
germani Budensi arce dedita ad unum omnes caduntur. 254.G
germani & Hispani Roma decedunt. 15.F
germani fortiter Cariniani obsidionem ferunt. 327.C
germani Hungaris opem ferunt. 288.C
germani Maximitianū exoptant, Hungari Mattheum Coruinum. 293.H
germani pestilentiae cōtempiores. 37.G
germani quo ordine exercitum in Pannoniam ducerent. 289.F
germani strati à socio equitatu, fortissimè pugnant. 230.I.K
germanorum militum habitus descriptio. 109.H.I
germanorum mira barbaries & truculentia. 10.E.F
germanorum constantia, Hispanorumque alacritas in defendenda Neapoli. 25.E
germanorum de Turcis turpissimus timor. 254.F. 273.G.H
germanicum imperium Caesaribus argeantem coronam debet. 55.D
giahēna equitum praefectus arma, & foelisque etiam infixa ueribus obsonia, ex Gallorum tabernaculis in urbem refert. 24.A.B
gladij capulus Caesari excidit, unde fere qui uaria inde ominaretur. 58.C.D
Gomeni-

Gomeniū portus. 208.F
Gonzaga infelicitur Gallis insidias tenet. 22.B.C. & deinceps.
gonzaga alam cataphractorum opprimunt. 26.D
gonzaga seuit in eos qui Hispanis seditionis praefuerant. 207.E.F
gonzaga singulos duces adit, ac pro honore Christiani nominis sollicitatur. 211.B.C
gonzaga suadet Preuesam expugnandam, Auria uero quomomus id tentandum, dicit. 208.G.H. & deinceps.
gonzaga tardius manum erigens à legato Hispanorum seditionum increpat. 207.B.C
gordi. 145.F
Graecorum nomina qui pro Venetis Gallis admixtis in Caesarianos bellum gerunt. 38.G. & deinceps.
granuelius Nurembergam proficiscitur. 247.C
gratia, Lintium, Vienna, triangularem situm à se inuicem distant. 109.D
gratiam urbem Caesariani in deditōnem capiunt. 175.G
gratianopolis urbs. 200.C
gratulatio praepostera militū totā Cosmatis matris domū diripiunt. 222.H
grimani frustra Preuesam oppugnat. 208.D
grittus gemmarū cognitione insignis. 131.C
grittus Ioannis Regis questor. ibid. D
grittus cū Solymano colloquitur, quod nemini Christiano antelicit. 131.D
grittus capitis regumetum detrahitur. dilatas dicit. 132.A. & deinceps.
grittus Habraymo uillam suburbanam dono dat. 131.B
grittus Strigonium obsidet. 101.K
grittus in Pannonia mittitur. 146.G.H
grittus capitur ac capite truncatur. 133.H.I
gritti filius Agriensis sacerdotio ditatus. ibidem.
gritti insignis ars in Barbarorum animis sibi conciliandis. 131.A
gritti truncum spoliando carnifex inuenit loculum gemmarū ualore 40 myriadam auri. ibidem.K
gritto innatus Turcius fastus. 131.K
gritto Beogli nomen à Turcis inditum. 131.B.C
gritti exhortatur Ianus Docia. 132.A
gualterius Athenarum regulus. 6.D
guelpi Gibellini; nomnis adunum omnes Casali pennis dant. 217.I.K
guerreria familia. 14.G
guerres interfectur. ibidem.H
gucciardinus uexillifer perplexo sermone Bozolo respondet. 4.K
gucciardinus quid de Laurentio Medice diceret. 223.H

Guido Ragonus ad motus Genuae scalis coronam obtinere contendit. 178.C
guido Rangonus dux Galliae exercitus conscripti ad Mirandulam. 176.E
guido Rangonus in Galliam reuertitur. 227.E
guidoniani Genuae in secessu discedunt, ac in itinere Carinianum in deditōnem capiunt. 178.E.F
guilielmus Cluensis ad Galliae Regem se confert ac fredu percutit. 279.B
guilielmus Cluensis legatis Reginae respōdet, copias à Rossenio conscriptas in Turcis duci. ibidem.G
guilielmus Cluensis Regulus hostis declaratus. 266.C
guilielmus supplex ad Caesaris clementiam veniam deprecatur. 314.C
guintium oppidū oppugnat ab Habraymo Bassa. 104.A.B. & deinceps.
guintij duo propugnacula extruit Habraymus atque inde propugnat Nicopolim. 105.C
guletae situs. 156.F
guletae oppugnandi ordo. ibidem.G
guletani amice respondent & grauiter. 141.G
guletani terdū erumpunt. 158.C
guletani expugnata munitione se in fugam dant. 159.F
Habraymus seruus tanquam Solymano dono datus. 144.K. 145.A
Habraymi hortatio ad bellum Parthicum, ac Germanici belli dissuasio. ibidem.C. & deinceps.
Habraymus mirifice Christianis fauebat. ibidem.K
Habraymus Bassa Visir, id est Purpuratorum princeps. 65.C.D
Habraymi odi & subtractionis causa. 150.G
Habraymi fides suspecta, quod dicebatur Christianos fouere. ibid. K. 151.A
Habraymus Solymanū flexis genibus exorare non potuit. ibidem.C.D
Habraymi bona omnia fere in seculum asportantur, domusque sua deformatur. ibidem.F
Habraymus iugulatur. ibidem.D
Hadrianus Bewenus & Philippus Arefcotus Taruannā obsident. 181.D
Hadriani Beweni ala equitum profligatur. 278.G
haganoa in Trebecibus. 238.F
haidinus Smyrnaeus archipirata Pertundum debellat. 50.F
haidinus Smyrnaeus moritur. 166.B
halicocola Corfus Sine alumnus. 51.B
halicotus praedo è Cilicia. ibidem.
halicotus Christianos remiges in subterraneos carceres detruat. ibid. F.G
Halis Leuanus Hispanus ad Mahometis sacra defecit. 213.A

Halis Strigonenses libere dimittit. 307.E.F
Halis Strigonensibus stipēdia offert qui Solymano militare uellent, & quot condonem acceptarint. ibidem.D
halyacmones hodie dicitur Asamba-ba. 184.I
hanebaldus Amiras commendatur à Francisco rege Henrico filio. 349.A
hanebaldus in Italiam per niuosas alpes traicit. 287.B
hariadenus ad gerendū bellum se conuertit, ac de uictoria nihil dubitandū docet. 155.I.K. & deinceps.
hariadenus in fugam uertitur. 163.I
hariadenus nō credebat Caesarem unquam se mari commissurum. 155.H
hariadenus Magonis portū dolose expugnat. 169.B
hariadenus Asanagam eunuchum genere Sardum, & Halim Leuanum mittit ad recipiendas Africae urbes. 142.H.I
hariadenus Pōtia profectus ad Bisertā improuisus classem appulit. 141.E
hariadenus dispostis tormētis Guletanos saluat. ibidem.G
hariadenus S. Lucidij oppidum, quod olim Tempa dicebatur, expugnat. 137.G.H
hariadenus Citarij classem quae ibi edificabatur exurit. 137.H
hariadenus Prochitam capit. ibidem.I
hariadenus Speluncam capit. ibidem.
hariadenus Barbarussā aciem in conspectum Caesarianorum ducit. 163.D
hariadenus Terracinam capit. 138.C
hariadenus Rium capit. 136.E
hariadenus à Solymano excipitur. 135.I
hariadenus ad Habraynum qui ad Alepum hyemabat mittitur. ibid. B.C
Hariadenus Ligusticas naues expugnat, & Delisufum interemisse fertur. 135.H
hariadenus fratri in regno succedit. ibidem.B
hariadenus Mitylenaeus à nostris Barbarussā uocatus. 134.E.F
hariadenus Hipponam, quam hodie Bonam uocant, confugit. 164.I
hariadenus Fundos capit. 138.B.C. & deinceps.
hariadenus solenni sacramento dat pacem & accipit. 143.D.E
hariadenus, nisi Sinas dissuasisset, omnes Christianos seruos puluere tormentario incesco cōcremasset. 164.A.B
hariadeno Caruenna sola aliquandiu restiuit. 143.A
hariadeno traduntur octies cētena milia aureorum in sumptus belli. 137.F
hariadeno tempus desuisse ad classem educendam. 159.E

Hariadeno increpanti omnium nomi-
ne Sinas respōdit. *ibid.* K. 160. A
hariadenum ancipiti deliberatione ste-
tisse utrum bellum classe an terra ge-
reret. 159. G
harles & Excluse, Oceani inundatio-
ne ita delate, ut uix turrium ac tem-
porum fastigia appareant. 98. H
haydones qui ab Hungaris dicuntur,
& ab Illyricis Huscochi, à Turcis
Martellofii. 190. G
Hebrus fluminis, hodie Mariza, nō lōgē
ab Amphipoli, clarissima olim Mace-
donia urbe, Seres hodie dicta. 184. I
hedinum Franciscus expugnat. 181. C
helua olim Ebura. 283. H
heluetij Caesaris fines se intraturos per-
negant. 332. D
heluetij de more pecunia flectuntur.
ibidem. D
heluetij domitores impiorum principū
à Pontifice appellati. 8. A
heluetiorum pratoria cohors pellitur
Genua. 35. I
heluetiorum cohortem trucidant Cæsari-
ani Gonzaga duce. 26. D. E
heluetios Cesar ne Gallis opitulentur
solicitat. 327. F
henricus & Franciscus reges arma pa-
rant. 7. G
henricus Britaniæ rex, quid Cæsari per
Antonium Peronotum responderit.
346. K
henrici Britanniæ regis līs de repudio
fuita. 119. B
henricus expugnata Bononia, pacem cū
Gallo rege facere recusauit. 348. E
henricus Angliæ rex moritur. 349. H. I
henricus Francisci Regis filius, Catha-
rinam iuniorē Laurentio Medice ge-
nitam ducit. 123. C
henrici Regis filij nuptiæ cum Catha-
rina Medice celebrantur. 123. G. H.
& deinceps.
henricus Regis filius & Memorantius
Cæsarem Masium Neapolitanū, &
Camillam Columnam oppugnant.
200. E
henricus Delphinus ægrè tulit pacem
factam inter Cæsarem & Franciscū
patrem. 347. C
henrici Francisci filij ad Perpennianum
cum ducibus disputat, an urbs oppu-
gnanda foret. 383. B
henricus re infecta Perpenniano disce-
dit. *ibidem.* H. I
henricus Heluetiorum legiones expe-
ctat. 282. F
henricus ad Salsas castellum, olim Sal-
sulas, in Pyreneis peruenit. *ibidem.* G
henricus Brunsvicus de Lena conque-
ritur. 36. F. K
henricus Brunsvicus in Germaniam
redit. 38. C

Henricus Brunsvicus ad Laudem Pom-
peiam oppugnadam cum Lena pro-
greditur. 36. K
henricus Brunsvicensis in Italiam euo-
catur. *ibidem.* F
heraclea Senticæ. 184. K
hercules Alfonsi Ferrariensis principis
filius, copius Florētinis præficitur. 13. H
hercules R. angonus cum ualida equitū
& peditū manu ab Alfonso Atefimo
missus in Etruriam descendit. 72. I
herculus insula olim Diabata dicta, à ho-
die Asmaria. 33. H
herculus Moneci portus Villafrancha
dictus. 201. K
herculi promontoriū situs. 339. C
heredia ad seditiosos Hispanos concio-
natur. 207. A
heredia atque Carantius capiuntur, ac
multis cū sociis suspēduntur. 207. E
heredia qui quondam cucullatus mo-
nachus fuerat, à seditiosis Hispanis
dux creatur. 206. B
hermandrum castrū Carzianer expu-
gnat, ac ibi pontem reficit. 194. B.
& deinceps.
hermolanus Barbarus & Antonius Bar-
badicus clasīs Venetæ præfecti, Ale-
xandriæ custodie traduntur. 183. I
hesperides insule. 172. F
Hiberorum ale Tammaso succurrunt.
149. B
hidruntinum caput, olim Iapygium
promontorium. 185. A
hierassus annis. 262. A
hieronymus Lascius pro Ferdinando
legatus, omnia quæ inter Ioannē &
Ferdinandum agebātur de pace, So-
lymano detexit. 240. A
hieronymus Lascius Ioannem Sepu-
sium excipit fugientem. 64. H
hieronymus Populus mirè sauebat exu-
libus Florentinis. 230. G
hieronymus Plegapheta ex quinq; na-
uium classe solus, uoto pro salute re-
ditūque suscepto, Romā uenit. 172. F
Hieronymus Sylua ad Castellionem
Strozzeanos cohibere conatur. 334. B
hieronymus Lena seditiosis author iu-
gularur. 106. K
hieronymus Canales Venetus Morum
classe exiit & capit. 122. K. 123. A
himbrachor Petrii Moldauium in Mol-
dauiam reducit. 265. I
hippolytus exules sibi asciuerat ut per
eos Alexandro insidias pararet.
168. E. F
hippolytus Medices in urbem reditum
maturat. 3. I
hippolyto & Alexandro Mediceis in-
sidia structa. 7. C
hippolyto & Alexandro Mediceis com-
mes ex senatusconsulto Philippus
Strozza datur. *ibidem.*

Hippolytus Clarice respondet. *ibid.* A
hippolytus Medices ductus penitentia
à Cæsare pacis conditiones petiit.
168. G. H
hippolytus & Alexander Medice de-
creto senatus reipub. hostes declara-
ti. 3. G
hippolytus liberatur ac demum fugit.
113. K
hippolytus bis in Germanorum mani-
bus fugiens periclitatur. *ibidem.*
hippolytus Medices Cardinalis legatus
in bellū Solymanicū designatur. 101. E
hippolytus ordinem Cæsaris abrum-
pit. 113. B
hippolytus capitur custodiriq; iube-
tur. *ibidem.* D
hippolytus Medices de Clemente con-
queritur quod Alexandrum sibi præ-
tulisset. 153. A. B
hipporegiā Galli oppugnant. 326. E. F
hispanus prætor Vericillum, qui Cæ-
sarianis magno fuit subsidio, Capuæ
suspendit. 22. C
hispani alij atque alij ulteriores noue
terre, quam Pariam uocant, termi-
nos querant. 170. I
hispani duo abrupta sacramenti fide
primi à Muleasse desciunt. 141. K
hispani res nauigando felici ausu me-
morabiles. 170. K
hispani seditiosi ad Athesim. 103. B. C
Hispani seditiosi Auerfam occupat &
inde classe Auiriana Coronem uehū-
tur. 121. D
hispani seditiosi ad Nolam stipendia ef-
flagitant. 17. G
hispani frustra Laudem Pompeiam op-
pugnant. 37. C
hispani irritè eruptionē ad expugnā-
dam Gallorum munitionem faciunt.
23. F. G
hispani è militibus immanissimi latro-
nes effecti. 203. G. H
hispani sandesirii oppugnat. 343. D. E
hispani seditiosi apud Guleram in Sic-
iliam transfueuntur, ac ibi depreda-
ri incipiunt. 205. G. H
hispani seditiosi Castrum oppugnant.
ibidem. K
hispani seditiosi frustra postquam disti-
pati essent naues ad traiciendū que-
rētēs, hinc illinc aut suspēduntur aut
necantur. 207. E. G. H
hispani seditiosi siculos profugiant.
206. A
hispanorum alacritas Germanorumq;
constantia in defendēda Neapoli. 25. E
hispanorum tyronum descriptio. 40. G
hispanorum seditiosorum legati cum Fer-
dinando Gonzaga iurant. 18. F. C
hispellum Aurantio deditur. 59. C
hispellum peculiare Baleoni oppidum.
ibidem. A

Holande

Holande & Zelanda, Caneniphatum
insula dicuntur. 98. F
Hofatij & Dani Cimbris sunt. 279. C
homines ad Argentei fluminis ostia, fe-
rorum gigantum instar prægrandes,
belluarum pelibus conrecti. 171. H
honofrius Mediceus pratorium Floren-
tiæ oppugnat. 3. K
Horatius Balconus præfectus Etruscæ
legionis. 16. E
horatius Balconus interficitur. *ibidem.*
hortensij Oratoris uilla apud Puteola-
num sinum. 33. E
horucius Hariadenus Didacum Verā
fundit, & paulo post Vgonem Mona-
catam. 134. K
horucius Hariadenus Tremensij re-
gem expulit. 135. A
horucius Hariadenus Algerio & Cir-
cillo potitur. 134. I
horucius Hariadenus Bugeā inuadens
alteram manum amittit. 134. H
horucius Hariadenus interficitur. 135.
A. B
hostafus Rhauēnas primus Ticini mu-
ros superat. 8. F
hostratum in deditiōe Rosseniū cap-
it. 280. B. C
Humerius nouus dux Gallus, cum re-
cētibus copiis ad reparādū bellū à re-
ge missus, ab Alpibus desciit. 22. F
humerius parum bellicosus contra om-
nium opinionem. *ibidem.* F
humerius præsidia in Subalpinis dispo-
nit. 226. B
humerius inglorius in Galliam reuer-
titur. 228. C
hungarotus Styriæ præfectus cum dec-
cem millibus equitum Germanicis co-
piis se adiungit. 288. H
hungara mulier prægrandi femora fal-
ce cadentibus duobus Barbaris uno
ictu colla secuit. 310. D
hugariæ regni imperium quibus obue-
nire poterat. 53. F. G
hungari hinc atque illinc transfuge.
102. E
hungari Turcas cedunt. 109. A. B
hungari & Turce utrinque quingenti
concurrunt. 293. K
hungarorum insania ipsorum regnum ad
Turcas deuenit. 242. B
uir hungarus nomine Solymanus qui
ad Mahometis sacra desciuerat Bu-
de præficitur. 260. C
huscochi predones Dalmatiæ. 186. H

Iacobus Gerardus tumultum pertur-
bationemque Florentiæ in curia ex-
citauit. 43. D. E
iacobum Mediceum & Baptistam eius
fratrem falsò accusatos comprehen-
dit Vastius. 217. K. 218. A
ianixerorū fortitudo ac cōstantia. 186. A
ianetinus Auria Cæsaris imperio ser-
uatus. 274. C
ianus Docia discerpitur. 133. I
iapygium promistorium hodie Hidrun-
tinum caput. 185. A
igilii Barbarussa expugnat. 339. G. H
ilua situs. 337. K
ilnam, Aethaliam aliās, depopulatur
Barbarussa. *ibidem.* & 338. A
imperij Romani insignia sceptrū, ensis,
orbis: & quid significant. 56. F
Indiani belli contra Lusitanos exitus.
214. G
inducia nouennales à Cæsare & Gallo
ad Niceam percuntur. 202. E
induciae percussæ inter Cæsarianos &
Gallos mulierum auspiciis. 201. B
induciae permancbant inter Hungaros
& Turcas licet leuioribus præliis
preliarentur. 189. H
innocentius Cibous. 3. I
innocentius Cardinalis Cosmum in se-
natu commendat. 221. H
innocentius Cardinalis Franciscū Cam-
panam accessit, ac quid de principe
suspicaretur edocet. 220. A
innocentio Cardinali cubicularij duo
nunciant quid de principe suspican-
tur. 219. K. 220. A
insubri animum recipiunt. 394. A
inundatio nulla unquam maior exti-
tuat. præter diluuium Moysaycis literis
celebratum, quam quæ fuit ab initio
anni 1531. ad Non. usq; Nouēb. 98. I
intestinis odiis per trecentos annos Flo-
rentini laborauerunt. 6. C
Ioachimus & Hungarotus post murū
pugnæ infames spectatores. 293. B. C
ioachimus moras abrumperet parat.
290. D
ioachimus Pestis obsidionem soluit.
293. H
ioachimi Serraliū literarum copia qua-
rum causa tumultus in curia excita-
tus erat. 43. K. & deinceps.
ioannes rex Solymano obuiam profici-
scitur ac excipitur. 66. F. G
ioannes Bude rex constituitur à Soly-
mano. 69. I
ioannes rex infamiam diluere studet.
240. C
ioannes rex in Transiluaniam expedi-
tionem ducit. 241. A
ioannes rex Isabellam Sigismundi filia
ducit. 240. D
ioannes rex Moldauium in deditiōnem
capit. 264. G. H

Ioannes rex moritur, ac qualis fuerit
describitur. 241. F. G. & deinceps.
ioani à Solymano literæ scribitur qui-
bus ei iniungitur ut Petrum tradat, ac
Ioannes id facere recusat. 264. I. K
ioanni regi nunciatur Regina puerum
peperisse, quod illi omnium letissimū
ac supremum fuit. 241. E. F
ioannis Tarnouij Sarmatæ de suscepti
belli in Pannoniam sententia. 289. I
ioannes Carzianer exercitus dux.
190. E
ioannes Forestius Gallia legatus apud
Solymanum. 184. B
ioannes Federicus Saxonum regulus.
339. B. C
ioannes Lothoringie Cardinalis ad
Cæsarem legatus Philippum retar-
dat. 167. F
ioannes Lothoringus Cardinalis obfes
induciarum inter Cæsarem & Re-
gem Galliarum. 348. B
ioannes Morus insula Cretensis præ-
fectus. 205. E
ioannes Perellus ex equitum Rabati-
norum ordine. 325. G
ioannes Perellus ab Amida excuritur
Tuneti. *ibidem.* I
ioannes Perellus maluit exuri quam à
Christiana religione discedere. *ibid.*
ioannes Vngarotus Carinthiū Stirij-
que equitibus præfectus. 190. D
ioannes Menricus Belga. 56. I
ioannes Sepusius ad Hieronymum La-
scum profugit. 64. H
Ioannes Sepusius Bude cōsistere ut no-
mū regni defendat nō audeat. 53. I. K
ioannes Sepusius rex acclamatus &
coronatus. 53. E. F
ioannes Sepusius non obscure letatus
de Ludouici regis morte. 62. I
ioannes Sepusius Hungaris quid sua-
deat. *ibidem.* I. K
iosias Firmanus cadit. 211. F
ioio confabulanti quid de Laurentio
Medice diceret Guicciardinus. 223. H
ioium Cesar hortatur ad calamos pa-
randos ut futura cōscribat. 303. K.
304. A
Isabella Cæsaris uxor Ferdinandū pa-
rit. 54. D
isabella Regina uoluit Salmam ad se
admitti. *ibidem.* G. H
isabella Regina Salmæ respondet.
243. I. K
isabelle Regine cōmuni procerum stu-
dio ius regni delatum. 242. A. B
isabellam Sigismundi Sarmatarum re-
gis filiam Ioānes Rex ducit. 240. D
iscla urbis, quæ antiquitus Pythacuse
à sigulinis dicebatur, situs. 30. H
Itali negat se in Pannoniam ituros nisi
aut Vastio, aut Lena, aut ipso deniq;
Ferdinando duce. 111. D

Itali seditiosi ad Tiliauentum se dissol-
vunt. 114.D
Itali seditiosi Auriiani, prestare dicebat
cum Turcis pacisci, et apud eos str-
pedia facere, quam ad seum et in-
exorabilem ducem reverti. 118.D
itali seditiosi Tribunos militares creat,
quibus, ubi nomen est recitatum, ho-
noris recusandi facultatem non relin-
quunt. 112.G
itali duces cohortes conscribunt. 154.A
itali ad Cerisolanum se recipiunt. 331.B
itali Hungarique duces conqueruntur
apud Ferdinandum, tempus rei bene-
gerende eripi. 289.A
italorum cladem non iniquis oculis con-
spexisse Hispanos suspicio erat. 157.F
Iulianus Caesarianus. 56.I
Iulius Vrsinus Albae prepositus.
228.B
Iulius Vrsinus Albam Caesarianam de-
dit. 230.B.C
iunio successori Ferruccijs ualde oppi-
dum Empolim commendat. 80.H
iunus beius supreme auctoritatis in-
terpres, a Turcis Dragomanes di-
ctus, cum duabus triribus a Ve-
netis captus. 185.G.H
iusurandum Florentinorum, inuicem
se nunquam separatim a socijs in-
micitiam cum Cesare, ducibusq; eius
esse redicturos. 5.H
Iuanacham Caxianer pariter atq; ho-
stis uno tempore perueniunt. 194.H
I
Labronem Ciceroni fuisse constat Li-
burni portum. 34.C
Ladislaus rex ad Varnam ab Amura-
the superatus interit. 261.I
Ladislaus Scalcanij Strigoniensis episco-
pi, Tomorei, Francisci Pereni Varadi-
nensis antistitis, et Georgij Sepusij
capita ad Solymanum delata. 62.C
Lambrum armis subitario pote Strozza
inixit, quo postea soluto, ne per eum
hostis insequeretur, ad Padum signa
conuertit. 334.F.G
Landa Sandiferij prefectus. 342.I
Landa moritur. 343.I
Landresensibus Fraciscus succurrere pa-
rat. 315.F
Landresium obsidetur. 315.A.B
Landresium a Gallis munitur. 314.H
Langens lepede regi quid de Vasto ac
Ciconio dicat. 200.I
Langens Taurini Gallicis copijs prae-
fectus ad rem bene gerendam intentus.
277.G
Langens moritur. 288.A
Lantgranius profitebatur se uel Cesa-
re inuito Vldericum in patriam re-
ducturum. 125.A.B
Lantgranius ironice in Caesarem inue-

hitur. 267.G
Laschus Byzantium mittitur. 243.E
Laschus morbo currendi diligentia sub-
trahente, Ptolemeum Ariminensem
medicum ad Purpuratos praemittit.
245.I.K
Laschus Sarmata Ferdinando bellum
dissuadet, ac summa eius consilij.
242.I.K
Laschus Ioanni consulit ab uno Soly-
mano opem expetendam. 64.K
Laschum Sigismundus diplomatibus in-
uat. 65.B
Laschus quid in concilio Byzantij, So-
lymano per occultam fenestellam au-
scultante dixerit. 65.E.F.G
Laschus muneribus Barbarorum ani-
mos deuincit. ibidem.C
Laschus moritur. 260.E
Lasstram Germani cum Hispanis expu-
gnant. 72.D
Laudi Pompeie timer Vastius. 334.B
Laurentianum templum ingressi Floren-
tini, Cosmi titulum, quo pater patric
decreto publico fuerat appellatus, e
sepulchro scalpellis abradunt. 13.D
Laurentius Segnius Caponij extremo
pallentem metu conseruat. 43.F
Laurentius Medices Alexandro princi-
pi respondet. 218.H.I
Laurentius Medices Alexandrum prin-
cipem interficit. 218.B
Laurentius Medices describitur. ibid.D.E
Lauridia Medices hostis patrie ac patri-
ae ex senatus consulto iudicatus.
222.I
Laurentius Medices quare Roma exu-
laret. 223.I.K
Laurentius Medices quibus modis post
patriatum scelus aufugerit. 219.G.H
Laurentius quomodo Principem interfi-
cere parat. 219.A.B. et deinceps.
Lauritius Venetis cu auiculo Soderino
in gratiam Cosmi trucidatur. 223.A
Laurentium Byzantij capiendum dede-
dit quae censet Solymanus. 223.A
Lecheus portus olim, nunc diui Deme-
trij sub ipsa Corintha. 119.A
legati Flor. missi ad Pontificem pacem
petentes, ob insignem auaritia a Cae-
sare et Pontifice explosi potius quam
remissi. 77.A
legati a Pontifice ad Caesarem et ad
Gallum. 179.G
legati Mediolanenses ad Caesarem de se-
ditiosis militibus conquerentes. 203.
H.I. et deinceps.
legati Veneti ad Caesarem et Pontificem de
expeditione aduersus Turcas. 202.K
legionem clarissimam urbem, quam hodie Leo-
dium uocant, Roffenius cotendit. 279.H
S. Le castellum inexpugnabile. 5.G
leo mansuetus a Mauritania Fran-
cisco Galliarum regi mittitur. 124.F

Leo Strozza triribus prefectus.
348.G
leonis et Clementis statu lanceis tras-
foditur in templo a Florentinis. 13.B.C
leoni et Clementi Pontificibus ingra-
ta patria Florentia fuit. 6.E
leonardus Velsius Auftrianus copijs
prefectus. 244.C
leonardus Bartolinus sacrarij armaria
perfringit. 79.C
leonardus Ginorium honestum ciuem, La-
cobus Alamannus praecipitis auda-
cie iuuenis, in ipso curiae limine inua-
dit. 12.I
leopoldus Palatinus Casonum cum Tur-
cis cedit. 108.B.C
lerones insidiae antiquitas, hodie Lerres.
175.F
leua militia praestantissimus. 42.D.E
leua Borbonium S. Pauli Regulij cum
exercitu fundit, et capit. 41.G.H.
et deinceps.
leua astuta simulatione Germanis per-
suasit ut Italia excederent. 37.G.H
leua ad inuisendum edocendunt; Cae-
sarem Placentiam descendit. 49.D
leua Caesari dilectus, proceribus dux mi-
rus et incomparabilis est uisus, et
qua ratione. ibid.D.E. et deinceps.
leua in sella fulgentibus protectus ar-
mis, cristisque conspicuus, succolan-
tibus baulis in aciem sese inferri ius-
sit. 42.A
leua summum decus consecutus ex Gal-
lis profligatis. 42.C
leua uir imperiosus ac seuus dire clau-
dis uectigal excogitat. 41.A
leua moritur. 179.E.F
libertatis repetenda auidi Florentini. 3.B
liburni portum Ciceroni Labronem
fuisse constat. 33.C
ligninij situs. 342.C.D. et deinceps.
ligninum Caesarem capit. ibidem.B
linarium promontorium, olim Pyrgaei,
supra Centuncellas eminet. 340.A
liparas Barbarussa oppugnat, dedi-
tionem exprimit, ac Liparitarum se-
ptem millia in seruitutem abducit.
340.F.G
liscanus aureum torquem, quo ta aua-
re quam insolenter Perennis fuerat spo-
liatus, dono dare cogitur. 307.E.F
liscanus et Salamanca a Ferdinando
capiuntur. ibidem.G
liscanus et Salamanca inter se collo-
quuntur, ac seruari sese et deditio-
nem facere decernunt. 306.H
litteras nostras Mexicani admirater et
libenter discunt. 171.A
litanum Numidarum nemo, praeter pau-
cos sacerdotes, addidit. 139.D
linus Liniani filius tormento ictus ca-
dit. 229.C
locustae rubentes stupendis agrimibus
ab

ab Oriente per Illyricum in Italiam
conuolant. 299.E.F
locustae rubentes, segetes, prata quoque
rigna atque arbores ocyssime absu-
munt. 299.E
lodronius Turcas fundit. 108.E.F
lodronius equum interficit, ut pedes pu-
gnet. 197.C
lodronius milites qui fugae comites esse
nolissent hortatur fortissimè. 196.
K. et deinceps.
lodronius equos peculiare suos, notis
sibi militibus, qui langueret ex uulne-
ribus aut morbis, dono dedit. 197.C
lodronius frustra se proditum queritur.
196.K
lodronius captus occiditur. 198.B
lofrediani ad cisternas funditur a Nu-
midis. 324.B.C
lofredius suorum monita superbe fasti-
dit atque contemnit. ibidem.A
lofredius a Barbaris confossus atq; equo
deturbatus in palude periit. ibid.C
longobardicum regnum ferream coro-
nam Caesariibus offert. 55.D
lotrechius in Alexandrinum agrum ex-
eratum ducit. 8.A.B
lotrechius dux Bononiae hyemaret, co-
silia cum Veneto Florentinoq; sena-
tu communicauit. 14.F.G
lotrechius deliberat utrum Leua Me-
diolano pellendus, an Roman exerci-
tus ducendus. 9.F.G
lotrechius Venetas consecutus copias in
Apuliam penetravit. 15.C
lotrechius ubi hostes ad Troiam consi-
tisse dicit, Luceriam ad Nauarrum
est profectus. ibidem.H
lotrechius et Nauarrus uicinas Nea-
poli urbes, Capuam, Auerfam, Pu-
teolos et Nolam quas occupant,
praesidijs obtinere cotendunt. 18.B.C
lotrechius coactis in unum ducibus co-
siliu inuit. 24.K
lotrechius pecuniae inopia laborat.
ibidem.G
lotrechius et Veneti ad oppugnandum
Ticinum cum iusto tormentorum ap-
paratu coniunctisque uiribus proce-
dunt. 8.B
lotrechius moritur, et in eadem uilla
Aragonij Mortali, ubi praetorijs fixe-
rat, cumulo arene tumulatur. 26.G.H
lotrechij uita describitur. ibidem.
lotrechij nullus amicus comparuit, qui
sepulturam auaro Hispano solueret.
29.K. 30.A
louanienses fortiter latronum incur-
sus tulerunt. 282.A
louanium Gradiorum olim clarissima
urbs. 281.K
Lubecum portu nobile emporium, inu-
merabilibus mercatorum nauigijs fre-
quentatur. 279.D

Luca Caesar et Pontifex recipiuntur.
268.K
lucam Caesar summa omnium alacri-
tate intrat, atque cum omni comita-
tu splendidissime excipitur. 174.D
lucania et Apulia pleraque oppida
Gallus se dedunt. 17.F
lucemburgensiu oppida se Carolo Au-
reliano dedunt. 278.H
lucemburgum Leucorij olim urbs. ibid.
lucemburgum Caesariani recipiunt.
341.H
lucensis ex decreto publico Mediceos
amicissime excipiunt. 7.D
lucenus negant Florentinis Mediceos.
ibidem.
lucius Vrsulus et Nicolaus Schem-
erius consules Antuerpia egregie for-
tes. 280.K
ludi equestres Bononiae. 54.E
ludouicus Balbianus. 8.C
ludouicus Martellius, et Ioannes Ba-
dinus ascitis singuli socijs singulare
certamen ineunt. 77.B.C
ludouicus Lusitaniae regis frater. 155.A
ludouicus Lodronius Germanorum prae-
fectus. 8.B
ludouicus Lodronius peditum prae-
fectus ad Exechium. 190.C.D
ludouicus duodecimus ex magna Cle-
uentis amita natus. 279.B
lufitibus ad Coronem obsidendam mit-
tuntur. 146.G
lufitibus Bassa. 65.C
lufitibus et Morus quas duas Au-
rianas onerarias acceperat, Auria re-
cipit interfectis trecentis lanceis.
112.F
lufitibus et Atax Purpurati, arma in
Christianos continenter exercenda
dixerunt. 183.K
lufitibus praemittitur in Italia ad ex-
plorandum Salentinorum animos.
185.A
lusitania Oceani inundatione detrimè-
tum patitur. 98.I.K
lusitaniae urbes terrae motu conuassa-
tae. ibidem.K
lusitani ob terrae motum regis ac reginae
exemplo, tabernacula apertis in lo-
cis castrensi more erigere coguntur.
99.A
lusitani Arabicum sinum classe inter-
cludunt. 183.B
lusitani Indiam oram praesidijs obti-
nent. 172.E
lusitani sclopettarij tormentorumq; ma-
gisistri pro Tammaso militant. ibid.
lusitanos India pellere studet Solyma-
nus. 182.K
lutetiam qua de causa Caesar inuaden-
dam non putauerit. 346.K
lutheromastix Albertus Pigus Bono-
niae telis confossus. 55.K

M
Macicaeus cadit. 127.I
Macinium Mongaiam capite truncat
Barbarussa. 213.K
Maciucca tormenta ad Perpennianum
ferreis stylis obturat. 283.E.F
magalanes fatalis uoti compos mori-
tur. 172.C
magnetis usus Amalphi inuentus di-
citur. 21.C
magonis portum dolo expugnat Bar-
barussa. 169.B.C. et deinceps.
magonianus praefectus imbellis me-
tisque occupatus, de oppidi deditio-
ne cum Barbarussa transigit, ea condi-
tione ut cum uxore et liberis, in colu-
mi libertate seruaretur. ibidem.B
mahometes Tuneti rex, ducentas con-
cubinas habuit, ex quibus totidem li-
beros suscepit. 140.B
mahometes Satrapa, cui Cani cogno-
men fuit, Babyloniae praefectus.
147.F.G
mahometes Christianos ab aquatione
arctet. 192.E
mahometes quo ordine nostrorum profe-
ctionem retardaret. 195.A
mahometes Tahiaoglis Belgradis prae-
fes. 189.F
mahometes Tahiaoglis Despotis Ra-
siae patrimonium subegit. ibidem.G
mahometes in regnum subrogatur Tu-
neti. 327.B.C
mahometes potius uictoria militibus
donatium praebet. 198.A
mahometes singulis horis de Christiano-
rum consilio certior fit. 196.D.E
mahometes copias neque numero ne-
que uirtute nostris contemendas co-
git, et ad Exechium hostes expe-
clare constituit. 190.H.I
mahometes ad ulteriores Numidas co-
fugit. 326.A
mahometis Belgradensis ad Solymanij
sententia. 256.I.K. et deinceps.
malacha promontorium olim Drepa-
num. 205.E
malatesta moenia munit. 60.I
malatesta eruptionis difficultatem pe-
riculumque de scripto aperit. 90.
C.D. et deinceps.
malatesta nimis longe et importu-
nae cessationis a Florentinis increpa-
tur. 77.F
malatesta Florentinorum constantiam
non ex fortitudine sed rabie proficisci
dicebat. 92.B
malatesta in ciues tormenta conuertit
bet. 93.D.E
malatestae fides Florentinis suspecta.
92.C
malatestam Baleonum ex auctorita-
te regis, Florentini ducem creant.
47.B.C

Malatestam Stephanumque sollicitant Florentini de eruptione. 90.C
 malatesta capite plectendum dicit Andreolus Nicolinus. 92.D
 malea. 184.K. & 300.H
 Manfredoniani Caesarianis defendentibus obsident Veneti. 38.D.E. & deinceps.
 maniphates Amidam Tuneto discedere cogit. 323.B
 maniphates suspectus Numidis. ibid. D
 maniphates iugulatur. ibid. F
 maniphatis propinqui & amici ab Amida obruncantur. ibid. E
 manus Caesaris parapræ, robustæq; & ad stringendū ferrū idoneæ. 53.B.C
 manuum sublatio Germanis pacati animi signum. 347.B
 maramaldus Capuā occupat. 28.H.I
 maramaldus falso ac infidiosè traditionis accusatur. 25.G
 maramaldus Italarum dux constituitur. III.C
 marcus Nicolaus Venetus mercator iugulatur. 151.A.B
 marcus Nerius & T. Soderinus Florentini legati moriuntur Neapoli. 29.H
 marcus Foscarius à consiliis excluditur. 236.F
 marcus Foscarius Remp. Venetam multitudinem suffragiorum prodi dicebat. ibidem. E
 mare fluctuosum, spumosis uorticibus & sauo mugitu reboans. 171.H
 mare salubri officium. 180.E
 margarita Austria ex Casare calibrenata. 43.D
 margarite insula paulo supra Budam classe occupatur. 290.H
 maria Caesaris soror ad Cluensem legatos mittit quare copias conscriberet sciscituros. 279.G
 marinus Grimanius in Senatu ad Casarem orat. 302.E.F. & deinceps.
 marius Vrsinus & Georgius sacra crucis, colubrinæ ichu discerpuntur. 73.C
 marius Bandinus Casarem hospitio Senis excipit. 173.K
 martellosti qui. 246.E
 martia regio ubi. 155.E.F
 martia regio circa antiquæ Carthagenis ruinas Tunetum usque miserissimo spectaculo excuritur. 141.B
 martiam regionem applicat Casar. 155.E.F
 martinus Rossenius in Brabantia bellum excitat. 279.B
 martis Lucum oppidum seditiosi Itali diripiunt. III.I
 martius Columna captus. 16.C
 marus & Tibiscus amnes. 261.E.F
 massilia à Casare obsidetur. 177.C.D
 matapanium caput, Tenarum antiquis fuit. 300.H

Matthias rex Hungarorum ultimus & uirtute & gloria. 244.D
 marthæus Bembus Cattarū oppidum defendit. 214.B
 matrona amnis. 342.I
 manthanes regulus. 172.C
 maximilianus Iselstenius Belgæ, magnam grauis armaturæ equitum numerum ex Burgundia, inferiorique Flandria adducit. 175.I
 maximilianus Burra. 341.E
 maxius carros excogitat ad Taurinū dolo capiendum. 287.G
 maylatus & Balassus Trasylvanos ad seditionem adiuant. 240.K
 maylatus Valentinus ac Perenus paribus propè insidus, uirtutis inuidia circumuenti. 295.I
 maylatus quomodo Moldauus tradidit. 260.G.H
 mecha urbs. 214.I
 medica ac citria Amalphi plurima. 21.C
 medicei, tyranni appellati. 3.G
 medicei Florètia exturbantur. 6.K. 7.A
 medicorum bona scisco addicta. 3.G
 medicorum domum decreto publico diruendam dicit Carduccius. 12.A
 medicorum magna clementia. 4.C
 mediolanum reddere Casar nihil aliud esse dicit, quàm Italia humeris ea-pud detruncare. 228.K
 mediolanensis imperij possessione quibus legibus erat accepturus Carolus. 347.I
 ex mediolanensibus Brixianisq; agro Casaris copie in Etruriā ducuntur. 54.F
 mediolanenses prouinciales quid optarent. 205.G
 mediolanenses animum recipiunt. 334.D
 mediolani oppugnandi Veneti & Gallici cogitationem abiiciunt. 41.D.E
 megara Siciliæ urbs, hodie Augusta. 207.D
 melphica urbs à Lando expugnatur. 39.B
 melphim expugnant Galli. 17.E
 memorianus deditos suscepit. 200.G
 mendanius gladii ichu moritur. 39.D
 mendesius interficitur. 157.I
 mendocius Tendily filius Hispanorum leuis armaturæ equitibus prefectus. 154.K
 medocius Turcarū castra diripit. 122.G
 mendocius prefectum verū capitulum uulnerat. 298.I.K
 mendocius in Perpennianum tormeta cum peramplo pilarum & sulphurei pulueris apparatu aduehit. 283.A
 mentum Caesaris subcripsa ac flauenti barba conuestitū, plurimū illi grauitatis addidit. 53.A
 merleia insula que. 185.K
 mesopotamie urbes Turcarum prefidiū accipiunt. 148.E
 mesur Tunetanos ad arma cōtra Turcas uocat. 142.D.E. & deinceps.
 mesur cadit. 143.A
 methonē dolo cepit Saluiatus Rhodiæ rum trirremium magister. 115.H.I
 mexicana regna. 170.K
 mexicana grauis armaturæ equitum numerum ex humano sanguine placari diuos, nec post mortem animas interire credunt. 171.A
 Michael Landus. 6.D
 Modocia prope Mediolanum ferream coronam suscipit Casar. 55.D
 Mola Gallus dux cadit. 330.E
 moldauia Vallachie pars maior dicitur. 262.B
 moldau Alexem principem trucidat, ac caput Petro offerit. 265.K. 266.A
 moldau legati postulant, ut Alexes publico cōsensu rex acclamatus, Solymani liberalitate confirmetur. 265.E.F
 moldau legati ad Ferdinandum mittunt. ibidem. G.H
 moldauus Byzantiū mittitur. ibid. A
 moldauus fugit. 264.A
 moldauus Maylatum capit. 261.B.C
 moldauo à Ioanne gratie agitur quod Austriacos debellasset. 262.H
 moluccæ insule multo aromate, atque unionibus beata. 171.D
 molycreum Aetoliæ castellum Sarnensis obsidere parat. 118.A
 molycretenses Turcæ nonnulli, insigni animorum cōtumacia, media inclusit turre, seipos & turrim, totūq; penne castellum, succensio tormetario puluere concremarunt. 118.I
 mompelerium hodie uocatum, Volcarū urbs olim fuit. 283.I
 monacstrum amissum. 262.D
 mondraco Cataberibus capitalibus ab Hispanis seditiosis preficitur. 206.B
 moninius Gallie regis legatus Eregosium atq; Rinconem captos, sibi reddi à Casare postulat. 269.A
 monocerotis bicubitale cornu Francisco mittitur. 124.E.F
 ad Monomachia ense ac pugione Franciscus à Casare prouocatur. 173.H
 monopolium frustra Vastius oppugnat. 39.D
 monteanum Turcæ capiunt. 338.I
 montecalierum occupant Galli Ciconio deferente. 200.H
 montenicum inter subalpinas urbes amplissima & fertilissima ciuitas. 320.E
 montenicum oppugnat Vastius. ibid. E
 montisferati ditionis imperium Sabaudus, Gonsaga, & Salassus lite contestata simul singuli petunt. 215.I
 montis Marly situs. 231.B
 montium pater Caucasus. 147.C
 mors Numidarum lenissima. 139.F
 Mortalium

Mortalium memoria nunquam numerosior in una urbe numerus hominū quàm Bononiæ. 55.H
 morus archipirata Alexandrinus. 221.G
 morus cum Hieronymo Canali infeliciter pugnat. 122.K
 moscos ad Starodubam arcem ingenti prelio Tharnouius superat. 263.B
 mulearabem Damascenum sacrari litterarum, abditissimarumque artium, & magicæ etiam diuinationis Byzantij clarum, in Solymani amicitia Habraymus insinuat. 146.C
 muleasses duo deingenti fratres per insidias interficit. 137.B
 Muleasses quibus modis se aduersus Rossetam Meschinemq; parat. 140.F.G & deinceps.
 muleasses Meschinem profligat. ibid. D
 muleasses cum piratis fœdus percipit ut omnium preadarum quintam haberet partem. ibidem. G
 muleasses fratres occidit. 139.H
 muleasses sui filij nuptias suorumque animos deuincit sibi. 140.F
 muleasses in foro ciues orare cepit. 141.I
 muleasses Tuneto profugit adeo turbata mente, ut aurum, regaliaque ornamenta relinqueret. ibidem. I.K
 muleasses desperatis rebus profugit. 143.B
 muleasses per castra ductus admiratur apparatus, forum, militumque tranquillitatem. 160.K
 muleasses ad Casarem in castra uenit, ac Casaris dextram osculatur. ibid. C.D
 muleasses uxorem duobus aureis reddidit. 165.G
 muleasses in direptione arcis tria depulrat. ibidem. H
 muleasses ad Tunetum funditur. 324.D.E
 muleasses ad uarias percunctationes se perhumanum prebuit. 326.B
 muleasses à muliercula seruatur. 325.G
 muleasses Auerois studiosus. 326.C
 muleasses capitur. 324.D.E
 muleasses conqueritur deposita apud Touarrem minimè integra fide restituta. 325.K
 muleasses cum aliquot aliis exoculatur. 324.D.E
 muleasses de natalibus differit. 326.C
 muleasses ex Africa in Italiam traicit ut Casarem conueniat. 321.K
 muleasses equitandi peritia nemini fecundus. 326.D
 muleasses Neapoli excipitur Neapolitanis luxum in dapibus admirantibus. 322.C
 muleasses Neapoli milites conscribit. ibidem. G
 muleasses quid Neapoli expectaret. ibidem. F
 muleasses Romæ excipitur. 326.B
 muleassis imperium, Venorumque mores. 138.H.I & deinceps.
 muleassis oratio ad Casarem. 160.C
 muleassis regis descriptio. ibid. C.D
 muleassi militat ala equitum prætoriana Christianorum. 140.I
 muleassem Hispani duo, abrupta sacramenti fide, omnium primi deserunt. 141.K
 muleassem alit Dorax usque ad Casaris aduentum. 143.B.C
 mulier Hungaræ uno ichu duobus barbaris colla dissecurit. 310.D
 sine Muneribus ad Barbaros nemini iter parat. 284.D
 Mwra amnis, antiquis Sauaria fuit. 110.I
 myriadibus ducentis aureæ monetæ redimuntur obsides Regis filij. 39.F
 N
 Nadastus Budensis arcis prefectus, uir fortis capitur, ac dimittitur liberaliter. 67.C.D
 nadinum castellum Iaderensium agris, quo pro specula Christiani utebantur, Amurathes prodicione capit. 189.B
 nanfous ualido Belgarū exercitu Galliam inuadit. 178.H
 nanfous Peronā obsidet & oppugnat. 180.B.C & deinceps.
 nanfous soluta obsidione in Flandriam redit. 181.A
 nasade quid. 102.D
 nasade Austriacæ Comoram fugiunt. 254.C
 nasus à medio clementer assurgens magnitudinem animi indicat. 53.A
 natura Casaris est precibus & ratione potius flecti, quàm ui & armis ad id quod sponte nollet, adigi. 10.B
 natura populi Florentini. 44.I
 nauale prelium inter Casarianos & Gallos. 19.C.D.E & deinceps
 nauale prelium recentis interse nauigis noctu depugnantibus. 254.C.D & deinceps.
 nauarrus capitur. 27.K. 28.A
 nauarrus suffocatus in culcitra reperitur. 29.G
 naufragium ad Algerium. 273.I.K.
 274.A.B & deinceps.
 nauis tantum unica ex quinque nauium classe, que totum fere terrarum orbem circūuierant, ad Hesperidas insulas appulit, eaque demum à Lusitanis captur. 172.F
 nauis una ante alias miserimè ad Algerium quassata. 275.I. 276.C.D
 nauplio, Epidawo, Nadio, atque Labrana Veneti à Solymano pacem reddunt. 237.A.B
 neapolis obsidetur à Gallis. 18.D
 neapolitani proceres multi in suis oppidis desidentes, Gallica uexilla sustulerunt. 22.D
 neapolitani multi mutata fide ad Gallos deficiunt, quapropter postea pacinas dederunt. 18.E.F
 neapoli Casar hyemarat. 168.C
 neapoli Casarianos quos in urbe, aut alibi deprehendit, interficit. 27.A
 neapoleonem Vrsinum aduocatum, cum copiis Alexander Vitellius fundit. 71.D
 nicea obsidione solunt Galli, & Turcæ post deditioem urbem diripiunt, ac incendunt. 318.F
 nicea situs. 318.E.F
 nicea Massiliensium colonia. 318.D
 nicea quomodo obsessa, ac oppugnata. 318.G
 niceenses de deditioem ex muro loqui incipiunt. 318.I
 nicolaus Caponius. 6.H
 nicolaus Caponius uexillifer. 7.D
 nicolaus Bracciolinus Gibellinæ factionis, Mediceis addictus. 230.I
 nicolaus Caponius, reipublice clauis tenens, optimus ciuis. 11.F
 nicolaus Saxoferratus cadit. 80.F
 nicolaus Crista Epirota cadit. 80.G
 nicolaus Ridulphus. 3.I
 nicolaus Ridulphus cardinalis. 7.B
 nicolaus Strozza, & Morenius Signinim interficiuntur. 226.F
 nicolaus Salma ad reginam egregè admittitur. 223.G.H & deinceps
 nicolaus Salma ad reginam cum mandatis, quibus eam regno excedere iubet, mittitur. 223.F
 nicolaus Turrianus, cum duobus milibus Germanorum Clissam mittitur. 188.H
 nicolizza Guintianis introrsus munita extruit. 104.C
 nicolizza sub fide publica ad Turcas euocatur. 105.G
 nicolizza egregie se ab obsidione liberat. 105.K
 nilotica aqua ad cisternas usque Arsinoes. 183.E
 nobilissimos omnium se Numidæ iactant, unde pecuariae colendique agrum ministeria obire nolunt. 139.C
 nobilium captorum ad Cerisolam nomina. 331.E.F
 nomina multorum nobilium Gallicæ factionis morbo morientes. 29.D
 norici montes describuntur. 107.H.I & deinceps.
 noricum præaltum militem, nano Ludibri causa occidendum tradit Solymanus. 255.F

Petrus Strozza in fidiis Poctio iterum erupturo parat. 231.G
 Petrus Strozza inuerecūde patrem obiurgat, ac ad Etruriae expeditionem compellit. 230.F
 Petrus Strozza pandulpho Puccio dicit Laurentium Medicem principi infidiā parare. 218.G
 penes insula, hodie Barillana dicitur. 262.A
 philippus Amiras egre Lothoringi cōsiliū admittēbat. 167.K
 philippus Auria clasē instituit ad oppugnandos Caesarianos. 19.C
 deinceps.
 philippi Auria oratio ad classem. ibi. E
 philippus Langravius Cattorum princeps. 349.B
 philippus Langravius Caesari offensus. 125.A
 philippus Langravius cum regis copias confliit. 128.I.K
 deinceps.
 philippus Langravius Ferdinādo bellum infert. ibidem. E
 philippus Melanchthon. 247.B
 philippus Melior orat ad Florentinos. 76.B
 philippus prope proditiōnis reus à Gallo factus. 168.B
 philippus Sciaborus amiras, putabat facile occupata ad Caesare defectura. 174.F
 philippus Strozza egre ferebat suos milites praedari, ac incendia seuire. 231.E
 philippus Strozza cum exulibus capitur. 232.I
 philippus Strozza & Valorius, reliquos antecedunt ad montem Murlum. 231.A
 philippus Strozza exulum princeps, saluato, & ceteris cardinalibus obuiam uenit. 225.C
 philippus Strozza sibi mortem consciscit. 233.I
 philippus Strozza quid responderit quaestoribus de dote Catharinae Medices conuerentibus. 124.A
 philippus Strozza, Valorio & Albitio utriusque necem inferre destinarat. 233.G
 pinnonem, insulam parua ad Algerium Hispani uocant. 271.G
 Rifana arx Florentinis deditur. 7.F
 pisa obsidetur. 67.B
 pistoriū duae factiones altera Cancelleria altera Panciatica. 230.H
 pistoriensis ager in duas quoque factiones diuisus. ibidem. I
 plebeius Caponio salte impudenterque obganit. 12.D
 pochoniam regionem Moldaui inuadit. 263.A
 poctius ad Strozzeanas usque copias

excurret. 231.E
 pœnorum mores ac imperium. 138.H
 pomperanus defixis in calum oculis, mortuus concidit. 29.C
 pons Bononiæ uixdum Caesare transfregit corrui. 55.I.K
 pontifex duodecimuratum Florentiae instituit. 95.E
 pontifex educitur custodia datis obfidibus. 10.C
 potifex incitatus ab aliquibus ad grauiore in Florentinos uindictas. 97.E
 pontifex Luca discedit. 270.A
 pontifex Caesari iratus quod cum Anglis foedus percussisset. 341.C
 pontifex Maximus cum Patribus carere multatur. 7.H
 potifex nequit inducere Caesarem nec Franciscum, ut se presente in colloquium uenirent. 202.A
 pontifex obtinet productionem induciarum. ibidem. E
 pontifex operam dat, ut Mediolanum Octauiō tradatur. 301.F
 pontifex quid sentiret de Caesari & Galli colloquio, ad fossas Marianas celebrato. 203.B
 pontifex simulata ueste post septimum carceris mensem, fugit Orbitem. II. B.
 pontifex tandem à Caesare colloquium impetrat. 301.E
 pontificis iras timentes Florentini confortat eos Bozulus. 5.B
 pontificum diuersorum studia de urbe Roma muro cingenda. 299.I
 populi Florentini natura. 5.K.6.A
 popularem statum instaurerunt Genuenses. 35.D.E
 populonia portus. 338.A
 porne insula. 172.C
 portundi uexillum ad Solymaniū mittit Barbarussa. 50.I
 portus Herculis à Barbarussa expugnatur. 333.K
 deinceps.
 posoniana clasīs cum Turcica praeliatur. 102.I.K
 possegam Hungariae regionem Turca nequaquam Ioanni regi tradendam existimant. 189.D
 possegam Sauius alluit. 191.E
 praxum promontorium. 172.F
 praecutini & Peligni, & Sulmonenses in potestatem Valerij redacti. 14.K
 praedones quare propriis nominibus Barbaros appellat Ionius. 50.I
 praelium leue Caesariani cum Gallis committunt. 15.K
 praelium equestre cum Gallis Caesariani committunt. 16.B
 praelium cum Numidis, quo Caesari ipse fortissimi pugna cistimique militis officium implet. 152.B.C
 deinceps.
 praetorium decurionum à ciuibus Ge-

nua direptum. 33.A
 preteianis Abyssinorum rex. 215.A
 prandē collectus cruribus Turca. 158.I
 preuesam Grimanus oppugnans superuentibus Turcis statim cum omni suo apparatu in fugam conuertitur. 208.E.F
 proceres Neapolitani in suis oppidis Gallica uexilla sustulerunt. 22.D
 procerum nomina qui Viennam defensori accurrerant. 67.H
 procerum nomina qui singuli triremes confecerant. 154.E
 naturae prodigia mali ominis praenuntia, rubentes locustae, terramotus imbres ac turbines. 299.E.F
 profectiois signum quādo nostri Valponium contenderent, futurum erat instrumentum quoddam mustipellant. 195.H
 protestantes qui, & eorum principes. 247.A
 deinceps.
 pugnarum uarij euentus. 176.C
 deinceps.
 puteolos capiunt Veneti. 33.G
 puteolanos Barbarussa oppugnat. 340.D
 Pyrrhus ad Gallie regem proficiscitur. 337.B
 Pyrrhus Anghiano deditionem petenti fortissime responder. 332.G
 Pyrrhus Caesarianos ad ferendam obfidionem hortatur. 327.C
 Pyrrhus Stipicianus cū cohortibus aduersus Florentinos improspere pugnat. 72.I
 Pyrrho Vastius quare iratus. 336.I
 pythacus olim, nunc Iscla, & insulae suis descriptio. 30.H
 Quaestores decimas corridentes, omnes mire afficiunt. 101.D
 Quibus artibus seditiosi Hispani dissipantur. 206.H
 Quibus conditionibus foedus percussum fuit, inter Caesarem, Venetos, & pontificem. 199.F.G
 Quot hominū millia interfecta quotque urbes, castellaque euastata intra 18. annos inter Caesarem, & Gallos. 297.E
 R
 Raconisum Galli occupant. 227.B
 racos indicitur, id est, comitale concilium, quo Hungari reges acclamantur. 63.C
 rada urbs Africae. 156.F
 ramadas praefectus Tunetanae arcis nititur seruos Christianos comprimere. 164.E
 ramada Baetius à Barbarussa supplicio affectus. 169.A
 Rambuleti

Rambuleti mortuus est Franciscus rex. 348.I
 randatum expugnant seditiosi Hispani, ac ibi hyemant. 206.C.D
 randatum olim Triatum ad Aetnae montis radices. ibidem.
 rangonus feliciter pugnat. 73.B.C
 rangonus disputantem an iure belli captus esset, ex sententia liberat Vastius. 29.F
 raphael dictator in Malatestam arma uersisset, nisi Cecottus Tofingus auertisset. 93.F
 raphael Hieronymus dictator comitia indicit, quibus expetendum esset, an legati de pace exoranda ad pontificem mitterentur. 73.I
 rascinius fortissime dimicans cadit. 194.K
 ratiſpone conuentus. 247.C
 rebellum Neapolitanorum procerum nomina. 38.B
 recipiunt se Caesariani nesciis Gallis. 16.H
 deinceps.
 regina à Turcis subsidium petit. 245.F
 regiones nouae Caesari inuenta. 170.G
 regionum ac terrarum inuentores, Colymbus ligur. 170.H. Ferdinandus Cortesius. ibidem. K. Nonius Blasius. 171.D. Magalanes Lusitanus. ibid. G
 rempublicam ciuibus reddi petunt Florentini. 245.H
 renatus Aurantius tormento lethaliter ictus. 343.B
 renius Ceres quatuor militū millia conscribit. 25.G
 renius Ceres infaustus urbis patriaeque suae defensor. ibidem. D
 renius Ceres adipiscendae pecuniae spe decidit. 26.I
 renius Ceres per castra spectatum ducitur. 24.I
 responsum Florentinis de Caesare per legatum eorum datum. 48.G.H
 respublica Florentina à nulla annaliū memoria in maiorem dissensionem incidisse memoratur quā anno 1528. 4.F
 rhium castellum Achaiae in angustiis Naupacti direptum. 117.G.H
 rhienſes in seruitutem ducuntur. 135.I
 rinconem merito occisum apud Solymanum Laſcus asserit. 260.E
 rinco iure caesus. 268.I
 rinconis occisi manus ad Galliarum regem defertur. ibidem. G
 rinco Byzantium mittitur ac ab Hispanis interceptur. 268.F
 rionicus sinus, quem Catareum uocant describitur. 211.D
 deinceps.
 rochandelphus Budam oppugnat ac reginae praecones mittit. 248.E
 deinceps.
 rochandelphus cuniculis Budae murum tentat. 249.F
 rochandelphi castrorum ad Budam. 251.A
 rochandelphus nihil turum quod esset indecorum putabat. ibidem.
 rodericus Portundus superbus. 50.D.E
 rodericus Ripalta uulneratus. 158.G
 rodericus Ripalta castrorum magister cadit. 216.E
 roiam Rosseus diripit. 280.A
 Roma à Caesarianis pridie Nonas Maij expugnatur. 6.H
 Roma Caesar coronari non uult, propter funestam recentis cladis memoriam, & alia. 55.B
 roma pontifice praesente, Caesar Galliarum regē ad singulare certamen prouocat. 173.H
 roma. pontifice praesente Caesar ad Gallicae legatos orat. ibidem. C
 deinceps.
 Roma delectus militum, tam pro Caesare, quā pro Gallo sunt. 333.G
 Roma Tyberis prodigijs, fames, pestis inueuitabilis. 129.K. 130.A
 Romam Capena porta intrat Caesar. 172.I
 romanus Simon ultimus omnium bellocadit. 39.I
 romanum imperium auream coronam Caesaribus debet. 55.D
 romani imperij insignia, sceptrū, ensis, orbis, & quid significent. 56.F
 romulus Amasius. 54.A
 roscinius Ciarus nobilis Etruscus à Caesarianis interficitur. 18.E
 rossenius ad rauastenum Mosam traicit. 279.K
 rossenius araldum Antuerpiam mittit qui urbem in deditionem petat. 281.D
 rossenius Arescoti castris, & tormentis exiit. 314.E
 rossenius Hostratum capit in deditionem. 280.A
 rossenius copias cogit. 279.E
 rossenius latronum dux. 280.C
 rossenius qua arte in Auantio texendis insidijs sit usus. ibidem. E.F
 rossenius Roiam diripit. ibidem. A
 rossenius Verbecum, Horcotum, per Berliam descendens omnia uastat. 279.K
 deinceps.
 rossenius Toxandriam inuadit. Ibid.
 rossenio Caesar liberaliter ignoscit ac suae militiae ascribit. 314.D
 roxolana & mater Solymani, Habrayum Pseudoturcam appellant. 146.E.F
 roxolana Habraymū quare odio prosequatur. 150.I

deinceps.
 roxolani, Arpij, & Taurosytha olim Valachiae possessores. 262.D
 rubri maris, sive Arabici sinus longitudo, ac situs. 114.I
 rubro in mari Campso Memphiticus Sultanam classem extruxerat, ut India Lusitanos arceret. 183.B
 rumores per Italia de Alexandri percussore. 223.B
 deinceps.
 rumores uarij de bello ingruente Gallis. 540.H.I
 deinceps.
 ruemonda & Vantholdium se Caesari dedunt. 314.B
 S
 Sabaudius in Germanorum clientela. 266.C
 Sabaudius inermis, à Gallis, suis oppidus exiit. 167.G.H
 sabaudio bellum inferendi, quam causam pretendebat Gallus. ibidem. E.F
 sacerdotali lintea tunica induitur Caesari. 56.A
 saiauedra Beticus equitum praefectus Auelnum diripit. 26.E
 salamanca ad Turcas mittitur de deditione tractaturus. 306.K
 salamanca & Lisicanus dedere se constitunt. ibidem. H
 salassus regulus ad Caesarem deficit. 174.E
 salassus quibus consilijs inductus ad defectionem. 216.F
 salassus moritur. 129.F
 salassus glande ictus cadit. 297.C
 salernitanus Strozzeam de traiciendo Pado animum commutare cogit. 335.B
 salona urbs clarissima. 188.F
 salzarum castelli in Pyreneis situs. 282.G
 saluiatus cardinalis in Gallia legatus. 7.I
 saluiatus Cosmo suadet ut abdicaret se principatu. 225.F.G
 saluiatus & Capinius se Mirandulam recipiunt. 233.B
 saluiatus mauult colloquiū quam armis de reipublica statu differere. 225.E.F
 saluiatus sibi ipsi irascebatur quod Florentiae statum nimis festinanter tenuisset. 226.A
 saluiatus, uel Petro Strozze hortante, induci nequiuit ut copias ad hostes deduceret. 233.A
 samabrona, nunc Camerarum. 348.F
 samotarum emporia. 172.E
 sancius Frias cadit. 213.I
 sanctae arenae urbs terramotus cōgnasata. 98.K
 sandesirij deditio quibus cōditionibus. 345.H
 sandesirij cadentium nomina. 343.H
 sandesirij Galli legatos de deditione ab-

rochandelphus cuniculis Budae murum tentat. 249.F
 rochandelphi castrorum ad Budam. 251.A
 rochandelphus nihil turum quod esset indecorum putabat. ibidem.
 rodericus Portundus superbus. 50.D.E
 rodericus Ripalta uulneratus. 158.G
 rodericus Ripalta castrorum magister cadit. 216.E
 roiam Rosseus diripit. 280.A
 Roma à Caesarianis pridie Nonas Maij expugnatur. 6.H
 Roma Caesar coronari non uult, propter funestam recentis cladis memoriam, & alia. 55.B
 roma pontifice praesente, Caesar Galliarum regē ad singulare certamen prouocat. 173.H
 roma. pontifice praesente Caesar ad Gallicae legatos orat. ibidem. C
 deinceps.
 Roma delectus militum, tam pro Caesare, quā pro Gallo sunt. 333.G
 Roma Tyberis prodigijs, fames, pestis inueuitabilis. 129.K. 130.A
 Romam Capena porta intrat Caesar. 172.I
 romanus Simon ultimus omnium bellocadit. 39.I
 romanum imperium auream coronam Caesaribus debet. 55.D
 romani imperij insignia, sceptrū, ensis, orbis, & quid significent. 56.F
 romulus Amasius. 54.A
 roscinius Ciarus nobilis Etruscus à Caesarianis interficitur. 18.E
 rossenius ad rauastenum Mosam traicit. 279.K
 rossenius araldum Antuerpiam mittit qui urbem in deditionem petat. 281.D
 rossenius Arescoti castris, & tormentis exiit. 314.E
 rossenius Hostratum capit in deditionem. 280.A
 rossenius copias cogit. 279.E
 rossenius latronum dux. 280.C
 rossenius qua arte in Auantio texendis insidijs sit usus. ibidem. E.F
 rossenius Roiam diripit. ibidem. A
 rossenius Verbecum, Horcotum, per Berliam descendens omnia uastat. 279.K
 deinceps.
 rossenius Toxandriam inuadit. Ibid.
 rossenio Caesar liberaliter ignoscit ac suae militiae ascribit. 314.D
 roxolana & mater Solymani, Habrayum Pseudoturcam appellant. 146.E.F
 roxolana Habraymū quare odio prosequatur. 150.I

Cæsarem mittunt. 345.G
 sandesirij sius. 342.H.I
 sandesirium obsidet Cæsar. 147.H
 sandesirium oppugnatur. ibidem. I.K
 & deinceps.
 sangrius arcem Clarasi dedit. 278.B
 sanxachi prouinciarum prefecti. 66.
 C.
 sanxachos Turce signiferos uocant.
 278.I
 sardi infidus à Rentio adorti fundun-
 tur. 33.I
 sarmenus quare Castronoui angere-
 tur. 213.B
 sarmentus cadit. 213.G.H.I
 sarmensis Theodoro Spinulae agere Tur-
 cas sustineti, succurrit. 116.K
 sarmensis regulus ab erumpente Saleco
 circumuentus cadit. 157.E
 sarra Columna. 14.H
 sarzanum. 35.G
 saxerim occupat Rentius. 33.K
 saxo insula. 186.I
 scäligeri proceres Christophorus &
 Brennonianus Germanorum legio-
 nibus in Italiam mittuntur. 327.G
 scander Bassa quis. 144.I
 scardi montes qui & quorum sunt.
 184.H
 scardoniam Veneti capiunt ac diripi-
 unt. 188.A
 scarparia corrui. 299.F
 sceptrum in id Cæsaris datur, quod
 pte gentibus imperent. 56.F
 scalonum oppidum, olim Catalauni
 fuit. 245.H.I
 scimitarra, uocatur Carduccius. 12.
 A.B
 scipio Columna, Reatinus episcopus
 collatis signis ad Manlianum oppu-
 gnat. 26.K
 sclauoniam Drauus alluit. 191.E
 scopia. 184.K
 scythæ soli ab Othomannis inuicti.
 100.H
 sebastianus Montecuculus discerpitur,
 quod ueneno Franciscum Delphi-
 num interemisse dicebatur. 177.E
 sebusiana uia. 220.F
 sebutha insula. 172.C
 seculum qui homines impleant. 171.G
 seditionum capita inuolutis fassis sub-
 mergit Vastius. 154.F
 seditio inter milites, Florentinis ualde
 perniciosa. 94.G. & deinceps.
 seditio militaris Viennæ exorta. 106.
 D.
 seditionem mouent Hispani ad Lintii.
 ibidem. H
 selandia, & Holandia, Oceani inun-
 datione uastantur. 98.H
 selymi presides superato Euphrate cir-
 ca Byrtham incurSIONES faciunt. 144.
 G.
 senatus Florentinus nõ decreuerat prin-
 cipem eligere, sed uexilliferatum eri-
 gere. 221.G
 senenses feminae, inter Italicas specta-
 tissimæ formæ. 174.B
 senenses intrantem Cæsarem eorum fi-
 nes, ac demum urbem, liberaliter ex-
 cipunt. 173.K. & deinceps.
 senenses subsidium à Cosmo impetrat.
 338.K
 senenses subsidium contra Barbaros
 ipsi à Cosmo Medice oblati, respu-
 unt. ibidem. H
 sergianus Caracciolus fidem mutat ac
 Gallus se addicit. 18.G
 sergianus constantissimè pugnans ca-
 pitur. ibidem. I.
 sestianum frustra Strozzeani oppu-
 gnant. 226.E
 sexdecim annos continuos Florenti-
 ni cum Hispanis bellum gesserunt. 44.
 K.
 sfortia Magni interitus miserabilis ad
 annem Aternum. 14.I.K
 sibiunicum oppidum, antiquitus Sicum
 fuit. 284.D
 siculi profugantur à seditiosis Hispanis.
 206.A
 sigismundus Laschum diplomatibus
 iuuat. 65.B
 sigismundus ad Solymanum legatos
 mittit, ut salua Solymani amicitia li-
 ceat Moldaui inuadere. 263.H
 signiferi sexdecim Florentie constituti.
 15.F
 simon Zagobrienfis episcopus, qui ad
 multam utilitatem castris frumen-
 tum suppeditaturum se promiserat.
 190.I
 simulati Florentinorum uultus. 5.K
 sinarum regna per Antipodias Lusi-
 tanis adita. 171.C
 sinas mons. 183.E
 sinas præ gaudio recepti filij moritur.
 339.E
 sinas cum ducibus Tunetum profugit.
 159.F
 sinas auertit quo minus Christiani ser-
 uii ad unum omnes interimantur.
 164.A.B. & deinceps.
 sinas Smyrnæus cognomento Iudæus
 archipirata. 51.A
 sinas Smyrnæus Guleta à Barbarussa
 preficitur, & suorum nomina. 156.
 D. & deinceps.
 smaragdi ubi plurimi. 171.G
 sobrietates ac Numidarum abstinentia,
 ficu tantum sicca, dactylis, pulticu-
 la atque acido lacte cominita finien-
 tium. 39.F
 soclos Amurates capit, ac ad unum
 omnes interficit. 304.I.K
 soderinus auri tenax, & uitæ prodi-
 gus. 29.H
 soderini consuetudo Florentie reuoca-
 tur. 7.D
 soderino eiectõ quindecim annis pa-
 triæ presierunt Medices. ibidem.
 solymanus ad Albam conspectus. 309
 H.
 solymanus arma expedit, ut reginae suc-
 currat, ac regi puero dona mittit. 245
 I.K
 solymanus astronomie ac cosmogra-
 phiæ peritus. 259.B
 solymanus Belgradum peruenit. 103.
 I.
 solymanus à Babylonis recipitur ac
 ibi hyemare constituit. 147.B
 solymanus Byzantium iter instituit.
 150.D.F
 solymanus ad Tānonicam expeditio-
 nem proficitur. 66.D. & deinceps.
 solymanus, Budam ac Pestum cæteris
 relictis defendenda constituit. 291.
 A.
 solymanus Budam intrat, ac reginam
 cum puero discedere iubet. 257.K.
 258.A
 solymanus captiuos nuntiatum in ur-
 bem remittit, quare Viennam oppu-
 gnari. 69.G
 solymanus captos ad Exechiũ, & By-
 zantium ductos cædi uolebat, sed Ia-
 nizeris deprecantibus seruati. 198.
 C.
 solymanus Cassimo Bassa imperat, ut
 Nauplio & Epidaurõ in Pelopon-
 nesõ Venetarum urbibus bellum in-
 ferat. 187.K
 solymanus Christianorum arma ti-
 mens, tres exercitus in Pannoniam
 ducit. 250.K
 solymanus contra Moldauium expeditio-
 nem facit. 263.I
 solymanus castra mouet in Assyriam,
 suadente Vlamane. 147.F
 solymanus commutato consilio Vene-
 tis bellum infert. 186.F
 solymanus eunuchus epirota Aegypti
 prefectus. 183.C
 solymanus ex cruce deiectus ex summi
 templi pinnaculo, Strigonium captiũ
 ominatur. 306.G
 solymanus exercitum, in Asiam du-
 cturum ad Niceam congregationem
 facit. 146.G
 solymanus expiato templo, Strigonij sa-
 cra facit. 307.H
 solymanus Francisco Galliarum, fra-
 tri & amico classem duplo maiorem
 in Cæsarem quam petierat promittit.
 286.K
 solymanus in Persarum ditionem per-
 uenit. A. 146.I
 solymanus in Thraciam reuertitur.
 70.B
 solymanus Hariadeno uexillum, sce-
 ptrum

ptrum gladiumque de manu tradit.
 137.F
 solymanus in Thraciam redit ac Laf-
 chum dimittit. 260.D
 solymanus ingratum Gallie regem,
 quod pacem maturarit, dicit. 238.E
 solymanus iratus quid de Ferdinan-
 do & Ioanne regibus dixerit. 240.
 B.
 solymanus Italie bellum inferre decer-
 nit. 184.G
 solymanus literas ad Cæsarem mittit,
 & earum tenor. 104.G
 solymanus Lusitanos India pellere stu-
 det. 182.K
 solymanus legatos ad Hariadenum.
 135.E
 solymanus Moldauios in fidem reci-
 pit, ac Stephanum regem constituit.
 264.D
 solymanus obsidionem Viennæ soluit.
 69.H
 solymanus octingentos captiuos in fru-
 sta consindi iubet. 255.E.F
 solymanus pari odio, & Christianos
 & Persas prosequatur. 144.H
 solymanus per simulationem uisende
 urbis, Budæ portas occupari iubet.
 256.C
 solymanus per quatuor dies de Hun-
 garico regno consultat. 256.G
 solymanus per Rosstanem Ferdinandi
 legatis respondet, & quibus condi-
 tionibus Ferdinando pacem concedere
 uellet, explicat. 259.G
 solymanus peractus expeditionis susce-
 pre Corcyrae obsidionem soluit. 187.
 F.
 solymanus Petrum Moldauium in gra-
 tiam recipit, ac exercitum reducen-
 dum decernit. 265.I
 solymanus Polino per eunuchum gra-
 uissima oratione respondet. 286.
 A.
 solymanus puerum ad Reginam re-
 mittit proceribus retentis. 256.D
 solymanus quare non recta Guintio
 Viennam profectus fuerit. 106.D
 solymanus quantum suum imperium
 extenderit. 100.D
 solymanus regem puerum suis liberis
 amplectendum tradit. 256.A
 solymanus regi puero & Hunga-
 ris proceribus dona mittit. 255.G
 solymanus reginam cum puero in ca-
 stra euocat. 255.H
 solymanus se proprium Romani impe-
 rij successorem asserit. 100.C
 solymanus septem procerum capita si-
 bi allata irridet. 62.B
 solymanus suos increpat, quod à limi-
 ne uictoriae sese retrulissent. 69.D
 solymanus suos duces ad se uocatos in-
 crepat, ac eos nisi Alba expugnata
 redire iubet. 310.E
 solymanus Taurisum capit ac diripit.
 149.A
 solymanus tres statuas Buda Byzan-
 tium auerit cum aliquot tormētis co-
 lumis que. 62.G
 solymanus Trivemium classem insti-
 tuit, ut Lusitanos India pellat. 183.
 B.
 solymanus Viennam peruenit. 67.I
 solymanus uirum Christianum intra
 septa aule admittere non consueuit.
 65.D
 solymanus uisus Ludouici regis, & Ma-
 rie reginae imaginibus, quid dixerit.
 62.E
 solymanus ultra Euphratem. 134.B
 solymanus uno tempore multis bellis
 occurrit. 250.F
 solymani mater Oriētis bellum dissa-
 det. 146.E
 solymani promissa Viēensibus. 69.H
 solymani ordo in ducendo agmine.
 149.D.E
 solymani responsa ad Ferdinandi lega-
 tum. 66.A
 solymano ad Iconium obuij Hariade-
 nus Barbarussa, & Sinas cognomen
 to Iudæus. 150.D
 solymanica castra media aestate sum-
 ma tempestate niuium & imbrium
 in Persia afficiuntur. 147.C.D. &
 deinceps.
 solymanici ex improviso à Persis op-
 primuntur. 150.A.B. & deinceps.
 solymanici exercitus numerus & di-
 scipina. 304.K
 solum hasta cuspide uerrere ignomi-
 niosum militie. 79.G
 soncini oppidi ditionem Stampæ Me-
 diolanensis arcis prefecto Cæsar do-
 nat. 216.B
 sophus Hysmael Tamalum natũ qua-
 tuor fratrum maximum heredem in-
 stituit. 143.B
 sophi Hysmaelis filiorum hereditates
 ac prefecturæ que. ibidem. B.C
 soram Feltrio Vrbinati reddit Cæsar.
 125.H
 spalatenses incole uisuri expugnatio-
 nem Maleuicini castelli à Turcis ca-
 piuntur. 189.A
 in Sphragie insula portum classem
 deducit Auria, quem nostri Sapien-
 tiam uocant. 115.G
 spinula & Auria, familie Gibelline
 factionis. 35.C
 spinula Genuam reuocatur. 31.I
 spinulam Fregosij capiunt. 33.G
 stabie olim, nunc castellum maris. 25.
 K. & deinceps.
 statura corporis ualido neruorum nexu
 Cæsari firmissima. 53.A
 stachada insula portum Massilie effi-
 ciunt. III.K
 Stephanus Balia Mutinensis à Vastio
 suspenditur. 227.D
 Stephanus Bator preses Pannonie defi-
 gnatur prorex. 64.H
 Stephanus Columna Florentinae mili-
 tia preficitur. 47.C
 Stephanus Columna apud Cæsarem ca-
 strorum magister factus. 313.A
 Stephanus Ioannis filius, à baptismo co-
 ro natur. 242.A
 Stephanus Petri frater Moldauiæ rex cõ-
 stituitur. 264.D
 Stephanus Petri sibi tradi postulat.
 264.I
 Stephanus Rascaius & Franciscus
 Francapanes à Regina deficiunt.
 244.G
 strigonium describitur. 305.B
 strigonium oppugnatur. ibidem. H
 strigonium oppugnandum distribuit
 Solymanus. ibidem. G.H
 strigonium Solymanus reficit ac munit.
 307.H
 strigonium tres pretorianos Solyma-
 nus mittit. 305.E
 strigonij eruptionem faciunt. 306.
 B.
 strigonij portæ aperiuntur. 307.B
 strigonienfibus imperatur arma dimit-
 tere. 307.B
 strimones amnis Marmarius dictus.
 184.I
 strozza ad Saraualem oppidũ pugnat.
 335.D
 strozza apud Mirandulam milites con-
 scribit. 333.C
 strozza Paulianus se coniungit. 334.
 K.
 strozza cum Florentinis quæstoribus
 se dedit. 28.K
 strozza Hippolytum cardinalem Ate-
 stinum consultat de itinere faciundo.
 333.C
 strozza mentita rubea cruce feliciter e-
 labitur. 336.A
 strozza noctu se proripit. 335.
 B.
 strozza obuiam proficitur Vastius.
 334.I.K
 strozza omnes moras abrumpendas di-
 cit. 333.F
 strozza per Liguriam in Galliam cum
 cohortibus traicit. 336.B
 strozza multo plures quàm habebat du-
 cere ferebatur copias. 334.A
 strozza simulat Padum traicere ut ho-
 stes fallat. ibidem. K
 strozza copias Padum traicit. ibidem
 B.
 strozzeani excutis tormentis, uexillis que
 in fugam uertuntur. 232.C
 strozzeani profugantur. 335.G.H
 stuarda familia Scotie. 298.C
 C

Stuarda familia quinque Iacobos Scotia reges, non inter se stirpis serie tulit. *ibidem.*
 Studium Florëtinorum noue libertatis tuenda causa. II. E. & deinceps.
 Numidarum, Studia, continentur bel lum genere alere cõtrouersias, semper armis exerceri. 139. C
 subafes, Vayuode & Elammuran tur marum prefecti. 66. D
 sublaqueanum. II. A
 sueranus Magalani suffectus & à so cius desertus, in Bornæ insula capi tur. 172. D
 suetia portus olim Arfinoes. 183. E
 suethanus rex. 172. C
 sueni Vldericum Virtembergensi ditio ne exuunt. 125. B
 sulmonenses, Præcutini Pelignique sine uulnere in potestatem redigit Vale rius. 14. K
 sultaniam olim Persarum regiam, So lymanus ad statua contendit. 147. B.
 Summa oppidum, à Caesarianis noctu iter facientibus capitur. 26. D
 supellechile tantum aurea Cusiani & Peruriani uel in priuatis domibus ut untur. 171. F
 surronius capitur. 342. H
 sursum oppidum in sardinia occupat Renius. 33. H. I
 syluius cum adolescentibus Mediceis exturbatur. 7. A
 syluius natura imbellis & degener. 5. C
 synodos diuersas reipublice magnam tranquillitatem attulisse. 269. G
 syracusanus portus hodie Bonifacius, 270. A
 T
 Tagus admirabilis uentorum turbine, in utraq; ripam ita diffusus, ut in medio sicca uada obstupentibus cun ctis ostenderet. 98. K
 talismanes sacerdos Solymano dicit, dormientes haud uiuos censer. 151. E.
 tamerlanes Scytharum dux clarissimus. 147. B
 tamafus magni Hismaelis filius. 134. C.
 tamafus iterum in Coraxenos se reci pit. 148. I
 tamafus Solymani uestigiis insistit. 149. C & deinceps.
 tammas à Caesare tormētis iuuatur, & socius appellatur. 151. B. C
 tammas Coraxenos abesseferat. 147. D.
 tammas sententiam de bello gerendo perdidit Vlamanes. 146. K
 taprobana olim, ummcomatarum emporia. 172. E

Taranna à Belgis obsidetur. 181. E & deinceps.
 tattam in dedicationem Solymanus ca pit, ac euertit. 308. A
 taurinum urbem Galli defendere spe rant. 199. I
 taurinum dolo capere Caesariani pa rant. 287. G. H. & deinceps.
 taurinenses inedia laborantes à Gallis succurruntur. 200. F
 taurisum à Solymano diripitur. 147. A.
 teias Agillarius equitum prefectus ca dit. 16. G
 telamonium Barbarussa expugnat. 338. H. I
 temeritate sua Contarenus plurimam salutem Italiae attulit. 185. D
 terræmotus in Mugillano agro, ac ma xime Scarparia oppido, supra se ptingentis domos oppressit. 299. E.
 tantus terræmotus tota propè Lusita nia exitit, ut nemo tectis suis confi deret. 98. K
 terræmotus Vlyssipo, Sanctearene, Axemburgeræ, Almerinique urbes conuulsate. *ibidem.*
 ternouira regia Valacchie. 262. B.
 tertiam partem mortalium lues in Italia absumpsisse ferebatur. 37. F
 tessius ad Montisferrati oppida occu panda mittitur. 332. G
 tessis Hæbreymi cubaræ datus militi bus preficitur. 212. G
 tarmonius Moldauum fundit, ac tor menti exiit. 263. E. F
 Theodorius Triuulcius arcem Genuen sem dedit. 36. B
 Theodorius Spinula ægre Zaderem su stinisset, nisi Sarnensis succurrisset. 116. K
 themestitana urbe Indica, Venetæ urbis instar, potitur Ferdinandus Corte sius. 170. K
 thermaicus sinus. 184. K
 thermicus. 329. G
 thermicus capitur. 330. B
 thessalonica. 184. I
 Thomas Volscius cardinalis Eboracen sis, Angliæ regno pestilentissimus. 182. A.
 Thomas Eboracensis cardinalis au thor repudij inter Henricum regem, & Catharinam Caesaris matertera. 119. C
 Thomas Soderinus. II. I
 Thomas Soderinus, Alphösisq; Stroza & curie scalas atque ostia occupant. 43. G
 Thomas Volscius cardinalis supplicio affectus. 182. C
 Thomafus frustra imperatorem mo net ne temere se periculis expottat. 323. H. I. K
 Thomafus inuicte fortitudinis, solus pro dignitate antea cæta uitæ, honestis sumam mortem obiit. 324. C.
 T. Zephio funesti cubiculi clauis Lau retius Medices fugiens, sui honoris im memor, dedit. 219. I
 Ticinum capitur ac diripitur. 8. E. F
 ticinum expugnatur à Gallis, Sfortia nis, Venetisque. 40. K
 ticinum obsident Veneti cum Lotre chio. 8. B
 ticinenses statuam Antonini Caesaris auferri non patiuntur. *ibidem.* G
 Tinctus Battifolius cadit. 82. E
 Titus Marconius Vastium prefecto f que ceteros Italici sanguinis prodito res appellat, occidendumque de cernit. 112. E
 Titus Marconius Volateranus ad se ditiofus Italos loquitur. 111. I
 Tocæ prælium. 54. A. & deinceps.
 tocaium castrum. 63. K
 tolonga portus, antiquitus Taurenta. 176. G
 tolonga portus antiquitus Taurenta fuit. 320. D
 tormenta quot Budæ capta, in castris & Pesti. 254. H
 tormenta hostibus diripienda reliquis se, turpissimum Galli duces existi mant. 41. K
 tormenta relinquuntur, puluis cum ce teris belli apparatusibus exuritur. 195. G
 tormenti uiolentia ictus Augustorum Caesarum nemo. 163. G
 torniellus Albam proficisci detrectat. 308. K
 torniellus Hannibalem capitali suppli cio afficit. *ibidem.* A
 touares apud Caesarem furtiuus, à Mu lease factus. 325. A
 touares cum Amida, quibus conditio nibus fædus percutit. 324. G. H
 toxandriam regionem inuadit Rosse nus. 279. K
 traiani pontis uestigia uisuntur ad Se uerinum oppidum. 261. K
 traniun occupat Camillus Vrsinus. 38. I
 transalpina Valacchia. 262. A
 transyluaniæ populos in dedicationem Ferdinandus capit. 64. F
 transyluani ad arma ad Ameraci an tistitis mortem uindicandum cõcur runt. 133. I. K
 transyluani in Stephani pueri regis nomen inclinatis animis iurant. 251. E
 Trebia Cosmi uilla multis undique col labefactis & haustis ædificiis illeca constitit. 299. F
 Trecenti

Trecenti milites à niue in Peligni ualle extincti. 15. B
 tribunos, quos Electos uocabant, Hispani seditiosi creant. 206. B
 tribus de causis cõstituerat Caeser Gal liam inuadere. 175. B
 tributis seu uestigialibus Hispania, Si cilia cū Insubribus ac Neapolitanis exhausta. 237. H
 tridētini cõcilij translationem apud Bo nonia, cur instituit Paulus I I pon trifex. 347. F
 tridentini concilium indicitur. 296. C
 trirèmes plicatiles. 183. C
 trirèmes quatuor Auriæ merguntur. 104. F
 319. K
 tripartitum diuisi Caesariani iter facien tes, uno quasi tempore Neapolim ue niunt. 17. F. G
 troie situs. 15. H
 Troilus Pignatellus Neapolitanus tras fuga, ad Solymanum inter Musfa racas asseribitur. 184. C
 tumultuaria pugna Caesariani cū Gal lis pugnant. 18. C
 tumultuariam pugnam Caesariani exci tant in Gallos pericienda munitione ad Pogiun intenti. 23. C
 Tunetum Turcarum colonia uideba tur. 140. G
 tunetum diripitur. 165. G
 tunetum uersus Caeser castra mouet. 162. F. G & deinceps.
 tuneti pretoriana Christianorum co hors in presidio seruabatur. 140. I
 tuneti reliquæ Gallorum à Parnis supe ratorum inuenta. 166. A
 tunetana arte serui Christiani potiun tur. 164. F. G
 tunetani regni amplitudo. 139. B
 tunetani in foro conglobantur, ac mox magno pere terrentur cum Roschet rem non uenire intelligunt. 142. B.
 tunetanos Mesur ad arma suscipiend a Turcaisque obsidendos hortatur. 142. D
 tunetani ad Caesarem cum clauibus accurrunt. 164. K
 turca ducenti equites ab Hungaris ce duntur. 104. E
 turca insignis dux, Vitellium sibi osten di petit, ac eum amplectitur. 293. K.
 Turca Austriana castra inuadunt. 253. H
 turca Barbarussam cum Auria collu dere dicebant. 320. B. C
 turca & Germani leuioribus præliis aliquot diebus pugnant: quod fieri Rochandulphus uetat: nostrorum ani mos minuit, turcarum auget. 252. A.
 turca loco depelluntur ad Exechium. 192. F. G
 turca nullum extraneum ad tyrannum admittunt, nisi prius de occultis ar mis inuestigant. 259. A
 turca Pestum oppugnare desinit ac re infecta Danubium traiciunt. 246. I
 turca sub auroam Rochandulphi ca stra, duobus in locis oppugnant. 252. G. H. & deinceps.
 turca ducenti equites ab Hūgaris ce duntur. 104. D. E
 turcarum agmina in Coronesium sub sidium uenientes. 116. I
 turcarum capita Viennam deferuntur. 104. F
 turcarum castra ad Budam. 251. H
 turcarum prefecti suos ad Viennam oppugnandam uulneribus & uer beribus adigunt. 69. C
 turcarum prefecti qui, & numerus eorum exercitus. 104. F. G
 turcarum cum Venetis pacis abrupta occasio. 185. H. I & deinceps.
 turcas fundit Lodronius. 108. G
 turcas fundit Catianer. *ibidem.* K
 turcas occidit Hungari. 109. B
 turca clasus magno cum detrimen to in Danubio congelata. 246. C. D
 turrisanus ad Carragium oppidum à Caesarianis deuictus. 216. G
 V
 Vacciam in potestatem redigit Velsius. 244. F
 uacciam expugnant Turca. 246. F
 Numide uagabundi, cum certas sedes nullas habeant. 139. C. D
 Vagissis amnis olim Aenarium uoca bant. 186. F
 Valacchia describitur. 161. G. H. & deinceps.
 ualacchia à Flacco præside Romano o riginem ducit. *ibidem.* G
 ualacchia in duas partes diuiditur. *ibidem.* K
 ualacchi, Deum Christum colunt Græ da Turcaisque obsidendos hortatur. 142. D
 ualdemontius legitimus hæres Ande gauensium. 15. F
 ualdemontius moritur. 26. B
 ualentinus Thuracus, & Bachittus Paulus, ambo instabilis fidei. 101. I
 Valentinus & Maylatus uiri Hunnici sanguinis, fraude à Barbaris circunue ti capiuntur. 261. D. E
 Valentinus Maylatus ac Perenus pa ribus prope insidius, uirtutis inuidia circumuenti. 295. I
 ualentinus solus ex proceribus à Soly mano retinetur. 258. C
 ualentino libertatem regina impetrat. *ibidem.* E
 ualerius Vrsinus se dedit, ac postea di mittitur. 30. E
 ualerius circumuentis Gallis periclitan tibisque subuenit. 16. A
 uallemontium expugnant Germani & Hispani. 15. G
 ualorio mortem interminat Cosmus 226. B
 ualponium Solymanus in dedicationem capit. 304. H
 uaraniae familie reguli ueteri dominio depulsi. 14. H
 uarranius spurius. *ibidem.*
 uascones ultra moenia fugientes, à Ger manis occiduntur. 228. F. G
 uastius ad arcem Tuneti, à seruis Chri stianis insigni gratulatione excipi tur. 165. C
 uastius à fortuna interceptus quo mi nus instituta ac suscepta apud Carin ianum succederent, castra Carinia num uersus mouet. 328. G
 uastius ad Caesarem de seipso pauca lo quebatur. 111. H
 uastius ad Carinianum, Axalium & Vicomercatum fundit & capit. *ibi.* E
 ad Carinianum succurrendum se pa rat. 327. G. H
 uastius ad expeditionem Coronensiu uenire noluit. 121. D. E
 uastius ad prefectos lucentissimam orationem habuit. 158. A
 uastius ad recipiendum Casale prom pmissum si itinere committit. 217. D
 ad Stalloniam castra mouet. 329. A
 egrorius regem inuisere nequit, at nobiliores Insubres ad regem mittit. 202. C
 uastius afflictos Italos oratione conso latur. 157. G
 uastius Caesaris copias in Florentia con spectum ducit. 54. F
 uastius Cherium expugnat. 228. E
 uastius dum studet retentare feditio so rum agmen, periclitatur. 112. H
 uastius duas legiones Germanorum à Ferdinando rege ad se euocat. 227. K.
 K. egregio dolo Monteucum in de ditionem capit. 120. G. H. & deinceps.
 uastius & Acanius Columna in na tali praelio capiuntur. 20. F
 uastius & Acanius Columna ab Au ria in Aenariam exponuntur. 29. E.
 uastius & Auria Caesari Aphrica ex peditionem dissuadent. 267. G
 uastius ex Aenaria à Caesare euocatur. 153. K
 uastius & Gonzaga refragantur Le uea consilio. 175. A
 uastius fortissimam Sarmenti legionem deplorat, Insubresque latatur. 214. E.
 Gallorum presidia in Subalpina Gallia expugnat. 199. I
 uastius Hispanos castigat quod pro co no parua uexilla galeis imposuis

TOMI SECUNDI

sent. 229.G
 Vastius in Arelatensem usque agrum
 excurret. 177.D
 vastius inducit Auriā ut Caesaris auspi-
 cia sequatur. 34.G
 vastius intra 28 dies supra Casale re-
 ceptum Cherium, Clarascum, atque
 Albam fortissime expugnat. 230.D
 Vastius Italos honoris memores esse
 hortatur iam ad seditionem procin-
 ctos. III.E
 vastius male apud Cerisulam omnia-
 tur. 329.D
 vastius post inducias regia castra ad
 Carmagnolam inuisit. 201.E.E
 vastius preparat se ad Strozzeanos ex-
 cipiendos. 334.F. quare de induciis
 inter Casarem et Gallos percussis
 gauderet. 201.D
 vastius quare Gallos leuioribus preliis
 nexandos censet. ibidem.A
 vastius scalis in arcem cum militibus
 Casali recipitur. 217.G
 vastius seditionis filium obsidem affert
 quoad pecunia exoluatur. 205.A
 vastius ad officium reuocare stu-
 det. 204.I.K
 vastius sibi Lanouim adiungit, ac stroz-
 ze obtinam proficiscitur. 334.K
 summum naufragij periculum adit.
 319.K
 vastius submergit seditionis. 154.F
 vastius tribus de causis Gallos non esse
 oppugnandos censuit. 328.C
 vastius acies ad Cerisulam describitur.
 329.H
 vastius uenuli detulerunt non parem de-
 creto militum numerum conscriptum
 fuisse. 106.H
 vastius literae ad Simeonem misse à Gal-
 lis interceptantur. 329.F.G
 vastius maxima sequuta obtrectatio est,
 quod infeliciter ad Cerisulam pugna-
 set. 331.H
 uertus Cambara apud Britannos le-
 gatus. 7.I
 uectigal dire cladis Leua excogitat.
 41.A
 uega ad Casarianos deficit. 336.E
 uega Anxianum expugnat. ibidem.F
 uega deditos suspendit. ibidem.G
 uelusus Budam obsessurus ad Aquas ca-
 lidas castra metatur. 244.H
 uelusus castra ad Strigonium reducit,
 quod Hungari et Germani quoti-
 dianis rixis inuicē inuaderēt. 245.D
 uelusus Vicegradum, Altamque arcem
 expugnat. ibidem.B
 uelusus Pestum occupat. 244.F
 Veneti ad excidium Sfortiani imperij
 cum Gallis conuenerunt. 144.I.K
 Veneti ad oppugnandum Obroatum
 proficiscuntur, à Turcis profugantur. 188.D.
 cōsilia sua quomodo metientes. 284.H

Camillum Vrsinum in Dalmatiam
 mittunt. 189.C. Ostrouixam expu-
 gnant ac euertunt. ibidem.
 Veneti, Galli, Sfortianiq; Ticinum ex-
 pugnant. 40.C
 Veneti fame laborantes à Solymano li-
 beraliter adiuti. 235.B
 ueneti in partes Casaris trāseunt. 169.
 F.G. et demceps.
 ueneti in Apuliam cum Lotrechio per-
 ueniunt. 15.C
 ueneti legatos amplissimos ad Casā-
 rem mittunt. 54.G.H
 ueneti legatos mittunt ad Casarem, Gal-
 lum, et Solymanum. 236.H
 ueneti nullo alio quam ueteri federe
 Galliae Regi alligari uolebant. 119.I
 ueneti Obroatum recipiunt ac dirunt.
 189.C. pacem à Turcis redimunt tra-
 dito Nauplio et Epidauro urbibus.
 235.C
 ueneti quare à Casare abalienati.
 211.H
 ueneti Solymanum monuisse fereban-
 tur, ne integris copiis ad Viennā cum
 Casare confugeret. 120.A
 ueneti superbe Hispanorum presidium
 ad Preuesam refutarunt. 211.A
 ueneti suspecti quod Himeralem Am-
 bracio sinu ob Aurie metum exce-
 dere iussissent. 114.I.K
 ueneti Turcico bello ualde afflicti.
 234.F
 ueneti uelut per iuncos ad antennas coti-
 ligatis, fugam ad Preuesam uidebā-
 tur parare. 211.A
 uenetis detecti qui reip. arcana propa-
 larent, ac seuerissime damnati. 236.G
 uenetis ordo rogatorum ad quinqua-
 ginta reductus. ibidem.F
 uenetis Turcarum arma à ducentis an-
 nis semper funesta. 235.B
 uenetis Solymanus bellū infert. 186.F
 uenetorum et Lotrechij exercitus nu-
 merus. 15.C.D. et deinceps.
 ueneta et Gallica classis à Sardinia
 magnis detrimentis acceptis soluunt.
 34.A
 ueneta et Gallica classis ad Auriā op-
 pugnandum decedunt. 30.E
 uenetae cum Turcis abruptae pacis oc-
 casio. 185.I
 uenetae triremes quae Alexandriam na-
 uigarant, à Barbaris uictoribus et
 nautis spoliantur. 183.H.I
 uenetis exercitus in Peligni ualle à ni-
 uibus affectus. 14.K
 uenetis senatus Antonio Polino Regis
 Galliarum legato responderet. 285.E
 uenetis senatus legationē Daualis, et
 Hanebaldi suspectā habebat. 236.B
 uenusini Gallis deditionem faciunt.
 17.F
 uerticillus famosus latro, Casarianos

Neapoli obsessos mirifice adiunat.
 22.A.B
 uerticillus ab Hispano pretore, spoliis
 suis inhiante, suspenditur. ibidem.C
 uerreiis cadit. 18.C
 uesit equitum Numidarum aestare, pa-
 riter ac hyeme, pellicea talaris tuni-
 ca. 139.E
 uesitricium Moldaui occupat. 262.I
 uexillum à Florentinis expetitur, qui-
 bus conditionibus à Caponio con-
 cessum. 13.A.B
 uexillifer Nicolani Caponius, et qui-
 bus conditionibus. 7.E
 uexilliferorum nomina qui primi Al-
 ba mœnia superassent. 229.H.I
 Vgo Monaca ad Amalphim urbem
 inuolatur. 21.C
 Vgo Pepulus Etruscae legioni proficiscitur
 à Lotrechio. 23.D
 Vgo Pepulus moritur. 28.G
 Vicigradi situs. 244.C
 uiconitus Turenus à Francisco ad Cle-
 mentem missus. 14.E
 uicus antiquus Iterobuium, hodie
 Sratelle nomen habet. 335.A
 uidanius. 327.K
 uiena oppugnatur. 67.I.K. et deinceps.
 uienna in presidio supra ducēta sexa-
 ginta millia. 116.D
 uienne mœnia prouisa immunita. 68.G
 uienne mœnia cuniculis à Turcis ape-
 riuntur. ibidem.K
 uillacum, olim V acorium, usque tribuni
 militares peruenerunt. 114.A
 uillermus Cluensis regulus, sub fide pu-
 blica ad Casarem proficiscitur. 238.A
 uillermus Cluensis regulus, haeres à Ca-
 rolo Gheldrio instituitur. 238.A
 uillermus susceptū titulum armis de-
 fendere censebat. ibidem.C
 uillermus Rochandolphus ad obsiden-
 dam Budam missus. 225.A.B
 uillicus exustus fabarum paleis nubem
 excitans, credebatur signum Turcicae
 classis aduentus, Casarianis ac Re-
 gis dedisse. 202.F.G. et deinceps.
 unum tam Turcis uentum, quam no-
 stris, Germanisq; praesertim, expeti-
 tum. 258.H
 uina rubra et alba Bononiae à Lacubus
 per sphones funduntur. 55.G
 uincētius Capellius Venetae classis praefectus.
 205.F
 uincētius Carrasa Montissacrae arcis
 regulus ad Gallos deficit. 18.F
 uincētius Cataricus Dalmata Chri-
 stianos seruos ad libertatem arripie-
 dam hortatur. 164.D
 uincio qui Anguillotto suppetias latu-
 rus erat, redituro Malatiae laqueum
 parauit. 75.D
 uirtutes Casaris. 113.K
 uirginius Vrsinus Pontificiarum trire-
 mium

INDEX ALPHABETICVS.

mium praefectus, uexillum à pontifi-
 ce recipit. 154.E
 Vistarus Gallos magnis incommodis
 afficit. 332.H
 uistarinus vastium hortatur ut relicto
 primo itinere, ad se Cherio iter face-
 ret. 328.I
 uita ubi longissima. 171.G
 uita numidarum, si bellum desit, in la-
 trocinis, rapinis, uenationibusque cō-
 sistit. 139.E
 uita longioris spe Clemens nouis pra-
 ceptis et commutata uita ratione à
 Curtio medico occisus. 130.A
 uitelliani tumultum excitat, ex quo se-
 niores maturius decernebat. 222.G
 uitellius ad V acciam mittitur, explora-
 turus hostium insidias. 290.G
 uitellius egregie Vestanis insidias fruit.
 291.G
 uitellius Turcas erumpentes Pestum
 impellit. 391.E
 uitellio à Ferdinando aurea pocula do-
 nantur. 294.E
 Vitracum iniussu Casaris à Germanis
 incenditur. 345.A
 uitalus biceps ad Hypsitanas aquas
 Casari offertur. 270.B
 Vlamanes Persa ad Solymanum trans-
 fuga. 146.F
 Vlamanes Persa praefectus Illyrico
 quos milites parat. 212.E
 Vldericus Reulingum obsidet, atque
 capit. 125.B
 uldericus à Suenis Virtembergensi di-
 tione spoliatur. ibidem. 155.D

Vldericus exul à Suenis expulsus. ibid.
 uldericus ab omnibus fere suis oppidis
 recipitur. 129.A
 uldericus ingenio turbido, crudeli, fu-
 rioso. 125.C
 uldericus patrimonium emit Casar. ibid.
 ulysepo terrae motu conuassata. 98.K
 ulyxes Vrsinus cadit. 335.I
 umbrico bello ab Aurantio quibus con-
 ditionibus finis impositus. 59.F
 uno tempore pluribus bellis Solyma-
 nus satisfacit. 214.G
 uolatera oppugnatur. 84.D.E. et
 deinceps.
 uolatera Romanorum colonia Sylla-
 narum partium. 79.F
 uolaterre descriptio et situs. 83.E
 uolaterriani Florentiam mittunt, alium
 praetorem postulant. 79.H
 uolaterriani arcem obsident ac Pontifici
 legatos mittunt. 80.B
 uolaterriani peius secundo quam priore
 praetore multantur. ibidem.K
 uolaterriani ager inuaditur ab Ale-
 xandro Vitellio. 79.K
 uolfangus Hoder ad Possonium, subeun-
 tem Turcarum classem magno incō-
 modo afficit. 68.C.D. et deinceps.
 uolfangus uexillifer capitur, ac à So-
 lymano ueste donatus ad suos dimit-
 titur. ibidem.E
 urbanus sinus. 171.D
 Vrsinus eruptionem facit. 60.K
 utica. 141.F
 utica portum Africae Casar applicat.
 155.D

Vuillermus Boioariae regulus. 99.I
 uulcanus immoderate fortitudinis u-
 uenis cadit. 229.C
 uultus Casaris pallore dilucidus. 52.K
 uxores ducentas habuit Mahometes,
 ac totidem ex illis liberos suscipit.
 140.C
 uxores Numidarum adeo uiris ancil-
 lantur, ut equos curent et inter-
 nant. 139.E

Z

 Zadares cū septingentis equitibus Tur-
 cis Coronem properat. 116.I
 Zadares interficitur. 117.A
 Zefranium promontorium olim Apol-
 linis. 156.F
 Zannobius Bartolinus aliena semper à
 republica coquens. 60.D
 Zannobius Bartolinus et Raphael per
 urbem uolunt. 61.C
 Zepolia familia. 240.E
 Zeila insula, Indiae nobilissimum em-
 porium. 147.C
 Zelandae et Holandae, Caneniphatum
 insulae, Oceani inundatione detrimē-
 tum accipiunt. 98.F
 Zida percelebris portus. 215.B
 Zidam urbem Eunuchus, dolo, et im-
 mani crudelitate diripit. 214.I
 Zimar Persa, classis praefectus ad Stri-
 gonium occiditur. 306.C
 Zopiam arcem fugientes Turcae incen-
 dunt. 191.D
 Zucania. 262.C

INDICIS TOMI SECUNDI FINIS.